13
L
1

26
A
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26.A.5.
26
A
5
13-7'F'4-5

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

CRIMINALIVM,

TOMVS PRIMVS.

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

TRACTATVS PRIMVS

CRIMINALIVM.

AD TITVLOS

De Accuſationibus, De Calumniatoribus, De Simonia, Ne Prælati vices ſuas, &c. Et de Magiſtris, libri V. Decretalium.

TOMVS PRIMVS.

Cum Indicibus Iurium, Quæſtionum, & Rerum Notabilium.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

LVGDVNI,

Sumpt. PETRI CHEVALIER, in viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXX.

CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

SANCTÆ MARIÆ
CÆLORVM REGINÆ,
Quam repræſentat perantiqua Imago illa vulgo nuncupata DOMINA LA BLANCA.

PATRONA ab quo Cathedralis Eccleſiæ non minus antiquæ ſiquidem fundatæ ab Apoſtolo Hiſpaniarum Protectore Diuo Iacobo, conſiſtentis in Ciuitate inter alias antiquiori illuſtriorique à tempore Romanorum in hiſce Regnis colonia ſine dubio dicta, vt indicant eius mænia, & fortalitia facientia noſtrum aduerſus Regna Galliciæ, Luſitaniæ, Legionis, & Caſtellæ, ſic vt hodie contra imminentes tempeſtates non adſit in integro Hiſpaniarum Regno alia circumvallatio eminentior, pulchrior, & fortior. Huic inquam Ciuitati Aſturicenſi Prouinciæ Diæceſi primus præfuit Epiſcopus ſanctus Ephræm electus nominatus, & aſſignatus ab eodemmet Apoſtolo ſancto Iacobo, ego etiam Præſul electus abhinc annis quinque licet indignus ſum adſcriptus. Cumque forte miſeratione diuina in hoc poſtremo hoſtilitatis aduentu ſors obtigiſſet, vtinam felix, in oppoſitionem conantium eius territorium, & authoritatem minuere, de quibus memor inquam legiſſe accepiſſeque ab inſtrumentis Archiuii, & ab aliis regiſtrationibus, indagationibus, & documentis in illo priſtino æuo, & ante Hiſpaniæ euerſionem à Mauris funditus deſtructæ, atque occupatæ fere per annos octingentos noſtræ Diœceſis limites intra relatum Portugalliæ Regnum Bergantiæ ciuitatem aliaque eius territorij loca comprehendiſſe, & intra noſtra Caſtellam Nobiliſſimam Zamorenſem ciuitatem, quæ ſub Archidiaconali dignitate in Cathedrali noſtra comprehendebatur, & poſt recuperationem maximis à noſtris

Ex Publio Dextro P. Franciſcus Viuar. anno Chriſti 37. *ſub comment. 3.*

Regibus, donis, muneribus, & priuilegiis ornatam. Nunc gratitudini mihi fuit viſum poſt alia vndecim Iuris volumina duodecimum tutela cælorumque Reginæ clipeo Virginali fulcire. Ne poſtquam aliis libris Valliſoletanæ Eccleſiæ Virgo Maria DE LA MAGESTAD nuncupata parrocinium præſtitiſſet, & pro aliis nonnullos patronos illis correſpondens elegerim, etſi fallaces vti humanos. Nonne adſtrictiori obligatione noſtræ Cathedrali Eccleſiæ Mæcenati meo hunc dirigere fuerim obnoxius? ſiquidem ab iſta Diœceſi, & Cathedrali pluribus adhinc annis inceſſi condecoratus, ipſa inquam quodam capellaniæ titulo me ad ſacros permiſit ordines aſcendere, & poſt nonnulla annorum curricula (non ita feliciora) cum Canoniæ Doctoralis titulo me recepit, cuius regimen per alios quatuor peregi vſque ad Canoniæ Pœnitentiariæ dictæ Valliſoletanæ Eccleſiæ tranſitum, cui inſeruiens per alios quatuordecim poſt recuſatam magna cum vrbanitate (vt par eſt) Fiſcaliam ſanctæ Toletanæ inquiſitionis ac deinde inquiſitoris dignitatem Majoricenſ. titulo paupertatis repræſentato, eo quod dictum Valliſoletanum Canonicatum eſſem amiſſurus ſecundum obſtantiam breuis Vrbani VIII. Pontificis Maximi anni 1642. diſponentis contra obtinentes officia, & præbendas affectatas vna cum alio ad reſidentiam obligantes, nec moleſte ferens excellentiſſimus ille magnanimus, litteratiſſimus, ac virtute conſpicuus DD. Didacus de Arce, & Reinoſſo, ſanctæ Inquiſitionis eiuſdem Valliſoletanæ ciuitatis me patronum fiſcalem aſſignauit, item, & inquiſitorem, ac cum Regio titulo noſtri Philippi IV. potentiſſimi Iudicem bonorum confiſcatorum à tam ſancto Tribunali damnatorum, ac intra eiuſdem numerum nouem adhuc annis non tranſactis me fecit euolare ad ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Conſilium, vbi per trium curſum fiſcalis munus exercendo, etiam cum Regia nominatione Conſiliarium ſtabiliuit, ac non tranſacto quinquennio cæterorumque Conſiliariorum nouiſſimus inopinatè idem Rex Philippus IV. me Epiſcopum noſtræ amantiſſimæ Eccleſiæ nominauit. Graui inquam culpa notatus exiſterem ſi hunc librum ad quintum Gregorij IX. de Eccleſiæ Decretalium in domo Epiſcopali elaboratum maiori ac ſuperiori tutela non protegerem, ob tot beneficiorum primo adeptorum memoriam. Secundoque loco alium Regi noſtro Carolo II. filio IV. Philippi de infidelitate, & hæreſi, intitulatum, vti acerrimo in fidei Catholicæ inimicos defenſori, ac oppugnatori. Virgo ſacratiſſima quæ tot muneribus intra eandem Eccleſiam Aſturicenſem, me indignum affeciſti, accipe beneuola hoc paruulum munuſculum me humilem protegendo,

tegendo,

tegendo, vt ſic tibi reuerenter obſequium præſtando, Iuraque Diœceſis defendendo me à moleſtiis excitatis, & ab aduerſariis cupidine plenis liberes, & auellas; ita vt incolumis euadam, & tua intercesſione, protectione, & tutela totius Eccleſiæ & Diœceſis iura in annos perpetuos intacta, & pacifica conſeruentur,

Humillimus ſub tuis pedibus iacens NICOLAVS
Epiſcopus Aſturicenſis.

ELENCHVS

ELENCHVS IVRIVM, QVÆ IN HOC TOMO REPETVNTVR.

AD RVBRICAM

De Accuſat. *Cum 14. quæſtionibus.* pag. 1

Cap. I. EODEM cum 12. queſt. 17
II. Si quis, & cap. Nulli V. cum 18. quaſt. 19
III. Illa præpoſitorum, & cap. ex parte XI. Remißiue. 29
IV. Omnipotens, cum 9. quaſt. ibid.
V. Nulli, Remißiue. 38
VI. De his, cum 22. quaſt. ibid.
VII. Repellantur, cum 4. quaſt. 55
VIII. Accuſaſti, remiſſiue. 59
IX. Euidentia, cum 16. quaſt. 60
X. Cum P. & X. remißiue. 74
XI. Ex parte, & in cap. penult. cum 5. quæſtionibus. ibid.
XII. Si conſtiterit, remiſſiue. 81
XIII. Meminimus, remiſſiue. 83
XIV. Licet, cum 5. quaſt. 84
XV. Veniens, cum 8. quaſt. 88
XVI. Super his, cum 6. quaſt. 92
XVII. Qualiter, cum 11. quaſt. 95
XVIII. Dilecti, cum 2. quaſt. 101
XIX. Cum oporteat, remiſſiue. 104
XX. Cum dilectus, remißiue. 105
XXI. Inquiſitionis, remißiue. 105
XXII. Ad petitionem, remiſſiue. 106
XXIII. Accedens, remißiue. 107
XXIV. Qualiter, cum 14. quaſt. ibid.
XXV. Sicut olim remißiue. 122
XXVI. Olim, remißiue. 123
XXVII. Prælatorum, & fin. remißiue. 124

AD RVBRICAM

De Calumniatoribus, *remißiue.* 125

I. CVM 13. quaſt. 128
II. Fin. remißiue. 141

AD RVBRICAM

De ſimonia, *cum 21. quaſt.* 141

I. CAP. XVIII. XX. XXXV. Cap. XXXVII. XXXIX. & Cap. XLV. cum 19. quaſt. 163
II. Qui alium, remißiue. 183
III. Si Dominus, & Cap. Tanta VII. Cap. Dilectus, XXX. Cap. Licet Hely XXXI. Cap. Per tuas, XXXII. cum 9. quæſtion. 184
IV. Accuſatum, & in cap. Quotiens V. remiſſiue. 189
V. Quotiens, remiſſiue. ibid.
VI. Sicut ſimonia, remißiue. 190
VII. Tanta, remiſſiue. 191
VIII. Non ſatis. cap. cum in Eccleſia IX. cap Veniens, XIX. cap. De regularibus XXV. cap. Dilectus, XXX. cap. Quoniam, XL. cap. Ne Dei, XLIII. cap. fin. cum 12. quaſt. ibid.
IX. Cum in Eccleſia, remißiue. 204
X. Cum ſit Romana, cap. Et ſi quaſt. XIIX. & cap. Sicut, XXXIX. remißiue. ibid.
XI. De hoc remiſſiue. 205
XII. Cum eſſent, cum 22. quaſt. 206
XIII. Inſinnatum, remiſſiue. ibid.
XIV. Nemo, cum 10. quaſt. 231
XV. Querelam, remißiue. 243
XVI. Ea, quæ de auaritia, remißiue. 244
XVII. Ex diligenti, remißiue. ibid.
XVIII. Quaſtiones, cum 2. quaſt. 245
XIX. Veniens, remißiue. 246
XX. Tuæ, remißiue. 247
XXI. Ad noſtram cum 11. quaſt. 247
XXII. De ſimoniac. cum 7. quaſt. 257
XXIII. Matthæus, cum 16. quaſt. 259
XXIV. Ad aures, remißiue. 268
XXV. De Regularibus, remißiue. 269
XXVI. Ex inſinuatione, cum 11. quaſt. ibid.
XXVII. Nobis, cum 7. quaſt. 278
XXVIII. Dilectus, remißiue. 283

XXIX.

Digitized by Google

XXIX. Suam, cum 3. quæſt.	283
XXX. Dilectus, remiſsiue.	289
XXXI. Licet Hely, remiſsiue.	290
XXXII. Per tuas, cum 1. quæſt.	291
XXXIII. Sicut tuis, remiſsiue.	294
XXXIV. Tuas nos, remiſsiue.	ibid.
XXXV. Per tuas, remiſsiue.	ibid.
XXXVI. In tantum, remiſsiue.	195
XXXVII. Per tuas, remiſsiue.	ibid.
XXXVIII. Conſulere, remiſsiue.	ibid.
XXXIX. Sicut, remiſsiue.	ibid.
XL. Quoniam, remiſsiue.	196
XLI. Audiuimus, remiſsiue.	ibid.
XLII. Ad Apoſtolicam, cum 2. quæſt.	ibid.
XLIII. Ne Dei, remiſsiue.	300
XLIV. Iacobus, cum 11. quæſt.	ibid.
XLV. Si quis, cum 4. quæſt.	308
Cap. fin. hoc tit. cum 16. quæſt.	311

AD RVBRICAM

Tituli IV. *Ne Prelati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu, conſtituant, remiſsiue.*	332
I. CVM 3. quæſt.	333
II. Quoniam, remiſsiue.	335
III. Quoniam, remiſsiue.	336
Fin. remiſsiue.	ibid.

AD RVBRICAM

De Magiſtris, cum 9. quæſt.	338
I. CVM 3. quæſt.	344
II. Prohibeas, remiſsiue.	351
III. Quando, remiſsiue.	ibid.
IV. Quia nonnullis, cum 9. quæſt.	332
Fin, Super ſpecula, cum 7. quæſt.	363

INDEX QVÆSTIONVM, QVÆ SVPER quolibet iure huius tractatus mouentur & enucleantur.

AD TITVLVM

De Accuſat. Ad Rubricam.

QVÆST. I. ACCVSATIO quid ſit, inquiſitio quid, & denunciatio, ad quos effectus vnaquæque, & harum vnquam, ſpecierum, quæ in praxi vſiratior? vbi nonnulla de formulariis, & inſcriptionibus antiquis, & per quæ inter ſe differant. *pag.* 1

II. Accuſationis libellus an debeat continere diem, menſem & annum delicti commiſſi? 8

Et an qualitas delicti aggrauatoria exprimenda ſit in eodem, & concludendus ſit neceſſario, vt quilibet alius libellus ciuilis? *ibid.*

Et an in ſcriptis accuſatio de delicto publico an ſit actio, vel officium iudicis? *ibid.*

Et an iudicium inquiſitionis ſit extraordinarium? *ibid.*

Et an quando venit applicanda pœna fiſco dicatur delictum publicum, vel priuatum? *ibid.*

Et an poſſit quilibet de populo alium accuſare cum bona conſcientia? *ibid.*

III. Accuſans an teneatur accuſationem proſequi? 12

Et an quando que valeat ab accuſatione deſiſtere? *ibid.*

Vbi quid dicendum de his, qui fugiunt accuſationis metu? *ibid.*

Item, & de tempore ad accuſandum, & inquirendum? *ibid.*

Et an accuſatus valeat regulariter reaccuſare accuſantem? *ibid.*

Et an quis poſſit denuo moleſtari ſuper quibus iam iudicatus eſt, & patirum ſententiæ? *ibid.*

Vbi quid ſi oblita fuit qualitas aliqua agrauans in prima accuſatione. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. I. hoc titulo. De Accuſation.*

I. AN quiſque habilis ſit ad accuſandum in delictis priuatis, & publicis, ſi prohibitus non reperiatur? 17

Et quia generaliter permittuntur accuſare ſuam, & ſuorum iniuriam proſequentes, nunquid frater poſſit accuſare fratrem? *ibid.*

Aut filius patrem? *ibid.*

Et maritus vxorem? *ibid.*

Aut è contra? *ibid.*

Et an vxor in accuſando mortem mariti præferatur filiis? *ibid.*

Et an ſocius criminis admittatur? *ibid.*

Et num inhabiles poſſint in aliquibus delictis exceptis accuſare? *ibid.*

II. Clericus an poſſit accuſare, vel an è contra laicus accuſare clericum? 18

Quid de muliere minore, paupere, inimico, tutore infami, aut excommunicato? *ibid.*

Et Monacho contra Abbatem. *ibid.*

Ad textum, *In Cap. Si quis II. hoc titulo.*

I. AN Papa poſſit denunciari denunciatione Euangelica? An Prælati poſſint corrigi à ſubditis? 19

Et quæ perſonæ correctioni ſubiaceãt? *ib.*

Et

Et quando quis poteſt, vel tenetur accuſare, debeat præcedere accuſationem correctio fraterna? *ibid.*
Et an ordo correctionis poſſit omitti in multis caſibus? *ibid.*
II. An Epiſcopi criminoſi valeant accuſari coram Archiepiſcopo? 18
Aut legato Hiſpaniæ Nuncio Apoſtolico, ſeu alio Primate Eccleſiaſtico, aut neceſſario eorum crimina, etiam hæreticalia deferenda ſint, ad Pontificem ſupremum Eccleſiæ, vniuerſalis Romanæ Paſtorem? *ibid.*
Quid in ciuilibus cauſis? *ibid.*
Et an Epiſcopus accuſatus valeat per exceptionem criminis oppoſiti eius familiarem accuſatorem improbare, & ab accuſando repellere? *ibid.*
III. An Epiſcopi criminoſi citari poſſint ab aliquo iudice Eccleſiaſtico à Papa inferiore, vt compareant coram illo? 22
Et an poſſint deponi, aut ab ordine priuari per aliquem eorum? *ibid.*
Et cum qua conſultatione priuentur, ſiue deponantur à Pontifice? *ibid.*
Et an inquiſitores eo quod Bullis Apoſtolicis ſunt ſpecialiter deſignati iudices in cauſa hæreſis, poſſint procedere, & definire contra Epiſcopos hæreticos? *ibid.*
IV. An Epiſcopi in delictis atrocibus, ſeu depoſitione, vel priuatione dignis ſatis valeant condemnari numero teſtium duorum, aut alio maiori numero? *ibid.*
Et à quo numero Epiſcoporum condemnentur? *ibid.*
Et quo ordine debeant in illos actuare iudices, quibus à Papa ipſiſmet ſpecialiter cognitio commiſſa ſit? *ibid.*
Et num ſi pluribus delegetur iudicibus debeat omnium eſſe ſententia conſors, vt queant deponi? *ibid.*
Vbi quid de Presbyteris, & Diaconis? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Illa præpoſitorum, III. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Omnipotens, IV. hoc titulo.*

Qv.I. An de Crimine accuſati poſſint ordinari? 30
Et an ex infamia non fundata in proprio delicto illius delicti, naſcatur irregularitas? *ibid.*
Et an ſi quis ſit tantum populari infamia, notatus valeat ordinari? *ibid.*
Et an infamis in vno loco poſſit ordinari in alio, in quo non eſt infamatus? *ibid.*
Et an ex defectu bonæ ſiue tectæ exiſtimationis apud homines fiat, quis irregularis, ſeu inhabilis ad ordines ſuſcipiendos? *ibid.*
Et qui dicantur infames iuris? *ibid.*
II. An clericus concubinarius fiat irregularis ratione infamiæ? An publicè penitentes? 34
An exercentes officia vilia? *ibid.*
Et à quibus vtraque infamia iuris, aut facti valeat auferri? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Nulli, V. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. De his, VI. hoc titulo.*

Qv.I. An delictum idem ſemel in vno iudicio, & ab eodem iudice punitum valeat ab eo, ſeu ab alio iudice, iterum incuſatum ſiue ex officio puniri? 38
Et ſancto officio reus punitus, valeat ſuper eodem puniri, aut ſi abſolutus ſit iterum inueſtigari? *ibid.*
Et an ſi per viam inquiſitionis, aut denunciationis, etiam Eoangelicæ reus ſit condemnatus, aut abſolutus, valeat per accuſationem iterum puniri, ſeu abſolui? *ibid.*
Et an punitus de vulnere, poſſit de occiſo puniri? *ibid.*
II. An inquiſitio formari poſſit contra illum, qui per abſolutionem à iudice liberatus fuit? 41
An reus, qui per torturam purgauit indicia debeat diffinitiue abſolui, ſic vt ex nouis iterum contra eum non inquiratur? *ibid.*
An abſolutus ex eo, quod fiſcus delictum non probauit poſſit iterum inquiri? *ibid.*

Quid ſi ignorante illo, cui competit, proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam? *ibid.*
Quid de abſoluto ab obſeruatione iudicij diffinitiue? *ibid.*
Et an abſolutus à crimine incidenter intentato, poſſit de eodem crimine criminaliter accuſari? *ibid.*
Et an poſſit abſolutus iterum inquiri, ſi poſt abſolutionem fateatur debitum? *ibid.*
III. An Princeps aduerſus ſententiam abſolutoriam, valeat iterum præcipere, vt ſuper eodem delicto iam abſolutus inquiratur, accuſetur, ac puniatur? 45
An abſolutus in foro animæ, poſſit nihilominus de delicto, ac peccato illo, iam abſoluto, iterum impeti? *ibid.*
Vbi de abſoluto, ſeu condemnato ab Eccleſiaſtico, nunquid valeat puniri à laico, aut è contra? *ibid.*
An ſi aliquis perſtiterit in excommunicationem poſt denunciationem per multum temporis ſpatium, & fuerit abſolutus, prædicta abſolutione obtenta, reuerſuſque ad gremium Eccleſiæ, queat accuſari virtute legis in pœnam per illam incurſam? Et quid de abſoluto virtute iubilei? *ibid.*
Et an ſemel abſolutus poſſit adhuc moleſtari, ſi fuit abſolutus per iudicis colluſionem, & præuaricationem? *ibid.*
IV. An quis poſſit puniri ſecundo, ſi ex vno delicto diuerſæ penæ impoſitæ ſint, vel ratione alicuius qualitatis non deductæ in iudicio? 51
Quid de crimine extra Regnum commiſſum, num poſſit in proprio Regno iterum puniri? *ibid.*
Et an compoſitus cum parte, aut fiſco, poſſit adhuc accuſari, & puniri ſaltim ex accuſatione proximioris? *ibid.*
Et ex vno delicto valeant imponi plures pœnæ ſi ex eo reſultant effectus diuerſi? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Repellantur VII. hoc titulo.*

Q.I. QVARE cohabitantes cum inimicis crimినoſi nequeant illum accuſare; ſi quidem ex hoc ſequeretur forte, vt nullus inueniretur accuſator? 56
Et an vtcumque verum ſemper ſit, vt nunquam inimicus ad accuſandum admittatur? *ibid.*
Et quid dicendum de inimico reconciliato? *ibid.*
Et an ſola inimicitia cum occiſo ſit ſufficiens indicium ad torturam? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Accuſati, VIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Euidentia IX. hoc titulo.*

Q.I. AN ſi iudicium eſt notorium, eſto quod non indiget accuſatore, indigeat tamen aliqua forma, & ordine iudiciali, & ſic in libello, an citatione, an litis conteſtatione? 61
An probatione plena, aut ſaltim aliqua? *ibid.*
Et an quod ſuper eo concludetur, vt in cæteris iudicijs? *ibid.*
Et an in ſcriptis ſuper notorio delicto requiratur ſententia? *ibid.*
II. An iudex poſſit procedere in delictis notoriis per viam inquiſitionis? 65
Et an cum ſic procedit requiratur ſolemnitas in accuſatione requiſita, ſcilicet annus, locus, & aliæ ſolemnitates? Et num queat tunc imponere pœnam ordinariam? *ibid.*
Et an iudex cum procedit ex notorio poſſit accuſati? Et num appellatio detur à ſententia ſuper notorio? Quid de inhibitione? *ibid.*
Quid de delinquente coram iudice ſedente pro tribunali? Et de reperto in flaganti? *ibid.*
III. An vt delictum dicatur notorium dignoſcatur per aliquas iuris determinationes; an vero illud debeat relinqui iudicis arbitrio? 71
Et in quibus caſibus, etiam ciuilibus dignoſcantur notorii effectus? *ibid.*
Et an liceat pro Regibus aliquem ſine ſolemnitate damnate? Et an manifeſtum, publicum, notum indubium, &c. aſſimilentur notorio formali? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Cum P. & x. X. hoc titulo in ipſo.*

Ad

Ad Textum, *In Cap. Ex parte XI. hoc titulo.*

Q.I. AN vtique Monacho ſit licitum accuſare proprium Abbatem, aut Monaſterium, ex eo quod bona aliqua dilapidauerunt? 77
Et an denunciare? *ibid.*
Et quæ poſſit Monachus ante factam profeſſionem circa accuſandum, aut pacem facere? *ibid.*
Quid de Abbate, ſiue Monaſterio reſpectu Monachi, aut eius patris interfecti, ſiue iniuriati? *ibid.*
Et an ſi Monacho petenti alimenta ad proſequendam talem accuſationem, eſſent denegati, ſit licitum à tali denegatione appellare? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Si conſtiterit XII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Meminimus XIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Licet XIV. hoc titulo.*

Q.I. AN ſi accuſator accuſationem propoſuit ſit compellendus talis, vt eam proſequatur intra terminum à iudice aſſignandum, alias non audiatur? 84
Et an qui nondum accuſauit alium, poſſit compelli ad accuſandum? 84
Vbi quid poſſit officium iudicis, quando accuſator nondum propoſuit accuſationem, nec diffamauit reum delinquentem?
Ac de citatione bina, aut vnica in hac materia: *ibid.*
Et an eſto quod non ſubiicitur inſcriptioni accuſaturus, ſi de facto non accuſet, ſit ſaltim in expenſis condemnandus vel quando non eius formam mandati exceſſit? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Veniens XV. hoc titulo.*

Q.I. AN procurator admittatur pro reo ad appellandum in cauſis criminalibus? 90
An coniunctus pro conſanguineo reo, Abbas pro Monacho, Epiſcopus pro clerico, vniuerſitas pro ſuo ciue? *ibid.*
Et alij in his qui pro ſuo intereſſe particulari comparent pro intereſſe abſentis; *ibid.*
Et an quando abſentia eſt calumnioſa admittatur? *ibid.*
Et an ſi ſemel admiſſus procurator valeat ab eo geſtum vtique, ſi à parte contraria non ſit oppoſitum de inualiditate? *ibid.*
Et an reus audiatur per Procuratorem in cauſis criminalibus relegationis ſcilicet, aut pœnæ pecuniariæ? *ibid.*
II. An peremptoria citatio faciat, quem contumacem, vt alias non audiatur? 92
Et an qui iurauit ſtare mandato alicuius ſi virtute iuramenti ſit ei mandatum, vt non accuſaret nihilominus admittatur ad accuſandum? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Super his XVI. hoc titulo.*

Q.I. AN clericus, qui accuſatus in cauſa ſanguinis defendendo ſe, petit, vt accuſator, qui in probatione deficit puniatur pœna mortis, aut mutilationis, ſit irregularis; ſequuta morte? 93
Et quomodo facienda ſit cum opus eſt proteſtatione, ſic reaccuſando incurrat? *ibid.*
Et an qui ſe defendendo obiicit per modum exceptionis crimen morte dignum, ſe inſcribat, ſaltem ad pœnam ordinariam? *ibid.*
Et quid de denunciatore? *ibid.*
Et an dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis admittatur procurator? *ibid.*
Et an procurator alicuius poſſit ſine mandato repulſas opponere contra teſtes? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Qualiter XVII. hoc titulo.*

Q.I. AN iudex Eccleſiaſticus faciat vim retractando ſuam ſententiam tranſlatam in rem iudicatam exceptione non oppoſita ab aduerſario? 96
Vbi de poteſtate reuocandi ſuam ſententiam, ſiue moderandi, aut emendandi? *ibid.*
Quid de ſententia merè interlocutoria? *ibid.*
Quid de ea, quæ habet vim diffini-

tiuæ quid de merè diffinitiua? *ibid.*
An poſſit iudex poſt latam ſententiam corrigere declarando etiam in articulo? *ibid.*
II. An delegatus, ſeu arbiter poſſint corrigere ſuam ſententiam(98
Et an variare poſſit iudex, qui vnam ſemel impoſuit pœnam delinquenti? *ibid.*
An Aduocatus, qui ſemel præſtitit Conſilium? *ibid.*
Et an Notarius valeat ſuum errorem corrigere? *ibid.*
Et an teſtis volens corrigere ſuum errorem admittatur? *ibid.*
Et an accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incepta? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Dilecti XVIII. hoc titulo.*

Q.I. AN maleficia diſtinguantur ex fine actus, aut ex ſola voluntate, quid in dubio, quando de eorum malitia non conſtat? 103
Et an reus etiam confeſſus poſſit in omni crimine defenſionibus renunciare? *ibidem.*

Ad Textum, *In Cap. Cum oporteat XIX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textnm, *In Cap. Cum dilectus XX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Inquiſitionis XXI. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ad petitionem XXII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Accedens XXIII. hoc titulo in ipſo*

Ad Textum, *In Cap. Accedens XXIV. hoc titulo.*

Q.I. AN fama publica, vehemens, clamoſa, & ſcandaloſa debeat interuenire, & quibus probetur teſtibus, vt iudex de delicto poſſit inquirere? 110
Et in quibus ea fama non procedente, nec probata, poſſit inquiri de delicto per iudicem, nemine accuſante? *ibidem.*
Quid ſi formatur inquiſitio de vno delicto, & probatur de alio? *ibid.*
Et quid ſi formata ſit, quod quis doloſè deliquerit, dolus autem non probatur? *ibid.*
Et an formari valeat contra alias abſolutum, vel agratiatum? *ibid.*
II. An inquiſitio debeat continere omnes delicti qualitates, & circunſtantias, vt reo defenſio non tollatur? 115
Item num continere locum, & tempus ſequuti delicti? *ibid.*
Et quid ſi de alioloco, aut tempore probetur? *ibid.*
Et quid ſi formata fuerit contra aliquem, vti principalem, an poſſit ſequi condemnatio, ſi probetur illum fuiſſe mandantem? *ibid.*
Et an ſuſtineatur inquiſitio propoſita cum aliqua qualitate ſi ea non probetur? *ibid.*
Et an pendente iudicio poſſit accuſator ponere qualitatem quæ aggrauat pœnam, quando in libello poſita non eſt? *ibid.*
An in inquiſitione formanda reqniratur ſolemnitas, quam in accuſatione ius expoſcit? *ibid.*
III. An iudice interrogante cum iuramento nulla præcedente infamia, reus teneatur dicere veritatem? 118
Et qnomodo fama probetur? 118
An diffamans poſſit à indice compelli, vt proſequatur accuſationem? *ibid.*
An condemnatus, ex inquiſitione, ſit infamis? *ibid.*
An in omni crimine poſſit procedi per viam inquiſitionis? *ibid.*
IV. An iudex in eo caſu, quo reſpiciat plenè probatnm delictum, teneatur imponere pœnam illius ordinariam? 119
Et an quando eſt plenè probatum, reus poſſit torqueri? vel an fama ſufficiat ad torturam? *ibid.*
An detur copia reo accuſato in ſummaria? *ibid.*
An officialis temerè inquirens, poſſit in expenſis condemnari? *ibid.*
Et quæ ſint indicia legitima ad inquiſiionem criminalem contra aliquem inſtituendam? *ibid.*
Et an quando quis poteſt accuſare, aut tenetur, debeat accuſationem præcedere correctio fraterna?

Ad Textum, *In Cap. Sicut olim XXV. hoc titulo.*

Ad

Ad Textum, *In Cap. Olim XXVI. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Prælatorum XXVII. & fin. hoc titulo in ipſo.*

AD TITVLVM
De Calumniatoribus ad Rubricam.

Ad Textum, *In Cap. I. hoc titulo de Calumniatoribus.*

QVÆST. I. AN delator, ſiue calumniator pœna talionis, aut pœna falſi, ſiue alia corporali, aut pecuniaria puniatur? 129
- Et an hoc à dignitate perſonatum ſumatur, vel à frequentiatione delatorum? *ibid.*
- Vel à qualitate delicti extraordinarij, ſeu ordiri? *ibid.*
- Et quid de expenſarum condemnatione contra tales? *ibid.*
- Et quo officio peti debeant? *ibid.*
- Et an reaccuſatio liceat recuſata contra falſum accuſatorem? *ibid.*
- Et 'num reaccuſatus debeat incarcerati? *ibid.*

II. An fiſcus ad delationem procedens, vt calumnioſus, valeat puniri?
- Quid de iudice? 132
- Et ad textum noſtrum, quod de clerico falſas fabricante litteras, vt falſo aliquem impetat? *ibid.*
- Et quid de impetrante beneficium per priuationem ex aliquo delicto, an ad talionis pœnam teneatur? *ibid.*
- Et an etiam calumniator clericus pœna verberum,ſeu relegationis valeat puniri? *ibid.*
- Et quando calumniator excuſetur? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. II. Fin. hoc titulo de Calumniatoribus in ipſo.*

AD TITVLVM
De Simonia, ad Rubricam.

QVÆST. I. ANomnis datio rei temporalis pro ſpirituali, ſit ſimonia? 144
- Et an illam committat, qui res Eccleſiæ propter proprium lucrum vendidit? *ibid.*
- Et an ſimoniæ vitium ab auaritia procedat, ſeu ab alio motiuo principaliter? *ibid.*
- Et an omnis ſimonia ideo prohibita, qua ex ſe mala eſt iure naturæ, & Diuino, vel detur aliqua, quæ tantum dicatur mala, eo ſolum, quod ſit iure tantum humano Canonico prohibita? *ibid.*

II. Simonia confidentialis, quæ dicatur? 148
- An probetur ſicut in ſimonia conuentionali, aut reali? *ibid.*
- Et an illa arguatur ex duobus mandatis correſpectiuis? *ibid.*
- Quid in dubio? *ibid.*
- An ſit ſimonia dare pretium cuidam tertio, vt intercedat apud collatorem beneficij, vt beneficium illi conferat? *ibid.*
- Et an ſit ſimonia ſi Titius promittat Caio ſe daturum eleemoſynam pauperi, vel loco pio, ſi Caius impetret Titio beneficium Eccleſiaſticum? *ibid.*

III. An ſi quis gratis promittat aliquid pro beneficio obtinendo poſſit de hoc paciſci? 154
- An qui promiſit aliquam ſummam pecuniæ pro beneficio obtinendo proteſtans ſe illam daturum gratitudinis cauſa, & non ex debito iuſtitiæ, incurrat ſimoniam? *ibid.*
- An ſi quis pro beneficio obtinendo iniret pactum non rigoroſum, ſed ex gratitudine, committeret ſimoniam? *ibid.*
- Et an, qui obtinuit beneficium cum promiſſione dandi magnam quantitatem, incurrat pœnas impoſitas contra ſimoniacos, ſi poſtea pretium non fuerit ſolutum? *ibid.*
- An ſit ſimonia ſi quis det pecuniam Titio, vt ipſius merita apud collatorem beneficij exponat? *ibid.*

III. An

IV. An Papa poſſit contrahere ſimoniæ culpam iure diuino? 158
Quid de iure Canonico? *ibid.*
Et an contrahens cum Papa, vel eius Miniſtris de re ſpirituali ex ipſius Pontificis conſenſu, illam incurrat? *ibid.*
Et num cenſeatur cum illo diſpenſare quoad pœnas? *ibid.*
Et quid ſi Papa expreſsè cum illo non diſpenſaret? *ibid.*
Vel an excuſentur à culpa, qui ſciente, & diſſimulante Pontifice ſimoniam exercent ſolo iure poſitiuo prohibitam; *ibid.*
Et an peccet, qui propter bona temporalia, vel ambitum, Epiſcopatum deſiderat? *ibid.*
Et an omnes infideles, pagani hæretici, &c. labem ſimoniæ iure naturali, & Diuino vetitæ contrahere poſſint? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. I. hoc titulo.*

Q.I. AN Epiſcopus recipiens pro ordine conferendo aliquid temporale, ſit ſimoniacus, & vt talis puniendus? 164
Quid ſi ſolam primam tonſuram pretio motus, munere, lingua, aut obſequio contuliſſet? *ibid.*
Et quid de ordinando promittente, & dante ordinatori, etiam pro datione primæ tonſuræ, num non ſolum committat ſimoniam, verum, & pœnis ſit obſtrictus? *ibid.*
II. An ſi Caius dederit ordinatori pecuniam vt Titio ordines conferret, ſi Titius ſciuit, & non contra dixit, ſit ſuſpenſus ab omnibus ordinibus? 171
Et an qui per ſimoniam eſt ordinatus, ſit etiam irregularis? *ibid.*
Et quid in eo caſu quando aliquis v.g. irregularis ſumpſit primam tonſuram, & poſtea obtinuit beneficium, dando mediatori magnam pecuniarum ſummam? *ibid.*
Et an ordinatus ſimoniacè, ſit tantum ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto, ſed etiam ab aliis antea legitimè ſuſceptis? *ibid.*
III. An ordinandus conueniens cum ordinatore, non illum moleſtaturum poſt ordines ſuper beneficio, aut alimentis, ſit ſimoniacus, pœnis ſubiectus? 174
Et quis diſpenſet? *ibid.*
Quid ſi cum Patrono, aut cum illo, qui Epiſcopo ordinaturo, ordinandum præſentat? *ibid.*
Quid ſi pactum, ſiue conuentio interponeretur cum ſolo donatore, aut Patre ordinandi, aliiſve? *ibid.*
Vbi quid de offerente patrimonium pro titulo, vt quis ordinetur? *ibid.*
Et an officiales, ſeu Epiſcoporum Miniſtri, vt ſecretarius, Notarius, examinatores, perſcrutatores, & alij in ordinatione Miniſtri offerendo pretium, aut conuentio, aut ſponte, aut pro Sigillo, litteriſue aliis ordinando præſtandis, incurrant ſimoniam noſtri textus, & cap. Trid. ſeſſ. 21. de reformat. *ibid.*
Et quid de examinatoribus? *ibid.*
IV. An datio gratuita reſpectu omnium ſpiritualium adminiſtrationis, ſit ſimoniaca, ſeu tantum reſpectu examinis, & iudicij quod in ſe includunt, vt in ſacramento ordinis & pœnitentiæ, vel è contra? 170
Et an hoc æque practicetur in Epiſcopo conferente, & in eius officialibus? *ibid.*
Quid vbi honeſta, & pia ratio vrget dandi, & recipiendi temporalia pro ſpiritualibus? *ibid.*
Et an in dubio ſuper donatione gratuita, nec ne interet conſideratio quantitatis rei donatæ, perſonæ, qualitatis, & temporis circunſtantia? *ibid.*
Ad textum in Cap. etſi quæſtiones 18. hoc titulo. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Qui alium II. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Si Dominus III. hoc titulo.*

Q.I. AN quilibet Catholicus ad ſimoniam probandam admittatur, etiam laicus contra clericum, & fœmina? 184
An ſeruus, meretrix, & criminoſus? *ibid.*
Et an teſtes inimici capitales, vel non, etiamſi ſint reconciliati? *ibid.*
Et numquid ſufficienter per coniecturas ſimonia probetur? *ibid.*
II. An contractus ſimoniacus probari valeat per criminis ſocios? 186

Et

Quæſtionum.

Et an ſi per ſuam confeſſionem conſtaret de tali ſocietate admitteretur, nec ſolum in hoc crimine, verum, & alio quolibet non exceptuato, aut ſaltim ſi de crimine ageretur ciuiliter? *ibid.*

An Iudæi ſeu infideles poſſint admitti ad hoc crimen probandum? *ibid.*

Et an ſimonia ad effectum probationis ſit plenè probanda? *ibid.*

Et quomdo ſcientia probetur ad hunc effectum? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Accuſatum IV. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Quotiens V. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Sicut Simonia VI. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Tanta VII. hoc titulo in ipſo.*

Ad textum, *In Cap. Non ſatis VIII. hoc titulo.*

QV.I. AN ſit ſimonia pro ingreſſu religionis pecuniam dare, aut accipere? 192

Et an profeſſio in religione facta per ſimoniam ſit valida? *ibid.*

Et an ſit ſimonia petere à monialibus dotem, quando Monaſterium eſt diues? *ibid.*

II. An inſtitutio valeat de Monaſterio ſub ea conditione, vt talem in monialem recipiant? 194

Et an ſi Monaſterio aliquid relinquitur ſub conditione vt aliquem recipiat in Monachum, valeat legatum? *ibid.*

An religioſi committant ſimoniam, ſi dent temporale aliquod munus in electionibus? *ibid.*

Et quid ſi vſus inoleuit aliquid dandi? *ibid.*

III. An ſit ſimonia dare pro pretio habitum, & commendas equeſtrium nobilium, ordinum quidem militarium? 197

Et qualiter potuit excuſari à labe ſimoniæ, quædam conuentio equitum Hieroſolymitanorum? *ibid.*

Et an ſit ſimonia inuitare aliquem ad religionem, ſeu Baptiſmum cum ſpe lucri? *ibid.*

Vbi quid de Iudæo, cupiente venire ad Baptiſmum & timente paupertatem intra Chriſtianos? *ibid.*

Et an ſuperiores regularium poſſint abſoluere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob ſimoniam contractam in ordine, vel beneficio? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Cum in Eccleſia IX. hoc titulo in ipſo*

Ad Textum, *In Cap. Cum ſit Romana X. hoc titulo in ipſo*

Ad Textum, *In Cap. De hoc IX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Cum eſſent XII. hoc titulo.*

QV.I. AN ſimonia ſit prohibita in beneficiis de iure Diuino, an tantum de iure poſitiuo? 206

Quid de commendis ſpiritualibus, ſeu clericalibus? *ibid.*

Et an commendæ militares? *ibid.*

An Rectoria ſeu officia regendi Hoſpitalia Eccleſiaſtica? *ibid.*

Et an præſtimonia, Capellaniæve ſint materia ſimoniæ, ac vendi poſſint? *ibid.*

Et auditoriatus, Clericatus Cameræ, & alia officia, ſeu dignitates huiuſmodi poſſint vendi ſine labe ſimoniæ? *ibid.*

II. An in beneficiis, & Capellaniis manualibus, ſeu ad nutum amobilibus, titulum non habentibus perpetuum, dctur ſimoniæ materia? 213

Quid in penſione, ſeu tranſlatione ipſius, etiam confidentiali? *ibid.*

III. An permutationes beneficiorum contineant de iure ſimoniæ materiam, ſi beneficia ſint inter ſe æqualia? 216

Quid, ſi inæqualia ſint, & maiores fructus vnius ſint coæquandi præſtatione

tione pecuniæ, aut impoſita aliqua penſione? *ibid.*

An ſit ſimonia permutare res ſpirituales, dum non ſit beneficium, & neceſſum ſit, vt pactiones expreſsè debeant præcedere, & ſufficiant etiamſi pretium realiter non interueniat, ſed ſola promiſſio? *ibid.*

Et an pactiones tacitæ poſſint efficere ſimoniam legibus humanis prohibitam, itavt ſub illa prohibitione comprehendantur? *ibid.*

IV. An beneficia, quæ aliis vnita ſunt poſſint permutari? 122

Et an liceat partibus inter ſe denegotio permutationis tractare ſineperfecta pactione? *ibid.*

Et an vt ipſæ mutuo obligatur ad perſeuerandum in conuentione facta, donec præſentetur ſuperiori? *ibid.*

Et an ex ſolo conſenſu permutantium, poſſit fieri Præbendarum permutatio ſine auctoritate ſuperioris? *ibid.*

Vel an poſſit beneficium Eccleſiaſticum permutari cum commenda, vel cum penſione abſque ſimonia? *ibid.*

V. An tranſactio, in qua ſpirituale, pro aliquo temporali remittitur in beneficiis, aut aliis, ſit ſimoniaca? 125

Et quid in materia non beneficiali cum aliqua penſione per ceſſionem, & largitionem alterius? *ibid.*

Et an liceat tranſigere cum aliqua penſione ab Epiſcopo impoſita in lite pendente beneficiali? *ibid.*

An ſit ſimonia commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſionem beneficiorum? *ibid.*

Et an Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, Prioratus, &c. includantur ſub nomine beneficij ad includendas ſimoniæ pœnas? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Inſinuatum XIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Nemo XIV. hoc titulo.*

Qv.I. An ſi pro adminiſtratione alicuius ſacramenti ante vel poſt temporale accipiatur, ſimonia committatur? 252

Quid in Baptiſmo; ſi nullus adminiſtrare volens, alius pecunia inuitetur? *ibid.*

Quid in ſacramento Confirmationis pro Chriſmate, & oleo ad cap. 16. hoc tit. *ibid.*

Quid in ſacramento Pœnitentiæ, aut Euchariſtiæ, vel ſanctæ vnctionis? *ibid.*

Et quid in ſacramento matrimonij? *ibid.*

II. An ſit licitum dare alicui pecuniam, vel vt ſacramenta frequentet, vel vt operetur actum vtilem ſolum ipſimet operanti? 338

Et an pro ſacramentalibus, nempe pro labore illa adminiſtrandi? *ibid.*

Et an non obſtante quod improbetur, quælibet conſuetudo recipiendi pro adminiſtrandis ſacramentis, ſuſtineatur quidem illa, quæ approbatur in dicto Cap. ad Apoſtolicam 14. hoc tit. *ibid*

Vbi an in pactum deduci poſſint per Clericos, & Parrochos ſibi ipſi ſtipendia ſolui? *ibid.*

Et an vſus quarundam Eccleſiarum retinendi ſibi fructus Præbendati primi dimidij, aut integri anni, ſit ſimoniacus aut ſuſtineatur? *ibid.*

Et quid de eo, quod datur pro actu concionandi? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Querelam XV. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ea quæ de auaritia XVI. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ex diligenti XVII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Quæſtiones XVIII. hoc titulo.*

Qv.I. An in ſimonia detur paruitas materiæ? 245

Et quo modo cognoſcendum, vt in aliquo præcepto ea detur? *ibid.*

Ad

Quæſtionum.

Ad Textum, *In Cap. Veniens XIX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Capite Tuæ XX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ad noſtram XXI. hoc titulo.*

Q.I. AN vendere officia Eccleſiæ, ſit ſimonia, vt Oeconomi, vice-Domini, Aduocati, Sacriſtæ, Caſtaldi, & aliorum? 247

Et quod de officiis Primicerij, Cuſtodis, Theſaurarij, & aliorum, qui vocantur officia Eccleſiaſtica in iure? *ibid.*

Quid de officio vicariatus vulgo *teniente de Cura*, aut *Epiſcopi* Viſitatoris Notarij, fiſcalis, & aliorum ſimilium? *ibid.*

An Cancellarius Epiſcopi, poſſit ratione laboris ſumere aliquid pro licentia audiendi confeſſiones, concionandi? *ibid.*

II. An ſi iuriſdictiones Eccleſiaſticæ, fori exterioris, ac fori interioris emantur, vel vendantur, committatur ſimonia? 250

Et an ſit ſimonia vendere, ceſſationem vſus rerum ſpiritualium, & ſic pro zelando peccatore? *ibid.*

An ſit ſimonia dare alicui pecuniam, vt dimittat beneficium Eccleſiaſticum, quod habet? *ibid.*

III. An muſici, qui in Eccleſiis Diuina officia canunt, poſſint accipere aliquid temporale ſine labe ſimoniæ? 253

An liceat alicui ludere preces cum alio pro præmio temporali? *ibid.*

Vbi aliquid de mediatoribus ad ſimoniam? *ibid.*

Et an preces in fauore, & gratia niti ſoleant? *ibid.*

Et an ſit ſimonia aliquid tanquam pretium ſumere pro labore interno functionis ſpiritualis? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. De ſimon. XXII. hoc titulo.*

Qv.I. AN ſit validus titulus beneficij ſimoniacè obtenti data ex parte prouiſi ignorantia? 257

Quid in penſione, ſeu alio officio Eccleſiaſtico? *ibid.*

Et an habens beneficium ſimoniacè, vllum ius acquirat? *ibid.*

Vel ſi per mediatorem ſimoniacè ignoranter obtineat, teneatur ſic beneficium obtentum dimittere? *ibid.*

Quid in electione? & præſentatione? *ibid.*

Et quid in poſſeſſore inſcio, vt gaudeat regula de triennali, ſeu annali? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Matthæus XXII. hoc titulo.*

Qv.I. AN iuſta vexatio poſſit redimi cum pecunia ab eo, qui non habet obligationem opponendi? 260

Et proceſſiones iuris ſpiritualis an poſſit dari cedere nolenti? *ibid.*

Et an ſi electus vexetur per viam iuris circa poſſeſſionem iam habitam, poſſit pretio redimere vexationem? *ibid.*

Vbi quid in iam obtento beneficio, aut alio ſpirituali dono? *ibid.*

Et an ſi quis poſt collationem beneficij impediatur iniuſtè accipere poſſeſſionem beneficij poſſit hanc vexationem pecunia redimere? *ibid.*

II. An qui ad redimendam vexationem electori dedit pretium, ne minus dignus eligeretur ad beneficium, ſit ſimoniacus, incidatque in pœnas? 261

Et an ſit licita redemptio vexationis, ſi quis offerat pecuniam, electori, qui vult eligere indignum niſi pecuniam à digniore accipiat? *ibid.*

Et an quando quis non vi, vel fraude illata, ſed ſolum per ſubordinationem preces, & munera quæ electoribus confert, impedit ne quis eligatur, poſſit ille pretio redimere hanc vexationem, etiamſi ſubornans

nans ſit ex vnus electoribus? *ibid.*
Et an ab electo, nondum confirmato poſſit licitè in beneficialibus, aut electionibus redemptio vexationis pro pecunia fieri? *ibid.*
III. An habens ius litigioſum in beneficio poſſit dari alteri prætendenti aliquid, vt non proſequatur ius ſuum? 264
Et an liceat dare alicui pecuniam, ne mihi in electione exceptionem opponat, quem de iure poteſt, vel concurrenti, vt à concurſu deſiſtat ſeu paciſci cum aliquo vt non concurrat, & quod tu non concurres cum illo in ſubſequente? *ibid.*
Et an quando ius ad poſſeſſionem & dubium liceat pretio redimere vexationem contra poſſeſſionem illatam? *ibid.*
Et an ſi quis det alicui pecuniam vt metum competitori incutiat ad hoc vt deſiſtat à concurſu circa electionem ad beneficium, ſit ſimonia? *ibid.*
Et an ſine ſcandali peccato poſſim redimere vexationem iniuſtam in adminiſtratione ſacramentorum præbendo pecunias? *ibid.*
Et an ſi meus v.g. aduerſarius obtulit iudici pecuniam, vt mihi opituletur, aut electori, quam illi accepit, poſſim ego illum pecuniis allicere, vt mihi? *ibid.*
Et an licitum ſit litiganti in foro conſcientiæ dare iudici etiam ſtipendium habenti, vt per ſe iuſtam ferat ſententiam? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Ad aures XXIV. hoc titulo in ipſo*

Ad Textum, *In Cap. De Regularibus XXV. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ex inſinuatione XXVI. hoc titulo.*

Q.I. AN ſi quis reſignet beneficium cum conditione, vt ſibi penſio ſoloatur, ſit ſimonia confidentialis? 269
An ſi aliquis reſignet beneficium cum intentione, vt reſignatarius iterum conferat, & reſignat v.g. ſuo nepoti, committat ſimoniam prohibitam in Bullis Pianis? *ibid.*
Et num ſit ſimonia cum beneficium reſignatur in fauorem tertij, cum clauſula *non aliter, nec alias?* *ibid.*
Et quid quando reſignans, & reſignatarius conueniunt, vt dicatur in narratiua maior beneficij valor, vt penſio ſuper illo aſſignetur? *ibid.*
II. An ſola reſignatio beneficij cum acceſſu, regreſſu & ingreſſu, ſeu permutatio in Bullis Pianis prohibeatur ſub ſimonia? 274
Vbi qui dicantur acceſſus, & regreſſus, &c. an ex mutuo inducatur ſimonia confidentialis? *ibid.*
Et an ſit ſimoniaca reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius, faciet omnem impenſam in admiſſione, & expeditione litterarum penſionis pro reſignante? *ibid.*
Et quibus modis poſſit ſe habere intentio renunciantis, vt beneficium alteri detur? *ibid.*
An per renunciationem ſimoniacam abdicetur ius à reſignante? *ibid.*
Et an liceat nominare ſucceſſorem reſignanti? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Nobis XXVII. hoc titulo.*

Q.I. AN ſit ſimonia, quando electores inter ſe conueniunt, vt vnus ſuffragium det vna vice pro vna, alter vero alia vice pro alia? 278
Et an ſit confidentialis reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſe habet vocem, vel multum poteſt? *ibid.*
Et an ſit ſimoniaca electio, ſi aliquis eligendo, [illegible]cio pecuniam dederit, vt ille eligatur? *ibid.*
Quid præſumatur ſi conſanguineus, vel amicus dederit? *ibid.*
Et an ſimoniaca electio, electo ignorante facta ſit reprobanda, vel ſit ipſo iure nulla? *ibid.*
Et quid quando commiſſa eſt cum vno ſolo patrono? *ibid.*
Vbi an ſit ſimonia vendere iuſpatronatus? *ibid.*

Ad

Ad Textum, *In Cap. Dilectus XXVIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Suam XXIX. hoc titulo.*

Qv.I. AN ſit ſimonia pro benedictionibus nubentium pecuniam accipere? 283
Et an pro exequiis mortuorum, eorumve ſepulturiis? *ibid.*
Vel pro eo, nempe vt mortuus ſepeliatur in loco honorifico, aut nobiliori? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Dilectus XXX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Licet Hely XXXI. hoc titulo.*

Ad Textum, *In Cap. Per tuas XXXII. hoc titulo.*

Qv.I. AN ſimoniaci ſint criminaliter, aut ciuiliter puniendi per inquiſitionem, aut accuſationem? 292

Ad Textum, *In Cap. Sicut tuis XXXIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Tua nos XXXIV. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Per tuas XXXV. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. In tantum XXXVI hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. per tuas XXXVIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Conſulere XXXVIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Sicut XXXIX. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Quoniam XL. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Audiuimus XLI. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Ad Apoſtolicam XLII. hoc titulo.*

Qv.I. AN offrendæ, quæ offeruntur à parrochianis debeantur ex præcepto? 296
Et an ſi Miniſter ſacramenti petat, vt detur pecunia in pretium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino tali pacto det, poſſit ſine ſimonia dari? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Ne Dei XLIII. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Iacobus XLIV. hoc titulo.*

Qv.I. AN Canonici Præbendati, ſeu alias beneficiati tempore, quo recipiuntur, & ad poſſeſſionem vocantur poſſint obligari, vt aliquam ſummam pecuniæ, prius dent cum cæteris Canonicis, aut beneficiatis? 301
Quid de conſuetudine, aut ſtatuto illud approbante ſiue mandante? *ibid.*
Et an ſi pro reparatione Eccleſiæ, fabricæ ſeu pro alio opere pio id exigeretur? *ibid.*
Quid apud alios vocatur ius cappæ, quod ſoluitur in receptione Canonicorum? *ibid.*
Et an duplex ius cappæ ſolui debeat ſi duo ſint colligitantes, quorum vnus tantum receptus ſit capitaliter? *ibid.*
Et an ſit valida obligatio fideiuſſoris pro ſoluendo iure cappæ? *ibid.*
Et quando ex ſtatuto alicuius Cathedralis factum ſit, vt fructus vnius anni, aut duorum non lucretur de nouo admiſſus? *ibid.*
Et an valeat conſuetudo ſuper ſolutione annatæ faciendæ per Canonicum nouiter receptum? *ibid.*
Et an pro inueſtitura ſiue pro ſtilo prius aliquid ſolui poſſit ſine ſimonia? *ibid.*

Et quid dicendum de habente poſſeſſionem beneficij, volente illud relinquere alteri prætendenti; ob aliquod pretium,ab illo receptum? *ibid.*

Et an ſi quis fecerit expenſas in beneficio litigioſo, poſſit illas exigere ab illo cui, aut in cuius fauorem reſignat? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Si quis XLV. hoc titulo.*

Qv.I. AN Pontifex ſolus diſpenſet cum ſimoniacis, ſeu valeat aliquando Epiſcopus, aut alius ordinarius inferior? 308

Et an pro diſpenſationibus matrimonialibus poteſt abſque ſimonia delegatus recipere aliquid ratione laboris? *ibid.*

Et quid pro exequutoriis, & licentiis publicandi indulgentias, ſeu pro abſolutionibus? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Fin. hoc titulo.*

Qv.I. QVare ſimoniacus mentalis non teneatur ad reſtitutionem,cum ad illam teneatur vſurarius mentalis? 312

Et an ſimoniacus mentalis opere ſubſequuto, ſit obligatus beneficium reſignare, aut acceptum reſtituere? *ibid.*

Quid in ſimoniaco conuentionali,quando ſimonia eſt ab vna parte exequuta? *ibid.*

II. Simoniacus confidentialis quare incurrat pœnas,quas non incurreret,ſi eſſet conuentionalis? 316

Et an permutans beneficium ſimoniacè, incurrat eaſdem pœnas, ac illud emens? *ibid.*

Et an omnes ſimoniaci incurrant pœnas, quas ius imponit contra ſimoniacos? *ibid.*

Et quales,& quot ſint in iure poſitæ enodatur? *ibid.*

III. An tantum ſimonia in beneficio, & ordine, ac ingreſſu Religionis ſubdatur pœnis? 322

An emens vicariatum Epiſcopi teneatur reſignare, & Epiſcopus pretium reſtituere? *ibid.*

Et an ſimonia ad alia beneficia obtinenda inhabilem reddat ſimoniacum? *ibid.*

Et an ſimonia realis, & completa ſolo tamen iure Eccleſiaſtico prohibita ſubiaceat reſtitutioni,& pœnis ſimoniæ? *ibid.*

IV. An ſi quis poſt poſſeſſionem beneficij, nouit à patre, vel amico per pecuniam, ipſo ignorante, illud obtentum fuiſſe, teneatur in foro conſcientiæ illud reſignare? 327

Et an collationes, electiones, & præſentationes, quæ ſimoniacè fiunt ſine ſcientia beneficiati, ſint nullæ debeanturque reſtitui fructus bona fide accepti? *ibid.*

Et an non ſolum ſit neceſſario reſtituendum receptum pro ſimonia in ordine, beneficio, & ingreſſu religionis? *ibid.*

Vbi quando, & quibus eſt reſtituendum ſimoniacè acquiſitum? *ibid.*

Et qualis probatio ad hoc deſideretur? *ibid.*

AD TITVLVM III.

Ne Prælati vices ſuas,vel Eccleſias ſub annuo cenſu conſtituant? Ad Rubricam.

Ad Textum, *In Capite I. hoc titulo.*

QVÆST.I. EPISCOPVS quare vendens vicariatum,ſeu conſtituens vicarium ad exercendam iuriſdictionem ſimoniacus reputetur? 333

Et è contra vicarius non ſic ab Epiſcopo ſalarium recipiat? *ibid.*

Et an ſi duo vicarij ab illo, vel à capitulo, ſede vacante conſtituantur, qui inter ſe paciſcuntur, vt vnus ſolus exerceat iuriſdictionem v.g. Doctor, & quod alius, qui illam non exercet, partem ſalarij recipiat,ſint ſimoniaci? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Quoniam II. hoc titulo in ipſo*

Ad Textum, *In Cap. Quoniam III. hoc titulo in ipſo.*

Ad

Quæſtionum.

Ad Textum, *In Cap. Fin. hoc titulo.*

AD TITVLVM *De Magiſtris? Ad Rubricam.*

QVÆST. I. AN Magiſtri Doctores, & licentiati examinari per examen rigoroſum aliquarum maiorum vniuerſitatum, gaudeant nobilitate, exemptione à muneribus, & tributis, vbi de Bachalaureis? 341

Et indulgentiæ concedantur docentibus doctrinam & diſcentibus Chriſtianam? *ibid.*

Vbi de ætate ad diſcendas diſciplinas, & quæ debeant publicare legentes, & docentes? *ibid.*

De legenda lingua Hæbraica, Caldaica, & aliis? 341

Vbi de litteratura ſacerdotum, *remiſſiue.* *ibid.*

II. An antiquitus Præceptoribus, mercedes aſſignatæ eſſent? 345

Et an conſtituerentur, puellarum præceptores? *ibid.*

Et quanto tempore quis abſque profectu ſtudiis impendiſſe potuerit, vt inpoſterum ſpe ſtudendi deſtitutus credatur? *ibid.*

Et à quo deſumatur Magiſter, ſeu Doctor? *ibid.*

Ad Textum, *In Caput I. hoc titulo.*

QV. I. AN dans, ſiue docens pro præmio committat, ſeu ſit puniendus tanquam ſimoniacus? 347

An ſit ſimonia tribuere pecuniam pro legali ſcientia? *ibid.*

Et an ſi reſponſor caſuum conſcientiæ recipiat pecuniam propter Concilium requiſitum à petente ad pacandam conſcientiam, & in illius foro ſit ſimoniacus? *ibid.*

Vel an ſit ſimonia Theologalem ſcientiam, aut alios actus illius vendere pro pecunia? *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Prohibeas, II. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Quanto, III. hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Quia nonnullis, IV. hoc titulo.*

QV. I. AN in aliquo caſu Magiſter, ſiue lector de quo in textu noſtro, præter Præbendam ſalarium poſſit habere? 353

Et an ſeminariorum cura pro pueris erudiendis inſtituta iuxta Tridentinum Concil. arguatur ex doctrina textus noſtri? *ibid.*

Vbi de ſtipendio & Magiſtrorum, ſiue Præceptorum, à quibus ſoluendo? *ibid.*

Quid de penſionariis, & monaſteriis? *ibid.*

II. De Conſilio neceſſaria pro ſeminario adminiſtrando? 359

Et an Epiſcopus ſolus ſine Conſilio duorum de capitulo queat vniones pro ſeminario facere beneficiorum, cappellanearum, & Præbendarum, & de quibus? *ibid.*

Et ante contributionem pro ſeminario ſint prius detrahenda onera, & penſiones, quam quod obligetur pro omnibus redditibus ſoluere beneficiatus? *ibid.*

Et cui incumbat taxam fructuum facere, vt quota ſoluatur? *ibid.*

Et quare illa debeat eſſe? *ibid.*

Ad textum, *In Cap. Super ſpecula fin. hoc titulo.*

QV. I. AN hodie Magiſtri, qui Canonici, aut Parrochi ſiue Beneficiari cum præciſa reſidentia, poſſint legentes in publicis ſcholis percipere integros fructus Præbendarum, & beneficiorum? 363

Quid de diſtributionibus quotidianis? *ibid.*

Et an concluſio textus noſtri, valeat extendi ad Doctores alios Canoniſtas docentes in illis ſacros Canones, & conſtitutiones Apoſtolicas? *ibid.*

Eſto ſic procedat, extendatur etiam ad docentes leges ciuiles conſultorum Imperatorum, & Regum? *ibid.*

Et num extendatur ad Grammaticam, & ad alias facultates? *ibid.*

Et hæc procedant reſpectu ſcholaſticorum ſtudentium in dictis ſcholis, etiam ſi tales ſint iam Canonici, aut Parrochi, & pro quanto tempore ſuſtineantur Magiſtri, aut ſtudentes docendo, ſiue audiendo in dicta perceptione fructuum abſentes cauſa ſtudiorum. *ibid.*

Quid ſi interpolauerint tempus lecturæ, aut ſtudii? *ibid.*

ELENCHVS
IVRIVM, QVÆ IN HOC
volumine obiter explanantur.

Ex Decretalibus.

CAPVT finale de calumniat. *explicatur in cap. 1. quaſtione 2. eiuſdem tituli numero 6.*

Caput penultimum de ſimonia, *explicatur in cap. 1. eiuſdem tit. quaſt. 3. num. 1.*

Caput II. de tranſact. *exponitur in cap. 12. de ſimonia, quaſtione 5. numero 9. 17. & 18.*

A

Caput etſi quæſtiones 18. de ſimonia, *exponitur in cap. 1. eiuſdem tituli quaſtione 4.*

Caput ad quæſtion. 6. de rerum permut. *explicatur in cap. 12. de ſimon. quaſt. 3. num. 1.*

Caput, ad Apoſtolicam de ſimonia, *explicatur in cap. 14. eiuſdem tituli qu. 2. num. 20. in cap. 29. quaſtione 1. numero 23.*

Caput, ad abolendam de ſepultur. *exponitur in cap. 29. de ſimonia, quaſt. 1. num. 19.*

C

Caput, Conſtitutus de tranſact. *explicatur in cap. 12. de ſimonia, quaſt. 1. num. 9.*

Caput, cum in Eccleſiæ de ſimonia, *exponitur in cap. 14. eiuſdem tituli quaſtione 2. num. 21. & in cap. 29. quaſt. 1. num. 19.*

Caput, cum olim de rer. permut. *declaratur in cap. 26. de ſimonia, quaſtione 1. num. 9.*

D

Caput, Dilectus de dolo & contumacia, *explicatur in cap. 24. de ſimonia, quaſtione 1. num. 24.*

E

Caput, ex diligenti de ſimonia, *exponitur in cap. 12. eiuſdem titulo, quaſtione 1. num. 4.*

M

Caput, Magnopere ne cler. vel Monach. *exponitur in cap. fin. de Magiſtris quaſtione 1. num. 19.*

N

Caput, Nulli 5. de accuſation. *explicatur in cap. 2. de ſimonia, quaſtione 2. num. 14.*

Caput, Non poteſt. 3. de re iudic. *exponitur in cap. 2. de ſimonia, quaſt. 4. num. 25.*

Caput, nobis de ſimonia, *exponitur in cap. fin. eiuſdem tituli, quaſtione 4. numero 10.*

Caput, niſi eſſent de præb. *exponitur in cap. 12. de ſimonia, numero 22. & ſequentib.*

Caput, non ſatis de ſimonia, *explicatur in cap. 14. eiuſdem tituli, quaſt. 2. numero 20. & in cap. 29. quaſtione 1. num. 19.*

Caput, nemo 14. de ſimonia, *explicatur in cap. 21. eiuſdem tituli, quaſtione 2. numero 17. & quaſtione 3. num. 11.*

P Ca

P

Caput, per tuas de ſimonia, *explicatur in cap.* 1. *eiuſdem tituli, quæſtione* 3. *numero* 1.

Q

Caput, quoniam 10. de ſimonia, *explicatur in cap.* 8. *eiuſdem tit. quæſtione* 2. *num.*7.

Caput, quæſitum de rer. permut. *declaratur in cap.*12. *de ſimonia, quæſt.* 3. *& in quæſt.* 4. *num.*10.

R

Caput, Relatum de cler. non reſidentib. *exponitur in cap. fin. de Magiſtris quæſtione* 1. *num.* 27.

S

Caput, ſuper ſpecula de priuilegiis, *exponitur in cap. fin. de Magiſtr. quæſt.* 1. *num.* 2.

Caput, ſuper eo de tranſact. *explanatur in cap.* 12. *de ſimonia, quæſtione* 5. *numero* 9.

Caput, ſicut tuis de ſimonia, *explicatur in cap.* 27. *eiuſdem tituli, quæſtione* 1. *num.*12.

Caput, ſuper ſpecula ne cler. vel Monach. *exponitur in cap. fin. de Magiſtr. quæſt.*1. *num.* 20.

T

Caput, tua nos de ſimonia, *exponitur in cap.*12. *eiuſdem tituli, quæſtione* 3. *numero* 1.

V

Caput, veſtra de cohabit. Cler. & Mulier. *exponitur in cap. nono de Magiſtr. numero* 1.

Ex Sexto.

CAPVT, 1. de electíon. *explanatur in cap.*1. *de calumniatorib. quæſt.* 2. *numero* 8. *&* 9.

C

Caput, cum ex eo de electíon. *exponitur in cap. fin. de Magiſtr. quæſt.* 1. *num.* 29. *&* 32.

Ex Decreto.

E

CAPVT, ex multis 1. quæſt. 3. *exponitur in cap.* 12. *de ſim. quæſt.* 1. *num.* 3. *&* 9.

P

Caput, Presbyter 1. quæſt. 1. *explicatur in cap.* 32. *de ſim. qu.*1. *num.*8.

Q

Caput, quam pio 1. quæſt. 2. *exponitur in cap.* 8. *de ſimonia, quæſtione* 3. *numero* 27. *& in cap.* 12. *numero* 1. 17. *&* 21.

Caput, qui rectè 11. quæſt. 3. *explicatur in cap.* 21. *de ſim qu.*2. *num.*5.

R

Caput, reperiuntur 1. quæſt. 1. *exponitur in cap.*32. *de ſim. qu.*1. *num.*8.

S

Caput, ſaluator 1. quæſt. 3. *exponitur in Rubrica de ſimonia, quæſtione* 1. *numero* 8.

Caput, ſi forte 17. quæſtion. 4. *explicatur in dicta Rubrica, & quæſtione, numero* 17.

Caput, ſicut Epiſcopum 1. quæſt. 2. *exponitur in cap.*1. *de ſimonia, quæſt.* 1. *numero* 12.

Caput, ſi quis obiecerit, 1. quæſtione 4. *exponitur in cap.* 12. *de ſimonia, quæſtione* 1.

Caput, ſi quis Epiſcopus, 1. quæſtione 3. *explicatur in cap.* 32. *de ſimonia, numero* 1. *&* 2.

Ex

Elenchus Iurium.

Ex Extrauag.

EXtrauagans 2. de ſimon. quo ad pœnam in ſimoniacos, *exponitur in cap. fin. de ſimonia, quæſt. 2. num. 27.*

Ex Conſtit. Pontif.

COnſt. Pij IV. circa confidentias in beneficiis, & Conſtit. Pij V. *exponuntur in Rubrica de ſimonia, quæſt. 2. num. 5.*

Conſtit. Sixti V. contra male promotos, & Clementis VIII. *declarantur in cap. 8. de ſimonia, quæſtione 3. numero 33.*

Conſtit. Pij V. ad coniecturandam ſimoniam, *refertur in cap. 25. de ſimonia, qu. 1. num. 5.*

Conſtit. Pij V. de priuatione ipſo iure benefic. antea adquiſitor. *explicatur in cap. fin. de ſimonia, quæſt. 2. num. 12.*

Conſtit. Eugenian. *exponitur in cap. fin. de Magiſtr. qu. 1. num. 40.*

Conſtit. Pij V. de Parrochis diſpenſatis à Papa ad ſtudendum, *explicatur vbi proxime num. 42.*

Ex Tridentino.

CAPVT 1. ſeſſ. 21. de reformat. & cap. 23. *exponuntur in cap. 1. de ſimonia, quæſtione 1. num. 3. & quæſtione 2. numero 3. & 4. & in cap. 14. de ſim. quæſt. 2. num. 21.*

Caput 16. ſeſſ. 25. de reformat. *exponitur in cap. 8. de ſimonia, quæſt. 2. numero 3.*

Caput 8. ſeſſ. 13. *exponitur in cap. 2. de accuſ. num. 20.*

Ex Regular. Cancellar.

REgul. 13. intelligitur, *in cap. 4. de Magiſtr. qu. 2.*

Ex Digeſtis.

LEx 3. §. ſi ad diem de re milit. *exponitur in 1. c. de ſimonia, quæſtione 3. num. 3.*

E

Lex, & libari de contrah. empt. *exponitur in Rubr. de ſim. num. 11.*

L

Lex, libati de contrah. empt. *exponitur in Rubr. de ſim. num. 11.*

S

Lex, ſed Celſus de contrahent. emption. *exponitur in Rubrica, de ſimonia, numero 11.*

Ex Codice.

LEx 1. Codice quomodo actio ciuilis præiudic. criminali, *exponitur in Rubr. in accuſationib. quæſt. 1. num. 35.*

Lex fin. Cod. de vſuris, *exponitur in cap. 14. quæſt. 1. num. 14.*

Lex vnica Codice, ſi lib. imp. lib. 10. *exponitur in Rubrica, de ſimonia, quæſt. 2. num. 30.*

D

Lex, diffamari de ingen. manumiſſ. *exponitur in cap. 14. de accuſat. quæſt. 1. num. 3.*

E

Lex ex placito Codice, de rer. permut. *explicatur in cap. 12. de ſim. quæſt. 3. num. 13.*

N

Lex, Non eſt ignotum in quibus cau. tut. *explicatur in cap. 1. de calumniatorib. quæſt. 2. num 3.*

O

Lex, ob commiſſa 21. Cod. ad l. Iul. de adult. *exponitur in cap. fin. de accuſationib. quaſtione* 3. *num.* 2.

Ex Leg. Regiis.

Ex Iure Partitarum.

LEx 22. tit.7. p. 1. *exponitur in cap.* 8. *de ſim. quaſt.* 2. *num.* 2.

Lex 5. tit.17. p. 1. *exponitur in cap. fin. de ſimonia, quaſtione* 1. *numero* 11.

Ex noua Recopilat.

LEx 1. tit. 5. lib. 1. Recopil. *exponitur in cap.* 7. *de ſimonia, quaſtione* 3: *numero* 20. *& ibi, l.* 2. *tit.* 5. *lib.*8. *Recopil. num.* 21.

D. D. NI

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ
FERMOSINI,
HISPANI,
EPISCOPI ASTVRICENSIS
TRACTATVS I.
CRIMINALIVM.

Ad Titulum *de Accuſat. Inquiſition. & Denunciat. lib. V. Decretalium.*

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1. *Liber V. Decretalium continet vniuerſa delicta, pœnas atque cenſuras.*

1 POSTQVAM Compilator Decretalium *in quatuor primis libris* latè egerit de his caſibus, qui Iudicia ciuilia, Eccleſiaſtica, imò, & ſecularia informant, vltimo libro ex propoſito tractauit de compilando caſus, qui ad Iodicia Criminalia contra Eccleſiaſticos inſtituenda, imò & contra laicos ſpectant, illa, vel accuſatione, inquiſitione, aut denuntiatione proſequendo, de quorum formulario ſub hac Rubrica, & Titulo DD. antiqui, & Moderni latè loquuntur; & nos ne ab inſtituto deficiamus plures excitando quæſtiones, ſed laconice reſoluendo aſſignando huic Rubricæ quæ aptiora videantur: deinde ſub Rubro, iuxta cuiusque Textos Materiam eodem metro repetitiones fugiendo, vt noſtri moris eſt, materiam huius Tituli imo, & totius huius libri, ſi faxit Deus, intendimus ad manus trahere; & quia librarij, imò, & aliquorum in ſcholis profeſſores, & in Curijs practicis addicti anxiè cupiunt ſuper hunc librum integram lucubrationem inſpicere; vtinam feliciter incipiatur, & perficiatur.

QVÆSTIO I.

Accuſatio quid ſit, Inquiſitio quid, & Denunciatio, ad quos effectus vnaquæque & harum vnquam ſpecierum, quæ in praxi vſitatior: vbi nonnulla de formularijs, & inſcriptionibus antiquis, & per quæ inter ſe differant.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio quid ſit.*

2 *Accuſatio duplex oritur ex quolibet delicto: vna criminalis ad vindictam Reipublicæ alia Ciuilis ad damnum vel intereſſe parti applicandum, n.3. & 28.*

3 *Artifex offenſus habet accuſare poſſe ciuiliter, & criminaliter.*

4 *Accuſare nihil aliud eſt, quam aliquem reum criminis per libellum deferre ad vindictam, & pænam.*

5 *Agitur in ciuilibus de pecunia, in criminalibus de pæna publicæ vindictæ fiſco debita, n.6 & 7.*

7. *Accuſatio fit in forma ſolemni oblato libello, & facta inſcriptione.*

8 *Accuſatio contra reum eſt proponenda coram Iudice competente.*

9 *Deferens dicitur accuſator.*

10 *Criminalis proceſſus qualiter differat à Ciuili, & in quibus concordent.*

11 *Accuſatio conſtituitur ex aliqua lege publica proponenda coram idoneo Iudice.*

12 *Accuſare quid ſignificet.*

13 *Actio aliquando pro accuſatione ponitur.*

14 *Criminales cauſæ non exercentur, per actiones, ſed per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem.*

15 *Inquiſitio quid ſit, quæ dicitur duplex, vna generalis alia ſpecialis, & qualiter differant à n.16. & à n.19.*

17 *Inquiſitio generalis ſolet dici apud nos* peſquiſſa cerrada.

18 *Inquiſitio generalis de Iure Ciuili non fit niſi vbi cauſa præceſſit, ſed prohibita Iure Regio, niſi fiat de mandato principis infamia præcedente.*

19 *Inquiſitio ſpecialis eſt omni iure permiſſa, ſiue in delicto priuato, ſiue publico præcedente cauſa.*

20 *Delicta priuata ad rem familiarem ſpectant, qualia ſunt furtum, rapina, iniuria, & alia.*

21 *Delicta publica incuſare cuilibet de populo ſpectat, ſed non perpetuo, vt à n. 25. inter quæ annumeretur præcipuè omne delictum quod reſpicit offenſam Dei, & quod illud ſit.*

22 *Delicta publica, & priuata quo ad vindicanda in Iudicio qualiter differant, & & quos effectus contra delinquentes pariant, & n.33.*

23 *Delicta de Iure Canonico omnia ſunt publica, ſecundum aliquos; è contra potius præſumi priuata niſi lege aliqua aliud caueatur, n.24.*

25 *Publica nonnulla delicta, vt adulterium, partus ſuppoſitus, non permittuntur accuſari à quolibet de populo.*

26 *Publicum Iudicium non deſinit, licet accuſatio omnibus non detur de publico delicto.*

27 *Iudex ex officio valet procedere in delicto priuato, & ſi de illo accuſatio non concedatur cuilibet de populo ſi offenſus non accuſat, aut deſiſtit ab accuſatione propoſita, & quare n.28. & 29. 30. 31.*

29 *Seruus offenſus in ſua perſona valet vindicari Iudicis officio.*

30 *Iudex ex officio poteſt procedere etiam in delictis priuatis inquantum continent vindictam publicam n.31. & imponere pænam ordinariam n.33.*

31 *Accuſatio hodie admittur in omnibus delictis facta à quolibet de populo pro vindicta publica, præterquam in verbis iniurioſis alicui priuato dictis.*

32 *Fiſcalis poteſt creari ex quo Iudex valet procedere ex officio cõtra delinquẽtẽ, & n.40.*

34 *Delicta quare vna dicantur publica, alia priuata.*

35 *L. 1.* Cod. quomodo actio Ciuilis præiudicet criminali.

36 *Denuntiatio criminis quid ſit, & à quo valet fieri, quæ etiam ſolet fieri per officiales creatos à iudice, quæ triplex eſt, Ciuilis, Canonica & Euangelica n.37. 38.*

38 *Denunciatio Canonica alia generalis, alia ſpecialis, & quæ vtraque, n. 39. 40. & ad quos effectus, n.41.*

41 *Accuſatio in Iudicijs vſitatior potius quam inquiſitio, & denunciatio.*

42 *Inſcriptio fiebat ab accuſatore ſubdẽte ſe pænæ talionis ſi non probaret, ſed num ſit in vſu num ſeqq. vbi quare inuenta, & in quibus caſibus ceſſaret illo Iure n.44. & 45.*

43 *Talionis pæna inuenta fuit per antiquos contra accuſatorem calumnioſum vt ſi deficeret in probatione delicti, ſimilitudine ſupplicij puniretur.*

46 *Inſcriptio ad talionis pænam quare ceſſauit.*

47 *Accuſator ſolet carceri mancipari, donec ſatis dederit idoneè de accuſatione proſequenda, & iniuria reſarcienda, ſi non probet in quo eſt ſequendus ſtilus cuiuſque curiæ.*

48 l.26.tit.2.p.7. *quæ de inſcriptione, quando vnus de populo accuſat, non quando quis proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam videtur non eſſe in vſu.*

49 *Accuſatio, inquiſito, & denunciatio per quæ inter ſe differãt in accuſatione Iudex pænã ordinariam infligit accuſato; in inquiſitione valet arbitrari niſi in crimine impediente ordinis executionẽ, aut delinquentẽ beneficio*

*beneficio reddat indignam , & num.*50.
50. *Denunciator non facit ſe partem ſicut ac-
cuſator : iſte tractat de vindicta ; ille de
emendatione delinquentis,n.*51.

1 ACCVSATIO (inquam) *eſt
delatio criminis ad vindictam
publicam in iudicio,legitimè in-
terueniente ſubſcriptione.* Ita
DD. ſuper hanc Rubricam,
ad quam præter antiquos vi-
dendi ſunt Ioannes Honorius Zypeus, Car-
tajena , Andr. Valenſis , Caniſius , Lance-
lotus, Anatas, Germon ; & ex practicis Fa-
rinac.cum infinitis *in praxi crim. p.*1 *à q.* 12.
Paz *in praxi*...... Clar. & Coricol, &alij, quos
refert Barboſa *hic n.* 1. *&* 2. Anton. Gomez
lib. 3. *variar. cap. de accuſat.* vbi alios quam-
plures refert : Eius Additionator Aillun , Pi-
chardus *inſtit. de public. iudic.* §. 1. *in princip.*
2 *tit. & ibi* 29. vbi *à num.* 30. notat † quod
cum ex quocumque delicto duplex accu-
ſatio oriatur,altera criminalis ad vindictam
Reipublicæ , alia ciuilis ad damnum , vel
intereſſe parti applicandum *l. qui nomine* 25.
ff. ad l.Corneliam , de falſis ; vbi omnes, latè
Anton. Gomez *d. lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 37.
offenſum poſſe criminali accuſatione , &
ciuili actione in factum experiri:dicens ita
3 ſolere in praxi obſeruari : maximé † cum
offenſus alicuius artificij , officiive mini-
ſterium exercet , vt ſic damnum datum
inſuper in lucrum amiſſum , & quod lu-
crari poſſet , poteritve , ſi iniuria lata non
eſſet , reſartiatur ; vt probatur *in d. l. qui no-
mine , in l. item apud Labeonem* 15. §. *ſi quis
ſeruo ff.de iniuriis l. qui ſeruum* 34. *ff. de action.
& oblig. ex l. fin. de his , qui deiecer. vel effu-
der.l.ex hac l.* 3. *ff ſi quadrupes pauper feciſſe dic.*
vt etiam DD. fatentur *ſuper cap.* 1. *de in-
iuriis.*

4 Quare poſtquam etiam Vbeſemb. *in pa-
ratitla ad titulum ff. & Cod. de accuſat. & in-
ſcript. lib.* 18. *ff. tit.* 2. *n.*5. cum Azone dixit
ſuper Rubr. cod. de his , qui accuſ. non poſſ. ac-
cuſare nihil aliud eſſe,quàm aliquem reum,
criminis per libellum deferre ad vindictam,
& pœnam, *ex l. cum rationibus* 19. *l.* 1. *l.non
ignorat.* 9. *l. ſi quis* 20. *Cod. de his, qui accuſ.non
poſſ. l. libellorum* 3. *in verbo reum deferre d. tit.
ff. de accuſat. l. fin. ff. de priuat. delict. l.* 2. §.
ſi public. illico ex Duareno eandem difini-
tionem ponens , dicendo : *vt accuſatio ſit
maleficij alicuius apud iudicem delatio ad vin-
dictam publicam ſolemniter facta* ; addit pri-
mam differentiam ſumptam eſſe à mate-
tia in verb. *maleficij delatio* , † nam in ciuili-
bus de pecunia agitur in accuſationibus,

pœna publicæ vindictæ fiſco debita peti-
tur, vt dixit Iaſon poſt alios *in Rubrica Cod.
de Iudic.* & Gloſſa *in l.* 3. *de ſepulchr. violat.*
Chil. *in practic. cap.* 58. † Secundam vero à 6
fine ad vindictam publicam : *Etenim*,ait , *in
pecuniariis , & iudiciis priuatis,ius noſtrum peti-
mus , iuxta princip. inſtit. de action. in verbo
quod ſibi debetur.* † Tertiam autem à forma 7
ſolemniter facta , hoc eſt , oblato libello,
& facta inſcriptione per textum *in l.* 3. *ff. de
accuſ. l.* 3. *Cod. de his qui accuſar. non poſſ.* qua
nota ait accuſationem ab extraordinariis
delationibus differre.

Cumque accuſatio debeat contra reum 8
proponi coram iudice competente *ex l. fin.
Cod.de accuſat.*vt tradit etiam Valenſ. *in Rubr.
hic n.* 1. † Et quod qui defert accuſator di- 9
citur vti actor , qui in ciuilibus cauſis pro-
uocat ad iudicem de quo latè dixi *ſub Rubr.
de iudiciis*, item, *& in cap. fin. de libelli oblat.*
§. 1. 2. 3. *&* 4. vbi de iudicio ciuili proſe-
quendo iuxta communem praxim tam in
prima inſtantia , quàm in ſecunda appel-
lat , & tam in executiuis, quam in crimina-
libus. † Vbi *ſub.* §. 12. poſui breuiter diffe- 10
rentiam circa formam in inſtituendo pro-
ceſſu criminali , ab illa , quæ practicatur in
ciuili ordinario , vel executiuo ; ideo rectè
potuit dicere idem Vbeſembech. *in d. Rubr.
num.*6. *ff. de accuſ.* † accuſationem conſtitui 11
ex aliqua lege publica per *l.* 1. *ff. de public.
iudic. l.* 3. *ff. de prauaric.* & ob id proponen-
dam coram idoneo , & competente iudi-
ce , ab his quibus accuſandi ius eſt , con-
tra eos , quos accuſare licet , ad ornatum,
Riccius *collect.* 1219. *in l.* 1. *cod. hoc tit.*

Et ſic quamuis accuſare ſignificet ali- 12
quem ad cauſam dicendam vrgere *cap. fo-
rus* §. *accuſator , de verb. ſignif.* vbi DD. &
accuſationis nomine ætiam ciuilis cauſa
poſſit intelligi *ex dictis , & per l. qui accuſa-
re , l. ex iudiciorum in fine ff. de accuſat.* &
actio , & perſecutio veniat , *l. vero* 39. *ff.
ſoluto matrim.* † ſicuti contra actio pro ac- 13
cuſatione ponitur *in l.* 1. *ff. de crimine ſtellio-
natus , & Cod. quando ciuilis actio præiudicet
criminali* : tamen obtinuit vt propriè accu-
ſatio,& accuſare ad criminationes, & dela-
tiones delictorum referantur , vt *in hoc no-
ſtro tit. & ff. & Cod. eodem* , ſicut notant om-
nes *ibi* , & Vboſembech. *n.* 4. † Non enim 14
criminales vere cauſæ exercentur per actio-
nes ex Iuſtin. *in dict. princ. inſtit. de public.
iudic.* ſed per accuſationem, inquiſitionem,
& denunciationem *cap. ſuper his* 16. *cap.
qualiter, & quando* 24. *hoc tit.* notant iam
adducti ; & Boſſius *in practic. tit. de inquiſit.*
Didacus Cantera *lib. quæſt. crimin. præludio* 1.

num. 1. Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 5. *princip.* Pi-
chard. *in d. princ. de public. iudic. num.* 25. vbi
addit ex Boſſio, quod & ſi pluribus aliis mo-
dis crimina tractari poſſint, illos tamen om-
nes reducendos eſſe ad paulo ante nota-
tos, ſcilicet accuſationis, inquiſitionis, & de-
nunciationis.

25 Inquiſitio verò eſt alicuius criminis ma-
nifeſti per iudicem competentem canoni-
ce facta inueſtigatio: ſic communiter defi-
niunt de hac materia inquiſitionis ſcriben-
tes, de qua latiſſime cum infinitis Farinac.
lib. 1. *crim. quæſt.* 1. *vſque ad* 11. & præter ab
eo relatos Coriolan. *de caſibus reſeruatis iux-
ta regulam Clem.* 8. *regularibus præſcriptam ſub
tit. de inquiſit. ſacr. in Claui Regia lib.* 12. *cap.*
10. *à n.* 8. *ex practicis*, Gregor. Lopez *tit.* 17.
in princ. verb. perquiſita part. 3. Didacus Pe-
rez *ad tit.* 1. *lib.* 8. *Ordinam.* And. Valens *in
hac Rubr.* §. 4. *Curia Philippica de iudic. crimin.*
§. 1. *cum aliis*, Paz *in praxi ſub tit. de cauſa
criminali*, & alij communiter, & inter ſum-
miſtas; de qua latiſſimè agimus *infra ſub d.
cap. qualiter* 24. *hoc tit.*

16 Communis autem diuiſio in hac mate-
ria eſt, vt vna dicatur generalis inquiſitio,
alia ſpecialis; prima, quæ ex iudicis officio
fit ad inquirenda delicta, nullâ nominatâ
perſonâ, ſed ſuper ſtatu Reipublicæ *l. con-
gruit.* 13. *ff. de officio præſidis cap. ſicut olim hoc
17 tit.* † quæ generalis inquiſitio, quæ apud
nos dicitur *peſquiſa cerrada*, quamuis de iu-
re Canonico in omni caſu præmiſſa ſit, *cap.* 1.
de offic. ordinar. d. cap. qualiter, & quando 24.
18 vt notant citati † ſed iure ciuili non fit,
niſi vbi cauſa præceſſit, quam eandem eſſe
neceſſariam iure Canonico conantur de-
fendere Socinus *in d. cap. qualiter n.* 396. Re-
gio inquam iure prohibita eſt, nec niſi de
mandato Principis fieri poſſit, habetur *in l.
tit.* 17. *p.* 3. *l.* 3. *&* 4. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recopil.* niſi
de certo genere delicti fiat, quam ex offi-
cio facere tenetur iudex dummodo infa-
mia præcedat *d. l.* 2. *maximè in caſibus l.* 36.
tit. 6. *lib.* 3. *Recopil.* vt notat eleganter Greg.
Lopez *in d. l.* 2 *gloſſa* 1. Pichard. *in d. princ.
de public. iudic. ſub num.* 26. vbi dicit quod eſt
l. 27. *tit.* 1. *p.* 7. Specialis vero inquiſitio om-
ni iure permiſſa eſt, quæ contra certam
perſonam, & præcedente cauſa ſemper fit:
19 † non enim intereſt delictum priuatum ſit,
an publicum, vt notant Anton. Gomez *d.
lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 10. Pichardus *in d. princ.
inſtit. de public. iudiciis num.* 27. licet inter ſe
differant publicum, & priuatum delictum:
20 † nam, & ſi priuata delicta ideo dicantur,
quòd ad rem familiarem, & priuatam, nec
cuiuis de populo, ſed ei dumtaxat cuidam,
num iniuria ne facta ſit, competant, qua-
lia ſunt furtum, rapina, iniuria, & alia, quo-
rum pleraque *à titulo ff. de priuatis delictis
vſque ad titulum de publicis iudiciis*, referun-
tur, vt ex communi reſoluunt DD. † pu- 21
blica autem ſtrictè ea dicuntur, in quibus
cuilibet de populo eorum criminalis ac-
cuſatio poteſt, iuxta Iuſtinianum *in d. princ.
inſtit. de public. iudic.* inter quæ annumerari
omne delictum quod principaliter reſpicit
offenſam Dei, vt blaſphemia, deturpatio
Eccleſiarum, vel imaginum, crimen læſæ
maieſtatis diuinæ, & humanæ & apoſta-
ſiam DD. per textum *in l.* 4. *Cod. de hære-
tic.* Bartol. & alij, quos ſequitur Anton.
Gomez *d. cap.* 1. *lib.* 1 *num.* 1. *&* 2. poſt quos
latè Clar. *in pract. lib.* 5. §. 1. *verſ. item
omne delictum*, Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 3 *cap.* 3.
n. 33. latè, & cum multis Farinac. *in praxi
p.* 1. *q.* 18. *n.* 10. *& q.* 185. §. 3. *n.* 4. Azeue-
dus *in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recopil. num* 27. idem
Farinac. loquens de apoſtaſia *de hæreſi q.* 185.
num. 4. *& q.* 183. *num.* 6. loquens *de apoſtaſia*,
† indeque inter eorum iudicia tale ſit diſ- 22
crimen, quia in publico quiuis de popu-
lo ad accuſationem admittitur, ſecus in
priuato, in quo tantum ille cuius intereſt,
item quod publico iudicio damnatus in-
famis afficitur, *l. infamem ff. de accuſ.* qua de
cauſa iam dici ſoleat omnia delicta hodie
publica eſſe: *argum. d. l. infamem* coniuncta
recepta gloſſæ ſententia *in cap.* infames verb.
fures per textum *ibi* 6. *q.* 1. quia iure Cano-
nico inſpecto omnia crimina famoſa ſunt,
vt docent iuxta communem reſolutionem
Clarus *lib.* 5. *ſent. in princ. num.* 6. Bernard.
Diaz *in cap.* 6. *pract. num.* 11. & alij relati à
Farinacio *in praxi q.* 18. vbi enumerans
crimen iniuriarum furti damni arborum
furtim cæſarum, bonorum raptorum, & ſi-
milia *num.* 10. † addit quod de iure Cano- 23
nico omnia crimina ſunt publica, de quo
etiam agit, etiam ibi *d. lib.* 1. *crimin.* vbi
etiam *num.* 10. addit hodie in omnibus de-
lictis inquiſitionem formari poſſe dicique
eam remedium ordinarium.

Sed Antonius Pichardus *in d. princ. in- 24
ſtit. de public. iudic. num.* 20. cum Gregor. Lo-
pez *in l.* 4. *verb. ſententia ad finem tit.* 9. *part.* 7.
ait longè verius eſſe textum *in d. cap. infa-
mes* loqui de infamia Canonica, quæ ex quo-
libet peccato inducitur, de qualitate; dixi
ſub *cap.* 1. *de except.* non vero *de ciuili*, vt
notat Gloſſa *in cap. omnes verb. lege* 6. *q.* 1.
itaque ſi pœna mortis pro delicto imponi-
tur publicum iudicium faciat, *l. verb. ſum-
mo ſupplicio in l. cum ſeruus l.* 5. *ff. de condict.
cauſa dati*; vbi communis cum Gomezio
ſupra,

ſupra, & eius Additionatoribus *num. 9. d.*
cap. 1. lib. 3. variar. tamen delicta in dubio
ſemper priuata cenſeri, niſi lege aliqua
cautum ſit, vt publicum ſit iudicium, *l. 3.*
§. fin. ff. de præuaricat. vbi DD.

25 Nec eſt perpetua illa regula in publicis
delictis, cuilibet de populo dari ius accu-
ſandi; nec illa vt in priuatis ſoli liceat in-
iuriam aut damnum paſſo, ſiquidem non-
nulla publica iudicia excipiuntur, qualia
ſunt adulterium, & partus ſuppoſitus, per
l. Cornelia teſtamentaria, ff. ad. leg. Corneliam
de falſis l. quamuis 30. Cod. ad l. Iuliam de
adulter. vt Gloſſa *fin.* in illis aduertit id pro-
cedere ratione ſpeciali: Ioan Robert. *lib. 4.*
ſentent. cap. 10. & probat. Pichard. *d. princ. in-*
ſtit. de public. iudic. ex verſ. ibi plerumque de-
26 *tur.* † Dicens internum publicum eſſe iu-
dicium quamuis accuſatio omnibus non
detur, qui poſtquam *à n. 8.* dixit tribus mo-
dis dici crimina publica, ſic excipit *ibi*
n. 13. & poſt eum Haillon ad Gom. *d. cap. 1.*
lib. 3. variar. ſub num. 5. cum Azenedo *in l. 1.*
27 *tit. 1 lib. Recopil. ex n. 26.* † E contra verò, &
ſi in priuatis delictis tantum offenſo; tamen,
vt aduertit Anton. Gomez *d. lib. 2. var. cap.*
1. num. 10. licet in his non competat accu-
ſatio cuilibet de populo, ſed tantum offen-
ſo; tamen benè poſſe imò teneri iudicem
ex officio ſuo inquirere, procedere, & ac-
cuſare, ſi offenſus non accuſat, vel ſi de-
ſiſtat ab accuſatione propoſita; ita probans
per textum capitalem, & expreſſum *in l.*
congruit ff. de offic. præſid. vbi Bald. Albert. &
communis DD. *ex textu in l. apud labeonem*
§. ſi quis ſic fecit ff. de iniuriis. vbi Bart. & alij,
& *ex l. per omnes Cod. de defenſ. ciuil. ex l. qui*
ſepulchra eod. de ſepulchro violato l. 4. verſ. 1.
ff. ad l. Iul. pecul. idemque diſponi *in l. pen.*
28 *tit. 1. part. 7. in l. 3. cum ſeq. tit. 17. part. 3.* † ex
ea ratione, quia ex quolibet delicto pu-
blico, vel priuato oritur duplex offenſa, vna
parti alia Reipublicæ cui conuenit vt de-
licta puniantur, pro pace, & quietudine
eius iuxta textum *in l. licitatio, §. quod illi-*
citè ff. de public. & vectigal. & per textum
ita vulneratus in fine ff. ad leg. Aquil. in l. 4.
§. cum damnatus ff. de noxa l. ſi à reo §. fin. ff.
de fideiuſſor. ſic corroborans ex antiquis Bart.
Dino, Alberic. Paulo, Salicet, Aretino, An-
gelo, & aliis.

29 Et addit idem Anton. Gomez *ſub n. 10.*
verſ. imò hoc dictum habere locum, etiam
in caſu, quo perſona offenſa non poſſit ac-
cuſare, vt quia ſit ſeruus, & ſibi eſt facta
iniuria cauſa, & ratione ſuæ perſonæ, &
non Domini per textum *in d. l. item apud La-*
beonem d. §. ſi quis ſic fecit ff. de iniuriis: Vbi
notauit, & condemnauit Bart. & commu-
nis Doct. quod non eſt mirum, cum ho-
die ex generali conſuetudine iudex poſſit
procedere ex officio in omnibus delictis, vt
etiam exornant Matienc. *in l. 1. tit. 14. lib. 5.*
Recopil. gloſſa 9. num. 1. cum Padilla *in l. tran-*
ſigere Cod. de tranſact. num. 50. & cum aliis
pluribus Farinac. *in fragm. verb. index n. 972.*
& conſ. 55. num. 57. Barboſa *in l. viro atque*
vxore ff. ſoluto matrim. à num. 11. vbi *an pu-*
niantur delicta oppſita via except. Gregor. de
Valent. *in 22. diſp. 11. punct. 3.*

Quare optime Pichard. *in d. princ. inſtit.*
de public. iudic. num. 17. potuit dicere in deli-
ctis priuatis iudicia publica, quæ nos pri-
uata eſſe dicimus: ideo ſic appellari qua-
tenus publica intenditur vtilitas in eis ani-
maduertendis, & ob id, & ex proxime di-
ctis non minus benè dixiſſe Azened. *in d.*
l. 1. tit. 1. d. lib. 8. Recopilat. num. 36. hodie ex
vſu, & practica communi, & ex eo † quod 31
expedit Reipublicæ ne delicta maneant
impunita in omnibus delictis admitti ac-
cuſationem propoſitam, per quemlibet de
populo, vel quod procedatur ex officio iu-
dicis, per inquiſitionem præterquam in
verbis iniurioſis alicui priuato homini di-
ctis, vt ſequitur Paz *in praxi tom. 1. p. 5.*
cap. 3. num. 51. de quo etiam videndus cum
aliis Thomas Sanchez *in conſil. moral. tom. 2.*
lib. 6. cap. 3. dubio 2. † propter quæ etiam po- 32
tuit addere Anton. Gomez *d. lib. 3. cap. 1. ſub*
d. num. 10. verſ. ex quo quod in caſu quo iu-
dex poſſit contra delinquentem procede-
re valeat creare, & conſtituere fiſcalem,
qui accuſet vt quotidie practicatur probans
per textum *in l. 2. cod. de delator. lib. 10.* vbi
Bar. Platea, Amaia, & communiter DD. Pa-
tis de Puteo *in tract. ſyndic. in parte accuſatio*
n. 2. fol. 42. † & addit etiam Gomez vt in 33
caſibus vbi iudex ex officio procedit, poſſit
imponere pœnam ordinariam delicti per
textum expreſſum *in l. 2. cod. de abolit.* vbi
Bald. Salicet, & communiter DD. de quo
late infra *in cap. inquiſitionis* & *in cap. 24.*

Quod ſi inquiras quare delictum iniu- 34
riæ, aut furti, vel ſimile ſit priuatum, &
non publicum ſicut homicidium, adulte-
rium, falſitas, violentia, vel quodlibet aliud
delictum publicum cum ex vtroque offen-
datur pars principalis, & ſimiliter reſpublica;
imo quod dicta delicta priuata magis ſint in
vſu, & quotidiana, & reſpondetur ex co-
gitatione eiuſdem Anton. Gomez *d. cap. 1.*
num. 10. in fine verſ. circa prædicta eam poſſe
rationem eſſe, quia in prædictis priuatis de-
lictis poteſt offenſus agere, vel accuſare
ciuiliter ad pœnam pecuniariam ſibi appli-

candam ſibi vel criminaliter ad pœnam corporalem, vnamque alij præiudicare, perindeque fore incompatibiles, & ad talem pœnam ciuilem extraneum agere non poſſe, quia ſua non intereſt, nec poſſe agere criminaliter, quia ſunt incompatibilia remedia, cum & per accuſationem criminalem fieret præiudicium ciuili, vt *in l. vnica Cod. quando actio ciuilis præiudicet criminali*, concludens delicta publica dici maiora quibus non fuit impoſita pœna pecuniaria, vt ſic publice punirentur.

35 Quod ſi dicatur obſtare interpretationi Gomezij textus *in l.* 1. quomodo actio ciuilis præiudicet criminali reſpondetur, quod tunc actio vna præiudicat alteri quando vtraque principaliter tentatur, non ſi poſt criminalem incidenter implorando officium Iudicis ciuilis proponatur, vt cum communi reſoluit Iulius Clar. *d. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 1. videndus Pichard. *in d. §.* 1. *inſtit. de public. Iudic. n.* 32. quo videtur dari modum, vt vtraque actione concurrente inter ſe nullum fiat præiudicium, de quo plura dixi videnda *in c. examinata, de Iudicijs*, & alibi vbi aliquid, & alibi plenè.

36 Denunciatio autem ſuppoſitis, quæ dixi de denunciatione Euangelica, *ſub. c. nouit.* 13. *de Iudicijs*, *à quæſt.* 17. eſt per quam ordinatur Iudicium criminale vt cum quis apud Iudicem competentem alterius crimen defert ſine legitima inſcriptione, ad penitentiam, vel reſtitutionem eius quod illa exigit, vt latè proſequitur Nauar. *in d. c. nouit. notab.* 5. *n.* 2. & ait Picbard. *in d. §.* 1. *de public. Iudic. inſtit. n.* 28. per eam ſi delictum eſt publicum, à quocumque de populo fieri poſſe, additque, vt ſoleat fieri per officiales à Iudice ad detegenda crimina creatos.

37 Hanc inquam communiter diuidunt DD. dicendo triplicem eſſe, ciuilem, hoc eſt Iudicialem, quæ à Iure Ciuili introducta eſt, veluti quæ fit per miniſtros publicos, quos, & Stationarios ab officio vocant, ad hoc conſtitutos, vt delicta admiſſa denuntient Magiſtratibus, eorumque auctores prodant, quatenus in eos fiat inquiſitio; *l. ea. quidem* 7. *el. l. ſequent. l. ſinguli* 14. *Cod de accuſat. l. diuus* 6. *ff. de cuſtodia, & exhibit. reor. ob publicam ſcilicet vindictam.* Aliam dicendo eſſe Euangelicam; quia ex lege Euangelica eſt introducta, & in qua procceditur iudicialiter iuxta modum late à nobis explanatum *in d. cap. nouit.* 13. *de Iudicijs, ad q.* 17. *per plures alias:* Aliam vero Canonicam, quæ eſt, vt dictum eſt, proxime alicuius criminis apud iudicem facta delatio, abſque inſcriptione, potiſſimum ad emendationem rei, vt colligit Andr. Valenſ. cum communi *in Rubrica huc.* §. 5. *à n.* 3. *ex. cap.* 2. *&* 3. cum alijs huius tituli, addens *n.* 4. vt hæc conueniat cum accuſatione, quòd vtraque fiat coram iudice.

Et quod denunciatio canonica etiam ſubdiuidatur in generalem, & ſpecialem, refert ex Maranta idem Valenſis *d.* §. 5. *n. fin.* dicendo vt ſpecialis ſit quæ per eum fit, cuius intereſt habere bonum prælatum, vel adminiſtratorem, vel ſubditum, vt ſcilicet primò monitus bis, ſi ſit incorrigibilis, remoueatur à beneficio, & officio, *c. cuſtos eccleſiæ de officio cuſtodis, c. licet*, Heli *de ſimonia* † Et quod generalis ſit quando agitur de matrimonio diſſoluendo, & de eius impedimentis, cum permiſſum ſit cuilibet denunciare iudici eccleſiaſtico impedimentum canonicum ſi quod ſubſit inter contrahentes, veluti conſanguinitatis, vel ſimile iuxta textum *in cap. tua nos* 7. iuncta Gloſſa *ibi de cognat. ſpiritual.* & *ex cap.* 1. *cauſa* 35. *q.* 6. addens, vt hac loquatur textus *in cap. ad diſſoluendum* 13. *de deſponſat. impuber. & cap. cum inhibitio, de clandeſtina deſponſ.* 38 39

Ad quos ferè effectus vnaquæque ex diſinitionibus, & diuiſionibus facile colligitur, & ex *infra* ſub Rubro dicendis. 40

Et quæ harum ſit in praxi vſitatior, non eſt facilis digeſtionis; ſed, vt in iudicijs quotidie videmus, accuſatio potius in iudicijs tractatur, quam inquiſitio, & denunciatio, cum, & ſi contingat, vt iudex procedat inquirendo, vel per viam delationis, illico ſolet, ne delicta maneant impunita, dare vocem fiſco, vt iſte accuſet ad vindictam publicam, & inſuper partes iniuriatæ comparent quotidie coram iudicibus per viam accuſationis ſe querelando tam ad pœnam priuatam, ratione intereſſe perſequendam, quàm ad vindictam publicam; & ſic reſolutiue conſtat viam accuſationis iudicialis fore in iudicijs externis tam ſæcularibus, quàm eccleſiaſticis vſitatiorem vt demonſtrauimus in noſtra praxi pro tyronibus elaborata ad *cap. fin. de lib. oblat. ſub* §. 1. vbi poſt libellos in cauſis ciuilibus, poſitus eſt, ſermone etiam Hiſpano, alter libellus accuſatorius criminalis. 41

Ad aliud de inſcriptionibus quæ ſolebant cum accuſatione libellata de iure antiquo, proponi, & formulario actionum, dicitur iam in praxi abolitas; quia forma exercendarum accuſationum veteribus vſitata de qua Aſcon. *pro Mil.* Cic. *in Verrem. ad Heren. lib. cap.* 5. fuit abolita, & ſic ſolum 42

lum dicimus, vt qui accerſitur alicuius pu-
blici criminis, eum cum plurimum ex vin-
culis cauſam dicere oportere, niſi perſo-
næ, & rei qualitas leuiorem cautionem,
puta prædes, aut promiſſionem, cum re-
linquatur reus, impetret per *l. 1. ff. de custo-
dia reorum. l. 1. Cod. eodem l. 2. Cod. de exhi-
bitionibus*, refert Vbeſemb. *tit. de accuſ. n.* 12.
omnino legendus, quatenus *ibi* ponit for-
mularium inſtituendi, veſtiendi, atque per-
ficiendi iudicium criminale.

43 Sed quia oportebat vt innocentia cu-
iuſquam non affligeretur calumnia male
accuſantis, ait Vbeſemb. *ſub. d. num.* 12. *in
princ.* vtiliter propoſitum eſſe ne ante id fie-
ret, nec cuiuſquam nomen inter reos re-
ferretur, priuſquam, qui crimen intende-
ret in iudicium veniendo nomen rei in-
diceret, vinculumque inſcriptionis, quo
ſi in probatione deficeret, eidem pœnæ,
quam reo intenderet obligaretur, hoc eſt
vt ſimilitudine ſupplicij, quo accuſatus ple-
ctendus erat, idem accuſator puniretur: ex
antiquiſſima *lege* 12. *tabul.* ſic cautum, quam
apud Gellium *lib.* 20. *c.* 1. explicuit S. Cæ-
cilius, vt antea Moſayca Exod. *cap.* 21. tra-
ditum erat: *oculum* ſcilicet *pro oculo*, *dentem
pro dente* in pœna eruendum, quod & po-
ſteriores Principes admiſerunt *in l. fin. C. de
accuſ.* & noſtri *in l.* 21. ibi: *Caeria en la pena
l.* 10. ibi *dar*, *al acuſador aquella miſma pena
tit. 1. p. 7. l.* 13. ibi: *debe obligarle a pela de talion,
tit. 9. part.* 4. quæ talionis pœna appellabatur.

44 Quæ inſcriptio ad talionis pœnam ceſſat,
de iure antiquo, in ſequentibus caſibus,
primo quod ante decretam citationem, quis
non tenetur ad pœnam talionis, nec ſe in-
ſcribere: Rota *deciſ.* 6. *de accuſ. in antiq. &
in caſu eiuſdem Rotæ deciſ.* 5. *eodem tit.* Secun-
dò, quando pro delicto non criminaliter,
ſed ciuiliter proceditur: Faber *in deciſ.* 1. *Cod.
hoc tit.* Tertiò, vt ſic agens ciuiliter, vt ad-
uerſarius priuetur beneficio, non debeat ſe
inſcribere ad pœnam ordinariam: Creſ-
cent. *deciſ.* 5. *de Simonia.* Quartò, quando
proceditur per viam inquiſitionis: Franc.
Marc. *in deciſ.* 653. *p.* 1. item in denuncia-
tore criminis; quia vt *infrà* dico, iſte tan-
tum tendit ad correctionem: Balbus, qui
ſic deciſum refert *in deciſ.* 20. & notat Ric-
cius *in collect.* 1037. *ad. l. qui crimen Cod. qui
accuſar. poſſ. & ad textum in cap. ſuo ex his, hoc tit.*

45 Quam inquam hodie non practicari, nec
predictam inſcriptionem neceſſariam eſſe,
nec ſimile ſupplicium. DD. etiam antiqui
profeſſi ſunt; ſiquidem ex Bart & aliis re-
tulit Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 9. ſed extraor-
dinarie iudicis arbitrio plectendum male
accuſantem, per textum *in l. in priuatis* 3.
ff. ad Turpillian. vt notant etiam Iulius Cla-
rus §. *fin. lib.* 5. *ſent. q.* 81. Menoch. *de ar-
bitrar. quæſt.* 79. *num.* 5. *lib.* 1. Pichar. *in d.* §. 1.
de public. iudic. n. 35. & notanter Gregor. Lo-
pez *in d. l.* 13. *verb. la pena del Talion.* † Et 46
Andr. Valent. *hoc tit.* §. 1. *num.* 4. dicit quod
inſcriptio, ac pœna Talionis hodie paſ-
ſim receſſit à foro, & quod valet huiuſ-
modi conſuetudo cum Felino *in cap. ſuper
his fin. hoc tit.* & Gothofr. *ad l. fin. Cod de ac-
cuſat.* ea ratione quia ob antiquum rigo-
rem multi deterrebantur ab accuſando,
multaque crimina propterea manebant im-
punita: † ſignanter verò ad praxim addit, 47
vt qui accuſator dicitur, ſolet carceri com-
mitti, donec ſatis dederit idonee de accu-
ſatione proſequenda, & iniuria reſarcien-
da, ſi crimen intentatum minùs probet
per *l.* 2. *Cod. de exhibend. reis*; ſed quia hæc
pro diuerſitate locorum diuerſo modo exer-
centur & obſeruantur, ſatius ait Andreas
Val. fore, vt ſequatur ſtylus, & conſuetu-
do cuinſcumque loci. † Et ſic quamuis ex 48
d. l. 6. tit. 2. p. 7. & l. 5. tit. 20. lib. 4. fori, quod
inſcriptio fiet quando quis accuſat tanquam
vnus de populo, non verò quando quis
proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ta-
men, indiſtinctè hodie non ſeruari in pra-
ctica inſcriptione, retenta conſuetudine;
ſed vt libellus, & accuſatio procedat ſine
ea, dixit ex multis Anton. Gomez *d. lib.* 3.
var. cap. 11. *num.* 3. *verſ. adde.* & præter Clar.
& alios, Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. §. 6.
n. 49. & cum aliis pluribus iterum Pichard.
in manuduct. ad praxim 3. *p.* §. 4. *n.* 15. latiſſimè
Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 16. *ex num.* 1. vbi
n. 3. quod pœna talionis receſſit ab aula; Paz
vbi ſup. n. 52 *& ſeq.* videndus Scaccia *de iudic.
lib.* 1. *c.* 51. *ex n.* 7. quod verum, & ſi de iure re-
quireretur inſcriptio, vt *in d. libellorum ff. hoc
tit. l. ſi cui eodem, l. fin. ff. de priuat. de delictis,
l. fin. ff. de ſart. l. qui crimen, Cod. hoc tit. l.* 2.
verſ. 1. *Cod. de exhibendis, reis l. prius Cod. de
calumniatoribus*: & cum calumniator talio-
nis pœna veniat puniendus: late Farinac.
q. 16. *in pract. à num.* 1. quid de falſo delatore
infrà dicimus *in cap.* 1. *de calumniatoribus.*

Ad vltimum per quæ inter ſe differant 49
accuſatio, inquiſitio, & denunciatio, & vl-
tra quæ colliguntur differentiæ ex dictis
de vnaquaque, Incipiendo ab accuſatione
cum inquiſitione breuiter dico; multum
autem referre an delictum eſſet probatum
per accuſationem, aut per inquiſitionem;
nam ſi per accuſationem prodito & proba-
to crimine tenetur iudex pœnam à lege
ſtatutam infligere, ſed eo patefacto per
inquiſi

inquiſitionem licet certam pœnam lex crimini præſcripſerit, poſſit tamen iudex pro ſuo arbitratu eam moderare, ſecundum perſonæ merita, & delicti qualitatem ex *cap. inquiſitionis, in princ.* 21. *hoc tit.* niſi crimen ſit huiuſmodi quod executionem impediat ordinis, aut delinquentem beneficio reddat indignum, veluti ſi quis per inquiſitionem probatus fuerit ſimoniacus: nam in iſtis duobus caſibus nullum iudicis arbitrium eſſe dicit Andr. Valenſ. *in noſtra Rubric.* §.4.*n*.9. ſed vt priori fiat depoſitio perinde atque in accuſatione, & in ſecundo fiat priuatio ſic vt non poſſit iudex, has pœnas moderari ex *d. cap. inquiſitionis*.

50 Inter accuſationem, autem & denunciationem licet vtraque conueniat in eo quod fit coram iudice, differunt primo in modo inſtituendi, nam ad accuſationem neceſſaria erat inſcriptio antiqua, vel alia hodie ſtylaia, vt dictum eſt non ad denunciationem, cum denuncians non faciat ſe

51 partem ſicut accuſator † ſecundo quia accuſatio fit principaliter ad pœnam, & vindictam publicam, vt ſcilicet delictum puniatur: Denunciatio verò ad emendationem, & correctionem vitæ, atque ob eam caoſam non eſſe opus inſcriptione, ſed amica, & charitatiua præmonitione, vt latiſſime dixi, & explanaui ſub *d. cap. nouit. de Iudic. à q.* 17. qua non obſtante, ſi in eodem perſeueret crimine, tunc demum nunciari, & deferri iudici Eccleſiaſtico ait idem Valenſ. & quod alias à denunciatione repellitur is qui non præmonuit per *cap.* 1. *hoc. tit.* & rurſus addit Valenſ. in eo diſtingui ab accuſatione quam fama publica præcedere debet ſic, vt non ſufficiat infamia ad condemnandum, niſi probetur ex *d. cap. inquiſitionis* 21. & *cap. accedens* 23. *hoc tit.* quamquam hæc inducat infamato neceſſitatem purgationis, in qua ſi deficiat, punitur vt conuictus per *tot. titul. de purgat. Canonica*.

QVÆSTIO II.

Accuſationis libellus an debeat continere diem, menſem, & annum delicti commiſſi; item, & an qualitas delicti aggrauatoria exprimenda ſit in eodem, & concludendus ſit neceſſario, vt quilibet alius libellus ciuilis; & an in ſcriptis accuſatio de delicto publico ſit actio, vel officium iudicis; & an iudicium inquiſitionis ſit extraordinarium & an quando venit applicanda pœna fiſco dicatur delictum publicum, vel priuatum. Et an poſſit quilibet de populo alium accuſare cum bona conſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Libellus accuſatorius antiquitus deſiderabat non tantum locum, tempus, & diem, imò, & quod exprimeretur nomen imperatoris, hodie non ſic vt n.* 2.

3 *Accuſatorius libellus debet continere qualitatem aggrauatoriam delicti, vt recte ſequatur condemnatio in totum, intellige, vt n.* 4. *&* 5.

5 L. in delictis §. de tract. ff. de noxalibus action.

6 *Libellus accuſatorius eſt concludendus, & in ſcriptis offerendus.*

7 *Accuſatio potius eſt quaddam jus competens parti pro exigenda vindicta, quàm quoddam officium iudicis nobile reſidens in parte, differens ab illo, & ab actione.*

8 *Actio quo modo differat ab officio iudicis nobile ſeu, mercenario* remiſſiue.

9 *Criminales cauſa non exercentur per actiones n.* 10.

10 *Actionibus, & accuſationibus aliquando æquiuocè vtimur.*

11 *Inquiſitionis iudicium dicitur potius extraordinarium, n.* 12. 13.

12 *Inquiſitio incepta per iudicem ceſſat ſuperueniente accuſatore, & n.* 13.

13 *Remedium inquiſitionis extraordinarium non competit ſtante ordinario accuſationis.*

14 *Iudicium non dicitur publicum ex eo quod pœna veniat applicanda fiſco.*

15 *Accuſans ex odio, licet proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, peccat ſi ſola ea intentione, vt ſibimet concedatur ſatisfactio illatæ iniuriæ, vt num. ſeq. &* 19. *ſub d. diſtinctione, & n.*20.

16 *Reuelans delictum gerit curam Reipublicæ.*

17 *Iudex notorius accuſator & executor licitè exercent Iuſtitiam.*

18 *Deus placatur correctione malorum, & in iram prouocatur ſi puniri differuntur.*

19 *Vltionem volens ſumere peccat, non ſic qui ſolam ſatisfactionem, & n.*20.

21 *Ciues vniuerſi pœna, & præmio in officio continentur.*

22 *Accuſatio aliquando cadit ſub præcepto, vt cum delictum tendit in perniciem Reipublicæ, ſi aliter nequit conſuli.*

23 *Pactum,*

23 *Pactum, vel iuramentum de non accuſando num valeat*, remiſiue.

24 *Iniuriatus, qui comedit cum iniuriante non remittit accuſationem, ſed tantum rancorem.*

1 AD primam quæſtionis partem præmiſſis, quæ late dixi *ſub Rubrica, & tit. de libelli oblutione*, de eius natura; clauſulis, & quid continere debeat tam in actiunibus realibus perſoonalibus, & mixtis, item, & de eius concluſione in ciuilibus: & præmiſſis etiam quæ dixi de neceſſitate, qua tabelliones, & notarij tenentur ponere in inſtrumentis diem, menſem, & annum à Chriſti natiuitate ſub. *Rub. & tit. de fide inſtrum.* & *alibi de libello accuſatorio*, iam in propoſito, licet alij latè, nos plura mouendo, & reſoluendo vt moris eſt agemus. Et quod illa requiſita, imò, & nomen Imperatoris ſint proponenda ſignanter in libello agnoſcunt DD. per textum *in l. libellorum ff. de accuſat.* vbi Gloſſa, & ordinarij DD. etiam per textum *in l penult. Cod. de accuſat. & in cap. fin. ff libellorum 2. q. 8.* & Regnicolæ per texum *in l. 14. tit. 1. p. 7. & l. 5. tit. 20. fori*, cuius rei rationem adducunt, quia per talem ſolemnitatem deſignatur grauitas delicti, & quodammodo inducitur terror ipſi delinquenti. item etiam vt reſultet clarior probatio, & liquidatio delicti commiſſi ex mente prædictorum iurium, & in tantum dicit Gomezius, *lib. 3. var. cap. 11. ſub n. 1.* quod ſi hæc ſolemnitas non ſeruetur, proceſſus ſit nullus, & reus abſolui debeat ab inſtantia iudicis, & accuſator condemnari in expenſis, reſeruato iure accuſandi, vt iterum poſſit ſolemniter agere; ſic probans per verba *d. l. libellorum verſ. quod ſi libelli l. ſi maritus l. 22. §. fin. verſ. fin. ff. de adulterijs, l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit*, vbi gloſſa *ordin. l. ſi habebat ff de inſtit. action l.* Bebius. *ff. de pactis dotalibus*; & quod ſententia lata ſuper tali libello ſit nulla DD. etiam fatentur per celebrem gloſſam *in §. l. inſtit. de obligat.* & quam ſingularem reputarunt Angel. Bald. & Bartol. ac cæteri DD.

2 Sed hodie in noſtro Regno non requiri talem ſolemnitatem accuſationis in criminali pro forma dixit idem Gomez. *d. n. 1. in verſ. aduertendum*, dum dicit, vt licet omittatur valere proceſſum, & condemnationem, & ſi de conſuetudine ſemper ponatur, quia proceditur tantum attenta veritate, quâ probatâ, ſic diſponi *in l. 1. lib. 3. ordin.* quæ licet loquatur in ciuilibus, ſed eandem eius rationem militare in criminalibus, & ſic iam fere omnes aliorum Regnorum ſcribentes de hac praxi teſtantur, vt cum multis Farinac. *in praxi q. 12. n. 2.* Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 51. ex. n. 2.* Paz *in praxi d. cap. 3. §. 6.* Pichardus *in manuduct. d. p. 3. §. 3.* Villadiego *in polit. cap. 3. ex. n. 150. & in forma libellandi in crimin.* iterum Farinac. *q. 1. ex. n. 5.* Ceuallos *in practic. q. 815.* vbi latè explicat conſtitutionem huius Regni præcipientem procedi, attenta veritate, de quo nos diximus aliqua *ſub. cap. dilecti 6. de iudic.* & ibi *ſub. q. 11. & 12. & alibi*, ſepe, quod & videtur ſequi Riccius *collect. 1199. ad textum in d. l. libellorum*, quatenus ex Treuiſio *deciſ. 20. p. 2.* refert deciſum, quòd accuſator non tenetur exprimere diem commiſſi delicti, & ex Farinac. *in deciſ. 8. Rotæ*, quòd nec coarctatur exprimere locum delicti patrati; niſi inſtante parte, vt refert deciſum Franc. Marc. *deciſ. 727. p. 1.* Tertio ex Balbo *deciſ. 300. n. 1. & 2.* vbi in inquiſitione tam generali, quàm ſpeciali exprimatur delicti locus.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an qualitas delicti aggrauatoria exprimenda ſit in libello, & ſuppoſitis, quæ dixi; tam de emendando, & addendo libello, lite pendente, ſub *cap. examinata 15. de Iudic. à quæſt. 4. ad 12.* item, & quod dixi *infrà* ſub *cap. qualiter 24. hoc tit.* & quod debeat exprimi grauitas delicti, v. g. vt ſi quis commiſit delictum proditoriè, vel aleuoſe, aut ſit iteratum tunc ſi ſine tali qualitate delictum probetur non recte ſequi condemnationem probarunt antiqui per textum *in l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de moralibus actionib.* vbi in ſpecie Bartol. item & Cinus Speculator Paul. Abbas Socin. Felin. Iaſon, & alij, quos refert Anton. Gomez *d. lib. 3. var. cap. 11. n. 7.* & plures alij relati à Farinac. *quæſt. 1. praxi crimin. ſub n. 23.* ibi videndi † 4
ſed quia dictum eſt iam libellum ſuſtineri, quia ſi veritas probetur item, & factum ſimpliciter, & non qualitas deducta, & propoſita, poſſet ac debeat ſequi rectè condemnatio cum tali caſu iam in ſubſtantia de delicto pateat, ſequitur bene dicendum vt iudicium illud ſuſtinatur cum, & qualitas *magis & minus* non dicatur differre in ſubſtantia, ſicut DD. agnoſcunt per textum *in l. fin. ff. de fundo inſtructo, & in l. ſi is cui, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur*, & ita hanc ſententiam expreſsè inter antiquos ſequuntur Paul. de Caſtro *in l. communem. §. fin. d. tit. ff. quemadmod. ſeru.* Salicetus reputans quotidianum *in l. 2. Cod ad leg. Iuliam de vi*, Alberic. *in l. quod ergo, §. pana prauior. ff. de his, qui notant. infam. col. 8. verſ. quarto caſu*

Digitized by Google

inquiſitionem licet certam pænam lex criminis præſcripſerit, poſſit tamen iudex pro ſuo arbitratu eam moderare, ſecundum perſonæ merita, & delicti qualitatem ex *cap. inquiſitionis, in princ.* 21. *hoc tit.* niſi crimen ſit huiusmodi quod executionem impediat ordinis, aut delinquentem beneficio reddat indignum, veluti ſi quis per inquiſitionem probatus fuerit ſimoniacus: nam in iſtis duobus caſibus nullum iudicis arbitrium eſſe dicit Andr. Valenſ. *in noſtra Rubric.§.4.n.9.* ſed vt priori fiat depoſitio perinde atque in accuſatione, & in ſecundo fiat priuatio ſic vt non poſſit iudex, has pænas moderari ex *d. cap. inquiſitionis.*

50 Inter accuſationem, autem & denunciationem licet vtraque conueniat in eo quod fit coram iudice, differunt primo in modo inſtituendi, nam ad accuſationem neceſſaria erat inſcriptio antiqua, vel alia hodie ſtylata, vt dictum eſt non ad denunciationem, cum denuncians non faciat ſe
51 partem ſicut accuſator † ſecundo quia accuſatio fit principaliter ad pænam, & vindictam publicam, vt ſcilicet delictum puniatur: Denunciatio verò ad emendationem, & correctionem vitæ, atque ob eam cauſam non eſſe opus inſcriptione, ſed amica, & charitatiua præmonitione, vt latiſſime dixi, & explanaui ſub *d. cap. nouit. de Iudic. à q.* 17. qua non obſtante, ſi in eodem perſeueret crimine, tunc demum nunciari, & deferri iudici Eccleſiaſtico ait idem Valenſ. & quod alias à denunciatione repellitur is qui non præmonuit per *cap. 2. hoc. tit.* & rurſus addit Valenſ. in eo diſtingui ab accuſatione quam fama publica præcedere debet ſic, vt non ſufficiat infamia ad condemnandum, niſi probetur ex *d. cap. inquiſitionis* 21. & *cap. accedens* 23. *hoc tit.* quamquam hæc inducat infamato neceſſitatem purgationis, in qua ſi deficiat, punitur vt conuictus per *tot. titul. de purgat. Canonica.*

QVÆSTIO II.

Accuſationis libellus an debeat continere diem, menſem, & annum delicti commiſſi; item, & an qualitas delicti aggrauatoria exprimenda ſit in eodem, & concludendus ſit neceſſario, vt quilibet alius libellus ciuilis; & an in ſcriptis accuſatio de delicto publico ſit actio, vel officium iudicis; & an iudicium inquiſitionis ſit extraordinarium & an quando venit applicanda pæna fiſco dicatur delictum publicum, vel priuatum. Et an poſſit quilibet de populo alium accuſare cum bona conſcientia.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus accuſatorius antiquitus deſiderabat non tantum locum, tempus, & diem, imò, & quod exprimeretur nomen imperatoris, hodie non ſic vt n. 2.*

3 *Accuſatorius libellus debet continere qualitatem aggrauatoriam delicti, vt recte ſequatur condemnatio in totum, intellige, vt n. 4. & 5.*

5 L. in delictis §. de tract. ff. de noxalibus action.

6 *Libellus accuſatorius eſt concludendus, & in ſcriptis offerendus.*

7 *Accuſatio potius eſt quoddam jus competens parti pro exigenda vindicta, quàm quoddam officium iudicis nobile reſidens in parte, differens ab illo, & ab actione.*

8 *Actio quo modo differat ab officio iudicis nobile ſeu mercenario* remiſſiue.

9 *Criminales cauſæ non exercentur per actiones n.* 10.

10 *Actionibus, & accuſationibus aliquando æquiuocè vtimur.*

11 *Inquiſitionis iudicium dicitur potius extraordinarium, n.* 12. 13.

12 *Inquiſitio incepta per iudicem ceſſat ſuperueniente accuſatore, & n.* 13.

13 *Remedium inquiſitionis extraordinarium non competit ſtante ordinario accuſationis.*

14 *Iudicium non dicitur publicum ex eo quod pæna veniat applicanda fiſco.*

15 *Accuſans ex odio, licet proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, peccat ſi ſola ea intentione, vt ſibimet concedatur ſatisfactio illata iniuriæ, vt num. ſeq. & 19. ſub d. diſtinctione, & n.* 20.

16 *Reuelans delictum gerit curam Reipublicæ.*

17 *Iudex notorius accuſator & executor licitè exercent Iuſtitiam.*

18 *Deus placatur correctione malorum, & in iram prouocatur ſi puniri differuntur.*

19 *Vltionem volens ſumere peccat, non ſic qui ſolam ſatisfactionem, & n.* 20.

21 *Ciues vniuerſi pæna, & præmio in officio continentur.*

22 *Accuſatio aliquando cadit ſub præcepto, vt cum delictum tendit in perniciem Reipublicæ, ſi aliter nequit conſuli.*

23 *Pactum,*

23 *Pactum, vel iuramentum de non accuſando num valeat,* remiſiue.

24 *Iniuriatus, qui comedit cum iniuriante non remittit accuſationem, ſed tantum rancorem.*

1 AD primam quæſtionis partem præmiſſis, quæ late dixi *ſub Rubrica, & tit. de libelli oblatione*, de eius natura; clauſulis, & quid continere debeat tam in actionibus realibus perſonalibus, & mixtis, item, & de eius concluſione in ciuilibus: & præmiſſis etiam quæ dixi de neceſſitate, qua tabelliones, & notarij tenentur ponere in inſtrumentis diem, menſem, & annum à Chriſti natiuitate ſub. *Rub. & tit. de fide inſtrum.* & *alibi de libello accuſatorio*. iam in propoſito, licet alij latè, nos plura mouendo, & reſoluendo vt moris eſt agemus. Et quod illa requiſita, imò, & nomen Imperatoris ſint proponenda ſignanter in libello agnoſcunt DD. per textum *in l. libellorum ff. de accuſat.* vbi Gloſſa, & ordinarij DD. etiam per textum *in l. penult. Cod. de accuſat. & in cap. fin. ff. libellorum 2. q. 8.* & Regnicolæ per texum *in l. 14. tit. 1. p. 7. & l. 5. tit. 20. fori*, cuius rei rationem adducunt, quia per talem ſolemnitatem deſignatur grauitas delicti, & quodammodo inducitur terror ipſi delinquenti. item etiam vt reſultet clariorprobatio, & liquidatio delicti commiſſi ex mente prædictorum iurium, & in tantum dicit Gomezios, *lib. 3. var. cap. 11. ſub n. 1.* quod ſi hæc ſolemnitas non ſeruetur, proceſſus ſit nullus, & reus abſolui debeat ab inſtantia iudicis, & accuſator condemnari in expenſis, reſeruato iure accuſandi, vt iterum poſſit ſolemniter agere; ſic probans per verba *d. l. libellorum verſ. quod ſi libelli l. ſi maritus l. 22. §. fin. verſ. fin. ff. de adulterijs, l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit*, vbi gloſſa *ordin. l. ſi habebat ff de inſtit. action l.* Bebins. *ff. de pactis dotalibus*; & quod ſententia lata ſuper tali libello ſit nulla DD. etiam fatentur per celebrem gloſſam *in §. l. inſtit. de obligat.* & quam ſingularem reputarunt Angel. Bald. & Bartol. ac cæteri DD.

2 Sed hodie in noſtro Regno non requiri talem ſolemnitatem accuſationis in criminali pro forma dixit idem Gomez. *d. n. 1. in verſ. aduertendum*, dum dicit, vt licet omittatur valere proceſſum, & condemnationem, & ſi de conſuetudine ſemper ponatur, quia proceditur tantum attenta veritate, quâ probatâ, ſic diſponi *in l. 1. lib. 3. ordin.* quæ licet loquatur in ciuilibus, ſed eandem eius rationem militare in criminalibus, & ſic iam fere omnes aliorum Regnorum ſcribentes de hac praxi teſtantur, vt cum multis Farinac. *in praxi q. 12. n. 2.* Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 51. ex. n. 2.* Paz *in praxi d. cap. 3. §. 6.* Pichardus *in manuduct. d. p. 3. §. 3.* Villadiego *in polit. cap. 3. ex. n. 150. & in forma libellandi in crimin.* iterum Farinac. *q. 1. ex. n. 5.* Ceuallos *in practic. q. 815.* vbi latè explicat conſtitutionem huius Regni præcipientem procedi, attenta veritate, de quo nos diximus aliqua *ſub. cap. dilecti 6. de iudic.* & ibi *ſub. q. 11. & 12. & alibi*, ſepe, quod & videtur ſequi Riccius *collect. 1199. ad textum in d. l. libellorum*, quatenus ex Treuiſio *deciſ. 20. p. 2.* refert deciſum, quòd accuſator non tenetur exprimere diem commiſſi delicti, & ex Farinac. *in deciſ. 8. Rotæ*, quòd nec coarctatur exprimere locum delicti patrati; niſi inſtante parte, vt refert deciſum Franc. Marc. *deciſ. 727. p. 1.* Tertio ex Balbo *deciſ. 300. n. 1. & 2.* vbi in inquiſitione tam generali, quàm ſpeciali exprimatur delicti locus.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an qualitas delicti aggrauatoria exprimenda ſit in libello, & ſuppoſitis, quæ dixi; tam de emendando, & addendo libello, lite pendente, ſub *cap. examinata 15. de Iudic. à quæſt. 4. ad 12.* item, & quod dixi *infrà* ſub *cap. qualiter 24. hoc tit.* & quod debeat exprimi grauitas delicti, v. g. vt ſi quis commiſit delictum proditoriè, vel aleuoſe, aut ſit iteratum tunc ſi ſine tali qualitate delictum probetur non recte ſequi condemnationem probarunt antiqui per textum *in l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de moralibus actionib.* vbi in ſpecie Bartol. item & Cinus Speculator Paul. Abbas Socin. Felin. Iaſon, & alij, quos refert Anton. Gomez *d. lib. 3. var. cap. 11. n. 7.* & plures alij relati à Farinac. *quæſt. 1. praxi crimin. ſub n. 23.* ibi videndi † 4
ſed quia dictum eſt iam libellum ſuſtineri, quia ſi veritas probetur item, & factum ſimpliciter, & non qualitas deducta, & propoſita, poſſet ac debeat ſequi rectè condemnatio cum tali caſu iam in ſubſtantia de delicto pateat, ſequitur bene dicendum vt iudicium illud ſuſtinatur cum, & qualitas *magis & minus* non dicatur differre in ſubſtantia, ſicut DD. agnoſcunt per textum *in l. fin. ff. de fundo inſtructo. & in l. ſi is cui, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur*, & ita hanc ſentẽtiam expreſſè inter antiquos ſequuntur Paul. de Caſtro *in l. communem. §. fin. d. tit. ff. quemadmod. ſeru.* Salicetus reputans quotidianum *in l. 2. Cod ad leg. Iuliam de vi*, Alberic. *in l. quod ergo, §. pæna grauior. ff. de his, qui notant. infam. col. 8. verſ. quarto caſu*

Bald. & Florian. *in d. l. in delictis §. ſi de*
tract. ff. de noxalibus, cum aliis Gomezius
5 *in d. num. 7. cap. 11. in fine* † vbi reſpondet
ad textum *in d. §. detracta*, ibi, non negari
quod poſſit fieri condemnatio in ſimplici
facto, vel delicto probato, ſi qualitas non
detrahatur, ſic cum Baldo, ibi & ita ho-
die tenendum ait attenta *l. 11. tit. lib. 3. or-*
dinam. idem Farinac. cum aliis multis etiam
modernis, quibus accedunt Azeued. *in l.*
10. *tit. 17. lib. 4. recopil.* Suarez *in annotat. ad*
Gomez in d. cap. 11. lib. 3. var. num. 7. Barbo-
ſa *in collect. cap. examinata de iudic. n. 6.* cum
aliis multis, Fermoſilla *in l. 56. part. 5. tit. 5.*
gloſſa 7. ex n. 30. Scaccia *de iudic. lib. 1. c. 51.*
latè ex num. 39. etiam latè D. Ioan. de Lar-
rea *deciſ. Granat.* 50. vbi probat quòd remiſ-
ſo adulterio ei, qui illud cum inceſtu com-
mittit adhuc poteſt puniri de inceſtu Va-
laſc. *de iure Emphit. quæſt. 6.*

6 Ad tertiam quæſtionis partem an con-
cludendus ſit neceſſario libellus accuſa-
torius. Reſpondeo affirmando per dicta ſub
Rub. & tit. de libelli oblat. & quod in ſcriptis
ſit offerendus libellus, etiam per ibi dicta
in *cap. 1. quæſt. 1.* & per dicta ſub *Rub. de ſen-*
tentia, & de re iudic. quæſt. 4. à num. 1. & à
num. 9. an ſententia debeat in ſcriptis præ-
ferre: & num ineptus ſit libellus in quo
hæc deficiunt, & dicta ſub *n. 2. & 3.* viden-
dus eſt Myſing. *cent. 1. obſeruat. 32.*

7 Ad quartam quæſtionis partem, an ac-
cuſatio de delicto publico ſit actio, vel of-
ficium iudicis, vel aliud ius diſtinctum de
per ſe, & quamuis Bartol. *in l. imperium ff.*
de iuriſd. omn. iudic. col. 2. prope finem, teneat
quod ſit quoddam officium iudicis nobile
reſidens in parte, & ibi Alex. 4. *col. 1.* idem
Bartol. *in l. cum leg. ff. de fideiuſſorib. fin. col. 1.*
in medio, & Aretinus *in Rubr.* 20. *de accuſat.*
q. 1. reputans notabile, & ſubtile, tamen
verius, vt accuſatio ſit quoddam ius com-
petens parti pro exigenda vindicta quod
differt ab actione, quæ competit parti in
ciuilibus, vt ex contractu, aut obligatio-
ne, & quod ſimiliter differat ab officio iu-
dicis nobili, quia illud reſidet in iudice
mediante quo poteſt ex officio per inqui-
ſitionem procedere, & ea quæ iam ſint de-
finita executioni mandare, ſicut in termi-
nis tenent ſubtiliter Bald. *in l. imperium lect.*
1. *col. 2. n. 2.* vbi Iaſon *7. col. n. 17. ff. de iur. omn.*
iudic. idem Bald. *in l. placet. C. de pend. iudicib.*
col. 3. Anton. Gomez *d. lib. 3. var. cap. 1. n. 30.*
8 Parlador. *tom. 3. different.* 34. † vbi explicat
quomodo differat actio ab officio iudicis no-
bili, ſeu Mercenario Boſſius: *in practic. tit. de*
inquiſit. Cantera *in quæſt. criminal. præludio 1.*

Et probatur etiam ex ipſiſmet diffinitio- 9
nibus actionis, accuſationis, & officio iudicis
de quibus agunt tractantes materiam noſtri
tituli; & per ea quæ ego ſub *princ. huius*
Rubricæ, quatenus dixi, vt principalem lo-
cum teneat accuſatio, quam inquiſitio. Item
quod ſi in iure non reperitur expreſſum de-
lictum eſſe publicum, conſiderari priuatum,
ex quo competit parti iniuriatæ vindicta,
& accuſatio: videndi ſunt Farinac. *in praxi*
q. 12. num. 2. Pichard. *in princ. in tit. de pu-*
blic. iudic. ex num. 21. vbi num. 25. † dicit 10
quod criminales cauſæ non exercentur per
actiones: Alciatus *in l. pecunia §. actio, ff. de*
vſ. Petr. Greg. *in ſyntagm. lib. 32. cap. 2. per*
totum vbi *n. 2.* quod aliquando actionis & ac-
cuſationis voce æquiuoce vtimur, *& in c. 24.*
vbi de differentiis inter ciuilia, & crimina-
lia iudicia.

Ad quintam quæſtionis partem ſuppoſi- 11
tis, quæ dixi *ſuprà in Rubrica de inquiſitione*,
nunc an iudicium inquiſitionis ſit extraor-
dinarium breuiter reſpondetur eſſe extra-
ordinarium quod probant DD. nam cum
inquiſitio, officio iudicis fiat, ſicut dictum
eſt *ſuprà* ſub præmiſſo, vt bene etiam pro-
bat Gandin. *de maleſic. ſub Rubric. quo modo*
de maleficiis cognoſc. per inquiſitionem n. 1. de-
bet remedium extraordinarium reputari,
cùm omnia, quæ fiunt officio iudicis, ex-
traordinaria dicantur iuxta *textum in l. cum*
filiusfamilias, ff. ſi cert. petat. & alios *ibi* per
Philip. Decium relatos: † item probatur ex 12
eo quia ſi incepta ſit inquiſitio, & accuſa-
tor ſuperueniat, ceſſat inquiſitio, ex *Regula*
textus l. in cauſa, ff. de minor. vt bene docue-
runt Ferrara *in practic.* Papien. *in forma in-*
quiſitionis, Gloſſa fama publica n. 6. Boërius *in*
additionibus ad Dynum. Regal. factum legitime
de Reg. iuris lib. 6. num. 7. lit. B. Robert. Ma-
ranta *in ſuo ſpeculo adu. Cator. 6. p. cap. de in-*
quiſit. à num. 38. vbi dicit de communi: vi-
dendus Ripa *in Rubric. de iudic. col. 10. in fine*,
vbi limitat tripliciter.

Et confirmatur ex eo etiam quòd volen- 13
te offenſo accuſare, inquiſitio non habet
locum; nam cùm ſit remedium extraor-
dinarium, non competit, extante ordina-
rio, vt bene tradunt Hypolit. *ſing. 305. &*
in practic. crim. §. conſtante num. 92. & in con-
ſil. 35. num. 7. & conſ. 40. num. 9. & conſ. 48.
num. 31. & 52. Nicol. Bellon. *conſ. 63. num. 3.*
Bald. 415. *num. 2. vol. 4.* Cepola. *conſ. 65. in*
princ. col. 2. Oroſius *in l. congruit. ff. de offic.*
præſidis num. 1. col. 468. Auiles *in capp. Prætor*
in iudicio ſindicatus cap. 4. n. 12. vbi ad idem
allegat Angel. *de maleſic.* & alios, & ſic præ-
fatam generalem concluſionem *verſ. ad*
quintam

quintam docuerant in terminis Innocent. *in
cap. cùm oportent hoc tit.* Bart. & alij *in l. ſi
maritus*, *§. an autem exiſtens*, *ff. de adulter.*
vbi etiam ſequuntur omnes *in Rubricu extr.
de iudic.* Iulius Clarus dicens communem
in pract. lib. 5. §. fin. qu. 3. num. 5. Gratian.
Reg. 264. dicentes idem fore de iure noſtro
Canonico. Andr. Alciatus, qui benè exa-
minat *in cap. perniciofam de offic. ordin.* Cal-
derin. *conſ. 1. de accuſat.* aliqua *infrà* ſub *cap.
qualiter* 14. *hoc tit.*

Ad ſextam quæſtionis partem an quan-
14 do venit applicanda pœna fiſco,dicatur de-
lictum publicum. Vel priuatum in quo du-
bio ſuppoſitis quæ adduxi ſupra in præfatio-
ne, & quamuis quod dicatur publicum,
etſi crimen ſit priuatum, eo quod tunc qui-
libet de populo queat accuſare, indeque
dici publicum, vt ſcripſerunt Gloſſa, &
Bartol. *in Rub. ff. de popular. action.* & eſſe
communem opinionem teſtetur Auguſtin.
de Arima ad Angelum *de maleficiis verb. ad
querelam num.* 9. Iulius Clar. *lib. 5. recept. ſen-
tent. §. 1. num. 3.* tamen quod nec dicatur
publicum, nec alicui de populo competat
ius accuſandi dixerunt Bald. *in Rubr. Cod.
qui accuſ. non poſſ. num.* 10. ac DD. *in l. Papi-
nianus*, *§. meminiſſe ff. de inofficioſo teſtam.* &
bene diſputando *in tract. de priuileg. fiſci,
lib. 4. tit. 8. à num. 3. 6. & 10.* Ceuallos ſequens
hanc praxim *in practice commun. quaeſt.* 216.
Anton. Gomez *tom. 3. var. tit. 1. num. 4. & 9.*
qui licet clare non loquatur, tamen eius ad-
ditionator Ayllon *ſub num. 5. verſ. an autem*
videtur fateri, commendans legendum cum
multis Farinacium *in praxi crimin. quaeſt. 12.
num. 9.*

Ad vltimam quæſtionis partem an poſſit
15 quilibet de populo cum bona conſcientia
alium accuſare, in qua varij ſunt DD. di-
centes, quidam non poſſe eo quod talis ac-
cuſator reputaretur inimicus *argum. textus
in cap. accuſatores 3. quaeſt. 5.* & quaſi per to-
tam illam *quaeſt. cap. ſi quis Epiſcopus 2. q. 7.*
vbi dicit quòd accuſatio eſt genus illauda-
bilis intentionis, & ex *textu in l.* propter li-
tem *ff. de accuſation. tutor. ex l. filio*, *§. ſeia ff.
de adimendis legatis ex cap. ſi omnia 6. quaeſt. 1.*
vbi quod accuſatio potius ſit cauſa inui-
diæ, & rancoris quam charitatis *cap. fin. de
pœnit. diſt. 5.* vbi habetur quod eſt in pec-
cato, qui habet odium cum alio, & ei non
remittit offenſam & ex aliis ſcripturæ locis
Lucæ 6. *diligite inimicos veſtros, benefacite iis,
qui oderunt vos*, & ex Leuitico *cap.* 19. ibi: *non
eris criminator, nec ſis ſuſurro in populis: non ſta-
bis contra ſanguinem proximi tui: non odieris fra-
trem tuum, non quæras vltionem, nec memor eris
iniuriæ ciuium tuorum:* † alij vero abſolute do- 16
centes pro affirmatiua poſſe, cum lege per-
mittente faciat imo laudabile videri per *tex-
tum in l. ſi quis in hoc genus C. hoc tit. & in l fin.
C. de maledic. & Mathematic. & in l. prouincia-
rum Cod. de furtis & in vnica Cod. de famoſ. li-
bell.* vbi expreſsè dicitur quod ille qui re-
uelat aliquod crimen, vel accuſat de eo
gerit cuſtodiam publicæ ſalutis, † & ex 17
cap. illud 23. q. 4. vbi habetur, quod iudex,
notorius accuſator, & executor licite exer-
cent iuſtitiam contra delinquentem, & ex
textu in cap. ſi quos eadem cauſa, & quaeſt.
† quibus habetur quod Deus noſter placa- 18
tur correctione malorum, & in iram prouo-
catur cum mala puniri differuntur, & ex
textu in cap. & qui emendat. 45. diſtinct. vbi
habetur quod miſericordiam operatur, qui
punit malos; & confirmant ex eo, quia Re-
gia poteſtas, & eius gladius à Deo eſt con-
firmata, vt in *cap. non fruſtra 23. q. 5. & cap.
ſunt quædam eadem cauſa, & q 4.* & per illud:
*Per me Reges regnant, & legum conditores iu-
ſta decernunt.*

Ego vero ex communi bene diſtinguen- 19
tium, vtramque ſentẽtiam amplector, quam-
liber in ſuo caſu, nam ſi v.g. aliquis accuſet
ex odio, modo proſequatur ſuam, vel ſuo-
rum iniuriam modo non, volens ſumere
vltionem, peccat, quia in foro conſcientiæ
tenetur remittere iniuriam, & rancorem
ſecundum auctoritates primæ ſententiæ, at
cum non teneatur remittere actionem, &
proſequntionem iuſtitiæ, cœlo iuſtitiæ, be-
ne, ac tuta conſcientia poterit accuſare
propter fundamenta ſecundæ ſententiæ, vt
expreſsè probat textus *in cap. ſi is qui prælatus
23. quaeſt. 2. iuncta gloſſa ordinaria*; *textus in
cap. 2. de homic. lib 6.* vbi habetur quod of-
fenſus tenetur remittere rancorem non ve-
rò ſatisfactionem, & damnum iniuriæ, te-
nent etiam Speculator *in tit. de Treuga, &
pace, num. 2. verſ. & nota:* Abbas *in cap. 1. de
iniuriis in 2. colum.* Hoſtienſ. *in cap olim. eodem
tit.* Innocent. *in cap. accuſaſti hoc tit.* vbi An-
ton. Aret. & alij, Anton. Gomez *d. lib. 3. va-
riar. c. 1. n. 29. in fine.*

Et ita tenendum eſt, quantumuis Ioan- 20
nes Fabr. *in §. 1. inſtituta de public. iudic. in
fin. colum.* concordare curauerit primas duas
opiniones dicendo quòd ſi talis accuſator
accuſet de crimine publico zelo iuſtitiæ,
propter bonum publicum non peccat; imo
inſtè, & licitè faciat: ſi verò accuſator tan-
tum ex odio, & ira volens ſe vlciſci, pec-
cet tunc, quod ſi proſequatur ſuam, vel
ſuorum iniuriam licitè poſſit, & indiſtin-
ctè accuſare, ſine peccato quia iura ciuilia,

& Canonica indiſtincte videntur permit-
tere quod quis accuſet de propria iniuria,
& offenſa; verior inquam diſtinctio etiam
inter moraliſtas eſt adducta per Gome-
zium *ſuprà*, qui repulit ſub *d. n.* 29. proxi-
21 me adductam Fabri †. Et comprobant DD.
quia vniuerſi ciues præmio, & pœna in offi-
cio continentur, vt optime exornant Anton.
Pichard. *in Rubric. inſt. de public. Iudic.* latiſſi-
me, & in ſpcie Didacus Perez *in l.* 1.
gloſſa 3. *tit.* 3. *lib.* 5. *ordinam.* Tyberius De-
cian. *in tract. crim.* 1. *p. lib.* 3. *cap.* 4. *&* 5. Paz
22 *in praxi* 1. *tom. p.* 5. *cap.* 3. *à n.* 3. † Vbi pro-
bat quod aliquando accuſatio cadit ſub
præcepto, nempe quando crimen publi-
cum tendit in perniciem Reipublicæ &
per aliam viam bono communi conſuli
non poſſit, Barboſa *in collect. l. vnic. Cod.
vt nemo inuitus agere, vel accuſ. compell. n.* 4.
Thomas Sanchez cum alijs *in conſil. moral. lib.
lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 26. *& dub.* 28. vbi quid ſi
delictum probare non poteſt, & *dubio* 29.
23 † vbi an pactum vel iuramentum de non
accuſando valeant, Sayrus late *in Claui Re-
gia lib.* 12. *cap.* 14. doctiſſime Vincent. Fi-
liuc. *tract.* 40. *in octau. præceptum cap.* 7. *per
totum*, omnino ambo legendi plura mouen-
tes, & reſoluentes *infra* aliquid *ſub cap.* 25.
hoc tit.

24 Ex quibus inferunt alij, & iuxta praxim
bene quod ſi poſt inſtitutam iniuriarum
actionem iniuriatus cum iniuriato come-
derit, vel aliud, ſimile fecerit non actionem,
ſed animi rancorem remiſſiue videatur, cum
nulla ſit culpa, ius ſuum proſequi, vt dictum
eſt, ac explicant Anton. Pichard. *in §. hæc
actio.* 12. *inſtit. de iniurijs n.* 12. Hayllon ad
Gomez. *d. cap.* 1. *lib.* 3. *n.* 30. *in fine*, Greg. de
Valent. *in* 22. *diſput.* 5. *quæſt.* 12. *punct.* 1. Petrus
Græg. *in ſyntagm. lib.* 32. *cap.* 7. *n.* 12.

QVÆSTIO III.

An accuſans teneatur accuſationem proſequi, & an quandoque valeat ab accuſatione deſiſtere: Vbi quid dicendum de his, qui fugiunt accuſationis metu. Item & de tempore ad accuſandum, & inquirendum, & an accuſatus valeat regulariter reaccuſare accuſantem; & an quis poſſit denuo moleſtari ſuper quibus iam iudicatus eſt, & paritum ſententiæ: Vbi quid ſi oblita fuit qualitas aliqua aggrauans in prima accuſatione.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio ſemel cœpta debet proſequi, imo & minata à marito de adulterio vxoris, vt n.* 2. *vide à n.* 4. 5.
2 *L. ob commiſſa* 21. *Cod. ad. l. Iul. de adulterijs.*
3 *L.* 3. *§. ſi ad diem ff. de re militari.*
4 *Accuſator in aliquibus caſibus valet deſiſtere ab accuſatione incepta, n.* 5.
5 *Accuſationem poteſt Iudex aliquando non admittere, & ſi inferior ſit, vt n.* 7.
6 *Accuſationem Princeps poteſt abolere inſtitutam contra perſonam maxime neceſſariam.*
7 *Actor queit à lite recedere ſiue per gratiam, ſiue tranſactionem fallit in: actione famoſa ſiue iudicis authoritate, & qualiter in criminali.*
8 *Deſiſtens ab accuſatione ante ſententiam excuſatur à pœna legali, ſicut excuſatur iudex, qui ſoluit ante ſententiam Barattariam.*
9 *Reus metu accuſationis fugiens qualiter antiquo iure requirebatur, & puniebatur.*
10 *Fugientes hæretici, qua diligentia prahabita puniendi veniunt.* Remiſſiue.
11 *Crimen per annos viginti præſcribitur ſi non ſit penſatum, vel commiſſum circa ſacros ordines, vt n.* 12.
13 *Reaccuſare quando valeat accuſatorem accuſatus, & n.* 14.
15 *Iudicatus ſemel nequit iterum moleſtari ſuper ijſdem præcipue ſi ſententia iudicis ordinarij nullam gratiam feciſſet reo, vt n.* 17. *quid ſi nondum cauſa fuiſſet deciſa, ſed penderet n.* 16. *fallit, n.* 18. *&* 19.
18 *Peculatus crimen tranſacto quinquennio deduci non valet.*
19 *Accuſare iterum poteſt, qui docet de præuaricatione commiſſa per iudicem, tabellionem, aut teſtes.*
20 *Proſequens ſuam, vel ſuorum iniuriam ignorans præuaricationem poteſt, accuſare iam abſolutum; & qualiter ignorantia ſeu illius ſcientia probetur n.* 21.
22 *Accuſans de delicto nequit iterum accuſare poſt latam ſententiam de qualitate aggrauante illud quæ oblita fuit, ſecus ſi ante litem conteſtatam hic, & n.* 23.

AD primā quæſtionis partē video An- 1
tonium Fabrum *in erroribus pragmatic. decade* 51. *errore* 3. occaſione *textus in l. ſi ea* 7. *Cod.*

7.Cod. qui accuſare non poſſ.l.ob commiſſa 21. in
fine Cod. ad l. Iuliam de adulter. alia plura in-
uoluens de hoc dubio agere ibi in princi-
pio & explicando *d. l. ſi ea* 7. dicit non tra-
ctare de cogendo iactatore vt accuſet, ſed
de iniungenda ei, qui iam cœpit accuſa-
re neceſſitate proſequendæ accuſationis in-
tra tempora præſtituta, niſi malit incidere
in Turpilianum, quaſi qui agere ſuperſe-
dendo renunciaſſe cauſæ intelligatur vt
lex ait, & vt idem Anton. Faber docuit
in Cod. Fabriano ad titul. vt nemo agere vel ac-
cuſ. cogatur.

2 Et quamuis aliqui DD. ad propoſitum
adduxerint textum *in d. l. ob commiſſa* 21.
Cod. ad. l. Iuliam de adult. in verbis illis, *ne*
effrenata licentia ad tenendam aduerſariam fu-
turæ accuſationis ſpeciem prætendas, ſed ex ea
vt etiam idem Anton. Faber. dicit in *verſ.*
Ratio tantum infertur vt cogendus ſit ma-
ritus, qui vxori accuſationem adulterij mi-
nitatur, vt eam accuſationem, & inſtitue-
re, & proſequi intra tempora illa, quæ ob
commiſſa adulteria, atque accuſandas vxo-
res præſtituta ſunt, ne perpetuo metu fu-
turæ accuſationis mulier fortaſſis innocens
3 terreatur, & inquietetur † & item idem
Faber, dicit alienam eſſe *deciſ. textus in l.*
3. §. ſi ad diem ff. de re milit. à propoſita quæ-
ſtione, cum ibi tractet Modeſtinus de eo,
qui ad diem commeatus non venit, quem
ideo perinde puniendum eſſe, ait, ac ſi
vel emanſiſſet, vel deſeruiſſet pro numero
temporis, & ſic concludit illam legem non
ad cauſam, & neceſſitatem inſtituendæ ac-
cuſationis pertinere, ſed ad æquitatem ad-
mittendæ defenſionis, quam in criminali-
bus pragmatici iuſtificationem appellant:
de hac quæſtione vide, quæ dico *infrà* plu-
ra dubitare ſoluendo *in cap. licet* 14. *hoc tit.*
*quæſt.*1.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppo-
ſitis, quæ dicenda ſunt *infrà ſub titulo de ca-*
lumniatoribus; vbi de illis præuaricatoribus,
& tergiuerſatoribus, atque abolitionibus.
Nunc tantum agitur de illo, qui dum ac-
cuſauit iuſtè vult deſiſtere ab accuſatione
incepta, in quo dubio, reſpondetur ex non-
nullis cauſis poſſe accuſatorem deſiſtere,
primo ſi deprehendit ſe erraſſe, quando
propoſuit accuſationem, vt ſi putauit bona
fide hunc, v.g. eſſe auctorem criminis, vel
ſi videt ſè probare non poſſe, quia teſtis
non vult teſtificari, vel ſi res incipit eſſe
dubia, & dubium facta inquiſitione ad-
huc perſeuerat, & in hoc caſu non ſolùm
5 poteſt, imò debet deſiſtere † ſecundò po-
terit deſiſtere ſi iudex accuſationem refu-
ret, vel ſi reſcindat admiſſam, vt facere
valet, quoties viderit libellum habere ali-
quem defectum ſubſtantialem ad ea quæ
dixi ſub *cap. examinata de iudiciis* vbi *de in-*
cepto libello, & de emendatione illius, vel ſi
accuſatur perſona quæ non poteſt ſine
magna Reipublicæ perturbatione puniri, eo
quod in hoc caſu ſupremus iudex ob bo-
num commune poteſt accuſationem in-
choatam abolere, etiam ſi accuſator priua-
ta cauſa, vt iniurias perſequatur accuſet,
ob quam etiam cauſam iudex inferior po-
terit accuſationem ab initio non admitte-
re, idque ex Epicheia, id eſt tacita Princi-
pis voluntate; admiſſam verò non poterit
ex auctoritate abolere, poterit illam tamen
ſuſpendere, & diſſimulare, & interim to-
tum negotium Principi exponere. † Tertiò 6
inquam poterit ſupremus Princeps ſi per-
ſona illa bono communi cenſeatur maxi-
me neceſſaria, vel valde conducibilis, ac-
cuſationem abolere ad textum *in l. ad Be-*
ſtras 31. ff. de pœnis, per quem, & per tex-
tum *in l. ſi quis ex §. ſed, & ſi ff. de iniuſto, &c.*
damnatum ad Beſtras, in fauorem populi,
& ad vſum publicum præſes inconſulto
Principe non dimittit, nec liberat, vt di-
xerunt Alciatus. *lib. 2. Parergon. cap.* 28. Cra-
ueta *ad l. 1. n.*16. vt ſequitur Sebaſtian. Ric-
cius *in d.l.ad Beſtras* Reuard. *lib. 2. var.cap.*14.
Tiraquel. *in tract. de pœnis temp. cauſa* 49.
num. 1. *& cauſa* 16. Horatius Lucius *de pri-*
uileg. Scholar. priuileg. 83. Plaza *in epitome de-*
*licto. lib. 1. cap.*33. Cibar. *lib. 2. variar. cap.*9.
Bodon *de Republica lib.5.cap.5 & lib.2.cap.*27.
& quod inferior iudex ex Epicheia poſſit
eam non admittere, vel admiſſam impe-
dire, ſi non agitur de iniuria partis; nam
tunc tenetur ius dicere: docet Ægid. Trul-
lench. *in præcept. decalogi lib. 8. cap. 2. dubio 5.*
num. 2. vbi de tribus relatis caſibus loqui-
tur, ac ante illum ſcripſerunt benè Leſ-
ſius *lib. 2. de iuſtitia, & iure cap. 30. dub. 3.*
num. 15. Caietanus, *quæſt. 68. art.* 3. & alij,
& addunt idem Leſſius *num.*16. Trullench.
d. num. 2. in fine Salon. 22. *quæſt.68. art.* 3. &
alij poſſe Principem ſcribere, vt iudicet,
quid expediat, & interim ſententiam ſu-
ſtinere.

Sed quod in cauſa ciuili poſſit actor à 7
lite recedere, ſiue per gratiam, ſiue per
tranſlationem (id eſt compoſitione) facta
dicunt idem Leſſius *d. cap.* 30. *n.*17. Trul-
lench. *d. cap. 2. dub. 5. num.* 3. qui addunt
vt non poſſit ſi actio ſit famoſa, qualis eſt
actio furti eam tranſigere, poſt litis conte-
ſtationem, ſine iudicis auctoritate alioquin
infamia notari, docent tamen in cauſa

criminali licitum eſſe ante litem inchoatam deſiſtere per gratiam (dummodo non teneretur accuſare, vel denunciare) poſt litem verò inchoatam non eſſe licitum ſine iudicis auctoritate, & rei conſenſu ſcribunt,ſi reus fuit ſubiectus tormentis, vel ex accuſatione infamatus ; quòd ſi aliter deſtiterit, ſi crimen erat publicum, incurrit pœnam infamiæ ; ſi autem erat priuatum punietur pœnâ arbitrariâ, vt dicunt idem Leſſius *num.*18. Ægid. *d. num.*4. *in fine*, qui *num.* 4. & idem Leſſius *d. cap.* 30. *num.* 27. addunt vt ſi accuſator aliter quam par eſt deſiſtat, poſſe iudicem procedere per inquiſitionem, vti DD. fatentur communiter.

8 Et ſic potuit ſcribere Valenzuela Velazquez *conſ.* 145. *p.* 2. *num.* 33. ex Alex. *conſ.* 198. *n.*7. *&* 8. *lib.* 6. vt qui ante ſententiam deſiſtit ab accuſatione, excuſetur à pœna legali,ſicut excuſatur iudex, qui propter Barattariam,aliqua veniebat pœna puniendus, vt ſi ante ſententiam reſtituerit, non pœna ordinaria puniri deberet, idem Valenz. *num.* 34. ex traditis per Azeued. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil. num.* 25. ponderans ad hoc textum *in l. accuſare* §. *omnibus ff. de accuſat. & l. hodie cum ſimilibus ff. de pœnis*, cum Anton. Gomez, Afflictis, Azeuedo, & Greg. Lopez *ibi n.* 35.

9 Ad tertiam quæſtionis partem quid dicendum de his, qui fugiunt accuſationis metu,igitur antiquitas obſeruabat,vt ſi reus accuſationis metu fugeret, & antequam de eius nomine deferendo, quidquam tentaretur, & abſens requirendus annotari ſoleret vt copiam ſui præſtaret, ad textum *in l.* 1. *de requir. reis*, vbi DD. & tunc quidem de eo, qui requirendus annotatus erat, non quaſi pro damnato, ſed quaſi re integra quæreretur, ſi quis eſſet, qui eum argueret per textum *in l.* 6. *ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* vt præter alios dicit Reuard. *lib.* 1. *coniectan. cap.* 19. *in fine*, qui *ibi in principio* ſcribit ex Martiano eadem ſeruari in bonis eorum qui metu accuſationis fugerunt, quæ in damnatorum bonis conſtituta ſunt per textum *in l.* 28. *ff. de bonis libert.* quod ſic accipiendum ait, vt ſi quis accuſationis metu profugiſſet, dies ei certa finiretur, ad quam niſi citatus reſpondiſſet abſens damnaretur, eiuſque bona publicarentur, ſic probans ex verbis Lælij *lib.* 25. *& ex aliis eiuſdem lib.* 29. ibi *poſtea conſcientia ſibimetipſi exilium conſciſcentes, non abſentes damnati eſſent, corporibus ſubtractis; bona tantumque publicari poterant pignoranda pœnæ præbebant*, & hæc ſic obſeruari ſolere ſi reus metu accuſationis fugeret : ita Reuard.

Ad quæ conducunt, quæ dixi de praxi quam obſeruat etiam Tribunal S.Inquiſitionis contra hæreticos qui metu ſui delicti fugiunt ad alias prouincias, de qua dixi abunde in allegationibus fiſcalibus *alleg.* 9. per totam, vbi leges abunde. 10

Ad quartam quæſtionis partem de tempore ad accuſandum, & omiſſis quæ ex multis docent Gomezius *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ex num.* 22. *& ex num.* 23. cum infinitis,eius Additionator Hayllon, num iudex poſſit præfigere terminum accuſatori, vt proponat accuſationem, alias non admittatur accuſans ? iam breuiter reſpondeo cum DD. per textum *in l.* 6. *querela C. de falſis.* accuſationes regulariter viuere annis viginti,vt exponit Riccius *in collect.*208. vbi licet ex Capicio referat *in deciſ.* 188. in inquiſitione, diſtingui inter officium nobile, & mercenarium iudicis, vt in hoc idem ſit, in illo non ita ; ille autem idem docet; at in accuſatione, cum Boërio *in deciſ.* 26. nempe vt ſemper inquiſitio tollatur, ex lapſu viginti annorum, ea inquam ratione ; quia officium iudiciis inquirentis, ſuccedit loco accuſationis ; propter quod idem Boërius docuit in ſpecie quandam mulierem de incendio commiſſo, in duabus domibus condemnatam à quodam iudice,ex officio procedente, procedendo in illam, annis viginti tranſactis, liberatam fuiſſe à morte, in inſtantia appellationis per alium iudicem. 11

Quare ob hanc doctrinam extendunt etiam ad caſum homicidij idem Riccius, & Senatus Pedemontan. *in deciſ.* 208. apud Theſaur. dicendo ſic procedere, ſiue fuerit caſuale, ſiue voluntarium, cum tamen non ſit penſatum, vt puta ſi non præceſſerit tractatus. Et in crimine ſimoniæ idem reſpondit Riccius *in dicta collect.* 208. cum Treuiſan. *in deciſ.* 5. *p.* 2. reſtringendo ad eam, quæ committitur circa beneficia non habentia poteſtatem clauium ; non autem in ea, quæ committitur circa ſacros Ordines, in quibus fuiſſe proceſſum per viam inquiſitionis, firmat Riccius, notando *dict. leg. querela*, procedere in cauſa inquiſitionis, incendij, homicidij, & ſimoniæ, etſi ipſa loquatur in cauſa falſi criminis, in quo etſi DD. voluiſſent latè diſputare, non præſcribi ſpatio viginti annorum ; ſed non fuiſſe receptum, firmat idem Riccius, qui & refert, vt ſi etiam alij voluerint dictam legem non procedere, vbi delictum eſſet notorium, vel confeſſatum ; nihilominus in contingentia facti, 12

facti, non fuiſſe conſideratum, vt eſt vi-
dere per *dict. deciſ.* Boërij, & Theſaur.
aliqua de dicta præſcriptione delicti dixit
Balboa. *ſub cap. 11. de exception.* explanaui *ibi*
dict. leg. querela Cod. de falſis, vbi benè *à*
num. 59.

13 Ad quintam quæſtionis partem, an ac-
cuſatus regulariter valeat reaccuſare accu-
ſantem? Et videtur, vt pendente iudicio
accuſatoris, accuſatus non ſit in poteſtate
illum reaccuſandi, ſicut docet deciſum Ric-
cius *collect.* 1418. *ſuper ritu M. C. 66.* de eo-
dem ſcilicet pari delicto; ſed docet cum
Garcia *deciſ.* 8. hoc limitari, quando ſecunda
accuſatio procederet ex eodem fonte, vt eſt
quando vnus accuſat alium de periurio, vir-
tute vnius inſtrumenti, & accuſatus virtu-
te eiuſdem inſtrumenti accuſaret accuſa-
torem de periurio, vt retulit deciſum *in ſa-
cra Conſiſt.* Grammaticus *in ritu*, & limitat
Riccius etiam cum Balbo *deciſ.* 90. in ma-
iori vel minori crimine.

14 Explicant hæc dicta Riccius, *vbi ſuprà*,
& Grammat. *deciſ.* 56. in tali reaccuſatione
circa primam iuquam limitationem pro-
cedi poſſe ſimul in accuſatione, & reaccuſa-
tione, quando ſcilicet hæc prouenit ex eo-
dem fonte, ſub vno contractu, atque pro-
ceſſu. In ſecundo autem caſu, vt ſi diuer-
ſa eſſet reaccuſatio, præſtandam eſſe cau-
tionem per reaccuſatum, de ſtando iuri, fi-
nita prima accuſatione. Applicabis nonnul-
la, quæ dico *infrà* ſub *cap. qualiter* 24. *hoc*
tit. & ſub Rub. & cap. 1. *de calumniatoribus*;
aliquid *ſuprà ſub tit. de mutuis petit. vbi in Rub.*
quæſt. 8. *vbi de reaccuſatione.*

15 Ad vltimam quæſtionis partem, an quis
poſſit denuo moleſtari ſuper quibus iam
iudicatus eſt, & paritum ſententiæ? Et præ-
miſſis quæ adduxi *ſuprà, in cap. at ſi Clerici* 4.
de iudiciis, & ſub cap. cum ſit generale de foro
comp. dico vt non debeat, nec poſſit iterum
accuſari, modò accuſetur ab eodem primo
accuſatore, modo ab extraneo, tanquam
vno de populo; modò ab eo, qui proſequi-
tur ſuam, vel ſuorum iniuriam, modo per
iudicem ex officio, iuxta *textum in l. ſepul-
chri violati actio. ff. de ſepulchro violato*, per
quem DD. communiter: ſic in terminis
Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 27.
quod comprobatur ex *l. qui de crimine. Cod.*
de accuſat. ibi: *qui de crimine publico in accu-
ſationem deductus eſt, ab alio ſuper eodem crimi-
ne deferri non poteſt*; quod intelligit Gloſſa
verbo non poteſt hoc procedere; ſiue quis fue-
rit condemnatus pro prima accuſatione;
ſiue abſolutus; item per verba *textus in l. li-
cet, §. vltimo ff. nautæ caupon. vel ſtabularij*, &
per *textum in l. ſi cui §.* 1. *ff. de accuſat. & l.*
ſi quis homicidij, Cod. eodem; cap. de his hoc tit.
& l. 20. *tit.* 23. *p.* 3. *& l.* 12. *in princ. tit.* 1.
p. 7. vbi Gregor. Lopez *gloſſa* 1. & addit Va-
lenzuela Velazquez *dicto conſ.* 145. Legen-
dus *à num.* 1. ibi *num.* 3. 4. *&* 5. † id etiam 16
locum habere, quando cauſa non fuiſſet
deciſa, ſed penderet *ex l. hi tamen, §. ab*
alio delatum, ff. hoc tit. & ex l. 1. *tit.* 29. *p.* 7.
alias enim inquit duplici pœna, & à di-
uerſis iudicibus puniretur, quod legi re-
pugnat, maximè in delictis realibus per
*textum in l. Prætor edixit, §. vltimo, ff. de in-
iuriis l. ſenatus Cod. hoc tit. l. item collatores, §.*
quoniam Cod. de re militari lib. 12. *dict. cap. at*
ſi clerici §. vltimo de iudic. Menochius *lib.* 2. *de*
arbitr. caſu 416. *n.* 12. *& de præſumpt. lib.* 3. *præ-
ſumpt.* 112. *n.* 2. cum aliis multis Barboſa *in*
dicto cap. de his, hoc tit. De hac quæſtione
videbis quæ dico *infrà, in cap. de his* 6. *hoc*
tit. quæſt. 1. *&* 2. vbi ad plures caſus, & ad
alios *ibi, quæſt.* 3. quos, ibi non adduxerunt
antiqui ſic plene, & ad alios etiam curio-
ſus *ibi, q.* 4.

Quæ communis doctrina locum potius 17
habebit, ſi ſententia iudicis ordinarij, nul-
lam accuſato gratificationem fecerit, ſed
ipſum rigoroſius, quam par erat condem-
naſſet, quo caſu ſemel punitum, & illum,
qui ſatisfecit ſententiæ, non poſſe iterum
moleſtari ſcribunt Bald. *conſ.* 34. *num.* 2. *lib.* 1.
& conſ. 31. *&* 292. *vol.* 4. Paulus Caſtrenſ.
conſ. 118. *p.* 1. Iulius Clar. *in praxi lib.* 5. *§.*
fin. quæſt. 57. *num.* 12. Bart. *in dictâ l. ſepul-
chri ff. de ſepulchro*, Viol. Ioan. Vincent. Hon-
ded. *conſ.* 98. *num.* 36. *lib.* 1. Ioan. Petr. Bi-
mius *conſ.* 29. *num.* 8. *vol.* 1. idem Valenz.
dict. num. 5. & omnes per textum *in l. ſecu-
lar. §. ſunt quidam, ff. de extraordinar. cri-
min. l. eorum ff. de pœnis*, comprobantes etiam
idem Valenz. *num.* 6. Tyberius Decian.
tract. crim. lib. 8. *cap.* 33. *num.* 19. Ludouic.
Gilhauſen. *in arbore iudic. crimin. cap.* 29. *n.* 7.
in crimine peculatus, dicendo † crimen pe- 18
culatus contra aliquem, tranſacto quinquen-
nio, deduci non poſſe, nec ſuper eo ac-
cuſari per textum *in l. peculatus*, 7. *ff. ad leg.*
Iul. pecul.

Quod ſi doceatur de prævaricatione 19
primi accuſatoris, vel iudicis, vel teſtium,
vel tabellionis, tunc, vt vel accuſator, vel
iudex ex officio, qui prævaricationem do-
cuerit, poſſit iterum accuſare, aut proce-
dere, docent communiter DD. per textum
in l. 3. *ff. de prævaric. textum in l.* 3. *§. ſi ta-
men plures, ff. de libero homine exhibend. l. ſi*
quis homicidij, Cod. hoc tit. cap. 1. *& fin. de*
colluſ. detegenda, & vtrobique DD. quos ſe-
quitur

quitur Anton. Gomez *dicto lib. 3. variar. cap. 1. num. 26.* & eius Additionator Haillon. *ſub num. 27.*

20 Declarant tamen idem Gomezins, & citati hanc doctrinam limitari in accuſatore, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum, iniuriam, licet non doceat de prævaricatione, dum tamen habeat ignorantiam de prima accuſatione, vel inquiſitione, vel fuit alias iuſte impeditus, per textum *notab. in l. ſi cui, §. eiſdem ff. hoc tit. l. ſi maritus, §. ſi ante ff. de adulter.* per quæ ita docet gloſſa *in l. ſi quis homicidij eodem tit.* vbi omnes DD. concludendo etiam, vt refert, & ſequitur Gomez.

21 Quod ſi talis accuſator ſuperueniens erat præſens, præſumitur ſcientia, alias non, tamen Gomez ait, ſufficere, ſi iuret ſe ignoraſſe, non perueniſſe in eius notitiam, iuxta diſpoſitionem textus *in l. 12. tit. 1 p. 7.* & prædictam doctrinam cum his declarationibus, ſequuntur Boſſius *in practica crim. tit. de ſent. num. 60. & 64.* Clar. *in §. fin. q. 57.* Scaccia *de indic. lib. 1. cap. 12. num. 81.* vbi de abſoluto ab vno iudice, an ab alio poſſit puniri? *& in tract. de re indic. gloſſa 14. q. 7. ex num. 150.* vbi de abſoluto ſimpliciter, vel de obſeruatione indicij, Gabins *de pace publica, lib. 2. cap. 11. num. 24.* Federicus inter opera Farinac. *reſol. 17.* Tuſchus *litt. A. concluſ. 53.* latiſſimè Farinac. amplians, & limitans in praxi *quæſt. 4. per totam*, congerens quatuor ampliationes, & vndecim limitationes, qui *à num. 20.* declarat quomodo probetur prædicta ignorantia? & *conſ. 46. num. 14.* & iterum *quæſt. 187.* vbi *de hæreſi*, Gregor. Lopez *in l. 20. tit. 22. p. 3.* Gloſſa 27. Barboſa *in collect. ad cap. 6. hoc tit.* cum aliis, vbi de abſoluto ob non probatum crimen: & Petr. Barboſa *in l. 2. ff. ſoluto matrim. in princ. n. 109. & 113.* cum aliis Gratianus limitans, & amplians *Reg. 125.*

22 Ad aliam partem huius quæſtionis, quid quando oblita fuit ab accuſatore qualitas aliqua aggrauatoria delicti, & quam pœnam eo ipſo augeat? in quo dubio diſtinguendo reſpondet Antonius Gomez. *dict. lib. 3. var. cap. 1 ſub num. 27.* dicendo, quod ſi ſecunda accuſatio proponitur cum illa qualitate, ante litem conteſtatam in prima accuſatione, tunc indiſtinctè iudicem debere eam admittere, & idem eſſe, ſi proponatur poſt litem conteſtatam; quia ſecunda accuſatio tanquam grauior, & præiudicialis, & comprehendens omnes circunſtantias delicti debet comprehendi: *argum. textus in l. 2. §. fin. ff. de adulter. textus in l. 1. Cod. qui accuſ. non poſſ. & l. per minorem ff. de indic*, ſic magiſtraliter cum Bart. *in l. ſenatus, ff. hoc tit.* quod etiam ſequuntur cum Claro, *dicta quæſt. 57. §. fin. recept. ſentent.* Baſſio *in dicto tit. de ſentent. num. 64.* Boëtio *in deciſ. 289. à num. 1.* & cum pluribus relatis à Barboſa *in dicto cap. 6. hoc tit.* & cum Scaccia *de indic. lib. cap. 12. num. 81. & 82.* & ex aliis, quos ſequitur Farinac. *in praxi q. 4. num. 4.* vbi late exornat prædictam reſolutionem Gomezij.

Quòd ſi ſententia diffinitiua lata fuerit & inter antiquos aliqui ſentiant poſſe de nouo accuſari reum, vt exiſtimauit Angel. *in dicta l. ſenatus*, & quòd aliqua pœna admittatur ratione qualitatis omiſſæ, & Salicetus *in dicta l. qui de crimine, Cod. hoc tit.* teneat nullo modo eſſe admittendam ſecundam accuſationem; ne quis bis puniatur ex eodem facto, vel delicto: *argum. textus in l. interpretatione ff. de pœnis*, & per hæc potuerint, Bartolus *in dicta l. ſenatus*, & Anania *in dicto cap. 6. hoc tit* cogitandum relinquere. Tamen verius eſt *in praxi*, vt reſpondeamus iuxta ſententiam Angeli, negando poſſe reum de nouo accuſari ratione dictæ qualitatis omiſſæ, quod præſtat intelligi, modo ſententia primo lata; fuerit iam executa per fundamenta *dictæ leg. ſepulchri violati actio, ff. de ſepulchro viol. & dict. l. qui de crimine Cod. hoc tit.* item & per doctrinam *textus in l. auxilium ff. de minor. & l. 1. §. ſi quis vlter. ff. de quæſt. in fine*, & per materiam *textus in l. in delictis. §. ſi detracta*, iuncta gloſſa *ibi, & l. 2. eodem*, vt etiam docent Bald. *in l. ſi ſecurior Cod. ex quibus cauſ. infamia irrogetur 3. col. in fine num. 18.* idem Bald. *in l. 3. §. nouiſſimè in fine ff. nautæ Caup. ſtabular.* allegando ita tenuiſſe Iacob. Butt. *in quodam ſuo ſolemni Conſilio*: Florianus, *l. ſi vulnerato ff. ad leg. Aquil.* Angel. *in l. qui de crimine Cod. qui accuſ. non poſſ. 2. col. num. 6.* Anton. Gomez *in dicto cap. 1. ſub num. 27. ex verſ. ſi vero ſecunda*, & omnes per eam rationem; quia cum delictum. ſubſtantia, & eſſentia eius, iam primò fuerit deductum in iudicio, & illa qualitas, quæ de nouo proponitur reperiatur ſine aliquo ſubiecto, perinde eueniat, vt ſit impoſſibile, quod poſſit deduci in iudicio per ſe, tanquam quod non eſt: *argum. textus in l. eius qui in prouincia, verſ. qui, ff. ſi certum petatur, & in l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de actionibus empti, & in l. Pomponius, §. fin. ff. de acquirenda poſſeſſ. & in l. centum Capuæ, ff. de eo, quod certo loco*: videndi Larrea *in deciſ. Granat. 50. ex num. 5.* Tuſchus *litt. C. concluſ. 571. per totam*; cætera inquam ſpectantia leges *infrà in dicto cap. 6 hoc tit.* vbi de aliis caſibus concernentibus inquirimus. 23

A D

AD TEXTVM

In Cap. I. hoc titulo, de Accuſation.

PRÆMISSVM.

QVIA huius textus materia ſub verbis ſequentibus ibi: *ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus*, larum campum nobis præſtar, ad diſceptandum de legirimis perſonis, ad accuſandum, item, & ad litigandum; & de iſtis latè ad ciuiles cauſas à nobis dictum ſir per *Rub.* & integrum *tit. de iudic. & foro comp.* & alibi ſæpius, applicando etiam hic quod diximus *in cap. fin. §. fin. de iureiur.* quateous late actum fuit de illa regula iuris, vt accuſatore, vel actore non probante, reus ſit abſoluendus. Ideo nunc ratione huius contexturæ, proprius eſt, vr explicemus quæ perſonæ ſint legitimæ ad accuſandum, & querelandum, vt his cognitis facili negotio deprehendatur cœteras legitimas non eſſe. Et inde non fore fatigandum accuſatum, aſſumeodo hoc dictum ab illis perſonis, quæ habiles ſunt, vel inhabiles ad teſtificandum contra alios, de quibus latiſſimè dixi *ſub tit. de teſtibus, & tit. de teſtibus cogendis*; & vt *infrà* demooſtratur, ſub *cap. 24. hoc. tit.*

QVÆSTIO I.

An quiſque habilis ſit ad accuſandum in delictis priuatis, & publicis, ſi prohibitus, non reperiatur? Et quia generaliter permittuntur accuſare ſuam, & ſuorum iniuriam proſequentes, numquid frater poſſit accuſare fratrem? aut filius patrem? & maritus vxorem? aut econtra? & an vxor in accuſando mortem mariti præferatur filiis? & an ſocius criminis admittatur? & num inhabiles poſſint in aliquibus delictis exceptis accuſare?

SVMMARIVM.

1. *Accuſare quilibet poteſt, niſi ſpecialiter prohibeatur.*

2. *Accuſare nemo poteſt in priuatis delictis, niſi proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, etiam ſi veniat applicanda pœna fiſco, num.3.*
4. *Frater in tribus caſibus valet fratrem accuſare.*
5. *Filius nequit accuſare patrem, niſi in crimine læſæ Maieſtatis, Diuinæ aut humanæ.*
6. *Maritus non accuſat vxorem, nec è contra, niſi in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, aut humanæ.*
8. *Socius criminis valet accuſare ſocium in criminibus læſæ Maieſtatis Diuinæ & humanæ, item & Simoniæ.*
9. *Inhabiles perſonæ poſſunt accuſare in criminibus enormibus, vt læſæ Maieſtatis, ſimonia fraudatæ, annona, & aliis.*

VT ad has omnes quæſtiunculas reſpondeatur, conſtituenda eſt quædam regula vniuerſalis, vt quilibet regulariter ad accuſandum admittatur, niſi ſpecialiter prohibeatur per textum *in l. qui accuſare ff. de accuſat.* vbi Bart. & DD. & ſic, vt in delictis publicis procedat, docuerunt latè Clarus *in practica §. fin. quæſt. 14.* vbi eius Additionatot Placa *in epitome delict cap. 45. num. 8.* & alij io voum congeſti per Tyberium Decian. *in tract. crimin. lib. 1. cap. 6. à num. 1. p. 1. Tuſch. litt. A. concluſ. 160. & duobus ſequentibus*, vbi ampliat, & limitat Anton. Pichard. *in manuduct. ad praxim. 3 p. §. 5. num. 1.* alios plures referens Barboſa *in cap. 3. hoc tit.* 1

Er ſic eriam ſupponendo aliam regulam adductam *ſuprà* ſub *Rub.* nempe, vt accuſare nemo poſſit iu priuatis delictis, oiſi ſuam, vel ſuorum ioiuriam proſequatur, DD. per *l. fin. vbi gloſſa* ordinaria & Bartol. *ff. de priuat. delict. l. manifeſtiſſimè*, vbi communiter DD. vti Farinac. docet poſt antiquos ab eo relatos cum Claro, & Gomecio *in practica crim. p. 1. quæſt. 12. num. 7.* 2
† qui *num.* 8. hoc ampliat in priuaris delictis, in quibus venit pœoa applicanda fiſco; quia in his etiam admittunrur illi, qui ſuam, vel ſuorum iniutiam non proſequuntur; & quia in hoc æquiparanrur publicis delictis, de quo eriam dictum eſt *ſuprà* ſub *Rub.* & inde in publicis delictis ad accuſandum admitti quemlibet, qui expreſsè prohibitus non ſit ex *dicta l.* qui accuſare, vbi Bart *& l. qui cætu, §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi public. l. licitatio §. quod illicitè ff. de publican. & vectigal.* de quo ſub *dicta Rub. in princ.* dictum eſt, ac probat cum aliis multis idem Farin. *dict. quæſt. 12. num. 8.* probans cum Hoſtienſe, Baldo, Contrado, & Go- 3

mezio *dict. cap.* 1. *lib.* 3. *variar. num.*4. *&* 31. quemlibet legitimum accuſatorem præſumi, niſi contrarium probetur; ideo de propoſitis perſonis primo differendo ad alias *infrà* progrediemur, vel quæ permittuntur, vel quæ prohibentur.

4 Et quod frater nequeat fratrem accuſare, quia nimis ſanguine coniunctus eſt, fatentur DD. per *leg. magnum Cod. qui accuſ. non poſſ.* quod limitat Fatinacius tribus in caſibus *in praxi, quæſt.* 12. *ſub num.* 53. *verſ. limita* 11. Primo in leuibus delictis, ſecundo, quando quis ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur. Tertio in crimine læſæ Maieſtatis: ſic cum Gigante *tit. qui accuſ. non poſſ. in crim. læſæ Maieſt. quæſt.* 3. *limit.* 2. quod & procedet in crimine hæreſis iuxta quæ late dixi ſub *cap. vergentis de hæret. cum tit. alleg. fiſcal. ſancti officij inquiſit.* & applica aliquid ex adductis, *in cap. litteris de præſumpt.* & quæ dico *infrà in cap. tanta*, 6. *de ſimonia*, vbi quibus illud crimen probari valeat?

5 Item nec filius patrem, aut matrem eius aut è contra, quorum vnus pariter non poteſt alium accuſare, vt DD. fatentur per *textum in* 6. *iniquum Cod. qui accuſ. non poſſ. l. qui accuſare Cod. de accuſ.* cum aliis per Gigantem, *vbi ſuprà q.* 8. *&* 9. vbi declarat non procedere in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, quod & nos addimus in crimine Maieſtatis Diuinæ; per relata ſub *dicto cap. vergentis*; pro quo caſu faciunt ad doctrinam, quæ dixi ſub *cap.* 9. *de iudiciis*, de filio volente trahere ad iudicium in cauſa ciuili patrem ſuum, *ibi, quæſt.*10. *&* 11. vbi an, vt agat filius in iudicio requiratur conſenſus patris aut litigare contra eum.

6 Et in tertio caſu, an poſſit accuſare maritus vxorem, aut è contra? late idem Gigas *quæſt.* 15. pro negatiua ſententia excipiendo caſum læſæ Maieſtatis humanæ, & nos excipimus caſum læſæ Maiſtatis Diuinæ, per dicta ſub *dicto cap. vergentis quæſt.*

7 Ex quibus infertur ad aliam poſitam quæſtionem, an vxor in accuſando mortem mariti, præferatur filiis? & quia *infrà* dicimus præferri, ne diutius immoremur.

8 Ad aliam quæſtionis partem, an ſocius criminis, poſſit alium accuſare? Et præmiſſis quæ latè dixi *ſub cap.* 1. cum aliis *de teſtibus cog.* & an ſocius criminis poſſit alium teſtificare? *infrà ſub cap. tanta, de ſimonia.* Nunc breuiter reſpondetur, quòd etſi regulariter, tanquam infamis ad accuſandum, non admittatur, *ad textum in l. ſi filium* de liberali cauſa, *Cod. & in cap. nemini* 15. *quæſt.* 3. Gandin. *de maleſic. in Rub. qui poſſit accuſare in verſ. item quod eſt ſocius*, Speculator *in tit. de accuſ.* §. 1. *verſ. item repellitur qui fuit ſocius*, Angelus de maleſic. *in verb. & ad querela Titij verſ.* 19. *repellitur*, & ibi Auguſt. *in addit:* tamen Farin. *dicta quæſt.* 12. *ſub n.*25. Gigante de crimine læſæ Maieſt. *lib.* 2. *Rubric. qui accuſ. non poſſ. in crimine læſæ Maieſtatis quæſt.* 5. concordantes allegando, limitant concluſionem in exceptis criminibus, vt puta læſæ Maieſtatis, & hæreſis, vt notauimus *ſuprà*; item & in ſimonia, de quo *infrà ſub cap. tanta* 6. *de ſimonia*, in quibus ab accuſando ſocius non repellitur.

9 Et ex his numquid inhabiles in aliquibus delictis poſſint accuſare? congruit breuiter dicere; etenim vt poſſint admitti propter criminis enormitatem, communiter docent Speculator *ad titul. de accuſatore n.*7. *&* 8. Bald. *in l. iubemus col. fin. Cod. de probat.* Hoſtienſ. *in ſumma de accuſatore* §. *quis poſſit, verſ. admittuntur* Gigas *vbi ſupra dict. qu.*15. Conttedus *in practica tit. de accuſatore num.*9. *verſ. amplia primo, & verſ. amplia tertio*, dicentes ſic procedere in dictis criminibus læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, ſimoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus, dilapidationis, & ſimilium; & ſic Farinac. *dict. quæſt.* 12 *in praxi num.* 59. ait, quod licet Clericus, miles, minor, mulier, ſocius criminis, & infamis ad accuſandum non admittuntur, de quibus dicimus *infrà* ſuis locis; admitti eos tamen in prædictis criminibus ſirmat; excipiunt tamen teſtem inimicum, qui & in dictis criminibus maioribus, etiam ab accuſando repellitur, & poteſt congrua ratio deſumi ex his, quæ à teſte inimico & à teſtificando repellendo late dixi *ſub cap. quoties* 5. *de teſtibus.*

QVÆSTIO II.

Clericus an poſſit accuſare, vel an è contra Laicus accuſare Clericum? Quid de muliere minore, paupere, inimico, tutore, infami, aut excommunicato? Et Monacho contra Abbatem.

QVia ad longam diſputationem poteris ratiocinare quando dictæ perſonæ prohibeantur, vel non teſtificare, vt de Clerico, dixi, *in cap. de cætero* 14. *ſupra de teſtibus*, de Laico in Clericum *ſub dicto cap.* 14. notatur *infra in cap.* 20. *hoc tit.* De muliere *ſub cap. tam litteris* 33. de teſtibus, vbi quanta ſit fides eius teſtimonio præſtanda? De 1

paupere

paupere *in tit. de teſt,pag.* 249.*à num.*29. de inimico, late *in cap. repellantur* 7. *hoc tit. per dicta in cap.* 5. *de teſtibus*: vide etiam notata *in cap.* 14. *de teſtib. & infra in cap.* 10. de infami *in cap. teſtimonium* 54. de teſtibus, vbi latiſſimè, & *in cap.* 1. *de except.* de excommunicato *in cap.* 20. *infra* hic vbi notatur, & per illa, quæ dixi *in cap. intelleximus de iudic. cap. ad probandum, de ſentent. & re iudic. cap.* 2. *de except. cap. paſtoralis* §. *verum de appell. & ſub cap. præterea* 40. *eodem*: de Monacho *infra in cap.* 11. *& pen. hic*: ideo ad materiam de his perſonis accuſatoribus in alios, non loquemur hic, cum in iuribus, quæ *infrà* explanantur abunde, nos agamus, & pertractemus.

AD TEXTVM

In Cap. ſi quis II. & Cap. Nulli V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Charitatiua præmonitio eſt præmittenda, antequam quis denuncietur, de quo loquitur textus iſte non de vero accuſatore.*

1 GLossa hic in verbo *accuſatus*, & in verbo *charitatiue*, exponit, quod Papa Felix loquitur non de vero accuſatore, ſed tantum de denunciatore charitatiuo, qui ante quam proprium ſuum Epiſcopum accuſet de crimine, tenetur illum præmonere, iuxta illa, quæ de iudicio denunciationis Euangelicæ, dixi latiſſimè ſub *cap. nouit.* 13. *de iudiciis in* 2. *eius parte à quæſt.* 17. *vſque ad finalem.* Eſt enim iuxta præceptum Euangelicum, de quo ibi præmittenda illa charitatiua præmonitio, vt criminoſus ſe corrigat, & emendet. Quod ſi induratus ſit, & non ſit Prælatus, procedatur iuxta terminos, de quo *ibi*; ſin autem Epiſcopus ſit, iuxta praxim, quæ hic indicatur *in verſ. non olim, ſed nunc, ad primates cauſa eius Canonicè deferantur*, de qua ſub *quæſt.* 1. Et poſſunt hic applicari quæ dixi ſub *cap. cum non ab homine* 10. *eodem tit. de iudic.* vbi de pœnis contra incorrigibiles per verba hic: *& eam corrigere noluerit.* Epiſcopi num deponant Sacerdores, dixi *in cap.* 4. § *de adulter. à quæſt.* 18. & *ad textum* hic dixi ſub *dicto cap.* 4. *quæſt.* 9. verſ. *poſtremo* & applicabis dicta *infrà* de

D.Fermoſ.Criminal. Tom. I.

Monacho accuſante Abbatem, *in cap.* 5. *& cap.* 11. *hoc tit.*

QVÆSTIO I.

An Papa poſſit denunciari denunciatione Euangelica? An Prælatus poſſit corrigi à ſubditis? Et quæ perſonæ correctioni ſubiacent? Et quando quis poteſt, vel tenetur, accuſare, debeat præcedere accuſationem correctio fraterna? Et an ordo correctionis poſſit omitti in multis caſibus.

SVMMARIVM.

1. *Prælati num corrigi, ſeu denunciari valeant à ſubditis? pluribus dubiis tam alibi dictis inſinuantur.*

PRæfatæ quæſtiones legitime applicari valent pro materia textus noſtri: ſed 1
quia de prima dixi ſub dicto *cap. nouit. de iudiciis* 43. de ſecunda ibi *quæſt.* 24. de tertia *q.* 42. de quarta *q.* 27. ſub illo textu, & de aliis adoptabilibus; ideo non plus hic ſcribimus. Solum inquam adiunges alia, quæ adduxi ſub *cap. cum veniſſent* 12. *eodem tit.* vbi *q.* 2. de illa: *an inferior à Papa poſſit incidenter de priuilegiis Papæ cognoſcere?* & ibi *q.* 8. *an Pontifex poſſit ab aliquo iudicari?* ad quod facit illa, de quo *in cap.* 1. *eodem q.* 6. *an Concilium generale poſſit Papam condemnare? & iudicare?* Etſi contingeret in textu noſtro, quod inferior accuſator, vel denunciator contra Epiſcopum calumnioſè inſurgeret, poterit hic applicari, deque in *dicto cap. cum veniſſent* 12. *q.* 10. *an poſſit Prælatus iniuriam ſibi factam punire; & an ſi impediatur eius iuriſdictio, & inquiſitores quid poſſint.*

QVÆSTIO II.

An Epiſcopi criminoſi valeant accuſari coram Archiepiſcopo? aut Legato Hiſpaniæ Nuncio Apoſtolico, ſeu alio Primate Eccleſiaſtico, aut neceſſario eorum crimina, etiam hæreticalia deferenda ſint ad Pontificem ſupremum, Eccleſiæ vniuerſalis Romanæ Paſtorem? quid in ci-

uilibus cauſis ? & an Epiſcopus accuſatus valeat per exceptionem criminis oppoſiti eius familiarem accuſatorem improbare, & accuſando repellere?

SVMMARIVM.

1. *Epiſcoporum cauſæ criminales, non niſi à Patriarchis vna cum Epiſcopis cognoſci valebant, n. 2. & 3. vbi tria tempora diſtinguntur.*
2. *Primates antecellunt Archiepiſcopos.*
3. *Crimina Epiſcoporum ſecundum primum tempus à tempore Apoſtolorum ab Epiſcopis vna cum Metropolitano agnoſcebantur, & per quos Pontifices continuatum, quo tempore cum relatione ad Papam, & quo per Primates, n. 4. 5. 6. 7. & 8.*
6. *Archiepiſcopus vna cum Epiſcopis comprouincialibus ſolum actuabant olim, & hodie ex Trid. contra Epiſcopos criminoſos mittendo cauſam veſtitam ad Papam.*
7. *Primas actuabat contra Epiſcopos criminoſos, & poſt remittebat proceſſum ad Papam.*
8. *Delegatus ſiue Nuncius Papæ, non cognoſcit de criminibus Epiſcoporum, niſi ex ſpeciali commiſſione Papæ.*
9 *Pontifex ſolus cognoſcit de cauſis Epiſcoporum criminalibus.*
10. *Crimina Epiſcoporum hodie ſolent per Pontifices committi Metropolitano, aut Epiſcopis, ſiue Nuncio, & non aliis commiſſione ſignata ab eodem Pontifice.*
11. *Inquiſitores nequeunt contra Epiſcopos procedere, quorum relatio ſit ad Papam, infra, quæſt. 2. n. 9. n. 14.*
13. *Cap. nulli 5. de accuſat.*
14. *Familiaris Epiſcopi toleratus ab illo poteſt proprium ſuum Epiſcopum accuſare, ſic vt nec Epiſcopus valeat opponere contra familiarem fallit, n. 15.*
15. *Iudex ex officio poteſt repellere familiarem accuſantem ſuum Epiſcopum.*
16. *Dominus tenetur ex delictis patratis à famulis, ſeu conſanguineis, quos Domi habet.*

1 AD primam quæſtionis partem, videtur dicendum quod hæc cognitio ſit propria aliorum Comprouincialium Epiſcoporum, vnà cum Metropolitano, vt notat gloſſa *in ſumma verbo quod autem 3. qu. 8. per textum in cap. ſi quis Epiſcopum criminaliter 16. q. 4.* aut per ſolos Epiſcopos, iuxta textum *in cap. accuſatus, cap. quamuis, cap. multum ſtupet 3. q. 6.*

Quapropter colligitur ex *verſ. ad Primates*, non eſſe mirum, quod cauſæ criminales Epiſcoporum per Primates, id eſt, Patriarchas, cognoſci, & definiri valerent, præcipuè ſi conſideretur dignitatem Patriarcharum, & Primatum eſſe ſuperiorem illâ, qua potiuntur Archiepiſcopi, iuxta quæ latè dixi ſub *Rub. de officio Archipresbyteri quæſt. 2.* vbi poſtquam actum fuit de Papa, & Cardinalibus, *ibi à quæſt.* 1. poſtea actum fuit de poteſtate primatiali, quæ ſuperior eſt illâ, quâ potiuntur Archiepiſcopi, de qua etiam *ibi* latè, & de dignitate Epiſcoporum *q. 3. & 4.* 2

Nec mirum quidem, cùm videamus in iure cautum, & à Doctoribus antiquis ſcriptum cum Abbate *in cap. 3. de ſent. & re iudic. num.* 14. & per Albertin. *in cap. 1. & de Decret. lib. 6. num.* 8. Epiſcopis comprouincialibus cum Metropolitano datam fuiſſe cognitionem criminis, de quo Epiſcopus accuſabatur, & hoc à tempore Apoſtolorum, & continuatum per Sixtum II. anno 260. vſque ad tempus Iulij Pontificis, vt patet ex *epiſt.* 1. eiuſdem Sixti, qui floruit eo tempore, refert Barboſa *in paſtorali p. 3. alleg.* 112. *num. 9. verſ. verum,* dicens de hac reſeruatione, & conceſſione, loqui textum *in cap. accuſatus, cap. quamuis, cap. 2. & cap. dudum 3. q. 6.* 3

Et vigent magis Concil. Antiochen. *c.* 19. celebratum ſub Iulio I. Pontif. qui floruit anno 350. & Concil. Laodicenſ. ſub Damaſo Pontifice celebratum circa annum Domini 380. cuius conſtitutio durauit vſque ad tempora Nicolai I. qui floruit circa annum 866. idem Barboſa ſub *dicto num. & verſ.* dicens, ex dictis conciliis ſtatutum fuiſſe ab eiſdem Epiſcopis, abſque vlla reſeruatione, ſententiam proferendam contra criminoſum Epiſcopum & abſque vlla conſultatione ad Pontificem: & ita intelligendus textus *in c. 1. c. 3.* cum aliis *6. q. 4.* & ita etiam intelligendum textum *in cap. ſi quis à proprio, 21. q. 5.* 4

Sed ne longiores ſimus, breuiter per verba noſtri textus, *ibi non olim*, & ibi *ſed nunc ad Primates*, quantumuis Gloſſa explicet verbum *olim*, id eſt, non ante admonitionem admittatur, ad denunciandum, & *verb. nunc*, id eſt, poſt admonitionem, debet admitti; tamen potius ad iudices ſuperiores Epiſcoporum referenda, iuxta tempora diuerſa, illa nempe, quæ ſignanter inferuntur de cognitione, quam habeant Epiſcopi, & Metropolitanus de maioribus criminibus Epiſcoporum iuxta iura ſub *n. 13. & 4.* hic. Nam primo iam relato tempore 5

ab Apoſtolis, vſque ad Sixtum tantum Metropolitanus, & Epiſcopi illius prouinciæ cognoſcebant de delicto, quo Epiſcopus accuſabatur; ſententia autem, vel conſultatio ſaltem erat Pontifici reſeruata. Secundo autem tempore Concilij Antioch. & Laudoceni, quia Eccleſia graues patiebatur perſecutiones, nec poterat in prædictis cauſis iudicium ſedis Apoſtolicæ requiri, fuit ſtatutum, vt abſque aliqua reſeruatione, ſententia diffinitiua à Metropolitano, & Prouincialibus Epiſcopis, etiam daretur, tali quidem tempore durante, vſque ad dictum annum 866. quo iam licuit, & poterat iudicium Apoſtolicum ſpectari. Deinde vero ex noſtro textu, & aliis oportuit quod ad Primates cauſæ Epiſcoporum criminales maiores deferrentur.

6 Hæc doctrina videtur vere ad prædicta verba *olim*, & *nunc*, ſed quoad praxim antiquam, & hodiernam; item, & eam quæ poſtremo per Trid. Concilium habetur ſub *cap. 5. ſeſſ.* 24. dicendum eſt nunquam olim, nec in tempore textus noſtri habuiſſe Archiepiſcopos vna cum Epiſcopis Comprouincialibus cognoſcere, difinire, & ſententiare diffinitiue contra Epiſcopos, ſed tantum actuare, hoc eſt, proceſſare, vt cauſam actuatam, & veſtitam remitterent definiendam ad Romanum Pontificem, vt expreſsè cauetur *in dictis capitibus ſi quis verb. criminaliter* 16. *quæſt.* 8. *& dict. cap. accuſatur, cap. quamuis, & cap. multum* 3. *quæſt.* 6. vt notauit Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontificij cap.* 29. Barboſa, cum
7 & hic, declarando textum noſtrum, † dixit cauſam eſſe ſimili modo ad Primatem deferendam; non autem, quod ipſe primas eam definiat, aut Epiſcopum condemnet, ſed tantum, vt votum ſuum proferat, & ad Papam referat, ad quem ſpectat ſententiare definitiue contra Epiſcopum.

8 Itaque nec ab alio delegato Papæ, nec noſtro Nuncio Apoſtolico pro tempore commorante in noſtris Regnis Hiſpaniæ viſum eſt, cauſas criminales Epiſcoporum maiores actuatas, proceſſatas, definitas, & & ſententiatas fuiſſe, niſi ex ſpeciali Pontificis diſpenſatione; item nec ab aliquo
9 Concilio Prouinciali † eo quod tales Epiſcoporum cauſæ, debeant à Romano Pontifice, ſedeque Apoſtolica, & non ab alio finiri, vel niſi ad id ſpeciales iudices Romanus Pontifex aſſignaret iuxta text. *in cap. Inquiſitores de hæret. lib. 6. cap. nullam* 2. *quæſt.* 2. vt etiam faciunt iuxta *in cap. omnis, cap. ad Romanam, cap. ſi quis putauerit, cap. ideo, cap. ſi quis Epiſcopus* 2. *quæſt.* 6. *cap. dictum* 3. *quæſt.* 6. *cap.* 1. *& ſequent.* 6. *quæſt.* 4. *cap. maiores de Baptiſmo cap. vltra Prouinciæ* 3. *quæſt.* 6. *cap. Synodum* 9. *diſt. & ibi cap. multis, cap. ſi Canones* 9. *q.* 3. *cap. cuncta per mundum eadem cauſa, & quæſt.* quibus quidem iuribus habetur difficiliores, & maiores cauſas Epiſcoporum ad ſedem Apoſtolicam referri oportere: Abbas *in dicto cap. maiores, num.* 1. *&* 3. *& in cap. vt debitus num.* 9. *&* 37. *de appell. & hic*, vbi Felin. & alij; & ſic decretum fuiſſe in tertio alio tempore à Nicolao I. vt ſine Romani Pontificis authoritate non poſſet fieri ſententia, vt colligitur *ex cap. hæc quippe* 3. *quæſt.* 6. & optime ex *cap. denique* 6. *quæſt.* 5. ibi *ad ſedem Apoſtolicam referri*, & ibi, *decreta penitus ſpectari*, & ibi: *quod quia omiſſum eſt hactenus dolemus*, vbi Nicolaus aperte fatetur in præteritis temporibus prædictam relationem, & conſultationem fuiſſe omiſſam, & apertè probat textus *in cap.* 2. *de tranſlatione Prælatorum in verſ. ſicut ergo*, ibi: *ſoli eſt Romano Pontifici reſeruata.*

Hodie inquam tam circa definitionem cauſæ, quàm circa illius cognitionem innouauit, & declarauit Concilium Trid. *ſeſſ.* 13. *de reform. cap.* 8. *& dict. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 5. quod cauſæ contra Epiſcopos, ſi de illis criminaliter agitur, vel de depoſitione P. D. N. terminantur, etſi extra curiam contra illos aliqua veniunt demandanda, nemini, præterquam Metropolitano committitur, aut Epiſcopis ab eodem Sanctiſſimo deputandis, vel Sanctitatis ſuæ Nunciis, & hanc commiſſionem in mere criminalibus ab eodem ſanctiſſimo ſignandam fore, † & antea reſpectu Inquiſitorum, 11
vt nequeant contra Epiſcopos procedere cautum fuit *in dicto cap. Inquiſitores de hæret. lib.* 6. de quo *infrà, quæſt.* 2. & quod ſemper æquum fuerit à Pontifice, definiri probat Gregor. Pap. 4. *in cap. præceptis diſt.* 12 *per verba* ibi: *nulli dubium eſſe non ſolum Pontificalem accuſationem, ſed etiam omnem ſanctæ religionis relationem ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput Eccleſiarum debere referri; & inde normam accipere, vnde ſumpſit exordium.* 10

Ad ſecundam quæſtionis partem Delegato, aut Nuncio, ſiue alio quolibet inferiore à Papa, reſpondetur per dicta *à num.* 1. & per dicta *infrà ſub q.* 2. *hic.* 12

Ad tertiam quæſtionis partem, quæ pertinet ad textum, *in cap. nulli* 5. *hoc tit.* dicendum eſt (ſuppoſitis quæ notaui *in cap.* 2. *de except. & in cap. teſtimonium de teſtibus*, vbi de oppoſitione contra teſtes) *ex dicto cap. nulli, & ex gloſſa*, ibi: *familiaritate* † quod 14
Epiſcopus ex quo habet aliquem familia- 13

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

rem in domo ſua, ſi talis familiaris Dominum ſuum, id eſt Epiſcopum, accuſare non poſſit, illum ab accuſatione tanquam infamem repellere, & hoc etiam ſi criminoſus ſit talis familiaris, quia, etſi criminoſus regulariter ad accuſandum non admittatur, vt dictum eſt ſub *Rub. & cap. 1.* hic, vbi tamen fuerit familiaris Epiſcopi in pœnam tolerantis, talem in Domo, poſſit eundem Epiſcopum accuſare; ſic vt nec poſſit Epiſcopus accuſatus contra perſonam familiaris ſui eum accuſantis opponere, probant ordinarij antiqui *in dicto cap. 5.* vbi Barboſa, cum illis Clarus, vbi Bacard. *in practica crimin. in §. fin. q. 14. & 15. num. 2.*
15 *& 29.* † qui tenet adhuc poſſe iudicem ex officio ſuo dictum famulum repellere, quod nequit idem Epiſcopus, quia approbatum ſemel, non poteſt amplius reprobari, vt docuerunt Marc. Anton. Genuenſ. *variar. reſolut. lib. 2. reſ. 30. num. 25.* Sanchez *de matrim. cum multis, lib. 9. diſp. 6. num. 9.* Surdus *conſ. 18. num. 2. & conſ. 351. num. 41. & deciſ. 132. n. 4.*

16 Ex qua doctrina colligitur cum Ducñas, & aliis *reg. 303. in princ.* quod Dominus famulos, vel conſanguineos habens in domo, qui eſſent viri improbi, ex ipſorum delictis tenetur, quia præſumendum eſt quod perſeuerat in delictis ſuis per aliqua dicta, & hic applicanda *in cap. fin. de præſumpt.* & item poſſunt applicari quæ late dixi *in c. 5. de teſtibus*, vbi de familiaribus, aut domeſticis admittendis teſtibus pro, vel contra.

QVÆSTIO III.

An Epiſcopi criminoſi, citari poſſint ab aliquo iudice Eccleſiaſtico, à Papa inferiore, vt compareant coram illo? & an poſſint deponi, aut ab ordine priuari per aliquem eorum? & cum qua conſultatione priuentur, ſiue deponantur à Pontifice? & an inquiſitores, eo quod Bullis Apoſtolicis ſunt ſpecialiter deſignati iudices in cauſa hæreſis, poſſint procedere, & definire contra Epiſcopos hæreticos?

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopi citari non poſſunt, vt compareant, niſi ob cauſam, qua deponi, vel priuari venirent, quo quomodo procedatur.*
2. *Epiſcopi citari non poſſunt ex quouis etiam atrociſſimo delicto, niſi accedat ſpecialis commiſſio manu Papæ ſignata.*
3. *Crimina depoſitione, aut degradatione digna quæ?*
4. *Epiſcopi etiam ob enormiſſimum, non niſi à ſolo Papa valent deponi, non à Patriarcha, nec à Legato* de latere, *abſque ſpeciali eius mandato, nec à Prouinciali Concilio, num. 5.*
5. Cap. quia ſuſpecti 3. q. 5.
6. *Concilium Prouinciale non poteſt formare proceſſum in cauſis criminalibus Epiſcoporum ad effectum tranſmittendi illos ad Pontificem: fallit in cauſis leuioribus, vt, num. 7.*
7. *Concilium Prouinciale poteſt cognoſcere, & terminare cauſas leuiores Epiſcoporum.*
8. *Epiſcopi quando deponuntur à Papa, ſit habita prius conſultatione Cardinalium.*
9. *Inquiſitores nec in crimine hæreſis, quantumuis ſpecialiſſimi iudices ſint, poſſunt procedere, nec inchoare proceſſum contra Epiſcopos electos, & conſecratos, ſine confirmatos; ſecus ſi tantum ſint electi, vt n. 10. fallit in electis à Papa, n. 11.*
12. *Inquiſitores nequeant tranſmittere ad Romanam curiam Epiſcopos accuſatos de hæreſi.*
13. *Inquiſitores poſſunt probationes recipere de delicto hæreſis contra Epiſcopos, vt eas tranſmittant ad Papam; non tamen fulminare proceſſum, vt n. 14.*
16. *Inquiſitores Epiſcopos ſuſpectos de fuga, & titulares tantum, poſſunt pro hæreſi, aliove delicto in perniciem carceri mancipare, & n. 18.*
17. *Inquiſitores, habita notitia de hæreſi Epiſcopi, debent illam ſtatim Papæ Nunciare.*
19. *Epiſcopus titularis obtinens præpoſituram in Cathedrali, debet ſubeſſe cum aliis Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi.*

AD primam quæſtionis partem, præmiſſis, quæ de neceſſitate citationis diximus ſub *Rub. de iudiciis, in c. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. in c. 2. de teſtibus, & in c. 2. penult. de foro compet. & alibi*, breuiter reſpondetur ex dictis *quæſt. 1.* vt nec quidem citari poſſint, vt 1
perſonaliter compareant niſi ob cauſam, ex qua de iure deponendi, ſiue priuandi venirent, etiam ſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel accuſationem, vel alio quouis modo procedatur: ita cauetur *in Trid. ſeſſ. 13. cap. 6. in fine*, Salced. *ad Bernard. Diaz in pract. cap. 124. litt. A. in nouiſſ. edit.* Sbrocius *de Vicario Epiſcopi lib. 2. q. 59. n. 1. & 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 169. n. 15.*

Et

2 Et in tantum procedit, vt ex quouis delicto etiam atrociſſimo ad Romanum Pontificem citari non poſſint, niſi in primis accedat ſpecialis commiſſio manu Papæ ſignata, vt ſanciuit Pius IV. *in conſtitut.* incipit *de ſalute gregis* anno eius primo, Cochier *de iuriſdictione ordinar. in exempt. p. 1. q. 41.* præcipuè, ſi reſideant, Gonçalez *ad regul.* 8. Cancel. *gloſſa* 41. Barboſa *dicta alleg.* 112. *num. 6. in fine.*

3 Quod ſi dubitetur quæ ſint delicta depoſitione digna, iunctis his, quæ latè dixi ſub *cap. 4. & in §. de adulteriis, & in cap. cum non ab homine de iudiciis*; nunc ſpecialiter contra Epiſcopos criminoſos reſpondetur cum Hieronymo Venero, & Leyna *in crimine Epiſcopor. lib. 4. cap. 18. num. 3. & 4.* crimen hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis contra ſummum Pontificem, vel Reges, ſi Epiſcopus ſit Aſſinus, vel ſi falſificet litteras Apoſtolicas, ſi agrorum depopulator ſit, ſi ſit inobediens ſummo Pontificij, ſi ſit ſimoniacus ſimonia reali, ſi in Monaſteriis ſtupret Virgines, etſi ſit falſificator monetæ, dicens propter hæc delicta etiam eſſe degradatione dignos. Et de differentia, inter hanc, & depoſitionem dixi ſub *dicto cap. 4. & cap.* cum non ab homine de iudiciis, de quo notaui aliquid *in cap. 3. de re iudicata per dicta iura.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſint deponi, aut ab ordine priuari? & iunctis etiam hic, quæ dixi contra Epiſcopos male ordinantes, *ſub tit. de temporibus ordinat. ſub cap. non eſt compoſ. 14. in princip. & ſub quæſt. 4. & alibi*, reſpondetur breuiter negando cum Auguſtino Beroio *in c. 1. de iudic. anno 69.* vbi demonſtrat Epiſcopi priuationem ad ſolum Papam ſpectare, & ab alio deponi non poſſe, vt etiam docuit Turrecremata *in cap. vbique 15. quæſt. 7. num. 5. 6. & 7.* Epiſcopi cauſam criminalem, in qua, aut deponendi, aut priuandi ab ordine, agitur, ſolum Papam cognoſcere
5 † ita vt à Prouinciali Concilio, nec à Patriarcha, nec Legato de latere abſque ſpeciali mandato Papæ deponi, aut priuari poſſint, vt de legato probant Geminianus *in cap. primates 2. quæſt. 1. & in cap. renouantur 22. diſt.* Barboſa *in paſtor. alleg.* 112. *num. 3. p. 3.* ſic declarantes textum *in cap.* quia ſuſpecti 3. *quæſt. 5. de Concilio Prouinciali*, DD. *in cap. 1. de tranſlat. Epiſcop.* vbi Anton. de Butrio *n. 2. ius 4. notab.* Abbas *num. 3.* Auguſtin. Berouis *in dicto cap. 1. n. 4.* iterum docet concluſionem gloſſa *in cap. 2. de tranſlat. Epiſcopor.* ibi: *non poſſunt, niſi per Romanum Pontificem condemnari*, vbi Baboſa *n. 3.*

Et ſic Aloyſius Riccius *deciſ.* 145. *Neapo- 6
lit. num. 5. p. 4.* Barboſa *dicta alleg.* 112. *n. 2. in fine*, dixerunt Concilium Prouinciale non poſſe formare proceſſum in cauſis criminalibus grauioribus contra Epiſcopum, ad effectum tranſmittendi illum ad ſummum Pontificem; non enim ad prouinciale, ſeu locale concilium deferri valent maiores quæſtiones, veluti cauſæ Epiſcoporum, depoſitionem, & quæſtiones reſpicientes articulos fidei, & mores Eccleſiæ vniuerſalis, vt probat *cap. concilia diſt.* 17. ibi: *non de maioribus negotiis*, cum aliis, ex quibus communiter teſtantur Rotæ *de Synodo p. 3. art. 1. num.* 25. Alphonſus Caſtro *aduerſus hæreſes lib. 1. c. 8.*

Dubium tamen eſt, an dicta procedant 7
in minoribus aliis Epiſcoporum delictis? & reſpondetur minores quidem cauſas criminales, & ciuiles eorum poſſe in Concilio Prouinciali tantum cognoſci, & terminari, vel à deputandis per Concilium Prouinciale, vt decidit de dictis criminalibus *Trid. dict. ſeſſ. 24. cap. 5. de quo iam qu. 1.* Nauar. *conſ. 2. num. 5. de foro comp.* Anguianus *de legibus lib. 2. controuerſ. 26. num. 20.* Alcedus *p. 1. cap. 7. num. 1. verſ. minores*, & declaratum fuiſſe in ſacra Congreg. referunt Armendax *in addit. ad Recopil. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Epiſcopis*, Barboſa cum Henric. & Venero *dicta alleg.* 112. *num. 18. in dict. cap. Trid. num. 7. & in dicto cap. inquiſitores.*

Sed cum qua conſultatione deponantur, 8
ſiue priuentur Epiſcopi à ſummo Pontifice, breuiter reſpondetur id practicari, adhibito ampliſſimorum Cardinalium Conſilio, ſicut in cæteris arduis, de quo Turrecremata *in dicto cap. vbique 15. quæſt. 7. num. 5.* Galgan. *de iure publico lib. 3. tit. 10. an. 5.* Salced. *ad Bernard. Diaz. in practica cap. 124. litt. A.* Vgolinus *de officio Epiſcopi cap. 2. §. 1. n. 4. verſ. 11.* Riccius *in Neapolit. deciſ. 142. p. 4.* Goncalez *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 41. n. 21.* quod exornatur ex his, quæ adduxi *ſub cap. cum nobis 28. de teſtibus*; aliquid *ſub tit. de elect.*

Ad tertiam quæſtionis partem, reſpon- 9
detur nec in crimine hæreſis poſſe inquiſitores quantumuis ſpecialiſſimi iudices ſint contra omnes hæreticos, & tali peſte percuſſos, contra Epiſcopos eo crimine irretitos procedere, & ſententiare, nec, inchoare proceſſum: DD. communiter per textum *in dicto cap. inquiſitores de hæret. lib. 6.* vbi Ioannes Monachus, & probat cum aliis, quos recenſet ibi Barboſa *à num. 1. & in paſtorali dicta allegat. 112. num. 13. inter quos*

Eymaricus;

Eymericus, Penna, Simanch. Caſtro-Palao, Ioannes Sancius, Trimarch. Iſidorus Moſcon. Boſius, & Farinac. cum aliis late,
10 *de hæreſi q.* 186. *à num.* 112. † quod intelligunt ſcribentes procedere in Epiſcopis electis, & conſecratis, non ſi ſint tantum electi; idem etiam tenentes, ſi tamen iam fuerint à Pontifice confirmati, etſi nondum conſecrati fuerint: argum. eorum, quæ latè adduxi ſub *cap.* 15. *de elect.* vbi de poteſtate, quam naneiſcuntur Epiſcopi electi, ſiue nominati poſt confirmationem, etiam
11 ante conſecrationem † niſi electi fuerint à Papa, qui tunc iam virtute talis electionis, hac exemptione gaudent; eo quòd eius electio vicem confirmationis habet: Simancus *de Cathol. inſtitut. tit.* 25. *num.* 11. Ioannes Selua *de beneficiis p.* 1. *q.* 2. *n.* 31. Trimarch. *de Confeſſario abutente ſacro ſacram. pœnitentiæ diſp.* 8. *ſect.* 1. *num.* 13. videndi Molina *de Iuſt. & iure tract.* 5. *diſp.* 28. *num.* 19. Diana *p.* 4. *reſol. moral. tract.* 8. *reſ.* 21. Sanchez *in ſelectis diſp.* 11. *num.* 33. *&* 35. Acunna *in tract. de confeſſariis*, Salicet. *q.* 12. *num.* 6. *&* 7. *in princ.* Boſius poſt tractatum *de triplici iubilei priuilegio, in appendice de confeſſar. ſolicit. dubio* 19. *n.* 60. D. Ioannes de Eſcobar *in tract.* 2. *de ſolicit. in confeſſ. p.* 1. *q.* 2. *n* 9. *& p.* 3. *q.* 1. *n.* 20. & alij communiter.

12 Et in tantum hoc procedere ſcribunt Lælius Iordan. *de maioribus Epiſcopi cauſis, ad Papam deferendis, cap.* 12. *à num.* 11. *& n.* 14. Penna *in director. inquiſit. p.* 3. *comment.* 76. *&* 77. Roxas *ſingul.* 55. *num.* 2. Locato. *in opere iudic. verb. Epiſcopus*: Farinac. *de hæreſi q.* 182. *num.* 113. Nauarr. *conſ.* 1. *num.* 5. *de foro comp.* Henriquez *in ſumma lib.* 13. *cap.* 55. *§.* 2. *litt. P.* F. Eman. Rodriguez, *tom.* 2. *quæſt. regul. q.* 81. *art.* 1. *verſ. aduertendum*, Souſa *de ſolicitantibus tract.* 1. *p.* 2. *q.* 3. *num.* 3. *&* 4. Ioannes Sanc. *dict. q.* 11. *num.* 33. *&* 34. Caſtro-Palao *in opere morali tract.* 4. *diſp.* 9. *n.* 2. D. Eſcubar, *vbi ſuprà in ſelectis tract.* 2. *p.* 1. *q.* 2. vt nec Epiſcopi hæretici poſſint accuſati ab inquiſitoribus ad Romanam curiam tranſmitti, vt & nouiori iure ſancitum reperitur *in dicto cap.* 5. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat.*

13 Sed dicta doctrina fallit, ſiue declaratur modis ſequentibus, nempe vt licet Epiſcopi hæretici, aut ſolicitates in Confeſſione; item & Nuncius Apoſtolicus, & officiales ſedis Apoſtolicæ ſub eodē edicto teneantur, nec eorum cauſæ ab Inquiſitoribus valeant tractari, ex dictis *ſuprà* cum Molina, Diana, & aliis poſſe nihilominus inquiſitores probationem recipere contra ipſos, quam ad ſedem Apoſtolicam mittere debeant, docent DD. per textum *in dicto cap. inquiſitores*, vbi Gloſſa, *verbo nunciare*, cum pluribus Farinacius *de hæreſi dicta quæſt.* 186. *§.* 5. *num.* 121. Acuña *dict. q.* 12. *num.* 9. *de ſolicitantibus* vbi Freytas *num.* 30. Bonacina *de onere, & obligatione denunciandi punct.* 3. *ſub num.* 8. *verſ. ſecundo ſequitur*, poſt medium, Ioan. Sanc. *dicta diſp.* 11. *n.* 33. *&* 34. Souſa *de ſolicitant. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. † vbi 14
num. 8. ſubdit hoc intelligi debere de informatione tantùm, non verò de fulminando proceſſum, nec de puniendo, ſed tantum admittendum receptas informationes ad ſedem Apoſtolicam, vt conueniunt Caſtro-Palao *in opere morali, tract.* 4. *diſput.* 9. *puncto* 6 *num.* 4. Fagundez *de præceptis Eccleſiæ, lib.* 4. *præcepto* 2. *ſub num.* 64 Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4 *num.* 25. & alij apud Dianam *dicta p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 21. *in fine*, vt & refert D. Eſcobar *dict. tract. p.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 8.

Sed quod inquiſitores poſſint tales Epiſcopos hæreticos, ſiue nuncios, & Officiales ſedis Apoſtolicæ carcerare, & carcerатos ad Papam tranſmittere, ſi eos ſuſpectos de fuga animaduertant; dum tamen hac facultate parciſſimè, & ex vrgentiſſimis, & grauibus cauſis vtantur, docent Eſcobar, *vbi ſuprà num.* 9. poſt Farinac. Caſtro Palao, Fagundez, & Acuña relatis, & Barboſa *in dicto cap. inquiſitores*, & *dicta alleg.* 112. *in paſtorali num.* 14. *&* 17. *in fine*, idem *dicto c.* 5. *Trid. ſeſſ.* 24. 15

Quam doctrinam, etiam admittunt DD. practicari contra Epiſcopos, quando hi aliquid in manifeſtum fidei detrimentum, & fidelium perniciem molirentur, vt ſi hæreſes prædicarent, fideles ſeducerent, aut quid ſimile graue, & horrendum patrarent: nam in tali caſu poſſe inquiſitores capere, & cuſtodire illos; donec Romanus Pontifex certior redderetur, & expediret: ſic cum multis Farinac. *de hæreſi dicta qu.* 186. *à n.* 114. 117. 120. *&* 121. † cum eo Barboſa *dicta alleg.* 112. *num.* 17. *in fine*, aduertit, quod licet inquiſitores non poſſint contra Epiſcopum procedere pro hæreſi, debent tamen, habita notitia de hæreſi alicuius Epiſcopi illam Papæ denunciare. 16 17

Hæc omnia practicari in Epiſcopis nullum territorium habentibus, qui tantum intitulati, ſiue titulares dicuntur, aut *de anillo* docent Molina *de iuſt. dicto tract.* 5. *diſp.* 28. *num.* 19. Acuña *de confeſſar. ſolicit. dict. qu.* 12. *num.* 33. Trimarcha *de confeſſario abutente, dicta diſp.* 8. *ſect.* 1. *à num.* 15. idem Barboſa *dicta alleg.* 112. *in paſtorali, num.* 15. Ioannes Sanc. *in ſelectis dicta diſp.* 28. *num.* 19. 18

num. 19. Trullench. *in opere morali decalog. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 18. *num.* 77. Idem Barboſa *in dicto cap.* 5. Trid. *ſeſſ.* 24. *num.* 3. *in fine,* qui *num.*6. cum Sel. *in ſelectis Canonic.cap.* 29. *num.* 3. atteſtante fuiſſe definitum *in Florentina Iulij* 1632.
19 † ait ſuffraganeum Epiſcopum titularem obtinentem præpoſituram in Cathedrali ſubeſſe cum aliis Canonicis viſitationi, ſui Epiſcopi. Et his adiunges quæ de Epiſcopis titularibus dixi *in tractatu de poteſtate capit.ſede vacant. & in ſede plena.*

QVÆSTIO IV.

An Epiſcopi in delictis atrocibus, ſeu depoſitione, vel priuatione dignis, ſatis valeant condemnari numero teſtium duorum, aut alio maiori numero? & à quo numero Epiſcoporum condemnentur? & quo ordine debeant in illos actuare iudices quibus à Papa ipſiſmet ſpecialiter cognitio commiſſa ſit? & num ſi pluribus delegetur iudicibus debeat omnium eſſe ſententia conſors, vt queant deponi? vbi quid de Presbyteris, & Diaconis?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo ordinarie plenè probant; ſunt tamen caſus, in quibus plures deſiderantur, vt in teſtamentis, & ad condemnandos. Epiſcopos, n.* 2. *&* 3.

4. *Teſtes contra Epiſcopum debent eſſe bonæ famæ.*

5. *Epiſcopi cauſa criminalis depoſitione digna, & dignitate, non debet examinari niſi ab Epiſcopis totius Prouinciæ, & à Metropolitano. Quid ſi tantum veniret deponi ab Epiſcopatu, num.* 6. *quid hodie, num.* 7. *&* 8.

8. *Deponere Epiſcopos ſoli pertinuit ſummoPontifici, & hoc de iure Diuino, vt num.*9. *& duobus caſibus, n.* 12.

10. *Epiſcopi etſi olim à Metropolitano,& Epiſcopis condemnarentur criminoſi, hoc contingebat tempore,quo recurſus non erat ad Papam.*

11. *Cap. non poteſt de ſentent. & re iudicata, & n.* 12. *& n.*14.

13. *Deponendi Epiſcopum criminoſum, ordo in procedendo aſſignatur, & n.* 14.

14. *Epiſcopum reprehendere,aut accuſare non facile poſſunt oues ſibi commiſſæ, vbi quæ prius querelans debeat præmittere, vt n.*15. *&* 16.

16. *Epiſcopi vt poſiti tanquam ſignum ad ſagittam, non damnantur, niſi veritas diligentius ſcrutetur.*

17. *Delegati iudices contra Epiſcopum non niſi per concordem ſententiam illum valent iudicare, præcipue in depoſitione, & n.*18. *fallit, n.* 19.

18. Concors *verbum ſignificat vnanimem ſententiam iudicum, niſi aliud ex commiſſione Pontificia appareat, vt ſtetur ſcilicet maiori parti, vt n.* 19.

20. *Concorditer fit, quod nemine diſcrepante decernitur, vbi de arbitris, num.* 21. *per commiſſionem, vt n.*23. *&* 25.

22. *Depoſitio Sacerdotum commiſſa pluribus, non fit niſi omnium concordi ſententia, n.* 23. *vbi de praxi, & num.* 25. *intelligitur de Presbyteris, non de Diaconis, & aliis, num.* 26.

23. *Concorditer dicitur de iure fieri factum à maiori parte votantium; ſecus ſi commiſſio pluribus à Papa detur,* vt concorditer.

26. *Diaconi, & Subdiaconi depoſitio non deſiderat concordem omnium ſententiam.*

27. *Numerus Epiſcoporum non æque deſideratur contra Epiſcopum depoſitione dignum in aliis delictis minoribus; & quot Epiſcopi deſiderentur contra non conſecratum, n.*28.

AD primam quæſtionis partem videtur affirmatiue reſpondendum; quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum iuxta quæ late dixi *ſub cap. nouit. de iudiciis in fine, partis ſecundæ, & in cap.* 28. *cum à nobis de teſtibus ibi ſub quæſt.* 1. *& alibi,* vbi quod duobus, aut tribus teſtibus plene probatur contra quemlibet reum; imo & ibi ſub *dicto cap.* 28. eadem quæſt. plura enodantur iura, & caſus, quibus probatur, vnico tantum teſte plene credi. 1

Tamen in caſu, de quo eſt noſter ſermo, 2
alind eſt à iure conſtitutum; imò vt in teſtamentis plures alij deſiderentur teſtes, & in aliis caſibus ibi dictum eſt *in dicto c.*28. & in terminis, quod cauſæ Epiſcoporum, cum de aliquo delicto depoſitione digno impetuntur aut alio graui.
3 † Et quia iam de hac quæſtione dixi *in cap.* 28. *de teſtibus,* vbi ex *cap. Præſul. eum ſequent.* 2. *quæſt.* 4. dictum eſt prærequiri numerum ſeptuaginta duorum teſtium, & etiam in purgatione cuiuſque, *cap. omnes* 2. *quæſt.* 5. & Felinus *in cap. non poteſt de re iudic. n.* 10. ideo

ad *ibi* dicta recurres, vbi etiam quibus teſtibus, cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiæ Prælati delinquentes condemnentur.

4 Vnum tamen notandum eſt ex, Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. teſtes contra Epiſcopum, debere eſſe bonæ famæ omni exceptione maiores conteſtes, alias recipiendos non eſſe, grauiterque alias puniri, referunt Hieronymus Veneto, & Leyua in examine Epiſcoporum, *cap.* 14. *lib.* 4. Barboſa *cap.* 7. Tridſe remittit ad ea, quæ ſcribit *in paſtorali alleg.* 112. *num.* 11. vbi *de teſtibus*, nihil aliud addit, cùm tantùm loquatur de numero Epiſcoporum à quo poſſit delinquens Epiſcopus deponi. Poterunt tamen hic applicari, quæ de exceptionibus contra teſtes dicta ſunt *in cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus, & in cap.* 4. *de probation. ac alibi* ſæpe, ſub illis titulis, vbi de prærequiſita bona opinione teſtium, etiam contra laicos, & perſonas inferiores; quare non plus immoramur.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, à quo numero Epiſcoporum condemnetur Epiſcopi criminoſi? Reſpondetur ex *quæſt.* 2. *de iure antiquo per gloſſam in ſumma, verbo quod autem* 3. *q.* 8. *per textum in cap. ſi quis Epiſcopus criminaliter* 6. *quæſt.* 4. vt ſi contingeret criminaliter agi contra Epiſcopum, & crimen poſtularet depoſitionem ab ordine, & dignitate Epiſcopali, non valeret inquam eius cauſa examinari, niſi ab omnibus Epiſcopis totius Prouinciæ vna cum Metropolitano, vel vt minimum à duodecim Epiſcopis vltra Metropolitanum, Barboſa *in paſtorali dicta alleg.* 112. *n.* 7. *in fine.*

6 Quod ſi veniat deponendus Epiſcopus tantum ab Epiſcopatu, manente adhuc in dignitate Pontificali, & ordine; Reſpondetur cum Abbate *in dicto cap. non poteſt de ſent. ex re iudic. num.* 7. *&* 9. quod in cognitione huiuſmodi criminis, quando Epiſcopus eſt conſecratus idem numerus requiratur; ſic vt deciſio cauſæ reſeruetur Pontifici ſummo: Tamen ſi Epiſcopus, cuius cauſa cognoſcenda eſſet adhuc conſecratus non fuiſſet, ſufficeret ſex Epiſcoporum numerus.

7 Quæ praxis antiqua videtur immutata ex Trid. *in dicta ſeſſ.* 13. *cap.* 8. vbi nil de numero tali canetur; & ſic videri vt procedatur per Epiſcopos, ſiue iudices, quibus ſpecialiter commiſſum à Papa fuiſſet per dicta *ſuprà q.* 1. *&* 2. & ſic Barboſa *in dicta alleg.* 112. dicit *num.* 6. *in fine*, cauſas Epiſcoporum criminales, ex quibus comparere perſonaliter deben à ſolo Romano Pontifice cognoſcendas, ac terminandas, vel ſi extra curiam cauſa ſit committenda, non niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis ab ipſo Papa committi debere, vt ſtatuit idem Trid. *dicto cap.* 8. Clarius *in dicta deciſ.* 24. *de reform. cap.* 5.

Aliud etiam notatur iuxta prædictum 8
ius antiquum, & nouum Trident. quod ſi Epiſcopus depoſitus à Metropolitano, & duodecim Epiſcopis, vel ab illo, aut ab illis, quibus commiſſum ſit iniuſtè reperiatur condemnatus, & accuſatus nequeat, nec à prædictis duodecim vna cum Metropolitano, nec de iure nouo à Prælato, cui fuerit perperam delegatum abſolui, cùm abſolutionis ſententia debeat tantum à ſolo Papa pronunciari: ſic docent gloſſa *in cap. accuſatus* 3. *q.* 6. Abbas *in dicto cap. non poteſt, de re iudic.* reprobata opinione gloſſæ *in cap. preceptis, verbo cauſatio, diſt.* 12. Barboſa, *dicta alleg.* 112. *num.* 12. & Felinus tradit *in dicto cap. non poteſt, num.* 10. hoc eſſe ſpeciale in Epiſcopo, qui ſicut non poteſt condemnari, nec deponi ab alio, quàm à Papa, iuxta dicta *q.* 2. ita nec abſolui in crimine, de quo accuſatus fuerit ab alio inferiore.

Quod clare patet, eo quod ſemper pertinuerit ſoli Pontifici ſummo, Epiſcopos deponere, vt aſſerit Innocent. *in cap. cum tranſlatio, num.* 4. *& ibi* Gloſſa, *verbo reſeruata*, de officio Legati: Gloſſa *verbo pertinere, in cap. ſicut* 8. *de exceſſibus Prælat.* vbi DD. *& in cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi*, quæ loquens de tribus Pontifici reſeruatis, prorumpit in ſequentibus verbis. Et ideo tria hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione Canonica, quàm inſtitutione Diuina, ſoli ſunt Romano Pontifici reſeruata, inter quæ refertur Epiſcopi depoſitio: Abbas *in cap. grauis nimis, de Prabend. num.* 4. *& in dicto cap. non poteſt, de re iudic. num.* 5. Auila *de cenſuris p.* 4. *diſp. vnica, dub.* 2. *concluſ.* 1. Gonzalez *in reg.* 8. *cancell.* Gloſſa 41. *num.* 21. Azor, *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 35. *verſ. ſecundum*, Barboſa *in dicta alleg.* 112. *num.* 8. dum ait per textum *in cap. dudum, cap. irritam* 3. *q.* 6. Epiſcopos delinquentes, depoſitione dignos, non poſſe præter ſententiam Papæ damnari. 9

Vnde, etſi ex dictis *ſuprà quæſt.* 1. appareat iuxta diuerſa tempora potuiſſe etiam ab aliis damnari, hoc quidem factum tempore, quo recurſus ad Papam propter Tyrannides, ac bella fuit impeditus, ac vt procedebatur illo iure antiquo, vel quando Papa ſpecialiter commiſiſſet ex ibi dictis: ita expendit Felinus *in dicto cap. non poteſt*, 10

11 *poteſt*, *num.* 7. *de ſent. & re iudicata.* † Qua-
re etſi textus *in dicto cap. non poteſt*, dicat in
ſententia, de qua *ibi*, plures Epiſcopos de-
ſiderari, venit intelligendus; conſulto ta-
men ſummo Pontifice, ac obtento prius
eius decreto, Barboſa *in dicta alleg.* 112. *ſub
num.* 8. *& in verſ. colligitur primo*, dum addit,
quòd etſi Gregor. I. author illius textus flo-
ruiſſet circa annum 603. & ita ſecundum
computationem temporum, de qua ipſe
ſcribit *ſub verſ. verum*, & nos diximus ſub
dicta q. 1. comprehenderetur ſub computa-
tione ſecundi temporis, nihilominus tex-
tum illum poſitum fuiſſe in volumine de-
cretalium à Gregorio IX. ſecundum tan-
tum tempus intelligendum, vt decretum
Romani Pontificis ſpectetur; ſi quidem ori-
ginale illius textus magis de Epiſcopo de-
linquente aperte loquatur, quam de Sa-
cerdote.

12 Nec obſtat dicere eſſe duos caſus, in
quibus depoſitio contra clericos crimino-
ſos, non niſi à Pontifice fiat, veluti in eo,
qui cùm eſſet Epiſcopus poſt renunciatio-
nem ſui Epiſcopatus criminoſus depoſitio-
ne dignus accuſaretur, & in clerico ordi-
nato à Papa; quia in ambobus reuerentia
debita ſummo Pontifici propter manus ap-
poſitionem contingit, & in primo etiam
caſu permittitur ob memoriam priſtinæ di-
gnitatis: Barboſa *dicta alleg.* 112 *num.* 11.
in fine, Gloſſa *fin. in cap. ſi qui Epiſcopi* 92.
diſt.

13 Ad tertiam quæſtionis partem, quo ordi-
ne, ac veneratione debeant iudices à Papa
aſſignati contra Epiſcopos criminoſos actua-
re? iunctis quæ notaui *in cap. vt debitus ho-
nor de appell.* Reſpondeo cum Hieronymo
Venero de Leyua in examine Epiſcoporum,
lib. 4. *cap.* 18. *num.* 17. *&* 18. & ex doctri
na textus, vbi DD. *in cap.* 2. *de officio deleg.
lib.* 6. vbi Alex. III. iudicibus deputatis iu-
bet, vt ſi contra Epiſcopos ad correctiones
aliquas, ſiue pœnas fuerit procedendum;
ita gradus, & modeſtia in tali proceſſu ſer-
uetur ab eis, vt non ſtatim cenſuris, ac
priuatione mulctentur, ſed primo eis, ſi
opus fuerit ingreſſus Eccleſiæ, vel ſacerdo-
tale interdicatur officium: deinde ab Epiſ-
copali officio ſuſpendantur, & ſubſequen-
ter aggrauetur cenſurâ Eccleſiaſticâ con-
tra eos, ſecundùm eorum culpam, & con-
tumaciam, ad quod poteſt applicari ordo
pœnarum poſitus ſub *cap. cum non ab homine,
de iudiciis*, de quo potius *ibi ſub q.* 1.

14 Quæ doctrina fulcitur ex ſancto Augu-
gino relato *in cap. præſumpt.* 29. 7. ibi *præſu-
munt Prælati non debere ſe reprehendi, vel ac-
cuſari, eo quod canones, non eos paſſim conſti-
tuunt accuſandos, quod tamen negatur ſolis cri-
minoſis.* Et verum apparet, quia niſi grauiter
erret Epiſcopus, aut à fide exorbitare noſ-
catur, oues quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt,
eum nec reprehendere, nec accuſare poſ-
ſunt, vt ſcribit Euſeb. Papa *in cap. oues*, 2.
quæſt. 7. † Quare prouenit, vt ſi quis contra 15
Epiſcopum querelam iuſtam ſe habere cre-
diderit, monetur prius eum familiariter
conuenire, non ſemel, ſed ſæpiſſimè, vt
ab eo, vel iuſtitiam, vel accuſationem ac-
cipiat; imò monentur Eccleſiaſtici iudices
in cap. ſi quis ſunt. 2. *quæſt.* 7. vt Epiſcoporum
accuſatores, aut vituperatores, non audiant,
antequam eorum diſcutiatur exiſtimatio-
nis ſuſpicio, vel opinio; qua ſcilicet inten-
tione, qua temeritate, qua conſcientia, ſi
pro Deo, aut inimicitia, aut cupiditate iſta
præſumpſerint. † Videndus Barboſa *dicta
alleg.* 112. *à num.* 1. *&* 7. dicens in Prælato- 16
rum inquiſitionibus, cum de crimine dif-
famantur, veritas ſit diligentius perſcru-
tanda; quia ipſi ſunt, quaſi ſignum poſi-
tum ad ſagittam, vt dixit Sixtus Papa *in
cap. accuſatio Epiſcoporum* 2. *q.* 7. & Innocent.
in Concilio Generali relatò *in cap. qualiter el.* 2.
hoc tit.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſi de- 17
tegeretur pluribus, debeat eſſe omnium ſen-
tentia concors, vt Epiſcopus criminoſus de-
ponatur? Et præmiſſis quæ docent DD. *in
cap fin. de re iudic.* vbi & nos aliqua notaui-
mus, ex quibus apparet, vt maior pars iu-
dicum faciat ſententiam; nihilominus in
caſu, de quo loquimur, dato quod Pon-
tifex depoſitionis cauſam deleget contra
Epiſcopum criminoſum; tunc quidem pro
forma delegationis, & contra perſonam ſic
priuilegiatam in iure, deſiderari, quòd om-
nes iudices concordent in ſententia de iu-
re antiquo, quod dictat per textum *in cap.* 1.
6. *q.* 4. in deponendis Epiſcopis requiri vna-
nimem iudicantium ſententiam; ita vt ad
validitatem ſententiæ, nemo diſſentiat, Bar-
boſa *in paſtorali, dicta allegat.* 112. *ſub num* 8.
idem ſub *dicto cap.* 1. quo probat ex verbis
ibi: vt firmum ſit iudicium. † Etenim ver- 18
bum *Concors*, importat iudicium nemine
diſcrepante, vt optime probat textus *in cap.
in cauſis de elect. ibi: quem illi concorditer*; &
ſic dict. Gregor. ponens *in dicto cap.* 1. illud
verbum *Concors*, fecit, vt faterentur omnes
DD. quod requiritur omnium iudicantium
conſenſus, nemine diſcrepante, ad Epiſ-
copi depoſitionem; & ſic cum decretum
Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 5. de quo
q. 1. *&* 2. decernat poſſe talem commiſſio-

nem dari à Pontifice, & fuerit indultum
fauore Epiſcoporum, per dicta hic *in verſ.
ad tertiam*, ac iure antiquo cautum ſit *in
dicto cap. vt Concors iudicum præſtetur ſenten-
tia*, vt eodem modo iura nouiora accipian-
tur, alias videretur, vt Tridentinum redun-
daret in odium contra regulam textus *in
l. quod fauore ff. de legibus, & cap. quod ob gra-
tiam de reg. iuris, lib. 6.* quod contingeret, ſi
in diſcordi iudicum voto, ſententia depo-
ſitionis daretur.

19 Hæc exiſtimo ita ſe habere, data pluri-
bus delegatione Pontificia abſolute; ſed
fallit in caſu, quo aliud ex forma reſcripti
Pontificij, & commiſſionis appareret; quia
tunc, ſi Pontifici ſummo placuiſſet, vt à
maiori parte delegatorum, ſuſtineretur ſen-
tentia: ita expendit Barboſa *in dict. alleg.
112. dicto num. 8. in fine* expendens id ad
explicationem *dicti cap. fin. de ſent. & re iu-
dic.* & ad explicationem *cap. 8. Trid. ſeſſ. 13.*
20 *de reform.* de quo ſub *dicta q. 1. & 2.* † Ali-
ter inquam ſemper deſideraretur iudicum
concors conſenſus iuxta textum *in dicto cap.
in cauſis. & in cap. quorumdam 24. dict. tit. de
elect. lib. 6.* vbi tanquam diuerſa ponuntur
aliquid fieri concorditer, aut à maiori par-
te; aduertit etiam gloſſa *in cap. vbi periculum
verb. ſingulis, eodem tit.* quæ docet illud fie-
ri concorditer, quod ſit nemine diſcrepan-
te, Gloſſa etiam *in cap. cupientes, verbo con-
cordem, de elect. dicto lib. 6. & in clem. ne Ro-
mani, verbo concorditer, eodem tit.* iuxta quod
Abbas *in dicto cap. 3. de ſent. & re iudic. n. 16.*
Felin. *num. 8.* Baldus *in cap. licet in princ. de*
21 *elect.* Romanus *conſ. 512. num. 11.* † adeo vt
ſi fiat compromiſſum, vt arbitri concordi-
ter pronuncient, non ſit ſententia, ſi vnus
eorum diſcordauerit, vt rectè aduertit Alex.
conſ. 124. volum. 2. n. 1. & 2. & n. 10.

22 Dubium tamen ſeſe offert, numquid
hæc dicta de concordi ſententia delegato-
rum contra Epiſcopum criminoſum ex de-
licto depoſitione digno, porrigantur ad Preſ-
byterum, Diaconum, aut Subdiaconum:
Et videtur negandum abſoluè, quia iſti
non debent gaudere eâ prærogatiuâ; & de
Sacerdotibus apertè ſentit Gloſſa *verbo præ-
rogatiua, in cap. cùm olim, de ſentent. & re iu-
dic.* Gloſſa etiam *in verbo ſacerdotium*, vbi
Bald. *num. 2. in cap. 3. illius tituli*, vbi nos
aliqua notauimus, & longe DD. ſcribunt
iuxta quas, ita ſentiunt plures, & Sylue-
ſter *in ſumma verbo degradat. 1. & 3.* Alij
inquam in hoc caſu de ſacerdotibus con-
tra ſentiunt per textum *in dicto cap. 3. de
ſent. & re iudic.* vbi ille agens de depoſitio-
ne Sacerdotis, vt patet ibi: *à ſacerdotali
gradu*, requirit concordem ſententiam per
verba ibi: *Concors*, vti & videtur manife-
ſte colligi ex textu *in cap. Paſtoralis 4. in
princ. de reſcript.* ibi, *in vnam ſententiam con-
cordare*, iunctis verbis ſequentibus ibi: *quam-
uis plures ſint ex vna parte, quàm ex altera:*
ita Abbas *in dicto cap. 3. q. 16.* Felinus, *n. 5.*
Bellamera *num. 4.* Maranta *de ordine iudic.
p. 4. diſt. 11. num. 17.* Menoch. *de arbitr. caſu.
222. num. 10.* comprobat, vt veriorem ſen-
tentiam, Barboſa *in dicto cap. 1. 6. q. 4.* & item
gloſſæ iurium, adductorum hic ſub verſ.
hac exiſtimo, vbi alij DD. loquentes de ver-
bo *Concors*.

Et nos ita in praxi ſentimus, reſpectu Sa- 23
cerdotis Presbyteri, dum à Papa concor-
diter iudicibus committatur ſuper crimine
commiſſo, depoſitione digno, abſque eo,
quod obſtet dici de iure illud appellari
concorditer factum, quando ſit aliquid à
maiori parte iudicum, vti in Audientiis
ſententia profertur, tacita diſcordia aliquo-
rum ex iudicibus; item ea ſententia obti-
net, quæ à maiori parte votantium pronun-
ciatur per doctrinam *textus in l. Pomponius,
aliud, l. ſi vim textus in l. duo ex tribus ff. de
re iud. l. quod maior ff. ad municipal.* per quæ,
& alia iura vulgo dicitur, concorditer fieri
illud, quod à maiori parte declaratur, de quo
dixi plura *ibi*, applicanda *in libro de Cap tu-
lo ſede vac.* ad declarationem tituli, *de his,
quæ fiunt à maiori parte capit. lib. de Epiſcopo, &
Capitulo*, † quia reſpondetur hoc de iure 24
procedere ordinario, non ſic quando com-
miſſione Pontificia, aut eodem iure expoſ-
citur concordia, iudicum in pronuncian-
do; & ideo videmus in Audientiis, & Con-
ſiliis Regalibus tribus ſaltim concordibus
iudicibus quamque ſententiam proferri, vel
ſi facta remiſſione litis ex diſcordia vnius
ex illis tribus, ad alios tunc, ſi ſint plures
tribus, maior pars, ſententiam faciat.

Nec obſtat textus *in dicto cap. non poteſt 3.* 25
de re iudic. quia ex illo text. *in verbo Concors*,
non probatur efficaciter deſiderari concor-
diam iudicum ad deponendum Sacerdo-
tem, quaſi abſolutè contradiceret, facta
depoſitione à maiori parte, concors appel-
latur ſententia. Fuit enim intellectus Pon-
tificis in illo text. non ſufficere concordem
ſententiam ad degradandum clericum, niſi
adſit iuſta cauſa: quo pacto componit Bal-
boa Mogrobejo ſententias contrarias expli-
cans dictam deciſionem Pontificiam *ibi n. 3.
4. & 5.* quidquid dixiſſet Abbas *num. 16. in
eodem capite*; & ita Barboſa, *in dicto cap. 1.
6. quæſt. 4.* concludit, quod cum in eo de-
creti volumine, verbum *concors* remaneret,
&

& ſublata fuerint verba antiqua *Epiſcopali gradu*, & adiecta *Sacerdotali gradu*, neceſſario dicendum, vt ſicut iure antiquo de Epiſcopis, ſic attento nouo iure voluiſſe Gregor. IX. vt in Sacerdotis Presbyteri depoſitione, nemine diſcrepante concors ſententia proferatur.

26 De Diaconis, & Subdiaconis, non ſic concors ſententia in caſu depoſitionis intelligitur, cum in eis dicant Doctores per inferiorem eorum dignitatem non æque indultum relatum iam procedere in iſtis, ac in Epiſcopo, & Presbytero; in quibus quidem maius præiudicium aduertitur, quàm in illis; Menoch. *dicto caſu* 22. *num.* 10. idem Barboſa *in dicto cap.* 16. *quæſt* 4 *num.* 2 cum Abbate *in dicto cap.* 3. *de re iudic.* Felin. Bellamera, & aliis iam adductis.

27 Pro complemento, ſi dubites numquid commiſſio, ſiue delegatio à Pontifice facienda debeat fieri iuxta numerum duodecim Epiſcoporum, ſi agitur contra illum depoſitione dignum; & quid ſi aliud fuerit delictum minus, nec Papa delegaſſet iudici. Et ad primum dubium nonnulli per gloſſam *in ſumma quæſt.* 3. *verb. quod autem*, renuerunt eundem numerum Epiſcoporum requiri, quando Epiſcopus iudicatur à delegato ex commiſſione ſpeciali Papæ, cum cauſa digna depoſitione ab ordine, vel ab Epiſcopatu contra Epiſcopum cognoſcitur à iudice per Papam ſpecialiter delegato. Tamen Abbas *in dicto cap. non poteſt.* 3. *de re iudic num.* 9. & ante illum Archidiacon. *in dicta gloſſa, & in cap. illud* 23. *diſt.* Innocent. *in cap. graue n.* 6. *de præbend.* credunt hunc numerum Epiſcoporum non requiri ex neceſſitate, ſed ex congruentia ob excellentiam dignitatis Epiſcopalis, quod practicabilius videtur.

28 Ad dubium ſecundum, quando delegatio non fieret, & delictum eſſet minoris qualitatis, quam dignum depoſitione, in quo ex iam dictis ſub *quæſt.* 1. *&* 2. & hic cum Abbate *in dicto cap. non poteſt num.* 7. & Barboſa *in dicta alleg.* 112. *num.* 9. *&* 10. reſponderur, quod in cognitione huiuſmodi cauſæ, quando Epiſcopus eſt conſecratus, idem numerus Epiſcoporum prærequiritur: tandemque cauſæ deciſionem Papæ reſeruari; aliter inquam ſi Epiſcopus conſecratus non eſſet, ſufficere numerum ſex Epiſcoporum, vt tenuit idem Abbas *in dicto cap. non poteſt n.* 9. & hoc quia nulla commiſſio Papæ præceſſiſſet.

AD TEXTVM

In Cap. illa præpoſitorum III. & in Cap. XI. ex parte hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Prælatorum cauſa debent tractari coram ſuis propriis iudicibus.*

HVIVS textus materia, vt vberius comprehendatur ratio quare Prælatorum accuſatio debeat tractari coram ſuis propriis iudicibus, applicabis hic quæ ſcripſi *ſuprà de appell. in cap. ad noſtram* 3. item etſi non æque proprie, quæ dixi *in c.* 9. *de iudiciis*, & notaui *in cap.* 18. *eodem tit. de iudic.* præcipue *q.* 1. 2. *&* 3. vbi de Præceptoribus Religionum; item quæſtionem 4. poſitam *ſub cap.* 42. *de elect.* §. *fin.* vbi *de reſeruata electione Monachis Benedictinis de Sahagun.* Et proprius circa materiam correctionis quæ dixi ibi: *cap. nouit. de iudiciis quæſt.* 23. *vbi an Prælati regulares poſſint inquirere peccata occulta ſubditorum, & quid è contra de ſubditis contra Prælatos ſuos? & ibi quæſt.* 24. *an Prælati poſſint corrigi à ſubditis?* & cum Papa ſit omnium ſupremus, illi cæteri fideles ſint ſubditi, poteſt etiam adiici alia quæſtio ſub *dicto cap nouit.* 43. vbi de illa, *an Papa poſſit denunciari denunciatione Euangelica?* & illa de qua ſub *cap.* 1. *de iudiciis q.* 6. *an Concilium generale poſſit Papam iudicare, & accuſare?* & alia *in dicto tit. ſub cap.* 12. *q.* 8. *an Pontifex poſſit ab aliquo iudicari? & quid de foro interiori?* De aliis ad hunc textum videbis, *infra in cap. ex parte* 11. *& in cap. pen. hoc tit.* Vbi Abbas, & Felinus præter alios ordinarios vberius. 1

AD TEXTVM

In Cap. omnipotens IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de aliquo crimine non poteſt iterum promoueri, ſi accuſatio eſt legitima, & per idoneos; ſecus ſi à maleuolis.*

2\. *Infamia facti notatur accuſatus; ſed ſi ſententiatus ſit, notatur iuris infamiá. Et de differentia vtriuſque in priuando à dignitatibus obtentis, & obtinendis.*

1 AD textum hic, quatenus de aliquo crimine accuſatus non poſſit interim promoueri, ſi accuſatio eſt legitima, debet intelligi, vt præter antiquos docent Couar. *lib. 1. variar. cap. 16. num. 11. verſ. 4.* Roman. *ſing. 438.* Barboſa *hic num. 1. & 2.* cum Nauarro, Syluestro, Iulio Laborio, Zerola, Nicolao Garcia, Belletio, Seraphino, & D. Roderic. de Acuña multipliciter declarante, qui limitant, ſi per maleuolos accuſatio proponeretur contra non grauatum apud graues, & bonos viros, cum alias cuique facillime pateret via, optimos, & doctos impediendi ab acquiſitione bonorum per concurſum, ſi ſola accuſatio à quouis maleuolo, vel improbo facta ſufficeret; idem Garcia *p. 7. cap. 8. n. 7.* Nauarr. *conſ. 2. ſub hoc tit.* Acuña *in comment. ad cap. 3. diſt. 81.* Et ſic quoad hanc partem veniunt applicanda quæ dixi ſub *tit. de ſcrutinio, in ordine faciendo, & ſub cap. fin. de temporibus ordin. vbi de criminoſis.* Item poſſunt applicari omnia, quæ dixi de illo, qui dum pendet appellatio, etiam ſi in ſe contrariam ſententiam habuerit, adhuc remanet in poſſeſſione proprij iuris, ſub *cap. quoad conſultationem 15. de ſent. & re iu dic. & ſub tit. de appellat.* licet pleraque quæ merentur executionem, non obſtante appellatione, ibi ſub *cap. 11.* ſcripta reperiantur.

2 Et quatenus hic idem Barboſa, *n. 4. & 5.* cum eodem Garcia *num. 12* Campanilo, Couar. & aliis, ponit, quod pendente accuſatione, interim dum ad ſententiam deuenitur dicitur accuſatus infamis, infamia facti; poſt ſententiam vero declaratoriam ſit infamis infamia iuris, conſtituendo differentiam inter vtramque, vt hæc vltima repellat quemque à dignitatibus habitis, & impediat, vt alias obtineat. Illa verò facti tantum impediat ad obtinendum, non vt conſeruet obtentas, Barboſa *in l. cum Prætor §. fin. ff. de iudic. num. 196.* ad longæuam explanationem de prædictis infamiis, & aliis adiunges quæ ſcripſi *in cap. veniens ſuprà hoc tit. & cap. 55. de teſtib.* de quibus Balboa late ſub *cap. 1. de exception.* omnino legendus, vbi etiam de infamia canonica, & vulgari: applicabis quæ DD. adiungunt *in reg. infamibus de reg. iuris*, Couarru. agit de illa: an infames priuentur beneficiis, *lib. 2. variar. cap. 8. num. 4.* & de omnibus his infamiis, & etiam legalibus, & quæ differentia inter omnes ad ſaturitatem videbis Suarez de cenſuris *diſp. 48. ſect. 1.* per totam omnino legendus.

QVÆSTIO I.

An de crimine accuſati poſſint ordinari? & an ex infamia non fundata in proprio delicto illius delicti, naſcatur irregularitas? & an ſi quis ſit tantum populari infamia notatus, valeat ordinari? & an infamis in vno loco poſſit ordinari in alio, in quo non eſt infamatus? & an ex defectu bonæ ſiue rectæ exiſtimationis apud homines, fiat quis irregularis, ſeu inhabilis ad ordines ſuſcipiendos? & qui dicantur infames iuris?

SVMMARIVM.

1\. *Infamis non promouetur ad ordines ſiue ſit infamia notatus Canonica, aut ciuili, vt num. 2. & 3.*

3\. *Infamia pœna ciuilis vere, quem facit irregularem.*

4\. *Canones ſacri non verentur leges imitari in caſibus, qui non repugnent veritati Canonicæ.*

5\. *Infamia ordinum impeditiua, eſt quæ oritur à proprio delicto, non ſic ab alio, vt num. 6. 7. 8. & 9.*

8\. *Filij v.g. ex nonnullis delictis parentum, infames redduntur ex diſpoſitione iuris. Et quæ iſta delicta ſint?*

9\. *Filij hæretici dicuntur amittere antiquam nobilitatem, qui inhabiles ad officia redduntur.*

10\. *Infames ſunt nati ex inceſtuoſis parentibus, & ex illis, qui manus violentas in Cardinales impoſuerunt, qui & aliis pœnis grauantur.*

11\. *Infamia populari notatus, etſi obſeruetur, tamen non impeditur in obtentis ordinibus exerceri; prohibetur tamen alios ſuſcipere, n. 12. & 13. exemplificatur.*

12\. *Infames ſunt perſeuerantes in aliquo peccato publico, apud bonos, ſic reputati.*

14\. *Filij eorum, qui exercent artem vilem, non ſunt irregulares, ſecus ipſi exercentes.*

15\. *Infamia popularis tantùm durat, dum durat ſtatus.*

16. *Infamis in vno loco, in alio ordinari nequit, ſi facilis percurrat ad illum infamia nota.*

17. *Inhabilis ad ordines quis ſit ex defectu bonæ ſama.*

18. *Infamis infamia iuris, quibus ex delictis in iure tales dicantur, vbi plura delicta recenſentur,* & num. 19. *& num requiratur ſententia, & ſufficiat, vt ſint publica?* *num.* 20.

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum iuxta diſtinctionem noſtræ paraphraſis. Sed quia vberius oportet agnoſci, ideo, quia ibi dictum eſt ex infamia oriri irregularitatem, quia infamis non eſt ad ordines Eccleſiaſticos admittendus, *cap. infamis 6. quæſt. 1. cap. teſtes, 2. quæſt. 7. cap.* in aliquo *diſt.*.... *& ex cap. teſtes 2. quæſt. 7.* vbi generalem colligens regulam Gloſſa de illis, qui propter infamiam repelluntur à teſtimonio, de quibus latiſſimè dixi *in cap. teſtimonium, de teſtibus*, dicit eſſe etiam irregulares: ſic communiter docent Panormit. *in cap. licet Hely, de ſimonia*, Archidiaconus *in cap. deinde 26. diſt. num.* 5. Sylueſter, & alij ſummiſtæ, *verbo infamia, & verb. irregularitas.* Nauarr. *in cap.* 27. *Man. n.* 104. Suarez *de cenſ. diſp.* 48. *ſect.* 2. *num.* 1. Maiol. *lib.* 3. *cap.* 1. licet Damaſus Papa non abſolute de teſtimonio, ſed in cauſa contra Epiſcopum loquatur.

2 Et quia ſupra hic in ſummario dicitur infamem, infamia facti conſeruari in obtentis, dicendum eſt iuxta vtramque infamiam, etiam iuris, irregularitatem ad ordines recipiendos incurri, ſicut per infamiam iuris, ita & facti, dummodo ſit Canonica, iuxta ea, quæ etiam dixit latè Suarez de differentia vtriuſque, *dicta diſp.* 48. *ſect.* 1. & ego ſub *dicto cap. teſtimonium de teſt. q.* 1. *à num.* 11. videndus Speculator *in §. iuxta §. 9. in tit. de diſpenſatione*, per iura relata, ex eo probantes, quia vtroque modo perſona eſt ſimpliciter, & actu infamis, cum & lex Canonica, ſiue ciuilis, ſi ſit Canonicata propter crimen imponit infamiam referendam, vel ipſo iure latam; & quod in primo caſu ante ſententiam non contrahitur infamia, nec iuris, nec facti, quantumuis delictum fuerit publicum, poſt condemnationem aliter, vt latè probauit idem Suarez, *ſuprà dicta qu.* 48. *ſub ſect.* 1. *& ſect.* 2. *num.* 3. qui ait *ibi in fine*, quod in poſteriori caſu, ſi lex imponit ipſo iure infamiam propter delictum, ante ſententiam, tunc quidem incurri irregularitatem ex vi ipſius facti iuxta exigentiam legis, addens *ibi n.* 4. fieri, vt durante infamia, duret hæc irregularitas, quia repugnat infamem eſſe aptum ad ordines: ita per textum noſtrum, & *dict. cap. infamis*, & alij DD. per gloſſam ibi: Nauarr. *cap.* 27. *ſum. num.* 204. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 3. Auila *de cenſ. p.* 7. *diſp.* 4. *dubio* 5. *concluſ.* 2. Philibertus, *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 4. *num.* 4. qui & *q.* 3. cum aliis, Leander *de irregularit. in pract. tract.* 2. *quæſt.* 9. Bonacina *eodem tract. q.* 3. *punct.* 1. Villalobos *tract.* 21. *p.* 1. *difficult.* 30. *num.* 3. Gibalinus *cap.* 5. *q.* 4. *à num.* 1. infamiam iuris, & facti illam eſſe, vbi huic, & illi facto leges infamiæ pœnam imponunt.

Imò addimus, quod ſi infamia à iure ciuili impoſita, non ſit reuocata per ius Canonicum, nihilominus talis infamis non valeat ordinari, cum pœna infamiæ, etiam eo iure impoſita, verè faciat quem irregularem; id eſt inhabilem ad ordines ſuſcipiendos: ita DD. docent per textum *in cap. omnes 6. quæſt.* 1. ibi: *Omnes vero infames eſſe dicimus, quos leges ſaculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium promoueri non poſſunt:* Leander *ſuprà, quæſt.* 8. 3

† Quod optimo iure cauetur, cum ſacri Canones, non dedignentur, quando deficit deciſio, leges imitari, in caſibus, qui non repugnent veritati Canonicæ, iuxta quæ adduxi de ſtylo *ſub cap. 9. de foro comp.* & iuxta doctrinam textus, *in cap. 1. de noui operis nunciat.* in terminis, Sigiſmundus à Bononia *de elect. dub.* 86. *num.* 1. Auila *de cenſ. p.* 7. *cap.* 11. *dub.* 5. *concluſ.* 1. Filliucius *tract.* 19. *à num.* 204. Nicol. Garcia, *de benefic. p.* 7. *c.* 8. *num.* 11. Carol. de Graſſ. *de effectib. Clericalibus, effectu* 2. *num.* 252. Azor, *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *qu.* 3. Henriquez *in ſumma lib.* 14. *cap.* 5. §. 4. *in commento litt. T.* Bernard. Diez *in pract. cap.* 91. *num.* 2. *in nouiſſ. impreſſ.* nam cùm ſacri Canones, non abſtulerint eam infamiam, videntur eam vtique admittere ad impediendum ordines ſuſcipi. 4

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ex infamia non fundata in proprio delicto, illius delicti, naſcatur irregularitas? & adiectis his quæ longe adduxi *in allegat. fiſcalibus ſancti Officij, ſub alleg.* 38. & alibi ibi *alleg.* 58. vbi an filij, præcipue hæreticorum puniantur propter peccata parentum ſine filiorum peccato? & videam quoad præſens dubium, Suarez *de cenſ. dicta diſp.* 48. *ſect.* 3. eam infamiam ſic ortam, aliquando ſufficere ad irrigularitatem; non tamen ſemper, ſed potius raro, affirmétque ex infamia facti, quæ non fundatur in peccato proprio ipſius perſonæ, numquam fieri irregularem, 5

gularem, ſecluſo ſpeciali iure; eo quòd ſecluſo humano iure, nullus ſine culpa propria notatur tali infamia, quæ reddat illum inhabilem, vel moraliter impeditum ad aliquos actus legitimos, vel honores; & ſic nec ad ordines, cum talis infamia non poſſit induci ex ſola natura rei, ex qua ſolum peccatum, vel praui mores conſtituunt hominem dignum, vt mala opinio de illo habeatur, atque adeo obiectum illius infamiæ, quæ in factu conſiſtere dicitur.

6 Quare ſi vltra proprium peccatum extenditur illud, ſemper eſt propter aliquam ſignificationem, vel habitudinem, ſicur honor interdum tribuitur propter alios titulos, qui indirectè, & per aliquam habitudinem reducuntur ad virtutem, vt D. Thom. exponit 22. *quæſt.* 63. *art.* 3. dum ex Philoſopho 1. *Ethicor.cap.*9. ait honorem ſoli virtuti propriè deberi; & ſic ſolùm peccatum, ſeu prauum opus ex natura rei eſſe obiectum infamiæ facti, quod verum cum Suarez exiſtimo, ſi ſermo ſit de ſola, ac præciſa infamia, non de fundamento eius.

7 Itaque cùm hæc extenſio arbitraria ſit pendens ex humana, & ſæpe ex mundana prudentia; inde eſt quòd nulla talis opinio hominum, reputetur vera infamia in ordine ad aliquos actus, vel miniſteria Reipublicæ, niſi aliqua lege comprobata ſit; quia alioqui res tota penderet ex vulgi opinione, & æſtimatione, & tot ferè eſſent opiniones, quot ingenia; ob idque Suarez *vbi ſuprà dicta ſect.*3. *num.*1. *poſt medium*, poſtquam dixit puram infamiam facti, non eſſe, niſi ſit de proprio delicto, aut vero, aut communiter exiſtimato; addit quod ſicut irregularitas, ita hæc infamia non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis, & ſic vti in irregularitatibus non admittitur extenſio propter ſimilitudinem, vel maiorem etiam rationem cauſæ; ita nec in infamia; quia hæc etiam non pendet tantum ratione, vel cauſa, ſed ex voluntate Legiſlatoris; indeque hic habere locum regulam de odiis reſtringendis.

8 Vnde poſtquam alia ſcripſit idem Suarez ponens *à num.* 2. aliquos caſus, ratione quorum propter aliorum delicta alij infames, ſiue regulares fiunt: ideo illum legendo ego breuiter reſpondeo de quinque caſibus in iure expreſſis. Primo in filio rei læſæ Maieſtatis, ſeu proditore Principis, qui infamis efficitur, & conſequenter irregularis per textum *in l. quibus, Cod. ad leg. Iul. Maieſt. cap. ſi quis cum militibus* 6. *quæſt.* 1. Bonacina *de irregul. quæſt.* 3. *puncto* 1. *n.* 13. Gibalinus *cap.* 5. *q.* 4 *propoſitione* 3. *pag.* 384. Philibertus *tract.* 1. *de ordine p.* 10. *cap.* 6. Secundus de hæretici filio, & nepote ex linea paterna, non ex materna *ex cap. quicumque de hæret. lib.* 6. *& cap. ſtatutum, eodem tit.* de quibus leges adductæ per nos *in alleg. fiſcalibus, ſub alleg.* 18. *&* 38. & ob id tertium caſum legitime inferunt Philibertus *ſupr.* & Leander, *tract.* 2. *de irregularitate q.* 18. *verſ. quarto* ex Bulla Pij V. de hac materia loquente; ſed quoad filios hos hæreticorum admodum pugnat Suarez prædictos non eſſe irregulares, nec aliquo iure expreſſo ita caueri; quia etſi tales filij inhabiles redderentur ad officia publica, & beneficia, illa inhabilitas non eſt infamia, ſed aliud genus pœnæ, & quaſi irregularitas quædam ad officia, & beneficia; indeque fieri, quod ſi quis contendat inhabilitatem illam eſſe quandam infamiam, hoc eſſe tantum ſecundum quid, & quoad tales effectus, non vero ſimpliciter; & hanc partem efficaciter probat: tamen Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.*9. *num.*268. *& tit.*29. *à num.* 14. *ad* 20. Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 9. & Penna 1. *p. direct. inquiſit. comment.* 4. *verſ. hac autem infamia*, docent affirmatiuam, quam probo ex Otalera *de nobilitate Hiſpanica* 4. *p. princip. cap.* 9. Paſqualig. *de patria poteſt. p.* 4. *cap.* 5. *à n.* 33. Carena *de officio inquiſit. p.* 2. *tit.* 1. *de hæreſi* §. 27. *verſ. controuertunt* † dicentes, quòd filij 9
hæretici, ſi Catholicè viuant, amittunt nihilominus antiquam nobilitatem; quia cum à iure infames reputentur, cenſentur etiam incapaces nobilitatis, & colligitur ex his quæ ſcripſi *in dicta alleg.* 38. *à num.* 30. & ante quod filij hæreticorum ſecundum veriorem, priuat ſunt à beneficiis à die commiſſæ hæreſis paternæ, non æque ab ante obtentis *ex num.* 42. *vbi num.* 47. *&* 48. quod filij hæreticorum incurrunt alias pœnas inhabilitatis, & infamiæ, *& num.* 52. quod etſi filij hæreticorum puniantur; item & eorum nepotes ex hæreſi paterna in diuerſis pœnis, & inhabilitatibus, non tamen corporaliter, & ſatis liquet per ea, quæ dixi ibi ſub *alleg.* 40. *&* 49. quatenus *à num.* 3. probatur quòd filij, & nepotes hæretici patris, qui etſi pœnituetit brachio ſæculari traditus eſt, verius, vt incurrat irregularitatem, ſaltem ex infamia, etſi adhùc pungat Suarez, cum de irregularitate ad ordines, nihil in iure caueatur.

Quarto ſunt infames, & irregulares nati ex inceſtuoſis parentibus, *cap. conſanguineorum* 5. *cap.* 4. coniunctiones 35. *q.* 3. Philibertus, & Leander *vbi ſuprà*, quintus caſus eſt de fillis eorum, qui manus violentas 10

in

in Cardinales iniecerunt,ex *cap.Felicis de pœnis lib.6.* vbi DD.antiqui *in verſ. quod ſi quis,* Suarez, Philibertus, Leander, Bonacina, *vbi ſuprà*, aduerſus quod poterat replicare Suarez, ſicut in caſu filiorum, & nepotum, hæretici, cum ex eo verſ. tantum idem appareat; nempe quod filij, & nepores offendentium Cardinalem, priuantur omnibus beneficiis, & dignitatibus Eccleſiaſticis, & ad illas in poſterum obtinendas efficiuntur inhabiles, vti docuerunt Menochius *de arbitr. caſu* 551. *à n.*7. Vbi late Farin. *in crim. q.* 112. *num.* 121. *&* 122. Sanchez *lib.* 2. *ſumma, cap.* 28. *num.* 20. Decianus *in tract. crim. lib.*7. *cap.*41. *n.*32. nihil de inhabilitate ad ordines cauendo, & nihilominus dictus Suarez in hoc caſu poſuit irregularitatem; eo quod tales filij efficiuntur ipſo iure infames; quam infamiam non poſſumus effugere in filiis hæreticorum damnatorum ex dictis per nos *in relatis alleg. fiſcalibus*, & patet ex proxime dicendis.

11 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi quis tantum ſit infamia populari notatus, incurrat irregularitatem, vel tantum inhabilitatem? Et præmiſſo quod talis dicatur ea infamia, quæ ex communi hominum exiſtimatione, & ſenſu oritur; quia etſi nullum effectum pariat præter illam obſcuritatem nominis, diminutionem famæ, detrimentum dignitatis, & diſpendium pudoris, nec aliquem effectum legalem pariat; quia nullo iuris adminiculo fouetur: tamen verè prohibet quem à ſuſceptione ordinum, non inquam à ſuſceptorum exer-
12 citio. † Primam partem probant DD. quia qui in publico aliquo peccato perſeuerant, infames reuera ſunt apud bonos, & vt tales cenſentur ab Eccleſia, vt patet ex Euſebio Papa *Epiſt.* 3. ad Epiſcopos Turciæ, & ex Stephano I. *Epiſtol.* ad Hilarium Epiſcop. & ex Fabiano *Epiſt.* 2. ad Epiſcop. Oriental.
13 † Secunda pars probatur, quia infamia ipſa præcisè non impedit exercitium ſuſceptorum, niſi alias crimen tale ſit, vt impediat talium exercitium, & inducat irregularitatem, quale eſt homicidium, de quo dixi ſub *cap. fin. de ætate, & qualit. ordinand.* ita docent Bonacina ex Toleto, & Azorio, *dicta q.*3. *de irregul. puncto* 1. Auila *de cenſ. p.*7. *diſp.*4. *dubio* 5. *poſt* 2. *concluſ. verſ. dixi præterea* ex Angelo *verbo infamia num.* 3. Ægidius *diſp.* 18. *num.* 37. Præpoſit. *in* 5. *p. quæſt.* 5. *de irregular. n.* 52. Gibalin *cap.* 5. *eodem tractatu q.* 5. *n.* 5. *verſ. hos igitur.*

14 Et licèt videatur obſtare Suarez, *dicta diſp.*48. *de cenſ. ſect.* 3. *in verſ. aliud exemplum* quatenus ibi dicit propter vſum, v.g. artis mechanicæ, aut vilitate perſonæ, regulariter non induci irregularitatem; quia reſpondetur ibi Suarez loqui de filiis parentum, qui ratione alicuius artis mechanicæ fiunt vulgi exiſtimatione infames, quorum infamia non porrigitur ad filios iuxta caſus relatos, ſub *verſ. vnde & verſ. quarto*, qui addit nec ſemper verum eſſe, vt tales parentes dicantur ex tali exercitio infames; indeque prohibeantur ordinari, cum ex ſola abiectione populari, ſeu infamia conditionis talis muneris, niſi intrinſecè includant culpam grauem, datur irregularitas; hæc enim prouenit ex exercitio alicuius infamiæ artis, vel ignominioſi muneris, vt Hiſtrionum, Gladiatorum, Carnificum, Macellariorum, & ſimilium, qui iure ipſo infames fiunt, vt late ſcripſit Maiol. *lib.* 3. *cap.* 1. *à n.* 5. de quibus *infrà.*

Pro complemento huius dubij dico, quòd 15
popularis infamia, & conſequenter irregularitas ex illa orta, non durat, niſi durante eo peccati publici ſtatu, vt colligitur *ex cap. teſtimonium, de teſtibus*, vbi donec quis fuerit emendatus repellitur à teſtimonio, & ex *cap. ſi duo*, 5. *q.*6. vbi inceſtuoſi dicuntur infecti, eſſe infames, donec ab inceſtus facinore deſiſtant, iuxta Suarez omnino legendum *dicta diſp.* 48. *de cenſ. ſect.* ... *num.*8. Leander *tract.*2. *de irregularit. q.* 12. *diſp.* 27. *in verſ. quod* Filliucius *tract.* 19. *cap.* 8. Auila *dicto cap.*7. *diſp.*4. *dub.* 3. Caſtro-Palao, *diſp.*6. *puncto* 20. Pelicarius *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* ... *ſect.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 143. Gibalin. *cap.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 5. *pag.* 76. Bonacina *quæſt.* 3. *de irregularit. puncto* 2. Henriquez *lib.* 14. *cap.*5.

Ad quartam quæſtionis partem, an infa- 16
mis in vno loco, poſſit ordinari in alio? Bonacina *dict. quæſt.* 3. *de irregularit. puncto* 1. *num.* 10. ante eum Vgolin. *cap.*6. dicunt remanere infamem, etiam in alio loco, & ſic in nullo poſſe ordinari ex eo, quia alioquin infamis in vno loco migraret ad alium, ibique ordines ſuſcipiendo fruſtraretur finis legum. Alij verò probabiliter docent poſſe ordinari, quia excommunicatus in vna prouincia, non eſt neceſſario vitandus in alio loco, vt ex pluribus ſequitur Leander *de cenſur. tract.* 2. *diſp.* 15. *quæſt.* 56. ſi ſit occultus etiam ab his, qui rem ſecreto nôrunt, & ex eo etiam, quia in alio loco, vbi illius infamia eſt occulta retinendo nomen bonum, ibi non eſt infamis; quam ſententiam dicit probabilem Leander, loquendo de infamia facti, *de irregularit. dicto tractat.* 2. *diſp.* 27. *quæſt.* 17. non tamen ſi ſit Iuris; quia hæc ſemel admiſſa non tollitur, niſi per Pontificis diſpenſationem; ad quod

commendat legendum, quod ipſe ſcripſit *dicta p.4.q.57.d.27.* Philibertus *tract.1 de ordine p. 10. cap.4. in fine,* qui declarat procedere hanc affirmatiuam, poſitis duabus conditionibus: Prima infamia ſi illius ordinandi, non ſit facile peruentura ad locum, in quo ordinetur. Secunda, vt non ſit recurſus ad locum, in quo famam amiſit, & ſic admittimus.

17 Ad quintam quæſtionis partem repetitis, quæ iam ſunt dicta hic per totum, *verſ. ad tertiam*, facilè reſpondetur, vt certum ex defectu bonæ famæ, fieri quem inhabilem ad ordines ex defectu bonæ famæ, ſiue rectæ exiſtimationis apud homines, quia ex Apoſtolo, qui ad ordines ſunt promouendi, debent habere teſtimonium bonum ab his, qui foris ſunt; indeque meritò ab ordine repelli iuxta textum *in cap. qui aliquo crimine diſt. 51. cap. teſtes 2. quæſt. 7. cap. infames 6. quæſt. 1.* ita omnes, inter quos Nauarr. *in ſumma cap. 27. num. 248.* Suarez *dicta diſp. 48. ſect. 1.* Saytus *de cenſ. lib. 7. cap. 11. & 12.* Auila *lib. 7. diſp. 4. dubio 5.* Leander *ſupra q. 7.* Bonacina *dicta q. 3. de irregul. punct. 1.* Filliuc. *tract. 20. cap. 9.* Pellizarius *tom. 2. tract. 7. cap. 5. ſect. 3. q. 31. num. 143.* Gibalinus *cap. 5. q. 4. pag. 370.* Philibertus *de ordine tract. 1. p. 10. cap. 4.* Ægidius *diſp. 18. dubio 7.* qui communiter triplicem infamiam aſſignando, nempe iuris, & facti, & artis ignominioſæ, addunt ex his ad ordines inhabilitatem oriri, quod intelligimus iuxta diſtinctiones adductas.

18 Quod ſi dubites, qui verè dicantur infames infamia iuris, repetendo hic quæ longiſſime ſcribit idem Suarez *dict. q. 48. à ſect. 1. ad 3.* omnino legendus bene diſtinguens inter has infamias iuris, facti, exiſtimationis legalis, & Canonicæ, breuiter nunc dico *ex dicto cap. infames 6. q. 1.* infames eſſe apoſtatas à fide Catholica, Eccleſiaſtica ſtatuta contemnentes, ſures, ſacrilegos capitali crimine irretitos, ſepulchrorum violatores, ſumentes arma aduersùs Eccleſiaſticas partes, inceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, adulteros, de quibus nonnullis *ſub cap. cum non ab homine de iudic.* vbi dixi de eorum irregularitate, belli deſertores, poſtulantes dignitates, quibus ſunt indigni, auferentes iniuſte Eccleſiaſticas facultates, calumniatores, accuſatores, deficientes in probationibus, prouocantes animum Princpis ad iram contra innocentes, omnes excommunicatos, expulſos ab Eccleſia pro ſuis ſceleribus.

19 Item alij dantur in iure, quales ſunt raptores mulierum ex Trid. *ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. 2.* in duello pugnantes, adiuuantes, & ſpectantes, *ſeſſ. 25. cap. 19. de reform.* Hæreticos, Schiſmaticos, ſummo Pontifici inobedientes, *cap. alteri 2. quæſt. 7.* impedientes quocumque modo ſanctum officium inquiſitionis ex quadam Bulla, iam adducta Pij V: de qua cum pluribus Carena *de offic. inquiſit. p. 2. tit. 13.* ſimoniacos, *cap. ſanè 15. quæſt. 3.* detractores contra pias perſonas, *cap. ſi autem 11. q. 7.* Sodomitas, *l. cum vir Cod. de adult.* de quibus dixi nonnulla *in alleg. fiſcal. alleg. 19.* Monachos procurantes filios, *l. impudic. 27. q. 1.* Lænones *l. 1. 2. & 3. ff. de his, qui notantur infamia*, inceſtuoſus, & illis conſentientes, *cap. notificamus 3. quæſt. 6.* proſtituens propriam filiam, vel nepotem, duas vxores ſimul habens, iuxta quæ longiſſime adduxi *q. fin. ſub cap. nuper de Bigamis*, vbi egi de Poligamia, nubens cum muliere intra tempus luctus, vel illam tradens matrimonio, *cap. Euſemiam 2. q. 3. cap. fin. de ſecundis nupt.* corruptos ad falſum teſtimonium reddendum; *cap. ſi quis coniunctus 22. q. 5.* per ea quæ longe dixi ſub *cap. 18. de teſtibus rei læſæ Maieſtatis*, de quo *ſub hac quæſt.* per illa, quæ dixi *in allegat. 18. fiſcal. ex text. in dicta l. quiſquis Cod. ad leg. Iul. de adulter.* famoſum libellum facientes, conſentientes, & inuenientes, ſi non frangant *cap. 2. §. ob carmen 4. q. 3. cap. 1. & vltim. 5. q. 1.* inſtruentes inſidias, vel conſpirantes contra proprium Epiſcopum, & illis conſentientes; item & conſpirantes in Cardinales ex *dicto cap. felicis de pœnis lib. 6.* de quibus DD. communiter loquuntur † di- 20
cendo omnia ſupradicta crimina parere ſolum infamiam, quando ſunt publica, vel per iudicis ſententiam, vel per confeſſionem rei in iudicio: ita poſt Suarez, Sayrum, Bonacinam, & alios iam relatos, Leander *q. 8. de irregularit. diſp. 17. tract. 2. verſ. qui* Philibertus *tract. 1. de ordine p. 10. cap. 4. à num. 5.* & alij, ſed non omnes eſſe irregulares, licet alias patiantur pœnas apparet ex proxime dicendis. Videndi ſunt alij relati à Barboſa *in cap. infames 1. q. 6. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 33. & in paſtorali p. 2. allegat. 43.* vbi enumerat qui ſint infames.

QVÆSTIO II.

An Clericus concubinarius fiat irregularis ratione infamiæ? an publicè pœnitentes? an exercentes officia vilia? & à quibus vtraque infamia iuris, aut facti valeat auferri?

SVMMA

SVMMARIVM.

1. *Clericus concubinarius, non eſt irregularis, nec Sodomita publicus, etſi notetur infamia.*
2. *Pænitens publicè propter aliquod delictum ſit irregularis, ſi ſolemnem pænitentiam agat ei impoſitam; ſecus ſi publicam tantum, vt n. 3. & 4. & quæ talis ſit?*
5. *Pænitentia publica ſolemnis iam non eſt in vſu reſpectu clericorum; quid de profanis.*
6. *Officia vilia exercentes, vt mimi, & alij nequeunt propter infamiam ordinari, etſi aliter de eorum filiis, & exemplificatur etiam, n. 7.*
7. *Macellarij, Tabernarij, pelles expurgantes, fullones, videtur verius vt non prohibeantur ordinari; eo quod non ſit aliter cautum in iure tali vili officio eſſe irregulares.*
8. *Infamia facti aboletur per pænitentiam infamati ante ſententiam; alia iuris non niſi per diſpenſationem.*
9. *Infamiam poteſt auferre iudex, qui ſententiam tulit quoad ordines, aut ſuperior.*
10. *Infamia iuris Canonici, ſolum valet auferri à Pontifice. Et quare, & ſaltim indirecte irregularitas orta ex infamia iuris ciuilis per diſpenſationem, n. 11.*
12. *Infamia iuris ab Epiſcopo non aufertur, niſi ad id facultatem habeat.*
13. *Infamiam auferre nequit poteſtas ciuilis orta ex delicto, ciuili lege infamante, alias Canonicato, vt exemplificatur, num. 14. & 15.*
16. *Infamia orta ex mero facto tollitur per Baptiſmum, non ſic orta ex iure, vt n. 17.*

1 AD primam quæſtionis partem de Clerico concubinario, licet Maiolus, *lib. 5. de irregularit. cap. 37. num. 1.* & alij affirment, verius tamen eſt minime irregularem eſſe, ſaltem irregularitate annexa per ſe ipſi concubinatui; quia nulla in iure reperitur talis irregularitas: ita ferè omnes DD. inter quos Nauarr. *in ſumma cap. 9. num. 154.* Auila *p. 7. diſp. 4. dub. 7. concluſ. 2.* Henriquez *lib. 13. cap. 35. num 4.* & aliter etiam aliqui affirment, quod fiat publice concubinarius irregularis actione infamiæ ante iudicis ſententiam ex dictis *quæſt. præced. in fine*, Maiol. *lib. 5. de irregularit. cap. 43. num. 1.* Archidiacon. *in cap. infames 2. q. 7.* Speculator *in tit. de diſpenſatione §. iuxta verſ. octauo*, idemque de clerico publice Sodomita reſponderint; ſed probabilius eſt ante dictam iudicis ſententiam, hos non manere irregulares, etſi infamia ſint notati, cum in his caſibus nulla contrahatur infamia iuris, ſed ſolum popularis, Nauarr. & Henriquez *ſuprà* quos referunt Leander *de irregularitate 2. p. diſp. 26. quæſt. 1. & 2.* Auila *vbi ſupra dubio 7. concluſ. 3.* qui idem de ſimoniaco docent, & de ſacrilego; eo quod talis irregularitas non ineſt; vt late probat Suarez *de cenſur. diſp. 45. ſect. 4. num. 2. & à num. 5.* Leander *ſupra quæſt. 4. & 5.* Gibalinus *eodem tract. q. 3. dubio 3. & 4.* Henriquez *dicto lib. 13. cap. 35. num. 5.* Filliuc *tract. 20. c. 9. n. 247. & 249. & 250. q. 8.* Bonacina *quæſt. de irregul. puncto 7. num. 19. & à n. 28.* & alij apud ipſos.

Ad ſecundam quæſtionis partem de publicè pœnitentibus num ſint irregulares? 2
Igitur quamuis nonnulli non diſtinguendo inter pœnitentes ſolemniter, aut tantum publice dicant irregulares omnes, iſtos fieri; ſic vt non valeant ordinari, nec in ſuſceptis miniſtrare, à quibus deponitur pœni- 4
tens. Tamen de illo, qui publice ſolemnem pœnitentiam fecerit propter aliquod delictum ei indictam, reuera incurri prædictam irregularitatem probant DD. per textum in cap. ex pœnitentibus *diſt. 50.* cui conſonant textus *in cap. quicumque cap. ſi ille, cap. non confidat, cap. Canones, cap. confirmandum, & cap. illud, eadem diſt. cap. fin., 5. dict. cap. nullus, cap. pænitentes 55. diſt.* Syluester *in ſumma verbo ordo 4. verſ. nec quinto*, Beller. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de diſciplina Cleric. §. 13.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub. 11. c. 21. num. 1.* Mar. *de cenſuris tom. 2. diſp. 16, de ſuſpenſ. cap. 2. verſ. quartus caſus*, Barboſa *de officio Epiſcopi p. 2. alleg. 43. à n. 6.* legendus.

Quod ſi pœnitentia fuerit publica, & 3
in veniam, nonnullos dicere, per textum *in cap. illud, cap. placuit, dict. diſt. 50.* vbi Barboſa *num. 2.* operari quoque irregularitatem, hoc admittens in pœnitentia publica pro crimine tantum inflicta, pro vt colligit ex *dicto cap. placuit*, ac apertis verbis notat Archidiaconus *in cap. in capite eadem diſt.* ac refert Campanil. ita fuiſſe dictum, *ſuprà dict. cap. 21. n. 2. in vna Gadicen. Canonicatus 20. Iunij 1587.* Comitolo. Aliter vero docent de hac pœnitentia Auila *vbi ſup. concluſ. 2.* citans Syluestrum, D. Antonin. Bonacina iam adductus *dicta quæſt. 3. de irregularit. puncto n. 3.* cum Suarez *dicta diſp. 42. de cenſ. ſect. 2. num. 4.* Filliucius *n. 189.* Leander eos exponens *ſupra quæſt. 3. verſ. reſpondeo*, cum Gibalino, *dicto cap. 5. q. fin.* Pellizario *dict. ſect. 3. quæſt. 39. num. 152.* & Maiolo *ſup. pag. 686.* quia cum præcitati Canones ſolum loquantur de pœnitentia publica ſo-

lemni, quæ fiebat in principio quadrageſimæ, non eſt cur ſit illud extendendum ad pœnitentiam publicam, quæ modo fieri poteſt.

4 Et ſic in praxi tenendo, dicendum eſt eſſe inter has duas pœnitentias differentiam, præter iam adductam, vt qui ſolemnem fecerint pœnitentiam, illa peracta prohibeantur ordinari, ſecundum Maiolum *de irregularit. lib. 3. cap. 2. ſub num. 4. verſ. quæ omnia per textum in cap. ſi quis poſt remiſſionem,iuncta gloſſa ibi, dicta diſt.* 50. Barboſa *in dicto cap. ex pœnitentibus num.* 3. qui & Campanil. *dicto cap.* 21. *n.* 1. *in fine*, & Archidiacon. *ex cap. ſi ille eadem diſt.* vbi videtur corroborari, non ſic in peracta pœnitentia publica, & non ſolemni, qui non vetantur poſt illam promoueri. Item quod pœnitentia ſolemnis erat illa quæ fieri ſolebat in principio quadrageſimæ cum certis cæremoniis contentis *in dicto cap. in capite diſt.* 50. & quæ tantum imponebatur ab Epiſcopo, & quæ vere faciebat irregularem pœnitentem ſolemniter, modo dicto; ita vt nec poſſet promoueri, nec in ſuſceptis miniſtrare, Bonacina *dict. quæſt. 3. puncto 2. num. 3.* Auila *dicta p. 7. diſput. 4. dubio 6. concluſ.* 1.
5 Leander *dict. quæſt. 6. verſ. ſed clarius*, † dicentes prædictam ſolemnem publicam iam non eſſe in vſu, & ob id prædictam irregularitatem, locum non habere, & ſic Alciatus *lib. 9. parerg. cap.* 22. affirmauit pœnitentiam publicam iam hodie expleuiſſe. Quare potuit Concil. Carthag. relatum *in cap.confirmandum* 65 *dicta diſt.* 50. dicere ſolemnem pœnitentiam, ſolis prophanis concedi, ſacris vero veris prohiberi, vt ex Alciato *ſuprà*, & ex D.Thoma, *in addit. ad 3.p. quæſt.* 28. *art.* 3. *ad* 2. Suarez *tom. 5. de cenſ. diſp.* 42. *ſect. 2. num.* 3. Conarru. *lib. 2. var. cap.* 10. *num.* 3. & ex Soto Viualdo, Bonacina, Sayro, & aliis tradidit idem Barboſa in dictis iuribus.

6 Ad tertiam quæſtionis partem, an exercentes officia vilia, incurrant irregularitatem ad ordines ob infamiam? Et quia breuiter reſponſum præbuimus *ſub q.* 1. *in fine*, vbi dictum fuit, iſtos, ſi in iure Canonico, aut ciuili Canonicato cautum ſit incurrere. Quare Hiſtriones, vt cum Suarez ibi dictum eſt, aut mimi, qui ex officio publicè repræſentationes exercent, irregulares erunt ad ordines, etſi eorum filij, ſi non repreſentent, aut artem illam parentum, non exercentes, illam non incurrant, vt ibi dictum eſt; quod procedit ex eo, quod ius illos afficiat infamia, *cap. aliquant.* 1. *diſt.* 51. vbi Barboſa gloſſa qui voluptates *num.* 5. cum ea explicat; id eſt ludibria, quibus voluptatibus exercitabantur homines, vt facere ſolent Hiſtriones, Actores Comœdiarum, Mimi, & ſimiles homines, vt docuerunt etiam Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract. 2. cap. 25. num.* 197. Henriquez *lib.* 14. *ſumma cap.* 5. indecens inquam eſſet, eum, qui fuit publico ſtipendio conductus ad officium infame ordinare, & ob id Scenicus, Citharœdus, Coroaulus, Saltator, & qui theatralibus ſpectaculis ſunt adſtricti, late Mayol. *dict. lib. 2. de irregul. cap. 5. n.* 27. dicens etiam id procedere, ſi tales Hiſtriones, & adſtricti theatralibus, ſine pretio, aut præmio ludicram hanc artem exerceant; idem legend. *lib. 3. cap.* 1. Angelus *verbo Hiſtrion.* 6. Syluester *Ordo* 4. Innocent. *in cap. cum decorem de vita, & honeſtate Clericor.* & cum illis Auila *dicta p.7. dub.5. coroll.1. poſt.2. concluſ.* Cornejo *de irregularit. dubio vnico lib. 8. q.* 3. Gibalin. *cap. 5. q. 4. propoſitione 3. in fine*, Caſtro-Palao *diſp. 6. puncto* 20. *num.* 6. Philibertus *de ordine tract. 1. p. 10. cap. 4. n.* 5. cum aliis.

Macellarij autem, Tabernarij, & alij huiuſmodi, etſi idem Maiolus, dicat eos ex infamia irregulares, idem ſentiens de Balneariis, pelles expurgantibus, & de illis, qui fullones dicuntur, quia viles iudicantur ab Eccleſia, non debere admitti ad ordines; imo promotos ob has artes deponi *ex Concilio Vienneuſ.* & ex *Clem. 1. de vita, & honeſt. Clericor.* vbi gloſſa, quæ has artes expreſsè commemorat: tamen vt probabilius Caſtrus-Palaus *diſp. 6. puncto 20. n.* 6. Leander *dicto tract. 2. de irregul. diſp. 26. qu.* 10. & 11. Filiucius *tract. 19. cap. 8. quæſt.* 11. *num.* 230. docent minimè eſſe ex infamia irregulares præter exercentes officium Hiſtrionum, & Scenicorum, de quibus *num. præced.* quia etſi officia Carnificum, Macellariorum, lictorum, & ſimilium, ſint infimæ conditionis, & notæ, ſed nullo iure cautum eſſe ea exercentes, eſſe irregulares, iuxta quod intelligitur Mayol. adductus iam cum Suarez, *ſupra q. 1. in fine verſ. ad ſecundam, & verſ. ad tertiam.* 7

Ad vltimam quæſtionis partem qualiter prædicta infamia, ſiue irregularitas auferatur? Et quia bene diſtinxit Suarez, *de cenſuris diſp.48. ſect. 2. à num.* 5. inter infamiam facti, ante iudicis ſententiam, & poſt illam, & illam quæ de iure parit irregularitatem, dicendum eſt prælibatam infamiam facti orta exiſtimatione, atque opinione hominum, eo ipſo quòd legitimè pœnituerit criminoſus, aboleri, & auferri abſque alia diſpenſatione iuxta DD. & deciſionem Pontificis 8

tificis *in cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus*, vbi latè dixi, *cap. conſtituimus* 3. *quæſt.* 5. *cap. infames*, *cap. illi* 6. *quæſt.* 1. *per verba dicti cap. teſtimonium ibi: Si in crimine perſeueres, & in cap. ſi duo* 3. *quæſt.* 6. *ibi infames effectos, donec ab inceſti facinore deſinant*, bene idem Suarez diſtinguit *vbi ſuprà à num.* 7. *&* 8. cum Hoſtienſe, Abbate, Archidiac. Burgas, & Turrecremata; quia ad meliora conuerſum, nequaquam prior vita commaculat, vt dixit D. Chryſoſtom. *homil.* 3. *in Matth. cap. numquam diſt.* 50. vt frequens eſt in iure per textum *in dicto cap. illi*, vbi gloſſa.

9 Aliter verò procedit in infami poſt ſententiam, aut ipſo iure, quia illius irregularitas nequit auferri ad ordines, niſi per diſpenſationem; & ſic de infamia poſt iudicis ſententiam procedit, vt docent Suarez *dicta ſeſſ.* 2. *num.* 7. de Pontifice diſpenſante in ea, nulli dubium eſt; poſſet inquam eſſe difficultas, an auferri valeat à iudice, qui ſententiam tolit; & reſpondetur affirmando cum Gibalino *cap.* 6. *de irregularit. q.* 1. *conſect.* 1. Auila *dicta p.* 7. *diſp.* 4. *dub.* 6. *concluſ.* 3. Leander *dicto tract.* 2. *diſput.* 26. *q.* 15. Cornejo *diſp.* 8. *de irregularit. dubio vnico poſt quæſt.* 5. *verſ. etſi inquiras*, dicentes poſſe auferri per eiuſdem iudicis, aut ſuperioris ſententiam, per quam reus in priſtinam famam reſtituatur, applicando hic dicta de reſtitutis ad famam, *in cap.* 23. *de ſent. & re iudic.* aliquid *in alleg.* 57. *fiſcalib. ſancti officij*.

10 Sed quod infamia iuris Canonici à Pontifice ſummo, tantum quear auferri, quia illa impoſita eſt ſimpliciter, & abſoluiè à conditore legis, qui eſt Pontifex bene docet legendus idem Suarez *dicto nu.* 7. *&* 8. *ſect.* 2. *diſp.* 48. Henriquez, Villalobos, Auila, & Bonacina, quos ſequitur Leander, *dicta diſp.* 26. *de irregul. tract.* 2. *quæſt.* 13. qui, & alij, nempe Cornejo *de irregularit. diſp.* 8. *dub. vnico quæſt.* 4. *dict.* 2. Caſtro-Palao, *diſp.* 6. *puncto* 20. *n.* 13. Philibertus *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 4. *num.* 13. & Suarez, *dicta ſect.* 2. *ſub num.* 9. Philibertus *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 4. *num.* 13. & Suarez, *dicta ſect.* 2. *ſub n.* 9.
11 † fatenrur, vt idem Pontifex, ſaltim indirectè, poſſit auferre irregularitatem ortam ex infamia iuris ciuilis per diſpenſationem.

12 Quod ſi dubites, nunquid Epiſcopus in ea quear diſpenſare? reſpondetur cum Nauarro *in ſumma cap.* 27. *n.* 204. Henriquez, *lib.* 14. *cap.* 5. & Auila *dicta p.* 7. *diſputat.* 4. *dubio* 5. *num.* 20. vt non poſſit in ea diſpenſare, niſi quando Epiſcopus diſpenſat ſuper delicto, à quo ſua facultas ſe extendit; tunc enim dicunt acceſſoriè infamiam demere per gloſſam ſingularem *in cap. Euphemiam* §. 1. *q.* 3. Henriquez *dicto cap.* 5. *num.* 4. *in fine*, Auila *dubio* 5. *concluſ.* 3. Bonacina *de irregularitate q.* 3. *puncto* 1. *num.* 6. & relati ſub *n. præced.*

Aliud inquam dubium eſt, an irregulari- 13
tas orta ex infamia indicta à iure ciuili, valeat à Principe ſæculari auferri? Et quia longe agit idem Suarez, *de cenſ. diſp.* 48. *ſect.* 2. *à num.* 9. legendus, & alij negant, quia irregularitas eſt impedimentum Canonicum, inter quos Maiol. *lib.* 3. *de irregularit. cap.* 1. *num.* 3. *ex* Archidiacon. *in cap. lege diſt.* 10. *& in cap. ſi quis cum militibus* 6. *q.* 1. etſi poſſit infamiam auferre. Alij contra affirment; eo quòd ſi poteſt talem infamiam directè auferre, & indirectè, vel acceſſoriè irregularitatem ortam ex illa: ſic Bonacina, *dicto puncto* 1. *num.* 6. cum Suarez, & Filiucio.

Sub diſtinctione tamen reſpondendo di- 14
co, quòd quando huiuſmodi irregularitas fundatur æquè & directè in infamia, tam iuris ciuilis, quàm Canonici, vt eſt irregularitas, quæ fundatur in infamia hæreſis, vel vſurariorum, & ſimilium, tunc non ſufficiat ablatio infamiæ per ciuilem poteſtatem ad tollendam, etiam irregularitatem indire-
ctè in illa fundatam † bene autem quando 15
ſolùm directè fundatur in infamia indicta à iure ciuili, & indirectè recepta à iure Canonico: ita Filiuc. *ſuprà num.* 224. Auila *dicta diſp.* 4. *dub.* 5. *concluſ.* 3. Philibert. *dicto tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 4. *num.* 15. Cornejo *dicta diſp.* 8. *dub. vnico poſt q.* 5. *verſ. etſi inquiras*, Leander *dicta diſp.* 26. *q.* 14. *in fine*, Gibalin. *de irregul. dicto cap.* 6. *quæſt.* 1. *conſect.* 4. *q.* 436. & poſt antiquiores Abbatem, Armillam, Leander, idem Suarez, etiam diſtinguens, ac exemplificans ex regula textus *in l. quid ergo ff. de his, qui notantur infamia, & ex cap. nuper de Bigamis*, illa exempla, & vſurariorum, Sodomitarum, & ſimilium, applicant primo harum diſtinctionem, in qua nec indirectè diſpenſat.

Vltimo poteſt eſſe dubium, an ea iuris 16
irregularitas, valeat per Baptiſmum auferri? Et quia per Baptiſmum omnino omnia peccata delentur, ſic & infamia. Tamen hæc doctrina, quantumuis certa ſit quoad reatum pœnæ temporalis apud Deum, non verò in reliquis, vt patet de habitibus prauis, & de quacumque inordinatione concupiſcentiæ, & de obligatione reſtituendi, ſi fortè fuit vſurarius, aut fur; & de reatu, pœnæ apud homines, etiam mortis, vt ſi fuit homicida; ideo ſub diſtinctione iu-

dico reſpondendum, præter ea, quæ longè ſcribit. Videndus Suarez *de infamia ciuili, aut Canonica à Baptizato, ſiue non Baptizato, qui poſtea Baptiſmum recepit*; & inter illam infamiam, quæ eſt meri facti, quæ per Baptiſmum forte etiam aufertur, non ſic illius, quæ iuris, & parit irregularitatem ab ipſo iure Canonico inductam.

16 Et ſic opinio Sylueſtri *in verbo Baptiſmus 6. qu. 2.* Angelus *eodem verbo 7. num.* 4. Tabienæ 8. *q.* 8. Maiol. *lib.* 3. *de irregularit. c.* 1. *num.* 104. Sayr. *lib* 7. Theſaur. *Eccleſ. cap.* 11. *num.* 12. Gibalin. *de irregul. qu.* 2. *conſect.* 2. *pag.* 409. Bonacinæ *quæſt.* 3. *puncto* 1. *num.* 6. affirmantium per Baptiſmum tolli omnem infamiam conſurgentem ex delicto; eos intelligo de infamia prouueniente ex delicto, quæ dicitur meri facti, vt docuerunt Gaſpar. Hurtado, *diſp.* 2. *de irregularit. n.* 64. Philibert. *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 4. *n.* 16. Cornejo *de irregularit. diſput.* 8. *dubio vnico q.* 3. Leander cum Pelizario, *dict. q.* 10. dicentes cum Suarez *vbi ſuprà*, & Filiuc. *tract.* 19. *cap.* 8. *q.* 11. *num.* 226. & 227. irregularitatem ortam ex infamia iuris non tolli per Baptiſmum, ſicut nec tollitur infamia ciuilis à legibus Principum dimanans.

AD TEXTVM
In Cap. Nulli V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

DE hoc textu dixi *ſuprà ſub cap.* 2. *ibi quæſt.* 1. *ſub verſ. ad tertiam*, & pro latiori materia adiunges quæ de Monacho accuſante Abbatem dixi *infrà in cap. ex parte* 11. & ad caſum *ibi q.* 15. *num.* 1. de Monacho cubiculario Epiſcopi illum accuſante.

AD TEXTVM
In Cap. de his VI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Accuſatio replicari nequit de his delictis, quibus eſt accuſatus abſolutus.*

1 AD hunc text. quatenus docet, quod de his delictis, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poſſit accuſatio replicari; & adiunctis quæ dixi *ſuprà in cap. examinata* 16. *q.* 22. *de abſoluto reo ab obſeruatione iudicij, vt iterum poſſit accuſari, & in cap. cum ſit generale, de foro compet. quæſt.* 11. vbi de illa: *an in crimine mixti fori punitus, vel abſolutus ſemel ab vno iudice, poſſit iterum puniri ab altero iudice?* aliqua applicantur de ſtylo ſanctæ inquiſitionis per ea, quæ dixi *in alleg. fiſcal. p.* 2. *ſub allegat.* 9. & *alleg.* 10. Et quia iſte textus continet vtiles, & practicabiles quæſtiones, quas ſub compendio reſoluit, ac tangit Barboſa hic, ideo de illis, & aliis non longe, etſi fundamentaliter agendum decreui.

QVÆSTIO I.

An delictum idem ſemel in vno iudicio, & ab eodem iudice punitum, valeat ab eo, ſeu ab alio iudice, iterum incuſatum, ſiue ex officio puniri? & à ſancto officio reus punitus, valeat ſuper eodem puniri, aut ſi abſolutus ſit iterum inueſtigari? & an, ſi per viam inquiſitionis, aut denunciationis, etiam Euangelicæ reus ſit condemnatus, aut abſolutus, valeat per accuſationem iterum puniri, ſeu abſolui? & an punitus de vulnere, poſſit de occiſo puniri?

SVMMARIVM.

1. *Accuſari non poteſt iterum, ſemel abſolutus, nec à primo accuſatore, nec ab alio nouo, ſi diffinitiuè abſolutus; ſecus ſi ab obſeruatione iudicis, vt n.* 2.
2. *Moleſtatus ſuper adulterio abſoluto, non eſt amplius moleſtandus.*
3. *Abſolutus ab hæreſi, non prohibetur iterum accuſari ex nouis probationibus in fidei fauorem, n.* 4.
4. *Probationes ſuperuenientes poſſunt in cauſa hæreſis coniungi cum præcedentibus in fidei fauorem ad vnam conſtituendam probationem, n.* 5.
6. *Indicia tortura purgata non coniunguntur cum aliis de nouo ortis.*
7. *Inquiſitores quem ſemel extraordinariè punierunt, ex nouis probationibus, non ſufficientibus ad pœnam mortis, detrahunt aliquid de ſecunda pœna imponenda; ſecus ſi ex ſecundis probationibus veniret puniendus morte, vt n.* 8.

9. *Accuſari*

9. *Accuſari de nouo, ſi diffinitiuè abſolutus fuit ab inquiſitione, vel denunciatione, verius eſt vt non poſſit, non ſic ſi tantum ab obſeruatione iudicij*, num. 10. 11. 12.

11. *Diſpenſatus à Principe, iterum non accuſatur ſuper eo delicto.*

12. *Accuſari valet ſemel abſolutus in iudicio denunciationis Euangelicæ, & quare, niſi reus eo iudicio penitus eſſet pœna ordinaria.*

13. *Delictum, quod de iure variis pœnis valet puniri in eo mitiori pœna damnatus, non punitur alia maiori.*

14. *Opem præſtans in ſepeliendo interfectum, de homicidio, & occiſione tenetur.*

1 AD primam quæſtionis partem inter antiquos, & neotericos firma conſtituitur regula in ſpecie textus noſtri, vt accuſatus de vno crimine, & abſolutus de eo, non poſſit ſecundò accuſari, & negant Ordinarij omnes, Abbas, Ancharan. & alij relati à Barboſa hic *num.* 1. & Azeuedo *in collect.* 113. ſuper textum noſtrum, qui & referunt plures alios nouiores, inter quos Couarru. *lib. 2. variar. cap. 10. per totum*, Marantam, Clar. Boërium, Bonacoſ. Simanchas, Bernard. Diez. Tiraquel. Menoch. Caualcan. Bunor. Caball. Seſſe, tota *deciſ.* 106. Pennia, Cabalcan. Scap. Spartat, Pereyra, & Aldrete: leges quæ iam dixi *in Rub. q. 3. verſ. ad vltimam*, & vno verbo, ac reſolutiuè videtur amplexus Anton. Gomez. *lib. 3. var. cap. 1. num.* 27. dum per textum *in l. ſepulchri violati actio, ff. de ſepulchro viol.* dixit negando, modò accuſetur ab eodem primo accuſatore, modò ab extraneo tanquam vno de populo, modò ab eo, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, modo per iudicem ex officio: ita etiam docent Boſſius in praxi *tit. de ſent. num.* 64. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 12. num.* 81. & 82. congerit alios plures Farinac. longè agens *in part. 1. q. 4. per tot. & ibi num.* 4. idem *ſub cap. 1. num.* 51. vbi cum Cephalo, Paulo Moren. Foller. Ioan. Marc. Monticel. Grandin. Mant. Speculat. Angelo per textum *in l. penul. §. fin. ff. nautæ caup. l. ſi cui, §. iiſdem*, vbi Bart. *ff. hoc tit. & ex l. fin. Cod. de caſtod. reor.* dicentibus ſemel de crimine abſolutum amplius non poſſe moleſtari, & addit Foller. *in pract. crim. Canonic. cap. 35. num.* 3. quod hæc concluſio eſt communiter approbata ab omnibus Legiſtis, & Canoniſtis, Haillon. *in Anton. Gomez dicto num.* 27. & 28. vbi nouiſſimè aliqua recolligit: Quæ concluſio, quia in nonnullis declaratur caſibus procedere, in aliis non ſic; ideo ad alias dubitationes procedamus cum Do-
ctoribus referendis † quam intelligit Co- 2
uar. *ſuprà num.* 1. quando reus abſolutus eſt, quia crimen probatum non fuit; ſecus ſi fuit abſolutus ab obſeruatione iudicij, quia accuſator non fuit legitimus: ſic etiam intelligendus Diana *p. 4. tract. 7. reſ. 55. in principio*, dicens hanc concluſionem non admitti in fidei fauorem, vt explanatur *verſ. ſequenti.* Quibus addo pro concluſione noſtra cum Angelo, & Bertazolio, nouiſſimè Vermigliol. *conſ.* 55. *num.* 2. qui de moleſtato ſuper adulterio, non ſit amplius moleſtandus. Plures alios de hac regula adducit Grat. *reg.* 123. *ex noſtro text. & ex cap. habes 2. q. 5. & ex l. 12. tit. 1. p. 7. ex l. 2. tit. 22. p. 3. ex l. 13. tit. 20. lib. 4. fori.*

3 Ad ſecundam difficultatis partem, dicendum eſt in fidei fauorem, in crimine hæreſis abſolutam, non inde poſſe ſuper ea non puniri ex nouis probationibus; quia in hoc delicto, numquam ſententia tranſit in rem iudicatam, late probant Soſa *in aphoriſmo inquiſit. lib. 2. cap.* 27. *n.* 31. Roxas *de hæret. p. 2. num.* 384. Simanch. *in Cathol. inſt. 60. num.* 13. Pegna *in direct. inquiſitor. p. 3. comment.* 37. & 92. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 93. num. 2. & 3.* vti & determinauit Pius V. *in Bulla edita anno* 1567. hocque procedere etiam ſi reus fuiſſet abſolutus de eadem hæreſi, tamquam innocens, idem Scaccia, & Diana *ſuprà*, qui adducit verba inſtructionis Hiſpalenſ. anno 1484. *num.* 3. *ibi: y ten acordaron, y ordenaron, que los que fueren preſos por eſte delito, que no ſean fatigados en las carceles, en la dilacion del tiempo, que luego ſe haga ſu proceſſo con ellos, porque no aya lugar de quejarſe, y no ſe detengan à cauſa de no hauer entera probança; pues que es cauſa, que quando ſobreuiene probanza, ſe puedo de nuebo agitar, no obſtante la ſentencia que fuere dada.*

4 Quare Ferdinand. de Caſtro-Palao *in opere morali tom. 1. tract. 4. diſp. 8. puncto* 11. *num.* 10. poſt Pegnam *in director. p. 3. comment.* 92. & Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 18. num.* 12. dixit in cauſa hæreſis probationes superuenientes poſſe coniungi cum præcedentibus inſufficientibus, & ob quarum inſufficientiam abſolutus fuit reus ab inſtantia iudicii; & ita præfatam concluſionem tenendam eſſe in praxi, vt ſæpius vidi practicari in inquiſitione Valliſoletana, vbi fui Fiſcalis, & Inquiſitor, & in Conſilio ſupremo in quo etiam fui Fiſcalis, & Conſiliarius, abſque vllo dubio. Quapropter dico, nullo modo audiendum fore Repertorium *inquiſit. verbo abſoluto, & ibi*

5 Mandoſium *in addit. lit. E.* † Et ſic dixit
Souſa *dicto cap.* 27. *num.* 7. vt ſequitur Dia-
na *ſupra verſ. & tandem*, quòd abiurara ve-
hementi hæretis ſuſpicione, ſi dentur pro-
bationes de nouo, non plenè conuincen-
tes nouorum caſuum poſt dictam abiura-
tionem commiſſorum de iuris rigore ta-
les probationes coniungi poſſint cum præ-
cedentibus ad vnam conſtituendam pro-
bationem, cum ſententia non tranſeat in
rem iudicatam.

6 Dubium tamen eſt, numquid indicia
ſuperuenientia ſint coniungenda cum prio-
ribus indiciis, ex quibus reus fuerat tortus?
Et quid ſi tortus nondum fuerat. Et ad pri-
mum videtur reſpondendum negando; quia
cum iam illa prima indicia fuerint purgata
per torturam, inde ſequi, vt non coniun-
gantur cum ſecundis; ſecus inquam, ſi tor-
tura non præceſſerit, & abſolutus ſit reus,
ex eo quòd illa indicia in iudicium dedu-
cta non ſufficiebant ad condemnandum:
ita teſtantur Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.*
18. Rubrica *de defunctis num.* 20. Farinac.
cum Bartol. Hoſtienſi, Abbate, Felino,
Alex. & Alciato, *in additionibus ad eius ope-
ra poſt lib. 3. Conſiliorum, ad quæſt.* 4. *num.* 29.
dicens hoc notandum; eò quòd forte alibi
non offendetur, repetit Diana *dicta reſ.* 35.
in fine.

7 Dubium tamen eſt leue in hoc puncto,
num ſi reus fuerit condemnatus in pœ-
nam extraordinariam, ob defectum pro-
bationis, ſi ſuperueniant nouæ probatio-
nes, poſſint illum inquiſitores in pœnam
ordinariam condemnare, in quo etſi di-
uerſæ ſint opiniones negantium, & affir-
mantium, exiſtimo diſtinguendum cum
Souza *vbi ſuprà*, & Ferdinando, Caſtro Pa-
lao *in Opere mor. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *pun-
cto* 11. *num.* 11. quod ſi pœna ſit executio-
ni mandata, tunc detrahenda veniat de
pœna ordinaria, poſt ſecundas probatio-
nes quantum importauerat pœna extraor-
dinaria primò impoſita; ſecus ſi nondum
extraordinaria executa non ſit, quod ſub
alia declaratione fateor in praxi admitten-
8 dum † ſi tamen pœna reo imponenda iux-
ta normam hæreſis probatæ, futura, eſſet
capitalis; quia tunc etſi primò arbitrariè, &
extraordinariè punitus eſſet, non inde re-
maneret arbitrium ad detrahendum de
pœna ordinaria, cùm eâ non obſtante pœ-
na extraordinaria ex defectu probationum,
adhuc debeat iuxta iuris regulas plenè im-
poni, & exequi? Sic idem Souza *ſuprà, n.* 9.
Diana, *ſub verſ. ſed difficultas:* ſic intelli-
gendi Lucas de Penna, & Iacob de Vello-
uiſu, affirmatiuam, abſolutè tenendo apud
Roxas, *de hæreticis, p.* 2. *num.* 392. qui ſe-
cundam arbitrariam tenere videtur, &
etiamſi Locatus *in verbo forſitan*, auſus non
ſit ſuum iudicium præſtare.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi per 9
viam inquiſitionis, ſeu denunciationis reus
ſit condemnatus, & videtur quòd poſſit
iterum accuſari, aut puniri, ex eo quòd
cùm proceditur per viam denunciationis,
pœna extraordinaria non ſoleat imponi,
ſed extraordinaria ad notata *in cap. qualiter,
& quando extra, de accuſat.* & ſic Abbas, An-
ton. Felinus, & alij communiter *in text.
noſtro* tenuerunt, & Couarru. *dicto cap.* 10.
lib. 2. *variar.* eos referendo *n.* 5. *verſ. conſtat*,
Foller. *in pract. crim. Canon. cap.* 35. *num.* 21.
eo quòd eo iure abſolutus, & condemna-
tus iudicio inquiſitionis, tanquam non com-
petenti pœna condemnatus, poſſit iterum
de eodem crimine accuſari.

Sed quia abſque vlla diſtinctione, etiam 10
in caſu inquiſitionis negatiuam ſententiam
alij ſequuntur tam, de iure ciuili, quàm
de iure Canonico, & primam admittant
relati ſolum procedere de iure Canonico;
imò eam limitent dicendo non procede-
re, quando quis abſolutus fuit, ex eo, quòd
crimen non commiſit *ad leg. qui de crimine,
iuncta gloſſa, Cod. de accuſat.* & etiam in ca-
ſu, quo etiam de iure Canonico iudex in-
quiſitionis imponit pœnam ordinariam, vt
præſenſit Follerius *ſuprà*, imo & DD. *in di-
cto noſtro text.* ideo quia Farin. *in praxi p.* 1.
dict. q. 4. *ſub num.* 3. *verſ. limita*, dixit has de-
clarationes deſtruere regulam noſtræ con-
cluſionis adductæ *num.* 1. ſine vlla diſtin-
ctione, tam de iure Canonico, quàm ciui-
li, etiam in abſoluto, ſiue condemnato per
viam inquiſitionis illam procedere, ſic vt
poſtea nequeat iterum puniri, dicens eam
ſolùm admitti in abſoluto tantum ab ob-
ſeruatione iudicij, qui poterit iterum ac-
cuſari, & puniri, vt dixi ſub *dicto cap. exa-
minata* 15. *de iudic. quæſt.* 22. *& infrà*; & ita
Bartol. *in dicta l. ſi cui §. iiſdem ff. hoc tit.* Ana-
nia *conſ.* 14. *col.* 3. Decius *conſ.* 137. Alex.
conſ. 11. *lib.* 1. *num.* 7. Gomezius, & *ibi* Hail-
lon. *num.* 26. *&* 27. *dict. lib.* 3. *variar. cap.* 1.
Couar. *dicto cap.* 10. Berouiſ. *hic num.* 20. te-
ſtatus de commun. Clarus *in praxi quæſt.* 53.
verſ. procedunt etiam hæc omnia, & alij di-
xerunt hanc ſententiam procedere non ſo-
lùm quando contra abſolutum fuerit pro-
ceſſum per viam accuſationis, ſed etiam
per viam inquiſitionis.

Quare benè potuerunt DD. per gloſſam 11
hic verbo *replicari*, dicere quod inquiſitio
formari

formari non poteſt contra illum, qui per abſolutionem, ſeu compoſitionem à iudice liberatus fuit, ſeu per viam diſpenſationis proceſſerit ab eo, qui habet poteſtatem diſpenſandi, Clarus *quaeſt.* 58. *in praxi num.* 3. & 9. Spothar. *in aurea methodo de modo corrigendi regulares tract.* 10. *cap.* 13. *num.* 4. & *cap.* 12. *num.* 6. Barboſa *hic num.* 6. cum aliis Farin. *p.* 1. *crimin. q.* 6. *num.* 1. & ſic Sigiſmond. Scaccia *de iudiciis in cauſ. ciuil. & crimin. cap.* 12. *nu.* 84. Antonius Aug. *conſ.* 64. *per totum lib.* 1. *à num.* 35. 51. & 52. & *n.* 38. dixerunt loquendo de primo accuſato, abſoluto, ſiue condemnato à Principe diſpenſato per viam gratiæ, iterum non accuſandum ad quod veniunt applicanda quæ late dixi de diſpenſatis, ſiue agratiatis, *in cap.* 23. *de ſent. & re iudic.*

12 Quod ſi quis abſolutus ſit, ſiue condemnatus in iudicio inquiſitionis Euangelicæ. De hac inquam, quia nonnulla dicta ſunt ſub *cap.* 2. *hoc tit.* & plura ſub *cap. qualiter, & quando de iudiciis quaeſt.* 17. cum multis aliis, vbi de illo iudicio; nunc ad propoſitum dicendum eſt, quod cum in hoc iudicio inquiſitionis Euangelicæ, non procedatur ad plenam pœnam iuridicam delicti, ſed potius ad correctionem, emendationem, atque ad pœnam mitiorem ipſius delinquentis, inde ſequi, vt iterum valeat de delicto inquiri, accuſari, non puniri in pœna ordinaria; quod fallit quando reperiretur quod in dicto denunciationis Euangelicæ iudicio reus in pœna ordinaria delicti eſſet per iudicem punitus: ita docent Salicetus *in l. ea quidem Cod. hoc tit.* Abbas *in dicto cap. nouit.* Felin. *his in* 4. *limit.* Foller. *in pract. crim. Canon cap.* 35. *num.* 18. Clarus *in pract. quaeſt.* 57. *verſ. idemque dicendum*. Farinac. *p.* 1. *pract. crimin. dicta quaeſt.* 4. *num.* 42. cum Alex. Matanta, Contrado, Brunor. & Monticel.

13 Ad quartam quæſtionis partem, an punitus de vulnere poſſit de occiſo puniri? & regulam adducit, ac ſequitur negatiuam Riccius *ad textum in l. Prætor edicit* §. 1. *ff. de iniuriis collect.* 1905. inferens cum Rubeo. *deciſ.* 65. quod iudex pati non debet, vt quis accuſet aliquem de vulneribus, & non de occiſo, & Hartam. *de delictis, in deciſ.* 6. habet quod quando delictum punitur variis pœnis, & quis eſt mitiori punitus, qui ſemel punitur, non poſſit maiori pœna puniri, de quo *infrà*, & ſic Boërius *in deciſ.* 323. *num.* 6. dixit quòd quis vulnerat mortaliter, adhuc viuentem vulnerans de morte, puniri non debet, niſi morte ſequuta,

14 qui addidit *in deciſ.* 262. *num.* 107. † quòd opem præſtans in ſepeliendo interfectum, de homicidio, & de occiſione teneatur; & de materia præter adductos, ſunt videndi Theſaur. *in deciſ.* 31. & 178. Boër. *in deciſ.* 83. & 170. Grammat. *in deciſ.* 17. & 25. & *in* 96. *num.* 17. Franc. Marc. *in deciſ.* 503. & 338. & *in deciſ.* 779. Afflictis *in deciſ.* 287. Capic. *deciſ.* 155. applica nonnulla *infrà ſub q.* 4. *hic à n.* 1. & *in verſ. ad quartam.*

QVÆSTIO II.

An inquiſitio formari poſſit contra illum, qui per abſolutionem à iudice liberatus fuit? an reus, qui per torturam purgauit indicia, debeat diffinitiuè abſolui? ſic vt ex nouis iterum contra eum non inquiratur? an abſolutus ex eo, quod fiſcus delictum non probauit, poſſit iterum inquiri? quid ſignante illo, cui competit proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam? quid de abſoluto ab obſeruatione iudicij diffinitiuè? & an abſolutus à crimine incidenter intentato, poſſit de eodem crimine criminaliter accuſari? & an poſſit abſolutus iterum inquiri, ſi poſt abſolutionem fateatur delictum?

SVMMARIVM.

2. *Tortus in iudicio ex indiciis poterit de nouo per alia puniri, ſi abſolutus non fuerit ſimpliciter, vbi de cautela, vt à carceribus relaxandus ſit reus.*
3. *Abſoluit Iudex ſimpliciter, ſi alia indicia ſufficientia non ſperet.*
4. *Tortus ex iudiciis, ſi illa integre non purgauit, punitur aliqua pœna, & n.* 5.
6. *Fiſcus non probans delictum; nihilominus iuxta veriorem praxim, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, vt ſic ex nouis probationibus, iterum valeat inquiri, vt n.* 7. *niſi non appellante fiſco à ſententia, qua diffinitiua lata fuit abſolutio, vt num.* 7.
9. *Abſolutus ignorans, adhuc de nouo non accuſatur.*
10. *Ignorantia accuſati præſumitur per illius abſentiam, dum ſit veroſimilis.*
11. *Cauſa magna, quæ non ſubeſt, non ſufficit, vt abſolutus iterum accuſetur.*
12. *Impeditus idem videtur, quod ignorans.*

13. *Abſoluendus eſt diffinitiuè reus, quando crimen iudici non eſt probatum, vt n. 14.*
15. *Abſoluere nocentem ſatius eſt, quam innocentem condemnare.*
16. *Delicta non ſunt præſumenda.*
17. *Abſolutus à crimine incidenter intentato, valet iterum de nouo inquiri, & accuſari, & quare n. 18. niſi quando pœna delicti fuit impoſita, n. 18.*
18. *Pœna ordinaria non irrogatur, quando crimen incidenter per viam exceptionis opponitur.*
20. *Abſolutus ſemel non iterum punitur, etſi extraiudicialiter fateretur delictum; ſecus ſi in iudicio, etſi extraiudicialiter, vt ſub n. 21. & 22.*
22. *Abſolutus ſemel fatuus, ſi ſe gloriando fateatur delictum.*

1 AD primam, iam *ſuprà quæſt.* 1. dictum eſt *verſ. ad tertiam, verbo quare.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, repetitis quæ dixi *eadem quæſt.* 1. *hic ſub verſ. ad ſecundam*, de torto ex indiciis ex cauſa hæreſis in ſancto inquiſitionis Tribunali. Ideo nunc breuiter reſpondetur, quòd ſi iudex ſperet ſuperuenientia indicia, tunc etſi reum per torturam purgatum agnoſcat à veteribus indiciis, eum diffinitiuè non abſoluat, vt ſic per noua indicia, & abſolutus tantùm ab obſeruatione iudicij valeat ex nouis indiciis iterum inquiri, & puniri, ſeu faciat quod reus ſub fideiuſſore, etſi illum non habet ſub iuratoria cautione, ſaltim ſi poſt torturam talem reum in carceribus detinuiſſet. Et in hoc ſenſu accipienda eſt quædam Doctorum opinio, tenentium, vt ſi reus per torturam indicia purgauerit, vt nec diffinitiuè, nec ab obſeruatione iudicij ſit abſoluendus, ſed ſub fideiuſſore, & ſe præſentando relaxetur, & conſequenter, nouis ſuperuenientibus indiciis iterum valeat moleſtari, vt teſtati ſunt Marſil. *in l. repeti num.* 24. *ff. de quæſt. & in practica* §. *quoniam num.* 94. vbi quod ita ſe habet communis practica totius Italiæ, & Brunor. à ſole *in praxi quæſt.* 17. *n.* 10. ait, quod quid ſit de iure, de conſuetudine tamen tam Romæ, quam Neapol. & in toto ſtatu Eccleſiaſtico ſic practicatur, vt refert Farinac. *in praxi quæſt.* 4. *num.* 26. *verſ. tertia, & ſub verſ. ego per dicta ab eo num.* 25. adducens Carrer. Simanchas, Boër. Clar. Villadieg. & Menoch. *ſub dicto verſ. tertia.*

3 Sin autem nulla indicia ſperet, tunc iudex eum relaxabit abſolutè, liberando ſine vlla abſolutione, nec præſtita cautione: ita idem Farinac. explanans aliam ſententiam *ſub dicto verſ.* ego quam adduxit ex multis *dicto n.* 26. *in principio*, dum dixerunt iſtum reum eſſe tantum abſoluendum ab obſeruatione iudicij, vt ſic nonobſtante tortura, per quam ſe purgauit, iterum valeat ex nouis indiciis inquiri, & puniri: ſic explanat dictum Bartoli *in l. fin. in princ. ff. de quæſt.* Salicetus *in l. ſi quis, Cod. de adulter.* Alex. *in l. vnius* §. *reus in verbo nec confitetur ff. de quæſt.* Paulus Grilland. *in tract. de relax. carcer. tit. de abſolut.* Innocent. *quæſt.* 2. *per totam iudic. in pract. criminal. quæſt.* 40. *tit. de negat. patient. in tortura*, vbi quod ita ſeruatur *in pract.* & pariter quòd ita ſe habeat conſuetudo Hiſpaniæ, Franciæ, & Mediolani, cum aliis teſtatur Clarus *in pract. q.* 62. *in verſ. forma autem* Boſſius *in tit. de ſent. num.* 68. & 72. pluribus rationibus comprobauit Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 93. *à num.* 2. ſicque conſuetudine ſeruari teſtatus fuit Carrarius *in pract. interrog. reor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 135. *verſ. ſed conſuetudo obtinuit*, qui etſi dicant quod ſuperuenientibus nouis indiciis, tortus, & abſolutus iterum poſſit moleſtari, ac torqueri, ſi digna illa ſint torturæ: tamen hanc partem intelliges iuxta iam adductam intelligentiam Farinacij, quam amplectimur per doctrinam Antonij Gomez, allegantes concordantem, *lib.* 3. *variar. cap. de tortura reorum, num.* 28. vbi quod ab hac ſua opinione, nec in iudicando, & conſulendo, non eſt recedendum, quia ſecundum Iudic. & Clarum, *vbi ſuprà de iure loquendo*, verior ea videtur, taliter, quòd tortura illata, reo in qua perſiſtente in negatiua, taliter tortum ſic purgaſſe indicia, vt iam non ſit locus nouæ, indeque debere abſolui in totum diffinitiuè, & non ab obſeruatione iudicij.

Seu aliqua pœna puniendus, ſi indicia 4
non fuerint legitimè purgata, vt etiam docent Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. §. 12. *num.* 22. Scaccia *de indiciis lib.* 1. *cap.* 91. *ſub num.* 1. poſt Simanch. *de Cathol. inſtitut. c.* 63. *num.* 36. videndus Fachineus *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 33. & *lib.* 9. *cap.* 16. expendens contraria, quia benè ſubtiliter, vt ſolet, Hayllon. *ad Gomez. ſub num.* 29. *in cap. de tortura* poſt Farin. & Menoch. *vbi ſuprà*, & cum infinitis Giurba *conſ.* 43. *num.* 9. & *à num.* 30. qui poſtquam *dicto num.* 9. dixerit quòd tortura purgat omnia indicia; ita vt ſi reus negat, ſit abſoluendus cum Alberico, Baldo, Trauiſano, Guacino, Caual. Macerat. Farin. Boſſio, Magonio, & aliis multis, † quia *in dicto conſ.* 43. cum aliis in- 5
finitis *à num.* 30. probat quòd ex violentis, & indubitatis indiciis, poteſt reus condemnari,

demnati,ſaltim in pœnam extraordinariam,
etſi in tortura negaſſet, ex Boëtio,Catterio,
Morla,Ceuallos, Caual. & aliis:tamen intel-
ligit iuxta diſtinctionem adductam,quando
tortura non plenè ea purgat,è contra tamen
ſi purgat,nec extra ordinem in pœnam cor-
poralem, poſſe puniri firmat ſub *dicto n.*30.
verſ. n ſi, videndus *ibi num.* 31. *var.* 32. *& ſic*
in verſ. cauſa hæc, concludit reum, de quo
ibi, fuiſſe miſericorditer in ſancto Officio
inquiſitionis punitum poſt torturam, ipſo
aduocante pro reo iam torto, & negatiuo,
ſic procedendo; quia non purgauit inte-
grè: non deſinas legere, Faquincum, *lib.*9.
controuerſ. cap. 6. vbi è fontibus iuris ex-
pendit.

6 Ad tertiam quæſtionis partem, an abſo-
lutus ex eo quòd fiſcus non probauit, poſſit
iterum inquiri? Vbi quid ſi alius accuſans
non probet.Et hanc partem diffiniuimus ex
adductis iam *ſub quæſt.* 1. *à num.* 1. ſi tamen
ex eo, quòd fiſcus non purgauit, inter ſe
pugnant DD. docentes non abſolui diffini-
tiuè, ſed tantùm ab obſeruatione iudicij,
ſic vt ſuperuenientibus indiciis, iterum in-
quiri & accuſari poſſit: ſic Boſſius, Rebuf.
Couarr. Clarus, Villabos, Theſaur. Parian.
& alij, quos refert Farin. *dict. quæſt.* 4. *n.* 27.
& 28. docentes abſoluendum eſſe diffini-
tiuè, & quod de iure verius videatur per
gloſſam hic, *& in auth.* qui ſemel, *in ver-*
bo locum. Cod. quomodo, & quando iudex, Ia-
ſon. Felinus, Alex. Abbas, Imola. Foller.
Natta. Roland. Brunor à Sole, Baiard. ad
Clarum, & alij relati à Farinacio, *vbi ſu-*
prà dicto num. 27. omnino legendus ad ſub
diuiſiones.

7 Sed quoad praxim, & vt fugiantur de-
latorum, & accuſatorum præuaricationes,
tantum ab obſeruatione iudicij eſſe reum
abſoluendum, ſicque per omnes obſerua-
ri in praxi, ne alias delicta manerent im-
punita: ita idem Farinac. *ſupra dicto num.*27.
verſ. quid igitur, & ante eum Couarr. qui
lib. 2. *variar. cap.* 10. *num.* 8. dixit hanc pra-
xim eſſe magis conuenientem Reipublicæ
ad punienda ſcelera, & effugiendas dictas
præuaricationes, quod ne obſtent proxi-
mè dicta *in verſ. ad ſecundam & dict. quæſt.*1.
num. 1. admittimus, quando adhuc contra
reum maneret præuaricationis ſuſpicio:nam
ſi iudex exiſtimaſſet illud abſoluendum
diffinitiuè, vt innocentem, re vera, non
erit cur iterum ex nouis probationibus de
eodem delicto inquiratur, ſiue puniatur,
& iuxta hanc diſtinctionem recipere ve-
ram declarationem omnia ſupra relata,
aliter inuoluerentur: ita videtur ſequi idem

Farin. *dicto num.* 27. *verſ. è conuerſo* ex Iaſo-
ne *ad textum in l. admonendi de iureiur. ex*
num. 77. Bertazol. *conſ.* 396. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 2.
Natta. *conſ.* 225. *num.* 1. *lib.* 1. Roman. *conſ.*
223. *per totum*, qui hoc admittunt in eo,qui
iniuſtè adhuc, diffinitiuè fuerit poſtea re-
pertus abſolutus. † Item & in fiſco, qui ſi 8
non appellauit à ſententiâ, & ipſe reus fue-
rit abſolutus diffinitiuè, etſi poſtea delin-
quens reperiatur; non inde ſit admitten-
dus contra eum fiſcus ipſe, aut alius ac-
cuſator, ſiue denuntiator.

Ad quartam, quæ videtur dependere à 9
præcedenti, etiam reſolutiuè reſpondetur,
vt in condemnato, ſeu abſoluto, illo igno-
rante, cui competit ius defenſionis, nullo
modo poſſe accuſare iterum, etiamſi fue-
rit abſolutus, ſeu condemnatus, *ad leg. ſi*
cui §. iiſdem, vbi Bart. *ff hoc tit. l. ſi maritus*
§. ſi ante ff. de adulteriis, Gloſſa *in l. §. tamen*
ff. de libero homine exhibendo, in l. de crimi-
ne, Cod hoc tit. l. ſi quis homicidij eodem, & in
text. noſtro, vbi Abbas, Romanus, Alberi-
cus, Alex. Maranta, Conradu, Munticel.
Foller. cum multis, quos refert, & ſe-
quitur Farinac. *in pract. p.* 1. *dicta quæſt.* 4.
ex num. 20. † vbi *num.*21. dicit ignorantiam 10
talis accuſatoris probari per abſentiam; eo
quòd in abſentia regulariter præſumitur
ignorantia per *leg. tres fratres, ff de pactis l.*
Titius, §. Lucius ff. de liberis, & poſthum. non
ſic ſi præſens fuiſſet, illudque procedere
probat cum aliis multis *in verb. ſi prædicta*,
dummodo ignorantia in abſente fuerit ve-
roſimilis addendo *num.* 22. ſublimitari con-
cluſionem per textum *in dicto §. iiſdem ibi*
magna ex cauſa, † vt ex magna cauſa, quæ 11
non ſubeſt, ſemel abſolutus, ſeu condem-
natus non poſſit accuſari, etiam quòd ſuam,
vel ſuorum iniuriam accuſaturus proſequa-
tur: quare Iulius Clarus *in pract. §. fin. q.* 57.
verſ. ſed pone in fine, quem ſequitur Brunor.
à Sole *in praxi quæſt.* 17. *num.* 19. *in fine*, in-
fert ex hoc quòd huiuſmodi de nouo ac-
cuſare volentes, non admittuntur, niſi in
magnis criminibus, & atrocibus delictis, &
niſi præſtita cautione, & fideiuſſione de re-
ficiendo expenſas, & damna in caſu ſuc-
cumbentiæ, non enim videtur ſubeſſe ma-
gna cauſa, poſſe dici, vbi non eſt grauis
qualitas ipſius criminis.

Imò & Couarru. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. 12
num. 1. *verſ. tertio admittenda eſt*; Clarus *dicto*
§. fin. quæſt. 57. Brunor. *ſuprà num.* 14. & An-
ton. Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 26. ex-
tendunt concluſionem ad caſum, quo im-
peditus fuerit accuſaturus, proſequendo
ſuam, vel ſuorum iniuriam; quia idem eſt,

ac ignorans, quod Boſſius *in pract. crim. tit. de ſentent. n.* 60. *&* 64. & Clarus *dicta q.* 57. Scaccia *de iudiciis lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 81. & ſic procedere; licet non doceat de præuaricatione, videndi Gail. *de pace publica lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 24. Federicus inter opera Farinac. *reſol.* 17. Tuſchus, *litt. A. concluſ.* 57. iterum Farinac. *de hæreſi quæſt.* 187. vbi *de crimine hæreſis*, Gregor. *in l.* 20. *tit.* 22. *p.* 3. *gloſſa* 27. Gratianus *reg.* 125. Barboſa *in l.* 2. *§. ſoluto matrim. in princ. num.* 109. *&* 110. iterum videbis eundem Scac. *dicto num.* 81. *de quæſt. an abſolutus ab vno iudice poſſit ab alio puniri, & in tract. de re iudic. gloſſa* 14. *qu.* 7. *ex n.* 150. vbi de abſoluto ſimpliciter, vel obſeruatione iudicij, de quibus iam ſub *q.* 1. *& infra* reſumptiuè.

13 Ad quintam quæſtionis partem de abſoluto ſimpliciter, vel, ab obſeruatione iudicij? Reſpondetur per dicta hic *ſub quæſt.* 1. *à num.* 1. ſolum reſtat diſcutere, numquid reus ſit definitiuè abſoluendus, quando crimen iudici non eſt probatum; & quia per dicta hic de reo toto, nec confeſſo, abſoluitur hæc dubitatio, & per dicta à Farinac. cum infinitis *ex num.* 27. *dictu q.* 4. *verſ. amplia tertio.* Doctores inquam apud illum varie loquuntur: nam aliqui deſiderant, vt abſoluatur diffinitiuè reus, quod probet in ſimul ſuam innocentiam; inter quos videndi Boſſius *tit. de ſentent. n.* 68. Clar. *quæſt.* 62 *in praxi, verſ. forma*, & ſic fieri quod ſi crimen non probetur, tantum abſoluatur ab obſeruatione, iudicij, vt ſi noua ſuperueniant indicia, iterum reus puniatur, quaſi Reipublicæ expediat, ita fieri ad punienda ſcelera, & fugiendas delatorum præuaricationes.

14 Alij inquam prædicta procedere contra leges, & iuſtitiam rectè monuerunt; eo quod regula iuris ſit *ex l. qui accuſare Cod. de edendo*, vt accuſatore non probante, reus abſoluatur diffinitiuè; ſic vt prætextu probationum poſtea repertarum, ſententia reſtaurari non debeat *ex l. ſub ſpecie Codic. de re iudicata*, quod determinatur per longe à nobis dicta de præfata regula *actore non probante*, omnino legenda *in cap. fin. de iureiur. ſub §.* 1. *à quæſt.* 1. in terminis Antonius Gomez *tit. de tortura, num.* 28. & *ibi* Haillon *num.* 29. Iodoc. *in pract. crim. cap.* 40. Hieronym. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 89. *num.* 11. *p.* 1. quibus conſentit Faquin. *dicto lib.* 9. *contr. cap.* 16. & omnes ex eo, nam etſi regula contraria ſit fortis, *vt crimina non remaneant impunita*, non inde aboletur alia ſecunda: *Vt actore non probante, reus diffinitiuè abſoluatur*, cum expediat etiam, vt tecta ſit rerum iudicatarum authoritas, cum & etiam dicat Faqnineus ex *reg. in cap. graue* 11. *quæſt.* 3. ibi: *Graue ſatis eſt, vt in re dubia certa detur ſententia*; ex ſuſpicio-
nibus neminem eſſe damnandum. † Cum 15
ſatius ſit nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare iuxta textum *in l. abſentem ff. de pœnis* debeantque ad condemnandum probationes eſſe luce meridiaoa clariores ex *l. vltim. Cod. de reprobatio-
nibus.* † Nec fore præſumenda delicta, 16
l. marito ff. pro ſocio, & per doctrinam textus *in l. de qua re ff. de iudic.* qua probatur cogendum eſſe iudicem pronunciare, de qua re cognouerit, quod iotelligitur diffinitiuè abſoluendo, ſi delictum non probatur; ſed ad materiam huius dubij efficacius reſpondebitur per dicta *ſuprà hic quæſt.* 1. *à num.* 2. *& hac quæſt.* 2. ex quibus iuxta diſtinctiones iam relatas, & hanc quæſtionem moderari.

Ad ſextam quæſtionis partem, an abſo- 17
lutus à crimine, incidenter intentato poſſit de eodem crimine criminaliter accuſari? in quo dubio breuiter ex iam dictis dicimus regulam poſitam *dict. quæſt.* 1. *ſub n.* 1. limitari in hoc caſu, in quo quando crimen fuit incidenter intentatum remanet, vt valeat delinquens iam, diffinitiuè abſolutus, iterum inquiri, accuſari, & puniri; eò quòd regula principalis noſtræ concluſionis *in dicto num.* 1. *dict. q.* 1. procedat quando reus fuerit abſolutus à crimine, principaliter intento, non ſi per viam exceptio-
nis. † Non enim, docent DD. irrogatur pœ- 18
na ordinaria, quando incidenter proceditur, ſed tantum extraordinaria; indeque oriri, vt delinquens, non obtenta ea condemnatione, valeat denuo inquiri, accuſari, & puniri, tanquam non ſufficienter punitus in primo loco: ita docent Bald. *in l. vbi falſi & in l. nullum Cod. de teſtibus*, Felinus *hic in* 3. *limit. Roman. conſ.* 375. Maranta *de inquiſit. num.* 85. Ioan. Mar. Monticell. *reg.* 1. *num.* 13. *in* 5. *limit.* Follet. *in practic. crimin. can. cap.* 35. *num.* 17. *practic.* Contrad. *tit. de accuſat. n.* 11. *verſ. quando eſt diſcuſſum*, Brunor. à Sole *dict. quæſt.* 17. *n.* 24. *iuncto num.* 46.

Sed proximè relata doctrina limitatur, 19
quando eſſemus in caſu, ſi cum actum ſit incidenter, & per viam exceptionis, nihilominus pœna ordinaria delicti fuerit impoſita; eo quod tunc ſtaremus ſub regula, & ſemel abſolutus, ſeu condemnatus, & nec ſemel abſolutum, ſeu condemnatum, tunc iterum moleſtati, valere, Follet. *vbi ſuprà dicto cap.* 35. *num.* 17. Farinac.

in

in praxi, dict. quaeſt. 4. *num.* 39. Felinus, *in cap.* 1. *de except.* Brunor. *dict. quaeſt.* 17. *nu.* 24. *verſ. procedit ita limitatio*, qui de talibus caſibus, in quibus pæna ordinaria eſt imponenda ſcribunt.

20 Ad vltimam quæſtionis partem, in qua ſunt diuerſæ opiniones iterum non eſſe puniendum ſemel abſolutum reum, & ſi poſt extraiudicialiter fateretur delictum ex eo quod confeſſio non nocet confitenti, quando alias contra ipſam confeſſionem fuit ſententiatum: ſic Abbas, & alij *in cap. mulieri, de iureiur.* Bald. *in l. ſi quis in hoc genus Cod. de Epiſcop.* & Clericis, Felin. *in cap. cum venerabilis, de except.* Bertazol, *in conſ.* 396. *lib.* 2. *num.* 7. Boëtius, *deciſ.* 289. *num.* 8. Roland. *conſ.* 31. *num.* 23. cum aliis, quam opinionem ſuſtinent alij in termimis illius, qui fuit diffinitiue abſolutus, & per torturam, qui ex nouis indiciis iterum torqueri non valebit; imo nec ex eo, quod extrajudicialiter faſſus fuerit delictum per dicta hic in *verſ. ad ſecundam, de torto in ſancto Officio.*

21 Communis tamen ſententia eſt, vt qui poſt abſolutionem extraiudicialiter faſſus fuerit delictum hoc in caſu poſſit adhuc abſolutus puniri de illo delicto iam abſoluto, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt ex Follerio *in pract. crim. p.* 1. *tertiæ partis princip. in verbo, & ſi confitebuntur, à num.* 40. Fulgoſ. *in l. ſi confeſſus, nu.* 2. *ff de cuſtodia reorum*, Beroïus, *in cap.* 4. *de iudic. à num.* 69. Farinac. cum Purpurato, Abbate, Cateliano, Cotta, & aliis *in praxi dict. quæſt.* 4. *num.* 43. qui declarat hanc procedere ſine dubio, quando in iudicio facta fuit iudicialis, & ſpontanea confeſſio
22 † addens tribus exemplis ex *dicto num.* 43. *in fine, & ſub num.* 45. fatuum eſſe admodum, qui ſemel abſolotus ob non probatum delictum fatetur illud, ſe de eo gloriando: Sic cum Bertazolio *dicto conſ.* 396. *lib.* 2. *in fine*, cum Conrrado, Monticello, & aliis, quibus & ex *ſuprà* dictis liquet iam hoc dubium.

QVÆSTIO III.

An Princeps aduerſus ſententiam abſolutoriam, valeat iterum præcipere, vt ſuper eodem delicto iam abſolutus inquiratur, accuſetur, ac puniatur? Abſolutus in foro animæ poſſit nihilominus de delicto, ac peccato illo, iam abſoluto, iterum impeti? Vbi de abſoluto, ſeu condemnato ab Eclesiaſtico, numquid valeat puniri, à Laico, aut è contra? An ſi aliquis perſtiterit in excommunicatione poſt denunciationem per multum temporis ſpatium, & fuerit abſolutus, prædicta abſolutione obtenta, reuerſuſque ad præmium Eccleſiæ, queat accuſari virtute legis in pænam per illam incurſam? Et quid de abſoluto virtute Iubilei? Et an ſemel abſolutus poſſit adhuc moleſtari, ſi fuit abſolutus per iudicis colluſionem, & præuaricationem.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus ſemel à delicto, queit Principis voluntate inquiri, accuſari, & puniri de illo delicto abſoluto, vt num.* 2.

3 *Fiſcus eo ipſo ſuccurritur aduerſus ſententiam nullam; ſecus prætextu nouarum probationum.*

4 *Abſolutio fori pænitentialis interni, non aufert poſſe accuſari in judicio externo reum, & quare n.* 5. *&* 6.

5 *Pænitentia fori interni ſatisfacit Deo, pæna externi Reipublicæ, & n.* 6. *etiam ſi ſit ſecreta, vt num.* 7.

6 *Pænitentia, & pæna tendunt ad diuerſos effectus.*

7 *Pænitentia, ſiue publica, ſiue ſolemnis, ſemper tendit ad ſatisfactionem Diuinæ offenſæ; non autem ad publicam vindictam.*

8 *Pontifex in foro pænitentiali ſubjectatur Confeſſario.*

9 *Punitur ab vno Iudice, ſi non ſufficienter valet ab alio in legis pænam puniri, num.* 12. 13. 14. 15.

10 *Cardinales offendentes, & ſi puniantur pænis Canonicis, non implicat, vt puniantur lege Ciuili, & Quare.*

11 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt ſeparatæ; ſic vt abſolutio lata in vna non pariat in alia exceptionem rei Iudicatæ, niſi vt n.* 12. *&* 13.

12 *Sacrilegium, quod eſt mixti fori poteſt coram Eccleſiaſtico, aut laico tractari, cum diſtinctione: Vbi fallentiæ duæ, & num.* 13.

15 *Delinquens in crimine mixti fori facit iniuriam legi ciuili, & canonicæ, qui*

& poterit accuſari coram diuerſis.

16 *Punitur coram Eccleſiaſtico, ſi non condigne poteſt ad exceſſum puniri coram Laico, aut è contra in crimine mixti fori; ſic vt pœna inſufficiens computatur cum ſecunda.*

17 *Matrimonij Clandeſtini delictum, quod eſt mixti fori, poteſt à Iudice præueniente, Laico, aut Eccleſiaſtico, puniri, ſed Eccleſiaſticus valet inhibere laicum, cum agitur de valore talis matrimonij.*

18 *Pœna non impoſita, competens ex defectu iuriſdictionis per alium iudicem competentem valet ſuppleri.*

19 *Taxæ panis fractio, quando, & qualiter puniri valeat à laico, & ab Eccleſiaſtico iudice?*

20 L. 1. tit. 5. lib. 1. Recopil.

21 L. 2. tit. 5. lib. 8. recopilationis.

22 *Excommunicatus perſiſtens poſt denunciationem temporis ſpatio, ſi abſolutus quando, & ſi reuerſus ad gremium Eccleſiæ, valeat iterum puniri à laico virtute legis Regiæ n. 20. & 21.*

23 *Iubilei virtute abſolutio lata potius eſt, & vt tantam proſit pro foro interno, niſi aliud à Papa exprimatur pro foro externo, num. 24.*

24 *Iubileum ſonàt in ſua gratia in id, quod exprimit.*

25 *Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari.*

26 *Abſolutus per iudicis colluſionem, aut præuaricationem, iterum poteſt accuſari & num. 27. Vbi quid de accuſatore colludente.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur negandum, cum Princeps debeat ſe legibus conformare, per dicta à nobis ſub *cap. 1. de probat*, & alibi ſæpius, & per dicta *ſuprà ſub cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vbi non ſolet Princeps ea, quæ iuris naturalis ſunt auferre, cum ergo ſemel abſolutus, ſiue de delicto condemnatus, iterum puniendus non veniat, & hoc videatur æquum in iure per illa, quæ latè dixi ſub *cap. 2. de ſent. & re iudicata*, vbi de illa regula, vt æquitas præferatur rigori, inde eſt, vt hæc doctrina potius ſuſtineatur.

2 Tamen ne longè agamus, cum diſtinctione reſpondetur nempe, vt in delictis atrociſſimis, vbi Princeps valet de abſoluta poteſtate fiſcum reſtituere, verius eſt, vt volente Principe, iterum abſolutus queat inquiri, accuſari, & puniri, reſtituendo illum aduerſus ſententiam abſolutoriam, etiam quod tranſierit in rem iudicatam; ſecus inquam, vbi id de poteſtate ordinaria præciperet: ita Farinac. *dict. part. 1. quæſt. 4. num. fin.* per illa, quæ longo calamo ipſe cum multis ſcripſit omnino legendus *in praxi crimin p. 2. inſtit. de variis, ac diuerſis, qu. 101. ſub num. 35. & 39.* Vbi reſolutiue *dict. num. 39.* idem docet, longius tamen, *dicto num. 35.* denegat de iure fiſco ipſi poſtulanti reſtitutionem ad accuſandum reum ſemel iam abſolutum; admittit tamen illum ad appellandum à ſententiis contra ipſum latis; illum ibi leges cum Boſſio, *in titul. ſi aduerſus rem iudicatam, num. 5. 6. & 7.* Gail. *lib. 7. crim. concl. 13.* Sfortia Odd. *de reſtit. in integ. p. 1. quæſt. 3. art. 3. à num. 79.* Peregrino, *de iure fiſci lib. 7. tit. 4. vbi à num. 1.* quod etſi illam reſtitutionem fiſcus petere non poſſit aduerſus ſententiam contra ſe latam à iudice; poſſit eam tamen petere à Principe tantum, & *num. 2. & 5.* † Vbi quod quan- 3
do ſententia eſt nulla ipſo iure, quia lata, abſente fiſco, aduocato, vel per præuaricationem ob pecuniam datam iudici, aduocato, ſeu Procuratori partis aduerſæ, tunc non ſit opus reſtitutione, eo quòd fiſcus ipſo iure ſuccurritur: de aliis etiam videndi idem Peregrin. *ibi num. 3.* Farinac. *ſub dicto num. 35.* poſt medium, Cephalus, *conſ. 605. à num. 32.* Bertazol, *conſ. 195. & 197. lib. 1.* Vbi latiſſimè defendit non eſſe fiſco concedendam reſtitutionem in pœnalibus, & in delictis aduerſus ſententias abſolutorias prætextu probationum de nouo repertarum, & præſertim quando agitur de lucro captando, & de pœna publicationis, ſeu confiſcationis bonorum.

Ad ſecundam quæſtionis partem in- 4
diſtinctè DD. affirmant, vt illa abſolutio fori pœnitentialis interni non impediat quo minus accuſari, & puniri valeat in iudicio externo delinquens ex eodem peccato: ſic DD. per textum *in cap. 1.* vbi Abbas; & omnes *de purgat. canonica*, & per gloſſam celebrem *in textu noſtro, in gloſſa replicari verſ. ſi autem pœnitentiam egiſſet occulte quoad Deum abſolutus eſt*: Gloſſa, *in cap. qui crim. 6. quæſt. 1. & in cap. penult. de pœnit. diſt. 1. & regula peccati venia, lib. 6. & in cap. gaudemus de diuortijs gloſſa fin. prope finem; & in cap. 2. de ſchiſmat. in gloſſa 1. in fine, & in cap. fin. diſt. 25. in gloſſa fin.* Couar. *Variar. dicto cap. 10. lib. 2. num. 2.* & pluribus comprobat Farin. *dicta, qu. 4. in praxi crim. num. 5. & 6.* † ex eo quidem, 5
quia per pœnitentiam Deo tantum; &

Eccle

Eccleſiæ fit ſatisfactio ; per pœnam tamen
legitimam ſatisfit Reipublicæ, quæ ex de-
licto offenſa fuit ; indeque per vnam,
aliam non tolli ; & præter ordinarios in
dictis iuribus docet Ioan. Mar. Monticell.
in pract. crim. reg. 1. *num.* 15. *pract.* Contradi,
de hoc tit. num. 11. *verſ.* 7. *quando quis fuit
abſolutus*, Follerius, *in pract. crimin. Canon.
dict. cap.* 35. Clar. *in pract.* §. *fin. quæſt.* 57.
verſ. ſed numquid, vbi dicit quòd eſſet val
de ridiculum aliter tenere, Andr. Gail. *de*
6 *pace publica lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. † Ten-
dunt enim pœnitentia, & criminis pœna
ad diuerſos effectus, *cap. vt fama, de ſent.
excommunic. l. licitatio* §. *illicita ff. de publican.
l. ſi ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* Couarruu.
cum aliis ex antiquis *in cap. Raynuc. in
princip. ſub num.* 18. Hypolit. *ſingul.* 639.
Simanchas, *de hæret. cap.* 9. *num* 4. Tyraq.
de pœnis temperand. cap. 25. *num.* 4. Didac.
Perez. *in l.* 1. *gloſſa* 1. *pag.* 209. *in addit. tit.* 8.
lib. 8. *ordinam* ; Parlador. *p.* 3. *differentia* 12.
§. 2. *num.* 2. idem Couarruu. *in cap. alma
mater p.* 1. §. 11. *num.* 16. qui loquitur, vt
infrà de abſoluto ab excommunicatione,
Guttier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Saytus,
de cenſ. lib. 2. *cap.* 20. Comitol. *reſponſ. moral.
lib.* 6. *quæſt.* 6. Sanchez, *de matrimonio, lib* 8.
diſp. 34. *num.* 26. Zerola, *in praxi Epiſcop.
part.* 1. *verbo abſolutio*, §. 2. ex aliis Anton.
Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 40. vbi Hailloo.
cum aliis.

7 Quæ concluſio declaratur procedere
non ſolum quando pœnitentia ſit ſecreta,
imo, & in publico, pro vt loquitur gloſſa
relata *hic*, vbi Anton. Ana, & Imola, *in cap.
tuæ de pœnit.* & *ibi* Abbas, Anton. de Bur-
gos *in cap.* 2. *num.* 6. *de empt. & vendit.* Couarr.
in dictis locis, Farinac. cum aliis, *dict. qu.* 4.
ſub num. 6. reprobans Marſil. Hoſtienſ.
Gayl. & alios, in publica non admittentes,
& ita idem Ant. Gomez. per textum quem
dicit de iure clarum *in cap.* 2. *de maledicis*,
vbi Abbas ; quia ſiue pœnitentia ſit publi-
ca, aut ſolemnis, ſemper tendit ad ſatiſ-
factionem Diuinæ offenſæ, non autem
Reipublicæ ad publicam vindictam : ſic
optime illos reprobat Hieronym. *in addit.
ad Angel. num.* 90. circa finem ; imò addit
Hailloon ex eodem Farin. *in dicto num.* 40.
ad Gomez. hanc doctrinam procedere,
etiam ſi pœnitentia, vel abſolutio fuerit
impoſita per Papam, vel alium Prælatum
habentem iuriſdictionem in temporali-
bus contentioſam ; quia præſumitur præ-
ceſſiſſe in foro Poli, tantummodo idem
Farin. ſub *dicto num.* 5. *quæſt.* 4. *in fine*, vbi
limitat quando de vtraque pœna expreſsè
dicatur in ſupplicatione, cuius forma, &
tenor iſto caſu attenditur.

Confirmatur inquam, tum ex his, quæ 8
dixi *in cap.* 12. *ſub quæſt.* 9. de iudiciis, dum
latè dictum eſt, quod etſi Pontifex nemi-
ni ſe ſubijciat in temporalibus, & exter-
nis, tamen in foro pœnitentiali eſſe ſubie-
ctum Confeſſario, dictum eſt *ibi.* † Tum 9
etiam confirmat Couarruu. *in dicto cap.
Raynuc. in princ. num.* 19. ex his, quæ iam
ſub paraphraſi notaui ; præcipuè, quod
punitus ab vno iudice, ſi non ſufficienter,
poſſit ab alio diuerſo in pœnam legis pu-
niri, vt eſt quæſtio de puncto ab Eccleſia-
ſtico, numquid valeat puniri pro eodem
delicto à laico iudice, vt in caſibus mixti
poteſt contingere, de quo dixi plenè *in
cap. cum ſit general. de foro comp. quæſt.* 11.
Vbi leges interim cum aliis ; idem Couarr.
dicto lib. 2. *num.* 6. *variar. cap.* 10. Farin. vt
ſolet cum infinitis, *dicta quæſt.* 4. *in praxi,
à num.* 7. cum Angelo, Aretino, Hieronym-
mo, Cuchal, Abbate, Chataldo, Follerio,
Monticel. Boſio, Alciato, Claro, Gailio, &
cum multis ex antiquis ponderando tex-
tum *in cap. fælicis* §. *per hoc, ibi* Ioan. Andr.
Dominicus, & Franc. de Pœnis *lib.* 6. † Vbi 10
per aliàs pœnas, quæ imponit offendenti-
bus, Cardinalis, non intendit auferre facul-
tatem iudicibus ſæcularibus, quin poſſint
procedere in illo delicto, & imponere pœ-
nas legales : ſequitur hanc Anton. Gomez.
refutatis contrariis, contra Hoſt. Butr. Anton.
Imol. & Annan. *dict. ca.* 1. *lib.* 3. *var. ſub n.* 40. & 11
omnes ex eo, † quod iuriſdictio Eccleſiaſti-
ca, & ſæcularis, ſunt omnino ſeparatæ, & di-
ſtinctæ ; ſic vt abſolutio lata in vna iuriſ-
dictione non poſſit in alia exceptionem
rei iudicatæ parere, Oſaſcus, *conſ* 25. *lib.* 1.
num. 18. Brun. à Sole, *in praxi*, *quæſt.* 17.
num. 41. Vbi benè infert, & concordantes
adducit caſus, Franc. Fecius, *in conſ.* 69. *à
num.* 3. *lib.* 3. Boſſius, *in tit. de falſis, nu.* 107.
ſed quia ex *num.* 8. 9. *ad* 14. Farinac. pro-
ſequitur, cum aliis infinitis omnino legen-
dus, declarans, quinque caſus ponendo, il-
los omnes, & declarando breuiter. 12

Et ſic ex aliis præter relatos à Farina-
cio ibi à Zenedo *in collect.* 113. *hic num.* 3.
inter quos Camil. Bartol. *in addit. ad Bellug.
in ſpeculo Rubr.* 11. §. *videamus in litt. C.* Di-
dac. Perez *in l.* 1. *pag.* 178. *col.* 1. *in fine, lib.* 8.
tit. 5. *Recopil* video quod idem Couar. *dicto
lib.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 6. Clar. *receptar. ſen-
tent.* §. *fin. quæſt.* 57. *à num.* 11. vbi Bajard.
Auendan. *in* 2. *p. cap.* 5. *Prætor. num.* 18. *&
& cap.* 16. *num.* 16. *cap.* 26. *num.* 5. Villalo-
bos, *in ſuis communib. verſ. condemnatus n.* 123.

Boſſius

Digitized by Google

Boſſius *tit. de foro comp. num.* 107. Scaccia *de iudic. cauſa ciuil. criminal. cap.* 12. *num.* 91. Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 98. *& cap.* 18. *num.* 234. Barboſa *in l.* 2. *ff. ſoluto matrimonio* 1. *num.* 140. *& in l. Titium* 55. *ibidem*, Bolanus *in curia Philippica* 3. *p.* §. *fuero Eccleſiaſtico num.* 33. Menoch. *caſu* 559. *ex num.* 34. Paz *in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *à n.* 49. alter Barboſa cum pluribus *in collect. ad textum in dicto cap. cum ſit generale num. fin. qui num.* 3. *&* 4. docet cum aliis pro crimine ſacrilegij, quod eſt mixti fori (de quo & de aliis late ibi dixi) vt poſſit quis coram iudice ſæculari, & Eccleſiaſtico conueniri, dicunt illi ſub diſtinctione, vt ſi per Eccleſiaſticum non fuerit in delinquentem, impoſita competens pœna poſſit reus capi, & puniri per iudicem laicum, non ſic contra, vt ſi fuerit captus per iudicem ſæcularem, poſtea non poſſit puniri per Eccleſiaſticum; quia ſemper pœna impoſita à ſæculari præſumitur competens, vt reſoluit etiam Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 40. ſed ego exiſtimo hæc duo iudicia correlatiua eſſe quantum ad hoc; indeque reſoluendum eſſe iuxta dictum ſub relata *quæſt.* 11. *num.* 10. Cenedus videndus *in Canonic. q.* 36. *à num.* 25. vbi dicit de hoc puncto conſulendum eſſe omnino Scacciam *lib.* 1. *de iudiciis cap.* 12. qui reſpondet negando, niſi tantum in duobus caſibus. Primus, quando eſſet impoſita aliqua pœna medicinalis, potius ad ſalutem animæ, quam ad afflictionem corporis, vt docuerunt Clarus *dict.* §. *fin. quæſt.* 57. *num.* 14. *in fine*, Zerola *in praxi Epiſcopi p.* 1. §. *iudex verſ. quinto, de quo ſub verſ. ad tertiam*

3 Secundus, quando eſſet imponenda pœna quæ ſub ſua iuriſdictione nullatenus poterat comprehendi, qualis eſt pœna ſanguinis, iuxta quem dixit procedere *textum in dicto cap. felicis* §. *per hoc, de pœnis lib.* 6. ſed quando eſſet impoſita pœna afflictiua, & à foro ſæculari pœna ſanguinis imponi non potuiſſet, tunc quamuis illa pœna impoſita ab Eccleſiaſtico ſecundum diſpoſitionem iuris Canonici, ſit minor illa, quæ potuiſſet imponi à ſæculari, ſecundum leges ciuiles: tamen docent idem Zened. *num.* 27. *in fine*, Boſſius *in praxi crim. dicto tit. de foro compet. num.* 84. ab Eccleſiaſtico damnatum, dici ſufficienter punitum. Et cum hac declaratione, vel diſtinctione intelligi debere, quæ tradidit Maranta *in* 6. *part. tit. de inquiſit. num.* 97. & quod alius, vt ait Sigiſmund. Scaccia, *dict. num.* 91. non poſſe dicta tranſire ſine correctione, vt ſequitur idem Zened.

Et iuxta dictos caſus exiſtimemus ſolum 14 procedere, quod docent Clar. *dict. qu.* 57. *ex num.* 11. *&* 14. Couar. *dicto cap.* 10. *lib.* 2. *var. num.* 6. Didac. Perez. *dict. l.* 1. *pag.* 178. *col.* 2. *in princip. lib.* 8. *tit.* 5. *ordinam.* idem Farinac. *dict. quæſt.* 4. *p.* 1. *pract. ex num.* 7. Anaſtaſius Germon. *de ſacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 12. *ex num.* 83. Michaël Agia *de exhibend. auxil. in* 25. *fundament. ex pag.* 100. *& concluſ.* 4. *verſ. nec abeſt, pag.* 139. Anton. Gomez. *tom.* 3. *cap.* 1. *ex num.* 40. Gutierrez *lib.* 1. *Canon. cap.* 12. *num.* 15. Thomas Zerola *in praxi Epiſcop.* 1. *p.* §. *pœna verſ. quinto ſi quis*, & plures alij, quos refert idem Zened. *in collect.* 126. *num.* 4. inter quos Afflictis, Abbas, Boët. Thomas, Zerdan. Ioan. Rendin. Ludouicus, Metia, Abiles, Belluga, Camillus Borrel. Queſada, Paul. Fuſcus, Antonius Scapus, Hypolit. Riminald. & Brunor. à Sole, dum dicunt quod punitus in foro Eccleſiaſtico de crimine mixti fori, poſſit iterum puniri in foro Cæſaris, pro eodem delicto, ex eo, † quia quando quis 15 delinquit in crimine mixti fori, facit iniuriam legi ciuili, & legi Canonicæ, cùm veniat contra præceptum vtriuſque; indeque cenſeatur obligari pœnis vtriuſque ex text. *in l. inter claras* §. *liquet*, & ibi Gloſſa *in verbo ſeipſum C. de ſumma Trinit. & fide Cath.* & quia vbi ex eodem facto duo diuerſa delicta reſultant, & eorum cognitio ad diuerſos iudices pertinet, poteſt quis ſeparatim, & coram diuerſis iudicibus accuſari, vt tradunt Grilland. *in tract. de diuerſ. crimin. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 13. Clarus, *lib.* 5. *dict.* §. *fin. quæſt.* 13. *ex num.* 4. quæ ratio vltima pertinet ad alium caſum, de quo *infrà* hic.

Et iuxta doctrinam hic poſitam, potuit 16 Farin. dicere cum aliis, *dict. quæſt.* 4. *n.* 10. quod quando alter iudex procedit in cauſa, quia per primum competens, pœna non fuit impoſita, tunc pœna prima computetur in ſecunda, & ſecunda ſuppleatur per primam, ne reus plus iuſto puniatur qui explicat quomodo hoc fiat, addendo *ibi num.* 11. quòd ſi per iudicem Eccleſiaſticum fuerit impoſita condigna, non poſſit iudex ſæcularis contra reum procedere, vt tractat ipſe Farinac. iterum *in tract. de immunit. Eccleſ. ex num.* 363. & per hæc ſatis veniunt intelligendi Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. Scaccia *ſuprà lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 91. Miranda de ordine *iudic. tom.* 1. *q.* 1. *artic.* 7. *concluſ.* 3. Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 94. *in gloſſa litt. D.* Adan. Tannerus *in* 22. *diſp.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 4. *num.* 93. Caldas Pereira *de manu Regia p.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. dicentes punitum in foro Eccle-

ſiæ-

ſiæ poſſe iterum puniri pro eadem culpa à iudice ſæculari, ad exceſſum pœnæ, vt dixit hic Barboſa *num.* 2. D. Mad. *in tract. de ſacris ordinibus cap.* 15. *n.* 6.

17 Quare Thumas Sanchez de Matrim. *lib.* 3. *diſp.* 54. potuit cum aliis dicere delictum clandeſtini Matrimonij, quod eſt mixti fori, vt iudex, qui præueniſſet, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis illud puniat, explicans *n.*7. *&* 8. optimam reſolutiooem addens *ibi num.* 6. quòd iudex Eccleſiaſticus poſſit inhibere ſæcularem, quando agitur de valore dicti Matrimonij Clandeſtini, non vero quando agitur de eius punitione, ad quod conducunt aliqua, quæ notaui *ſub cap. tuam de ordine cognit.* ac pro materia hac notat Haillon in addit ad Gomez, *ſub dicto num.* 40. *lib.* 1. *variar. cap.* 1.

18 Et ſic Petrus Barboſa *in l.* 2. *Cod. de ſportul. & ſumpt. num.*7. notat *n.* 8. quod quando ex defectu iuriſdictionis non imponitur pœna competens delicto, tunc poſt impoſitam pœnam minorem, poſſe recurri ad alium iudicem, qui poſſit competentem imponere, vt dixit D. Ioſeph. Vela *differt.* 10. *ex n.*51. videndus cum pluribus, & D.Ioan. de la Rea. *in deciſ.* Gran. 50. *num.* 25. poſt Cancer. *var.* 3. *p. cap.* 19. *ex n.* 61.

19 Indeque Mexia *in pragmatica taxæ panis, concluſ.*5. *num.*71. potuit dicere, quòd quando tale delictum tranſgreſſionis taxæ non eſt ſufficienter punitum per iudicem Eccleſiaſticum, ſi requiſitus fuiſſet negligens, tunc iudex ſæcularis poſſit ſe intromittere, & vſque ad debitam pragmaticæ pœnam ſupplere; quod quia rectè improbat Ioan. Gutier. *lib.* 4. *pract. quæſt.* 38. *num.* 12. reſolutio in laico excedente taxam poſſet admitti, ſi forte punitio penderet ab Eccleſiaſtico. Tamen ſi clericus taxam excederet, non eſt cur à laico valeat iterum puniri, ſi minus à iudice Eccleſiaſtico eſſet punitus per illa, quæ dixi *ſub cap. qualiter de indiciis, & ibi quæſt.* 7. ſolum inquam, docet Gutierrez *dicto num.* 22. *verſ. hæc tamen Mexiæ*; quia tunc ſolum remanet appellatio, ſiue querela ad iudicem Eccleſiaſticum ſuperiorem, dicens Mexiam loqui in criminibus mixti fori contra laicos, non verò in clericis, contra quos eſt incapax, *dict. cap. qualiter*, niſi ſint degradati, & ad eum relaxati pro punitione in caſibus, in quibus de iure locum habet, vt dixi late *in cap. cùm non ab homine de iudiciis.*

20 Ad quartam quæſtionis partem, an ſi quis perſtiterit in excommunicatione poſt denunciationem per multum temporis ſpatium, & fuerit abſolutus, prædicta abſolutione obtenta, reuerſuſque ad gremium Eccleſiæ, queat virtute legis puniri in pœnam per eam incurſam? Difficillimam hanc putant quæſtionem nonnulli ad explanationem textus *in l.* 1. *tit.* 5. *de los deſcomulgados, lib.*1. *recop. in verb.* ibi, *en el que eſtuuiere deſcomulgado por denunciacion de los Prelados*: & ibi, *ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excommunion*: & ibi: *que pague*: fundamentis quatuor Ioannes Gutierrez, *lib.* 1. *Canonic. cap.* 12. *ex num.* 8. longè agens: videtur tenere ſemel abſolutum à pœna ibi impoſita, iterum non puniri; quia ex quo fuit abſolutus ab Eccleſiaſtico, non intrat laicus pro pœna *in dicta lege impoſita*; eo quòd iam abſolutus non remanet obligatus pœnæ; & quia redactus ad gremium Eccleſiæ, ceſſat ipſius contumacia: *argum. cap. cum ceſſante de appell.* vbi late dixi de cauſa ceſſante, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron. l. quod dictum*, cùm ſimilibus *ff. de pactis*; & quia verba *dictæ leg. Regiæ*: ibi *Que eſtuuiere deſcomulgado*: Et ibi: *Que eſtuuiere indurecido en dicha deſcommunion*, denotant tempus præteritum, aut præſens, & ſic non dari locum poſt abſolutionem futuræ accuſationi ad pœnam dictæ legis, cum ſimus in materia pœnali, & Eccleſia ſatisfacta, pœna ſalutari impoſita, tempore abſolutionis.

Contrarium tamen dicit idem Ioan Gutierrez *ex num.* 11. *dict. quæſt.* 12. ex eo, quod delictum ſemel commiſſum, non aboletur ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens, & publicè impoſita in vtroque foro, alias ait illum poſſe adhuc puniri à iudice laico, vt *in cap. ſtatuimus, § per temporalem de maledicis, & in dicto cap. fœlicis de pœnis, lib.* 6. *in verſ. per hoc.* Et quia, vt iam longè dictum eſt hic *in verſ. ad ſecundam* abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in foro exteriori, quin de eodem crimine à iudice puniri poſſit, & ex aliis fundamentis ſub *num.* 16. poſitis, qui pro hac adducit aliam *leg. Regiam* 2. *tit.* 5. *lib.*8. *recopil. ex verbis* ibi: *La pena que ſe pone a los deſcomulgados, ſe à delleuar ſiendo la ſentencia de excommunion publicanda, y denunciado, el que la Igleſia euita, y quando los deſcomulgados no apelaron, o ſi apelaron no ſiguieron la apelacion, y que la pena ſe à delleuar, del tiempo que fueron deſcomulgados, y nomas, y las penas que ſe ponen a los deſcomulgados, que por la Igleſia ſon tolerados, no ſe en de executar.* 21

Sed alia adducens oppreſſus idem Gutierrez exiſtimat ibi, *dict. quæſt.* 12. *Canon. à* 22

Google

num. 19. diſtinctione componendum, di-
cens vt prima ſententia rectè procedat in
iudice Eccleſiaſtico, qui excommunicauit,
ſed ipſe ipſum abſoluit, aut mandauit ab
alio abſolui, impoſita ſalutari pœnitentia,
qua videtur ſibi ſatisfieri, vel reputauerit
ſe contentum, in reliquam pœnam con-
donare eidem excommunicato, cùm ta-
men poſſet ante abſolutionem reum pu-
nire pœnis *dicta leg. Regia*, & non fuerit,
niſi iudex Eccleſiaſticus ante abſolutio-
nem inciperet procedere contra huiuſmo-
di excommunicatum, ad pœnam legis; &
poſtea ſine tamen præiudicio ipſius pro-
ceſſus, atque accuſationis iuſſiſſet eum
abſoluere; quia tunc reputari debet pro
exactione dictæ pœnæ legis, ac ſi eum
non abſoluiſſet, quandoquidem mentem
ſuam declarauit, ac tempore debito, hoc
eſt, ante abſolutionem formauerit pro-
ceſſum contra reum, & abſolutionem ſi-
ne præiudicio prædicti proceſſus, ac iu-
tis acquiſiti, conceſſerit, tradens ex Dida-
co Perez. & Couarr. *vbi ſuprà in verſ. at
vero*, ſecundam opinionem affirmatiuam
rectè procedere, & veram eſſe in iudice
ſæculari procedente contra excommuni-
catum iam abſolutum; eo quòd cùm is
iudex reum non abſoluerit, nec abſolue-
re potuerit, ſed tantum Eccleſiaſticus, qui
eum excommunicauit, poſſit abſolutione,
etiam ſemel præſtita ab illo pœnam *dicta
leg.* exigere, cuius executor ad ea factus eſt;
& licet ſubobſcure diſtinguat idem Gut-
tierrez, approbo tamen illum, dum dicit, vt
conſultius faciet iudex Eccleſiaſticus, ſi
prius excommunicatum puniat quam ab-
ſoluat. Et pro ampliori explanatione ad-
iunges quæ late ſcribit idem Couarr. *ſub
cap. Alma mater de ſent. excomm.* §. 11. *ſub
num.* 16.

23 De abſoluto verò virtute Iubilei, aut
Bullæ, ſatisfacta parte, num quoad vtrum-
que forum maneat abſolutus, an autem
ſolum quoad exterius, quia per dicta *in di-
cto verſ. ad ſecundam, & dict. verſ. ad tertiam*,
videtur liquere, & de hoc dubio longe
ſcribant Ioannes Guttierrez *dicto lib.* 1. *Ca-
nonic. toto cap.* 2. omnino legendus, Couar.
in dicto cap. alma ſub dicto n. 16. Bartholom.
Medina 2. *p. inſtruction. de confeſſ. cap.* 12.
iuxta finem, Eman. Rodrig. *ad Bull. Cruciat.*
§. 9. *num.* 55. Cordub. *de caſibus conſc. q.* 20.
& alij, vt refert Zened. *in text. noſtro, col-
lect.* 113. *num.* 2. ſunt enim qui dicant in
vtroque foro procedere abſolutionem; eo
quod Principis priuilegium eſt latiſſimè in-
terpretandum *ex l. beneficium ff. de conſt. l.* 28.
tit. 34. *p.* 7. & quia ſi in Bulla, aut Iubileo
non exprimatur de quo foro, in dubio de
vtroque intelligendum, vt actus plenè va-
leat per *leg. quoties la* 2. *ff. de rebus dub. in
cap. conſtitutus in gloſſa verbo iuxta ratam de
religioſis Domib. l. ſi olei*, vbi Bartol. *Cod. lo-
cati*: ſic Medina *in ſum. inſtruct. de confeſſ.
cap.* 12. *del modo de abſolner*, pro quo faciunt
quæ late dixi de Iubileo Alex. VII. ſummi
Pontificis *in cap. fin. de conſtit. ibi* legenda.

Nihilominus niſi expreſsè in Bulla, aut 24
Iubileo caueatur, exiſtimo abſolutionem
tantum intelligendam fore pro foro poli,
& interno, non pro extraneo, ex dictis
ſub *dicto verſ. ad ſecundam, & ad tertiam*; &
ſic cum nihil in Iubileo, aut Bulla expri-
matur, ſed tantum dicatur, vt ſatisfacta
parte, abſoluatur excommunicatus, debeat
tantum intelligi de illo foro interno, cum
etſi aliud vellet, Pontifex expreſſiſſet, vt
expreſſit in magno illo Iubileo, de quo dixi
in dicto cap. fin. de conſtit. vbi expreſſit ab-
ſolutionem ab omnibus caſibus, etiam re-
ſeruatis in Bulla quæ, qui & poſtea alia ſua
declaratione, excepit crimen hæreſis, de
cenſuris enim, non niſi ſatisfacta parte; de-
inde † quia, vt iam diximus, idem Gut- 25
tierrez probat *dict. cap.* 2. *num.* 13. cum Co-
uarr. *lib.* 2. *pract. cap.* 10. *num.* 3. ex Gloſſa
textus noſtri; quoniam abſolutus in animæ
iudicio, etiam pœnitentia peracta, po-
teſt in exteriori foro accuſari, vt in dicto
verſ. ad ſecundam dixi, inſuper ibi, *num.* 14.
probat Guttierr. ex ſtylo vetuſtiſſimo curiæ
Romanæ à tempore Benedicti XII. *& ibi
num.* 15. probat, quia ſi aliud diceretur, in-
iuria inferretur iudici excommunicanti, &
plurimum detraheretur auctoritati iuriſdi-
ctionis Eccleſiaſtici fori exterioris, ſi pu-
blicè excommunicatus, & denunciatus
ſecrete per Sacerdotem ab eo ad confeſſio-
nem electum, abſolutus ingerat ſe Diui-
nis, quaſi in contemptum iudicis, qui eum
excommunicauit; non enim tali iudici
congrue ſatisfactum eſt, etiamſi excom-
municatus parti ſatisfecerit, cum eidem
iudici parere recuſauerit, alia plura contra-
riis reſpondens pro hac ſententia veriori,
adducit idem Guttierrez.

Ad quintam quæſtionis partem, an ſe- 26
mel abſolutus poſſit adhuc moleſtari, ſi
fuit abſolutus per iudicis colluſionem, aut
præuaricationem? Et quia iam ex dictis hic
ſub *dicta quæſt.* 1. *& hac quæſt.* 3. videtur, vt
poſſit, reſpondeo hunc caſum eſſe vnum,
& principalem ex illis, qui excipiuntur à
regula textus noſtri: nam præter quam
quod illam limitauit Gregor. Lopez. tripli-
citer

citer *in dicta l. 12. tit. 1. p. 7.* Farinac. *dict. p. crim. prax. quæſt. 4. ex n.° 2.* cum iofinitis, & aliis iam telatis, decem limitationes adducens: tamen Felip. hic duodecim retulit, vt ex aliis etiam refert Gratian. *dict. reg. 125. numer. 2.* quam affirmatiuam radicitus probat Farinac. *dict. quæſtion. 4. ex*
27 *num. 13.* vbi loquens, noo de iudice, † ſed de primo aecuſatore, præuaricatore, aut colludente, probat eum Bart. Abbate, & aliis antiquis ad textum ooſtrum, Maraota, Foller. practica Conrradi, Boſſio, Monticel. Couarr. Rolando, Claro, Bruoor. à Sole, & aliis, iterum ſemel punitum poſſe accuſari, & puoiri per *reg. textus in l. 3. §. ſi tamen plures ff. de liber. hom. exhib. l. ſi quis homicidij hoc tit. in Cod. l. ſi cui §. iiſdem,* vbi Gloſſa, & Bart. *ff. hoc tit. cap. fin.* vbi Abbas, & alij, *de colluſ. detegenda,* de quo delicto longe idem Farin. agit *num. ſequentibus,* vbi probat quis dicatur præuaricator; ſed nos *in eo tit.* dicemus, in termiois Anton. Gomez. *dict. lib. 3. variar. cap. 1. num. 26.* vbi idem dicit ſi colluſio interueoerit cum teſtibus, ſeu Tabellione, Barboſa hic *in gloſſa* replicari verſ. *puta ſi ſecundus accuſator primum doceat præuaricatum fuiſſe,* cum Couarru. Claro, & Spathor. *tract. 10. cap. 10. num. 5.*

QVÆSTIO IV.

An quis poſſit puniri ſecundo, ſi ex vno delicto diuerſæ pœnæ impoſitæ ſint? vel ratione alicuius qualitatis non deductæ in iudicio? Quid de crimine extra Regnum commiſſum, num poſſit in proprio Regno iterum puniri? & an compoſitus cum parte, aut fiſco, poſſit adhuc accuſari, & puniri, ſaltim ex accuſatione proximioris? & ex vno delicto valeant imponi plures pœnæ, ſi ex eo reſultant effectus diuerſi?

SVMMARIVM.

1. *Qualitas delicti omiſſa, quando valeat per accuſatorem proponi in eodem iudicio, & n. 2. & 5. fallit n. 6.*
2. *Qualitas omiſſa in prima accuſatione, poteſt à iudice admitti ante litem conteſtatam, & ante ſententiam, ſecus poſt illam in ſecunda accuſatione. Quid ſi prima ſit executa? n. 4.*

4. *Sententia lata contra delinquentem non retractatur, etſi poſt illam conſtet de innocentia rei exemplificat.*
5. *Accuſatio ſecunda non admittitur ratione alicuius qualitatis poſt ſententiam latam in prima accuſatione.*
6. *Qualitas delicti diuerſa, admittit ſecundam delicti accuſationem, ſi non augeat delictum, aliud dicitur, vt n. 7.*
7. *Qualitas omiſſa, quæ auget pœnam, ſi nòn eſt diuerſa non facit, vt ſemel punitus mitius, poſtea grauius puniatur.*
8. *Accuſatus abſolutus de vulnere, non iterum accuſatur de debilitatione.*
9. *Crimen extra Regnum commiſſum, à quo puniri valeat? remiſſiuè.*
10. *Delinquens compoſitus cum parte, valet ab alio tertio iterum accuſari, etſi non à primo accuſatore, & ratio n. 11.*
11. *Sententia facit ius, quoad omnes; tranſactio, non niſi quoad tranſigentem, quæ nec facta cum fiſco nocet iudici, vt ex officio procedat.*
12. *Tranſactio liberat à pœna ſanguinis, etſi ſecundo delinquens accuſetur.*
13. L. 22. tit. 1. p. 7.
14. *Pacem facere pertinet ad conſanguineos, & in hæredes, quæ præfertur mater filiis, n. 15.*
16. *Tranſactio non in omnibus delictis permittitur, in homicidio, aut alio, in quo imponitur pœna ſanguinis, pro pretio licet.*
17. *Pax ſtante ſtatuto, à quo concedatur? quid in minore? remiſſiue.*
18. *Tranſactio de delicto, facta, confeſſionem non inducit.*
19. *Spurius eſt capax accuſationis, & remiſſionis.*
20. *Mulier ſecundo nubens non tenetur reſtituere filiis primi matrimonij quod accepit ex remiſſione pro primo marito occiſo.*
21. *Delicta plura pluribus pœnis puniuntur, ſi diſtincta ſint, niſi eodem actu diuerſa iniuria facta ſint, quia tunc vnica puniuntur pœna, vt n. 22.*
22. *Delicta plura non intelliguntur quando, vno actu plura conuitia incutiuntur, niſi alias lege, aut ſtatuto pro quolibet ictu diuerſa imponeretur pœna ratione læſionis, num. 23. & 24.*
25. *Crimina diuerſa, ſi oriantur ex iteratis actibus continuis, aut ex interuallo, tunc non vt vnica, ſed vt plura ſunt punienda.*

AD primam quæſtionis partem repe- 1
titis quæ dixi *ſuprà hoc tit.* dicant plures non ex qualitate omiſſa in prima accuſatione eſſe daodum locum ſecundæ, ex eo, quia delictum principale, & ſic in ſub-

ſtantia fuerit iam abſolutum, & ſublatum per ſententiam quæ declarauit nullum adeſſe delictum inde inferentes, ſi iam non eſt delictum, quo pacto illa qualitas, quæ fuerit omiſſa facere poterit delictum, & per hanc rationem iuxta doctrinam relatam *quæſt.1. ſub num.1.* hanc reſoluendam declarant, cum non entis, nullæ ſint qualitates, *l. eius qui in prouincia, ff ſi certum petatur, l. ſi ſeruum §. fin. ff. de action. empt. l. Pompon § fin ff. de acquir. poſſeſſ. cap. ad diſſoluendum de deſpонſ. impuber.* ſic in terminis poſt Bald. Bartholom. Albericum, Odofred. & alios, tenent, Roman. *conſ.499.* Foller. *in pract. can. cap.35. num.8.* Marc. Anton. Eugen. Peruſ. *conſil. 64. per totum, lib.1.* vbi præſertim, *num.62.* alios plures adducit concordantes, & alij per *leg. in delictis ſeruorum §. ſi detracta ff. de moral. action.* vbi gloſſa, Bart. Albetio, & alij *per dict. leg.*

2 Et ſecundum hanc ſententiam, Anton. Gomez. *lib.3. variar. cap.1. ſub num.27. verſ. item iuxta prædicta inquiro*, poſtquam ex Bart. *in l. ſenatus, ff hoc tit. poſuit* diſtinctionem, nempe, vt ſi ſecunda accuſatio proponatur cum illa qualitate ante litem conteſtatam in prima accuſatiune, tunc indiſtinct: iudex debeat eam admittere; imo & idem, ſi ponatur poſt litem conteſtatam ante ſententiam, quia ſecunda accuſatio, tamquam grauior, & comprehendens omnes qualitates debet præferri: argum. textus *in l.2. §. fin. ff. de adult. & l. Cod. qui accuſ. non poſſ. per minorem ff. de*
3 *minoribus*, † quod ſi ſecunda accuſatio proponatur, cum ea qualitate poſt ſententiam latam in prima accuſatione, ſi executioni mandata non ſit, ſimiliter debeat admitti: argum. textus *in l. vnde quæritur in fine ff. commodati l. Iulianus ſcribit. §. fundum ff. hoc tit. l. etiam ff. ſolut. matrim.* Bart. expreſſe *in dicta l. ſenatus hoc tit.* qui relinquit cogitandum *ibi* ſi prima ſententia iam ſit executioni mandata, quam ſequitur Angelus, *in dicta l ſenatus*, idem Bart. *in dicta l. vnde quæritur.* Anania hic, Salicet *in l. qui de crimine Cod. hoc tit.* imò Angelus, *in articulo*, in quo Bart. reliquit cogitandum, *in dicta l. ſenatus*, admittit ſecundam accuſationem, aliqua pœna impoſita, iudicis arbitrio, contra quem Salicet. *in dicta l. ſenatus*, quod nullo modo ſit admittenda, ne quis bis puniatur ex eodem facto vel delicto: *argum. textus in l. interpretatione, ff. de pœnis*, quam in membro ſecundo omnino ſequitur idem Gomez. quando iam eſt lata ſententia diffinitiua ſuper prima accuſatione; modò prima ſententia ſit iam mandata executioni, modò non per iura iam adducta, *dict. quæſt.3. ſub num.1. dicta l. qui de crimine, & l. auxilium ff. de minoribus.* Vbi diſponitur quod minor accuſator non poteſt reſtitui aduerſus ea, quæ omiſit in lite, & cauſa criminali, vbi Odofred. Alberic. Bald. & communiter DD. & per textum *in l.1. §. ſi quis, vltro, ff. de quæſt.* † vbi ponit quòd licet poſt ſen- 4
tentiam latam conſtet de eius innocentia, non poteſt retractari ſententia & per iudicem abſolui; ſed quod Princeps ſit conſulendus, & *ex dicta l. in delictis §. ſi detracta, iuncta gloſſa, & communis opinio*; vbi habetur, quod ſi ſeruus dedit mihi damnum, & egi contra Dominum in ſolidum, ex eo, quòd ſciuit, & non prohibuit, quo caſu tenetur in ſolidum per *l.2. ff. eo tit.* & non probaui, non poſſim poſtea agere actione morali, ſecuta ſententia abſolutoria, quia cauſa principalis in iudicio deducta iam eſt finita: idemque eſſe ait Gomez. prius egi contra Dominum actione morali, & abſolutus fuit, quia non poſſum poſtea agere inſolidum; quia ſciuit, & non prohibuit, vbi Gloſſa, Ordin. Odofred. Bart. Alberic. Bald. Florian. & alij commendant, Baldus dicens alibi ita clarè non reperiri illum textum expreſſum, vocans ad propoſitum: quod poſt ſenten- 5
tiam latam in aliqua cauſa, vel delicto non poteſt poſtea ſecunda accuſatio admitti, ratione alicuius qualitatis omiſſæ, & iuxta primum dictum de propoſita qualitate, ante, vel poſt litem conteſtatam, admittit Farin. *dict. quæſt.4. num.4. verſ. ſed aduerte*, cum Foller. & aliis. In ſecundo autem caſu, ſi qualitas omiſſa proponeretur poſt ſententiam, diſtinguit, cui ego adhærendo, aliter, ac Gomezius reſoluit eſſe reſoluendum dico. † Et ſic dicen- 6
dum eſt, quod ſi illa qualitas noua diuerſificat delictum, aut condemnationem, & pœnam v. g. ſi abſque qualitate accuſatur de homicidio, cum qualitate autem de patricidio, tunc ſemel abſolutum, aut condemnatum de homicidio, non prohiberi iterum accuſari de illa qualitate diuerſificante delictum.

Quod ſi qualitas de nouo propoſita non 7
diuerſificat delictum, licet illius pœnam, & condemnationem augeat; tunc ſemel abſolutum, ſeu condemnatum de aliquo delicto, non poſſe iterum accuſari ſuper illa qualitate.

Indeque infero, quòd accuſator abſo- 8
lutus, ſeu condemnatus de vulnere, non

poſſit iterum accuſari, ſeu moleſtari de debilitatione membri; ſequuta ex ipſo vulnere, docet ipſe Farin. *dicta quæſt.4. verſ. ſi vero, & verſ. quod ſi qualitas*, latè idem *quæſt.7.* per totam, legendus omnino Tuſchus, *litt. C. concluſ. per totam*: ſic reſumit Hayllon ad Gomez. *dict. cap.1. lib.5. variar. num.* 27. Larrea, *in deciſ. Granat.* 50. *ex num.* 5.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, præhabitis nonnullis, quæ adduxi *ſub cap. ſanè 3. de foro comp. & alibi eo tit. de habentibus poſſeſſiones in confinio duarum Ciuitatum, & in cap. poſtulaſti 14. eodem, de delinquentibus in territorio vnius, num ſint emittendi ad iudicem loci, aut delicti, & in alleg. fiſcalib. ſancti officij alleg. 45. à verſ. ad ſecundam*, vbi de hæretico punito, & habente bona in alio Regno, aut prouincia; iam reſoluendo ex dictis reſpondebitur: quare nunc leges quæ in terminis adducunt Petrus Barboſa, *in l. hæres abſens §. proinde in art. de foro comp.* Gama, *Luſit. deciſ.* 33. *num.* 2. & quia idem Barboſa agit de quæſtione à *num.* 127. quem citat Barboſa alter in *textu noſtro*, *num.*3. an etiam ratione domicilij, vel originis, poſſit quis ibi accuſari de delicto alibi commiſſo, & multa ad propoſitum dixerim, *ſub dicto cap.* 14. *de foro* per plures quæſtiones, & extendendu ad caſus ratione rei ſitæ *in dicto cap. ſanè*, & ratione domicilij *in cap. fin.* & ratione contractus, *in cap. dilecti* 17. *& in dicto cap. fin.* ratione etiam originis, de quibus omnibus Farinac. longè agens, *in dicta p.* 1. *crim. quæſt.*7. agens de quæſtione, delinquens, vbi puniendus.

10 Ad tertiam quæſtionis partem, an compoſitus cum parte, aut fiſco, poſſit de nouo accuſari, ſaltim per propinquiorem. In qua quæſtione, quia poſt antiquiores *in l. tranſigere, Cod. de tranſact.* de cuius explanatione inter modernos abundè Faquin. *lib.* 1. *contr. à cap.*8. Anton. Gomez. *dict. lib.*3. *var. cap.*1. *à num.* 55. omnino legendus, duplicibus dubiis inquirens, & reſoluens cogenres de criminibus, ſuper quibus, tranſigi poſſit, aut non. Iam nunc breuiter exiſtimaui reſpondendum regulam generalem poſitam *ſuprà quæſt.* 1. *num.*1. limitari in hoc caſu; eo quod illa procedat in abſoluto per ſententiam; ſecus ſi per tranſactionem factam cum parte, à quo remiſſionem delicti habuerit; tunc enim poterit qui deliquit, ea remiſſione non obſtante, accuſari ab alio tertio; licèt non à primo accuſatore; quia remiſſio, & tranſactio vnius, alteri tertio non præiudicat *l.* 4. *§. penult. ff. de ſepulchro viol. l. qua catu, ff. ad leg. Iul. de vi publica*, vbi Dyn. Alberic. Angel. & communiter DD. qui etiam per textum *in l. ſi maritus. la* 2. *§. ſi negauerit, ff. de adulter.* expreſſius *in l.* 1. *Cod. de abolit.* † qui & dicunt in hoc eſſe differen- 11
tiam inter ſententiam, & tranſactionem; quia ſententia facit ius quoad omnes, tranſactio non niſi quoad tranſigentem ſecundùm Bald. *in dicta l. tranſigere, in* 4. *&* 5. *oppoſit.* docent Felin. *hic in* 2. *limit. num.* 3. Couarruu. *dicto lib.*2. *variar. cap.*10. *num.*5. *verſ.* 9. Brunor. à Sole, *in praxi quæſt.*17. *à num.*21. vbi pluribus comprobat, & latè agens Farinac. cum aliis multis. *dicta qu.*4. *p.*1. *praxis crim. à num.*31. *ampliat. num.*32. vt tranſactio facta cum fiſco multo minus noceat Iudici, vt ex officio inquirat, vel ſi fuerit facta cum parte, vt ad fiſci inſtantiam; quia ex communi crimine poteſt dupliciter agi ad pœnam ſcilicet applicandam parti, & ad publicam vindictam, *l. qui nomina ff. de falſis, l. fin. ff. de priuat. delict.* non enim pars, & ſi in ſuum præiudicium valeat iniuriam remittere; non vero in præiudicium Reipublicæ, *l. penult.* vbi DD. *Cod. de pactis*, ipſe late amplians & limitans vſque ad *num.*41. legendus.

Sed addit ipſe Farinac. re vera non eſſe 12
poſt tranſactionem condemnandum, ſi accuſetur in pœnam ſanguinis quantumuis pro delicto tranſacto ſit impoſita, ſeu alia acerba corporalis † quod probat in 13
praxi noſtri Regni idem Gomez. *per textum in l.* 22. *tit.* 1. *p.*7. per verba illa: *vala quanto para no reciuir por ende pena en el cuerpo è lauiſado* longe tractans; ibique legendus, quia bene ad plures caſus, & intellectus ibi ex *num.*6. *ad* 6. qui & *à nu.*61. vſque ad finem illius capituli plures quæſtiunculas mouet, & reſoluit, qui dignus eſt, qui legatur ad ſaturitatem: agunt de hac declaratione legis Regiæ, alij recentiores inter quos Auendan. *cap.*16. *prætor.* 2. *p. ex num.* 20. Ceuallos, *in pract. quæſt.*77. *nu.* 4. Molina, *de inſtit. tomo* 4. *diſput.* 47. *num* 8. qui aſſerit eum eſſe ſenſum prædictæ legis Regiæ, Gregor. *in dicta l.* 22. Padilla *in dicta l. tranſigere*; idemque Molina *dicto num.* 8. alios referens Farin. *dicta* 1. *part. crim. quæſt.* 14. Larrea, *deciſ. Gran.* 27. *nu.*9. Cancerius, *variar.* 2. *p. cap.*11. *à num.* 62. limitant deciſionem *dicta leg. Partitæ*, vt non procedat in accuſatore extraneo remittente † addentes relati à dicto Farina- 14
cio, *ſupra à num.*19. à Larrea, & Cancerio, quod pacem facere pertinet ad conſanguineos, & hæredes, & quo ordine tractant

ſuprà relati. Et qui præferantur in accu-
ſando, latiſſime Farinac. *in praxi crimin. tota*
quæſt. 13. inter conſanguineos ad proſe-
quendum ſuam, vel ſuorum iniuriam, &
infrà Lara, Gomez. Baio, *in pract. quæſt.*91.
15 † vbi quod mater præfertur filiis, accu-
ſando, & remittendo, & ad quem perti-
neat de Monacho, vel patre eius, aut filio
interfecto, pacem facere? Thomas San-
chez *de religione lib.* 6. *cap.*12. *ex num.*33.
Noguerol, *vbi ſuprà.*

16 Et quia ſicut delicta, in quibus tranſa-
ctio illa non admittitur, quæ ſcribit relatus
Faquin. *dicto cap.*8. *ad cap.* 13. *lib.* 1. *controu.*
ſubinferens plures quæſtiunculas, de de-
lictis, in quibus admittitur, vel non; ideo
breuiter pro regula generali conſtituo ſu-
per homicidio, ſeu alio quolibet delicto,
in quo pœna ſanguinis venit imponenda,
licitam eſſe tranſactionem pro pretio, vel
abſque eo, vt docent præter ordinarios
Corraſius, *lib.* 2. *miſcellan. cap.*1. Conanus,
comment. lib. 57. Reuard. *var. lib.* 4. *cap.* 6.
Plaza, *lib.* 1. *delict. cap.* 39. *num.*3. Clarus, §.
*fin. quæſt.*58. *ex num.*5. Faquin. *dict. lib.* 1.
*controuerſ. cap.*8. *&* 9. Morla, *in emporio* 1.*p.*
*tit.*4. *de tranſact in præmiſſis num.*47. *& tit.*12.
*quæſt.*9. *num.*7. Barboſa, *in l.*2. *ff. ſoluto matr.*
in princip. ex num. 104. Manuca *de tacitis*
*conuention. lib.*26. *tit.*8. *ex n.* 23. Molina, *de*
*iuſt. tom.*4. *diſp.*45. *&* 46. latiſſime cum in-
finitis, vt ſolet D.Ioan del Caſtillo, *in tract.*
*de vſuſfructu. cap.*40. *per totum*, omnes caſus
declarans, & legendus omnino; item Par-
lador, *differ.*51. § 2. Menoch. *caſu* 419. *n.*53.
Oſuald. *ad Donel. lib.*18. *cap.*8. *in not. lit.*99.
17 Thomas Sanchez, *in conſil. moral.* † vbi quod
tuta conſcientia poſſit peti, & concedi
hæc remiſſio *lib.*6. *ca.*4. *dub.*1. Farin. *ſupra q.*14.
vbi qui poſſint pacem concedere, ſtante
ſtatuto, quod pacem habens, mitius punia-
tur; & ibi *qu.* 15. numquid à minori poſſit
concedi? de quo latè, & bene Anton. Gom.
*ſupra ad n.*551. de quo etiam abunde Gu-
tierrez, *de tutelis* 2.*p. cap.*1. *ex n.*69. *& cap.*6.
*n.*25. *& cap.*7. *per totum*, Vinius, *in communi-*
bus verbo pacem, Ioan. Matienz. iunior, *in*
*repet. leg.*1. *ff de minorib. nu.*189. Barboſa, *in*
*l.*22. *Cod. de pactis*, Lara, *de anniuerſariis, lib.*1.
cap. 13. vbi qui præferantur in pace con-
cedenda.

18 Et quod tranſactio facta de delicto, con-
feſſionem non inducit, Cancerius, *variar.*
2.*p. cap.*11. *ex nu.*62. Noguerol. *allegat.* 24.
ex nu. 141. Barboſa, *in collect. ad textum in*
dicta l. tranſigere, declarat ſuper quibus de-
lictis tranſigi poſſit *ibi n.*8. Suarez, *alleg.*23.
*ex num.*22. Bolan. *in curia Philippica*, §. *accu-*
*ſator nu.*5. *&* §. *accuſando*, *num.*10. † vbi quod 19
ſpurius eſt capax accuſationis, & remiſſio-
nis, de quo etiam Farin. *ſuprà*, Azeued. *in*
*l.*2. *tit.*10. *lib.*8. *recopil. ex nu.*130. Gutierrez.
*in auth. ſacramenta puber. num.*137. Parlador,
differentia 51. §.2. *num.*8. D. Franc. Amaya,
*lib.*1. *obſeruat cap* 6. *num.*35 iterum Farinac.
*qu.*5. *ex n.*11. vbi de conditione, non ha-
bitandi in loco, & aliis opponi ſolitis, de
quo etiam idem Amaya, Cancer. 2.*p. ca.*11.
num. 94. *& quæſt.*107. *num.* 262. Tuſchus,
verbo pax, † & quod vxor ſecundo nubens 20
non tenetur reſtituere, vel reſeruare filiis
primi matrimonij quod accepit ex dicta
remiſſione, licèt poſt contractum ſecun-
dum matrimonium, non poſſit illam con-
cedere; & an aliqua pars ſit expendenda
pro anima? idem Lara *de anniuerſ. dicta*
*p.*1. *dict. cap.*13. Et an poſſit, pax habita à
filiis pro occiſione Matris commiſſa per
Patrem? Clar. *dicta quæſt.*58. & quod filius,
vel alius non tenetur ſoluere creditoribus
hæreditariis, vel reſtituere aliquid ex ac-
quiſitis ob hanc tranſactionem, idem Lara,
*dicto cap.*13. Et an minor reſtituatur aduer-
ſus pacem factam? Gratian. *diſcept. forenſ.*
*cap.*518. Didac. Gomez. Bayo, *dicta qu.*91.
& alij latiſſime.

Ad quartam quæſtionis partem, an pro 21
vno delicto valeant imponi plures pœnæ,
ſi ex eo reſultant plures effectus? quæ vi-
detur appendix ad hanc noſtram tracta-
tionem hic *ex num.*1. & videtur affirman-
dum ex Socino *conſ.* 66. *num.* 9. *vol.* 1.
Ceuallos, *in pract. quæſt.*417. quando ex plu-
ribus delictis reſultant plures effectus; ſed
quando ex vno delicto, eſt noſtrum du-
bium, vt ſi v.g. aliquis percuſſit alium vno
ictu in pluribus locis, vel ſimul pluribus ala-
pis, vel pluribus vulneribus, debeatne pu-
niri pro multis, an pro vno delicto? vide-
bis dictum *ſupra quæſt.* 1. *verſ. ad quartam.*
Et quod debeat puniri pro vno, tenet Gloſ-
ſa, *in l. numquam ff. de priuat. delictis*, per
illum textum; quia ſunt plura delicta eiuſ-
dem ſpeciei. At in hac quæſtione dicit di-
ſtinguendum Iacob de Arennis, & eſſe
aduertenda verba ſtatuti, prout latiùs
eum refert Bartholom. *in dicta l. numquam,*
*num.*21. cuius diſtinctionem dixit com-
munem Florianus, *in l.* 4. *ff. ad leg Falcid.*
ſed quia eam reprobat Bartholom. *in dicta*
leg. numquam num. 12. *& in leg. ſi gemina*
num. 13. *ff. arbor. furt. cæſar.* & indiſtinctè
eſſe plures pœnas imponendas, quando ex
pluribus delictis reſultant plures effectus,
vt dixit communem Socin. *dicto conſi-*
lio 62. *num.*9. *vol.* 1. & non attendendam

Iacobi

Iacobi diſtinctionem, licet illam dicat communem Florian. ideo pro vera reſolutione, & praxi leges Couarru. *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 8. Clarum, qui referens pro vtraque opiuione plures Doctores *lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 84. refert practicam ſeruandam ibi *num.*3. imò dict. Couarr. *dicto num.* 8. *verſ. ego*, pluribus exemplificans legum, & iurium caſibus, vt ſi ex interuallo duæ percuſſiones contigerint, duæ pœnæ poſſint infligi; ſecus ſi vno actu continet plures v. g. alapas in faciem alicuius imprimat; in tantum, vt ſi à pluribus, continuò tamen plura fecerit furta, vnica tantum pœna puniatur ex publica vindicta, etſi ex damno pluribus incuſo cuique teneatur: ſic ex caſibus *leg. ſi adulterium*, *ff. de adulter. cap. cum pro cauſa, de ſent. excommunic. l. illud* §. *vlt. ad leg. Aquil.*

22 Et ſic ſi quis in alterum eodem impetu
diuerſa verba iniurioſa protulerit, etiamſi
diuerſa ſignificent, ait Couar. non eſſe hic
cenſendas plures iniurias, nec plura con-
uiria, ſed tantùm vnum conuirium ex *l. apud*
Labeonem, § *ait Prætor. ff. de iniuriis*, vbi Bart.
expreſsè tatetur quòd ſi eadem oratio in-
iurioſè ſæpe continuo repetatur, vna tan-
tum ſit iniuria, non plures, quod notan-
dum dicit Couarru. ad intellectum Regiæ
conſtitutionis, quæ de puniendis conuiriis,
& verbis iniurioſis, agit, quæ, & alia exem-
23 pla limitantur † niſi alias lege, vel ſtatu-
to pro quolibet ictu, aut alapa continuo,
aut ex interuallo, diuerſa infligeretur pœ-
na, ſecundùm Iacob. de Aren. *in dicta l.*
apud Labeonem, §. *conuitium*, & inde ipſe
Couarr. poſt alia ab eo *ibi* ſcripta conclu-
dit *in eodem verſ. ex his* intelligi Ioann. An-
dream *ad reg. delictum, de reg. iur.* Cardin.
in Clem. 1. §. *etſi qui de priuileg.* Alberic. *in*
24 *dict. l. nunquam*, † qui dum exiſtimant re-
petitiunem eiuſdem criminis, etiam ea-
dem actus continuatione contingentem
cenſendam eſſe plura crimina, & vt plu-
ra punienda, intelligit horum dictum quo-
ties agitur de pœna inflicta à lege non ra-
tione publicæ vindictæ, ſed ratione læſio-
nis ratione iniuriæ priuato illatæ, ſentiens
Couarru. vt grauius puniatur repetens ean-
dem iniuriam iteratam, non vt ob quam-
libet iterationem pœna definita repeten-
da ſit.

25 Quod ſi plura crimina diuerſa oriantur ex iteratis actibus continuis, aut ex interuallo, tunc ea crimina, non vt vnicum punienda fore iuxta textum in dicta *l. nunquam ff. de priuatis delictis*, contra gloſſam *ibi verſ. occiderit*, quæ in *verſ. ob aliud*, hoc ipſum videtur probare: alia cumulat videnda idem Couarru. *ſub dicto nu.* 8. *à verſ. quintum, vſque ad num.* 9. ad maiorem explanationem leges quæ dicó *infra in cap.* 1. *de pœnit.* applicando interim Gomecium *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ex num.* 38. vbi de delicto pluribus legibus vnica tantum pœna ſufficienter dicatur punitum, latè agens, de qua *in dicto cap.* 1. has tres ſententias referens Faquin. *lib.* 9. *controuerſ. cap.* 46. optimè *in verſ. ego*, reſpondet ad exempla textus *in dicta l. nunquam ff. de priuatis delictis*, ipſum leges.

AD TEXTVM

In Cap. Repellantur VII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Inimici repelluntur ab accuſando, ſicut à teſtificando.*
2. *Blaſphemiæ materiæ, vbi tractentur?*

TExtvs iſte, per quem ſolent
DD. agere, quod inimici ab ac-
cuſando repelluntur; & eius ma-
teria in hoc puncto definiatur 1
per ea, quæ longe dixi *in cap. quoties* 5. *de*
teſtib. quæſt. 1. *num.* 34. *& num.* 1. *de domeſticis*,
De non admittendis teſtibus inimicis con-
tra alios; ita vt ſicut inimicus à ferendo te-
ſtimonio, prorſus repellitur ad textum *in*
l. 3. vbi communiter DD. *ff de teſtibus l.* 1.
§. *præterea*, *ff. de quæſtionibus in auth. de teſti-*
bus §. *ſi quis dicat, coll.* 7. *& in auth. ſi teſtis*
productus Cod. eodem, *& ibi in l. ſi quis teſti-*
bus; ita pariter repelluntur ab accuſando,
cum valeat argumentum de teſte ad accu-
ſatorem, ex eo namque, quòd qui teſtis
eſſe non poteſt, nec etiam accuſare valeat,
cap. ſuper prudentia 12. *quæſt.* 2. *cap. ipſi Apo-*
ſtoli, & cap. teſtes 2. *quæſt.* 7. *cap. ſanè* 15.
quæſt. 13. *l. qui cum maior* § *minor*, *ff. de bonis*
libertor. Speculator *in hoc tit.* §. 1. *num.* 27.
circa medium verſ. item quod eſt talis, qui non
poteſt teſtis eſſe, plene Tyber. Decian. be-
nè comprobans, & declarans, *lib.* 3. *crimin.*
cap. 20. *à num.* 1. legendus *p.* 1. Farinac. *in*
praxi cap. 12. *à num.* 34. ideon iam breui ſub
compendio huius materiam comprehen-
demus. † Et quia ex *verſ. infeſtationes*, blaſ- 2
phemiæ poteſt agi, de hoc delicto, an ſit
blaſphemia mixti fori nec ne; & quæ di-

catur

catur ordinaria, & quæ hæreticalis: tamen quia longè agitur *infrà ſub tit.* de hæreticis, inde nihil aliud de illa: interim applicabis quæ dixi ſub *cap. cum ſit generale de foro comp. quæſt.* 8. *à num.* 10. Et applicabis quæ dixi de excuſatione permiſſa ratione inimicitæ *in cap. 4. de foro comp. ſub quæſt.* 30. vbi quid ratione familiaritatis.

QVÆSTIO I.

Quare cohabitantes cum inimicis, criminoſi nequeant illum accuſare; ſiquidem ex hoc ſequeretur forte, vt nullus inueniretur accuſator? & an vtcumque verum ſemper ſit, vt numquam inimicus ad accuſandum admittatur? & quid dicendum de inimico reconciliato? & an ſola inimicitia cum occiſo, ſit ſufficiens indicium ad torturam?

SVMMARIVM.

1. *Cohabitans cum inimico repellitur ab accuſando, ſicut ipſe inimicus, ſi aſſidue cohabitet, non ſi perfunctorie, vt n. 2.*
2. *Inimicus non dicitur cohabitans cum inimico alterius vi, aut metu, n. 3.*
3. *Conuerſantes cum inimico in eo repelluntur ab accuſando me, vt n. 1. & 2.*
4. *Accuſator inimicus facilius admittitur, quam teſtis ſecundum aliquos. Alij eandem regulam ponunt in vtriſque, n. 5.*
6. *Inimici, nec in criminibus exceptis admittuntur, etſi inhabiles in illis admittantur, niſi in crimine hæreſis, & quare, num. 7.*
8. *Inimicus ad accuſandum, nec in notoriis, nec in crimine obiecto per viam exceptionis, nec ad denunciandum admittitur.*
9. *Inimicitia ſola capitalis, eſt quæ repellit ab accuſando, & teſtificando, etiam ſi illa contigerit culpa rei, n. 10.*
10. *Deſcendentes inimici, vſque ad quartum gradum repelluntur ab accuſando, & teſtificando.*
11. *Inimicitiæ capitales, poſſunt oriri, tam ex crimine, quam ex ciuili cauſa, exemplificatur.*
12. *Inimicus reconciliatus de proximo accuſare non valet, aliter ſi diu reconciliatus eſſet, vt num. 13. quod relinquitur iudicis arbitrio, num. 15. fallit in conſanguineo, vt n. 15.*
16. *Inimicitia cum occiſo verius eſt, vt ſola non ſufficiat ad torturam, n. 17.*
18. *Suſpicio, quæ oritur ex ſola inimicitia nimis remota eſt ad torturam.*
19. *Indicia ad torturam debent eſſe propinqua, veriſimilia, grauia, & vrgentia.*

1 AD primam quæſtionis partem, quæ eſt noſtri text. dubium, adducendo hic quæ de domeſticis conſanguineis, ſiue conſortibus teſtibus admittendis, vel non, attuli *in cap. quoties 5. hoc tit. ſub dicta q.* 1. iam breuiter reſpondetur, vt quia cohabitans cum teſte inimico ratione affectionis, nec admittatur ad teſtificandum, ſic nec ad accuſandum; quia vt ait Pontifex hic non aliunde cohabitantes inimicis ab accuſando repelluntur, *niſi quia adfectio ſolet amicitia incitare*, vt in terminis docent Conrrad. *in pract. tit.* de accuſat. qui poſtquam *num.* 14. dixit, quod accuſatio, & teſtificatio æquiparantur, addit *num.* 12. *verſ.* 40. *& 43. qui cum inimico*, quod ab accuſando non ſolum repellitur inimicus; ſed etiam qui cum inimico cohabitat, quique de eius domo prodit, Farinac. *lib. 1. pract. c. 12. n. 38. & n. 33. verſ. amplia quartò.*

2 Quæ concluſio declaratur modis ſequentibus, vt ſolùm procedat in cohabitante cum inimico aſſiduè, per textum *in cap. accedens el 2.* vt lite non conteſtata, ita hic Ioannes Andreas Præpoſitus *in cap. accuſatores in fine 3. q. 5.* Felinus, *in cap. cum oporteat hoc tit. verſ. nota* 6. per doctrinam etiam textus *in cap. tertio, 3. q. 5.* ibi, vel de inimici Domo prodeuntes: *vel qui cum inimicis morantur*: & *in dicto cap.* cum oporteat ibi: *cum eius hoſtibus conuerſentur*: Decianus *vbi ſuprà dicto cap. 25. num. 13. & num. 99.* & cum eo Farin. dicentes primò procedere in amicitia frequenti, & intrinſeca, non autem perfunctoria, & leui. † Secundo ſi 3 coactus vi, aut metu quis cum inimico habitaret, & conuerſaretur, qui tunc non diceretur inimicus. Et ex hoc text. collegerunt Menoch. *de præſump. lib. 5. præſ. 43. cum ſequentibus, videndus in conſ.* 101. *num.* 11. Rebuff. *de reprobat. teſt. num.* 243. Farinac. *in praxi p. 2. q. 33. 44. & p. 4. conſ.* 61. Barboſa hic *n. 2.* quod inimicus alicuius præſumitur ille, qui conuerſatur cum eius inimico; idem *in dicto cap. cum oporteat num.* 2. dum dicit, vt qui cum inimico meo conuerſatur, meus inimicus eſt. Cùm ergo cohabitantes repellantur ex iam adducta ratione, eadem ratione, imò potiori remouebuntur domeſtici, vt dixerunt Neap. de Monte Albano *de teſtib. in princip. n. 14. & 15.* Menoch.

conſ.

*conſ.*199. *num.* 19. Menchaca, *vſufreq. c.* 35. *num.* 15. latiſſimè Farinac. *de teſt. quæſt.* 54. *à n.* 1. Caldas Pereira *de empt. cap.* 34. *n.* 32. Maſcard. *concluſ.* 533. *&* 1317. *num.* 10. *&* 1357. *n.* 46. Rebuff. *de reprob. teſt. à n.* 184. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 374. *à num.* 6.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an vtcumque verum ſit, vt numquam inimicus ad accuſandum admittatur? & quia iam de teſte inimico dixi *in dicto cap. quoties* 5. *de teſtibus, ſub dict. quæſt.* 1. vbi poſuimus diſtinctionem inter inimicitiam capitalem, & non capitalem, & ibi dicta faciant pro vera reſolutione, eo quod dicta de teſte inimico, locum habeant in inimico accuſatore, per iam hic inſinuata in præmiſſo; ideo iam reſolutiuè in terminis reſolues diſtinguendo, vt *num. ſequenti.* Et videtur, vt admittatur ſæpius; nam ſi volumus ab accuſando inimicum, repellere, fortè nullus inuenietur accuſator, cùm ſoleat ſemper aliqua animarum offenſio accuſationem præcedere; imò, & Abbas dixit *in cap. licet Heli de ſimonia col.* 2. *verſ. vltimo collige*, de iure ciuili cautum non reperiri, quod inimicus accuſare non poſſit; eo quod crimina per teſtes, & non per accuſatorem probentur; indeque eueniat, vt facilius admittatur accuſator, quam teſtis: hanc Abbatis ſententiam, & de iure ciuili dixit veram Imola *in l. is qui reus ff. de public. iudic.* Felin. *in cap.* 1. *hoc tit. col.* 2. *concluſ. verſ. vtrum inimicus*; ſic vt non diſſentiant Marian. Socin. hic *num.* 6. indeque Decian. *in praxi cap.* 25. *num.* 2. optimè demonſtrauit iure Romano, concurrentibus pluribus ad accuſandum illum præferri, qui inimicitiæ maiorem cauſam habeat pluribus anthoritatibus Marci Tullij Ciceronis; iterum tenuit idem Abbas *in cap.* 1. *hoc tit. verſ. circa tertiam, & vltimam n.* 8.

5 Tamen hoc non obſtante, non eſt recedendum à communi Doctorum ſententia dicentium, repelli ab accuſando inimicum, ſicut à teſtificando; quia in vtroque inuenitur eadem ratio, nempe, vt ratione odij, & inimicitiæ ſuſpectus, reputetur calumnioſè accuſaturus iuxta dicenda *tit. ſequenti*, vt docent Angelus *de maleficiis in verbo ad querelam verſ. repellitur, num.* 36. Decian. *dicto cap.* 25. *num.* 3. Farinac. *dicta quæſt.* 12. *num.* 38. *verſ. ideo*, quibus iuuant Maſcard. *de probation. concluſ.* 98. *num.* 2. *& concluſ.* 1128. *num.* 6. *& concluſ.* 1148. *n.* 107. Farin. *p.* 4. *conſ.* 17. *num.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 29. *n.* 26. *&* 27.

6 Et in tantum proclamant hoc procedere vt licet in criminibus exceptis etiam inhabiles ad accuſandum admittantur, ſed inimicos non admitti, etiamſi crimen ſit læſæ Maieſtatis, ſimoniæ, & aliorum ſimilium, vt DD. per *cap. per tuas de ſimonia*: ſic cum Specul. Angelo, Marſilio, Gramm. Conrrado, Gigante, & aliis Farinac. *dicta p.* 1. *prax. quæſt.* 4. *num.* 39. † Vbi reſtringit 7 hoc in crimine hæreſis, in quo etiam inimicus admittitur ad accuſandum; quia tunc dicitur proſequi ſuam iniuriam, cum id, quod in Diuinam religionem committitur, in omnium feratur iniuriam iuxta *leg. Manichæor. Cod. de hæret.* vbi DD. & Decian. *lib.* 3. *crim. cap.* 25. *num.* 7. † Et in tan- 8 tum eſſe verum, vt inimicus ad accuſandum, non admittatur, etiam in notoriis: ſic DD. per Doctrinam textus *in cap. nulli Epiſcoporum* 3. *quæſt.* 5. & item quod obiiciatur crimen per viam exceptionis, imò, & procedere, vt nec ad denunciandum inimicus admittatur: ita Gigas *de crimine læſæ Maieſt. lib.* 2. *Rubric. qui accuſare poſſ. qu.* 6. *à num.* 5. Decian. *vbi ſup. dict. cap.* 15. *à n.* 5. & ante eum idem Farinac. *ſup. num.* 40. *verſ. amplia ſecundo* cum Romano, Alex. & aliis, videndi Doctores *in cap. meminimus hoc tit.*

Tota difficultas eſt, an quælibet inimi- 9 citia ſufficiat; in quo articulo, dicendum eſt ſolam capitalem eſſe, quæ repellit inimicum ab accuſando, ſicut illum repellit à teſtificando iuxta quæ dixi *in dicto cap. quoties* 5. *de teſt. ſub dicta quæſt.* 1. quando capitalis non eſt, etſi inimicus ſit aliqualiter ſuſpectus, non tamen in totum ab accuſando repellitur, ſicut iam dixi *de teſte inimico*, quem inimicitia grauis, & capitalis repellit à teſtimonio; ſecus ſi leuis, & non capitalis: videndi Decian. *dicto c.* 25. *num.* 26. Gigas *dict. quæſt.* 6. *num.* 8. Clar. *in pract. quæſt.* 14. *verſ. vlterius dixi* idem Farinacius cum Angel. vero, & aliis, *dicta q.* 4. *à num.* 45. legendus cum infinitis *ibi num.* 40. dum ad comprobandum dictum de repellendo inimicum ab accuſando, facit hanc æquiparationem de repellendo inimico (capitali ſcilicet) à teſtificando, ad textum *in dictis cap. per tuas de ſimonia*, cum Bart. Marſilio, Angelo, Claro, Rolando, & aliis, & idem de teſtibus longè agens de teſte inimico *quæſt.* 53. *à num.* 52. qui ampliat, & reſtringit ex *num.* 3. qui & *quæſt.* 49. ex *n.* 1. & aliis explicat quæ dicantur inimicitiæ capitales.

Quæ doctrina vera eſt, etiamſi inimi- 10 citia contigerit culpa rei, dum tamen non fuerit adfectata ad hunc finem: ſic Anton.

Gomez. *lib.* 3. *var.cap.*12. *n.*14. vbi eius Additionator Haillon, *num.* 15. qui ob eandem rationem repellit deſcendentes inimici, & collaterales vſque ad quartum gradum à teſtificando, vt docent Boſſius, *de oppoſitione contra teſtim. num.* 52. *Nouel. reg.* 226. *de teſtib.* Clar. *in §. pænali. quæſt.* 24. *verſ. item quæro*, Menoch. *de arbitr. caſu* 110. Maſcardus, *de probat. concluſ.* 899. *ex num.* 1. multis comprobat Barboſa, *in cap. per tuas, num.* 2. *vbi num.* 7. cum Menoch. *caſu* 239. *num.* 8. *&* 11. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 37. *ex num.* 26. & cum Mantica *de coniectur. ment. teſt. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 14. & ex dicta
11 Farin. *quæſt.* 49. *ex num.* 1. explicat quæ dicantur inimicitiæ capitales: videndi Gutierrez, *de tutelis* 1. *p. cap.* 21. *num.* 21. cum multis D. Ioannes de Eſcobar, *de puritate ſang.* 1. *p. quæſt.* 12. *per totam.* D. Ioan de la Rea, *allegat. fiſcal.* 48. *num.* 37. *&* 42. Sanchez, *in conſ. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *dubio* 14. *num.* 9. de qua dicitur *infrà dict. cap. per tuas*; & vt breuiter explicant Maſcard. *concluſione* 857. *num.* 55. *&* 56. Menoch. *caſu* 110. *ex num.* 4. Barboſa, *in dicto cap. cum oporteat num. fin.* dicendo cum aliis has poſſe oriri, tam ex cauſa criminali, quam ex cauſa ciuili pecuniaria magnæ quantitatis cum Brucanor. Alex. Craueta, & aliis. Et interim, vt ſcias quæ iſtæ, dicantur capitales, videbis gloſſam, *verb. capitales in l. licet. ff. de arbitr.* Menoch. *de arbitr. caſu* 239. *num.* 8. *&* 11. Flamin. *de reſignat. lib.* 5. *qu.* 3. *num.* 258. Cardos, *verb. inimicitia, & verbo teſtis*, Farin. *in praxi dicta quæſt.* 49. *à princ.* explicat Bart. *in l.* 3. *§. fin. ff. adim. legat. & in dicta l. licet*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 37. *à num.* 26. Bellet. *diſquiſit. Clerical. p.* 1. *de fauor.* Cleric. *Canon.* §. 3. *num.* 29. Maſcard. *in praxi habendi concurſ. v. quirit.* 7. *dub.* 36. Mantica *de coniect. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 14. alios referentes.

12 Ad tertiam quæſtionis partem de inimico reconciliato, idem dicendum, vt nec talis admittatur ad accuſandum; quia ſi vt *ſuprà* diximus, *in dicto cap. quoties, de teſtibus*, inimicus reconciliatus à teſtificando repellitur, ac docuerunt Felin. *in dicto cap. cùm oporteat hoc num.* 10. *&* 12. Couarr. *pract. cap.* 18. *num.* 3. Farin. *dicta quæſt.* 4. *ſub nu.* 41. cum Speculator. Conrado, Ploto, & alij, ita ad accuſandum, quod tamen eſt intelligendum, diſtinguendo inter reconciliationem recenter factam, vt de hac intelligatur hoc dictum, quia talis adhuc odium & nocendi animum retinere præſumitur, vt per Couarruu. *dict. cap.* 18. *pract. num.* 3. Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 14. *verſ. ſubintellige.* Tyraquel. *in tract. ceſſante cauſa p.* 2. *limitatione* 16. *num.* 7. *&* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 6. Decian. *tract. criminal. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 21. Maſcard. *dicta concluſ.* 857. *num.* 47. *& concl.* 899. *num.* 7. *& concl.* 1046. *num.* 21.
Farinac. *dicta quæſt.* 55. *de teſtib. nu.* 59. † ſe- 13
cus tamen quando iam diu reconciliatio fuit facta; ſecundùm quam partem intelliguntur idem Anton. Gomez. Tyraquel. *ſup. num.* 7. Maſcard. *dicta concl.* 899. *num.* 10. *& dicta concluſ.* 1046. *num.* 21. Surdus, *concl.* 371. *num.* 17. Azeuedus, *in l.* 2. *num.* 52. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recopil.* Farin. *dict. quæſt.* 55. *nu.* 58. *de teſtibus*, Barboſa, *in dicto cap. per tuas, num.* 8. *&* 9. ita etiam concordat idem Farinacius reſpondendo eidem Gomezio contrarium docenti, *vbi ſuprà* videndus cum aliis multis in terminis de non admittendo accuſatore recenter reconciliato, ſecus ſi diuturno, *dict. quæſt.* 4. *in praxi num.* 41.
ad 43. † vbi ait relinqui iudicis arbitrio, 14
quando dicatur inimicus recenter reconciliatus; quando verò diu; & ſic in terminis docentes inimicum non eſſe admittendum ad accuſandum ſunt intelligendi, vt per textum *in dicto cap. accuſatores* 3. *qu.* 5. Cenedus cum multis, *collect.* 129. *num.* 2. Fr. Eman. Rodriguez, *quæſt. regul. qu.* 15. *art.* 3. *verſ.* 10. Clarus, *lib.* 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 24. *num.* 6. Menoch. *dicto caſu* 28. *num.* 4. *& conſ.* 1. *num.* 47. Alciatus, *de præſumpt. reg.* 2. *præſumptione* 11. Gigas, *de crimine læſæ Maieſtatis, lib.* 2. *tit. & per quos, quæſt.* 2. *num.* 15. poſt Romanum, *conſ.* 319. Iaſon. *in l. apertiſſimi, nu.* 7. *Cod. de iudic.* Alex. *conſ.* 99. *col.* 1. *volum.* 1. & Hypolit. *in l.* 1. §. *præterea*, *nu.* 4. *ff. de quæſt.* & alij.

Pro complemento notabis, vt licet ini- 15
micus recenter reconciliatus non admittatur ad accuſandum, fallit tamen in conſanguineis, & in illis inimicis, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, vt dixit Clarus cum aliis, *dicta quæſt.* 14. *verſ. vlterius dixi*: ſequitur Farin. *dicta qu.* 4. *in praxi, num.* 44. ex eo quòd ſi aliter diceretur, nullus poſſet accuſando proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam, cum omnes illi, qui eam proſequuntur, ſint accuſato inimici ob iniuriam illatam familiæ, & omnibus de ea, de quo alibi *ſub Rubric.* hic, & aliquid *ſub hac quæſtione, verſic. ad ſecundam.*

Ad quartam quæſtionis partem, an ſola 16
inimicitia cum occiſo, ſit ſufficiens indicium ad torturam? & ſi hæc quæſtio non tam propria videatur noſtri textus; quia tamen ex ratione, textus noſtri, *& legis*

ſi

ſi inimicitia, *ff. de his*, *quibus vt indignis l. 1. §. cum quis ff. de quæſtionibus*, quatenus ex his docetur ab inimico omne malum ſpectandum eſſe, vt recenſet Faquin. *lib. 9. contr. cap. 82.* ideo potuerunt affirmare Speculator, *tit. de præſumption. §. ſpecies*, *num. 5.* Roman. *in l. 1. §. ſi quis in illa*, *in 1. notab. ff. ad Silanien.* Angel. *de maleficiis*, *verſ. fama publica præcedente*, *nu. 29.* Calcaneus, *conſ. 62. nu. 2.* Felin. *in cap. afferte n. 12. de præſumpt.* Brunus, *de iudiciis*, *& tortura*, *p. 1. quæſt. 3. num. 19.* Mant. *conſ. 52. & 57. lib. 1.* Gratus, *conſ. 136. num. 24. lib. 1.* Ioan. de Amicis, *conſ. 51. num. 77.* ſolam inimicitiam indicium eſſe ad torturam: & latè hanc partem comprobant relati nouiſſimè à Giurba, *conſ. 13. toto num. 5. per dicta iura* ex Burſato, Tepato, Theſauro, Farinacio, *qu. 49. & conſ. 121.* addens ex aliis multis cum Claro, Grato, Tuſcho, Surdo, Deciano, & aliis eam ſolam inimicitiam in delictis occultè commiſſis, torturæ ſatis eſſe, vt opinarunt etiam Angel. *in l. fin. ff. de quæſt.* Anton. *p. 3. cap. 13. num. 11.* vbi cum aliis Haillon, *num. 14.*

17 Tamen quia torturæ pœna eſt nimis
acris, vt ſuo loco dicemus, alij, & verius
cenſuerunt ſine alio adminiculo eam non
ſufficere, vt tenuerunt Clarus, *quæſtio-*
ne 21. verſ. inimicitia, cum multis. An-
tonius Gabriel *lib. 1. concluſ. commun. tit.*
de maleficiis concluſ. 18. Menochius, *de*
præſumptione lib. 1. præſumptione 89. *num.* 50.
idem Faquineus, *vbi ſuprà*, quos ſequi-
18 mur, † quia ſuſpicio, quæ ex inimicitia
oritur ad hunc effectum torturæ eſt ni-
19 mis remota. † Et quia indicia ad tortu-
ram debent eſſe propinqua, veriſimilia,
grauia, & vrgentia per textum *in lege mi-*
lites, *§. oportet Codice de quæſtionibus*; & ſic
idem Giurba tenet *ſupra dicto conſilio* 13.
ex num. 7. dum dicit ad torturam ſatis eſſe,
ſi acceſſerit adminiculum, cum Decio,
Maluaſio, Maſcardo, Bajardo, Mongon.
Alba, Eugen. Boſſio, Patiano, Menochio,
Azeuedo, & aliis.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

AD TEXTVM

In cap. Accuſaſti VIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Carena pœnitentia dicta*, *qualiter antiquitus*, *& hodie intelligeretur.*

QVIA textus iſte loquitur de calumnioſo accuſatore, & qualiter puniatur, ſi per eum accuſatus occiſus ſit aut debilitatus. 1 Ideo quia prima pars ſpectat ad *titul. ſequent de calumniatoribus*, ibi videbis. Et quia itidem ſecunda pars ſpectat ad materiam earum pœnitentiarum, quæ antiquitus in Decretis, & Conciliis peccatoribus, ac criminoſis imponebantur ad plenam animæ compurgationem, quæ iam non ſunt in vſu: videbis notata, *infra in cap. 1. & 2.* item, *in cap. licet 6. de pænit. & remiſſionibus*; ſolum inquam reſtat hic ex *verbo Carena*, *& verſ. per tres debet quadrageſimas pænitere*, hoc eſt carendo cibo, præter panem, & aquam, quod vocabatur carena à carendo aliis cibis; & licet Rebuff. *in tractat. nomin. quæſt. 14. num. 8. verſ. tamen*, intelligat hunc textum de tribus quadrageſimis trium annorum, ſcilicet Paſcha: tamen Archidiacon. poſt gloſſam 1. *in cap. 1. 22. quæſtion. 5.* Iulius Laborius, *de iubil. & indulgent. part. 2. cap. 14. num. 122.* videndus, *dicta p. 2. cap. 10. nu. 37.* vt ſequitur hic Barboſa, cum D. Roderico de Acugna, *in cap. quia verſ. 40. num. 3. diſt. 50.* poſtquam expendunt *dictum verb. carena*, addunt illud ſignificare quadrageſimas, de quibus hic intelligentes de tribus quadrageſimis, quæ veniunt ante Paſcha, ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ante feſtum Natiuitatis Domini, & non de quadrageſima trium annorum.

AD TEXTVM
In Cap. Euidentia IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Notorij materia procedit in delictis, & ciuilibus, vt n. 2.*
2. *Notorium offuſcatur per oppoſitionem partis; & de alijs remiſſiuè, & quod reſultat ex probationibus, teſtium inſtrumento, confeſſionis, & ſententiæ, & quod nequit cælari, & facti euidentia.*
3. *Iudex ſuper euidentia patrati ſceleris procedit ſine accuſatore; exemplificatur, qui & poteſt ſe informare de notorio, vt num. 5.*
4. *Euidentia ſceleris non admittit excuſationem, nec notoriam probationem, aut proteſtatione indiget.*

1 QVIA ad textum in cap. veſtra de
habitat. clericor. & mulier. plura
notantur de notorio, & quod in
materiis poteſt iudex iudicare
ſecundum allegata, & an allegari ſufficiat
notorium, aut debeat probari; item & de
aliis pluribus. Et quia nonnulla à nobis dicta
ſupra poſſunt hic pro ampla explanatione
adiungi, leges *in cap. delicti 6. de iudiciis
q. 8. an iudex ex probationibus, an vero ex rei notorietate
iudicare debeat*, & ibi q. 10. *an cum
ex actis nihil probatur, ſed iudex, vt priuatus,
ſciat delictum eſſe commiſſum, poſſit ex ſua priuata
ſcientia, delinquentem condemnare?* & ibi
quæſt. 11. *an iudex teneatur iudicare ſecundum
ſtatuta, non allegata, vel conſuetudinem notoriam*,
ad alias in cap. 1. de iudic. ibi q. 24.
*an ſententia excommunicationis lata abſque
vlla citatione, ſit nulla, aut iniuſta?* & q. 26.
*An abſens, & irrequiſitus poſſit excommunicari?
& an in notoriis ſit neceſſaria citatio?* Dixi
ſub cap. 1. de cauſa poſſ. & prop. qu. 3. à n. 1.
vbi de diſtinctione, qua componitur ſententia
diuerſa Doctorum. Et quia, vt ſolet,
cum infinitis Farinac. *in praxi crimin. tota
quæſt. 21.* enarrat quæ ſint delicta notoria,
& de ordine procedendi contra reum in
2 flagranti. & notorio delicto † dicens *à n. 1.*
materiam notorij procedere æqualiter, tam
in ciuilibus, quam in criminalibus, explicans
à num. 4. differentiam inter notorium,
manifeſtum, euidens, publicum, notum, indubitatum,
& liquidum, & quando idem
ſignificet, & *ibi à num. 9.* quod ſit notorium
iuris, aut facti, & *ibi à num. 16.* quod
notorium offuſcatur per oppoſitionem partis,
& quod illud reſultat ex probationibus,
etiam per viam exceptionis factis; &
quod probatur teſtibus, inſtrumento, & ex
tenore priuilegiorum, *à num. 20. & 28.* per
confeſſionem, per ſententiam; dicique illud,
quod nequit cælari per facti euidentiam,
vt factum delictum coram populo,
vel maiori parte, alias non dici tale, ſi ab
omnibus, aut à maiori parte auditum non
ſit: & de aliis multis circa proceſſum ſuper
notorio *à n. 60.*

Ideo benè potuit dicere Pontifex hic, 3
quòd iudex ſuper euidentia patrati ſceleris
procedit ſine accuſatore, ſic probans Barboſa
cum antiquis *num. 1.* & cum modernis
à num. 2. intelligens textum hunc cum
Soto, quando patrator ipſe, vel manifeſtus,
vel infamia detectus; item, & quando iudex
ſtans ſimul cum aliis videt committi
delictum; non enim ait ex Caietano, Coroliano,
Maſcardo, Caldas Pereira, Menochio,
Surdo, Bela *à num. 6.* Mendez à Caſtro,
Farin. iam addocto, Couarru. Perez.
Viuian. Ignatio del Villar. & aliis dicentibus
probationem per euidentiam facti, eſſe
claram, in tantum, vt nihil magis, nec iudex
aliud quam illam requirat ad rem ipſam
cognoſcendam † Et quod ſceleris euidentia 4
non admittit excuſationem, nec notorium
indigeat probatione, aut proteſtatione. † Et 5
quod iudex ex officio poteſt ſe informare de
notorio; ſed quod ferenda ſit ſententia ſuper
notorio ex gloſſa hic, verſ. *non indiget
clamore*, & verſ. *niſi quoad ſententiam*, probatunt
præter adductos à Farin. *dicta quæſt. 21.
à num. 112.* qui licet dicat non requiri ſententiam
ſolemnem ſupra notorio, requiri
benè tamen aliqualem, & ſaltim declaratoriam
ſi reus neget qualitatem notorij; &
ſic intelligendi Clarus *lib. 5. ſent. §. fin. q. 9.
num. 8.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2.
cap. 22. num. 15.* Vazquez *2. quæſt. 96. art. 5.
diſp. 170. cap. 4. n. 14.* Molina *de iuſt. tract. 1.
diſput. 95. quæſt. 32. de notorio*, latè Butrius
in tract. de notorio: aliquid Barboſa *tract. de
appell. verb. notorium. appellat. 166.* cum aliis
Ritius *ad textum noſtrum collect. 653. & in
collect. 1155. ſuper cap. ad noſtrum de iureiur.
el 2.* applicando dicta de monitoriis *in cap.
ad noſtram el 2. eadem.* Nunc verò per nonnullas
quæſtiunculas fiat materia textus noſtri
clarius.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An ſi iudicium eſt notorium, eſto quod non indiget accuſatore, indigeat tamen aliqua forma, & ordine iudiciali, & ſic an libello, an citatione, an litis conteſtatione? an probatione plena, aut ſaltim aliqua? & an quod ſuper eo concludetur, vt in cæteris iudiciis? & an in ſcriptis ſuper notorio delicto requiratur ſententia?

SVMMARIVM.

1. *Libellus in ciuilibus requiritur ſuper notorio, non ſic in criminalibus, etſi non ſolemnis, vt n. 3.*
2. *Iudex, etſi de facto poſſit in notoriis iuuare intentionem deductam, ſed non ſupplere vltra naturam petitionis.*
3. *Iudex in notoriis ex officio procedit de iure ciuili, & Canonico, etiam nemine accuſante, facti, aut iuris.*
4. *Iudex ex famoſo delicto valet ſine accuſatione procedere.*
5. *Citatio neceſſaria eſt contra delinquentem abſentem, præter quam in aſſumendis iudiciis, vt eſt ſuſpicio fugæ, alias proceſſus erit nullus, num. 6. ſecus contra præſentem, vt n. 7.*
8. *Delinquens notorius, eſt nihilominus audiendus in ſuis defenſionibus.*
9. *Citatio non procedit, quando ſcandalum, aut præiudicium fieret Reipublicæ.*
10. *Conteſtatio litis in notoriis non requiritur, nec quæuis alia ſolemnitas reſpiciens ordinem proceſſus, etiam cum iudex procedit ex ſola fama, n. 11.*
12. *Conteſtatio non requiritur, ſiue in notorio facti interpolati momentanei, aut continui. Quid in notorio iuris?* remiſſiuè.
13. *Notorium non eget alia probatione, quam euidentia; eo quod eſt probatio probata num. 14. intellige cum diſtinctione, vt à num. 15.*
14. *Notorium de neceſſitate eſt proponendum, & poteſt allegari, cauſa concluſa, vt n. 15. in fine.*
15. *Notorium non eſt diſputare, ſed diſputatum eſſe.*
16. *Notorium facti permanentis, non eget probatione; ſecus facti tranſeuntis, & momentanei, & interpolati.*
17. *Notorium reſultans ex ſententia, confeſſione, & probationibus, & extra locum iudicij, eget probatione, & cum agitur contra abſentem; & qualiter teſtes ſuper illo deponere debent concludenter, num. 18.*
19. *Notorium clarum, nec defenſiones rei admittit, ſi conſtat nullam ei competere, vt n. 20.*
21. *Notorium omnibus, & parti, nec allegari neceſſum eſt, etiam iudici, aut ex conſuetudine, vt n. 22.*
23. *Notorij allegatio non eſt neceſſaria, quando conſtat ex actis.*
24. *Concluſio non eſt neceſſaria in notorio.*
25. *Sententia ſolemnis non eſt neceſſaria in notorio, vt n. 26. ſecus aliquis, vt n. 27.*
28. *Notorio negato à reo, iudex procedit, ſeruato iuris ordine.*
29. *Princeps bona rei poteſt condemnare tertio, quando crimen eſt notorium rei, ſic, vt donatarius ſemper ſit tutus.*
30. *Sententia redigitur in ſcriptis in notorio hæreſis; & videtur quod fiſcus bona teneatur reſtituere ſibi applicata ante illam.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſ- 1
pondeatur, dico, quòd in ciuilibus
ſuper caſu notorio requiratur libellus; ſecus
tamen ſuper crimine notorio; quia illud
requirit iuris ordinem in ciuilibus, non ſic
in criminalibus. Et ratio differentiæ eſt, eo
quòd in ciuilibus iudex non ſupplet de
facto *l. 1. Cod. quæ deſunt ad voc. l. 4. §. hoc*
autem iudicium, ff. de damno infecto. † in- 2
deque etſi iudex in notoriis regulariter
ſupplere poſſit de facto iuuando intentionem
deductam *ex cap. bonæ el 2. de elect.* non
tamen poterit ipſe iudex propter notorium
ſupplere vltra naturam petitionis; quia ad
menſuram petitionis, & libelli, declaranda
eſt ſententia DD. per textum *in cap. licet Heli de ſimonia*, de quo latè dixi ſub. *tit.*
de libelli oblat. & ſic, nec etiam ſupplere
circa libellum, & petitionem, vt optimè
concludit Capra *de notorio, membro* 4. vbi
num. 13. *&* 14. hoc declarat, non procedere
in caſibus, in quibus poteſt iudex ex
officio agere, & ſupplere, de quibus *in dicto*
cap. ad noſtram el 1. de iureiur.

Tamen idem Capra, *vbi ſuprà*, qui eſt 3
omnino videndus ad hanc materiam de
notorio, & modo procedendi in illo, *dicto 4. membro à n. 31. ad* 37. vbi ponit alias notabiles
declarationes, declarat dicendo, in
ciuilibus, non requiri, vt talis libellus ſit
ſolemnis, ſicut debet eſſe ille, de quo loquuti
ſumus ſub *cap. 1. & tit. de libelli oblat.*

cùm ſufficiat qualis qualis petitio, ſed quan-
do agitur ſuper notorio delicto non requiri
tunc, nec libellum, nec accuſationem;
quia in notoriis iudex procedit ex officio,
etiam nemine accuſante, non ſolùm de
iure ciuili ex *l. ea quidem*, *Cod. hoc tit. l.2.*
§. ſi publico, ff. de adulter. l.congruit, ff. de
offic. Præſid. ſed etiam de iure noſtro cano-
nico ex *cap. tua nos, de cohabit. Cleric. &*
mulier. cap. ad noſtram 2. de iureiur. vbi latè
proſequuntur DD. Capra, *vbi ſuprà*, notabi-
liter & magiſtraliter loquens de notorio *dict.*
membro 4. à n.4. & 15. & à n.31. ad 37. citatis,
Anton. de Butrio, *in eodem tractatu art. 4.*
4 *in princip.* † Cumque de iure Canonico
cautum ſit, vt ſolùm famuſum delictum
præbeat iudici facultatem procedendi ex
officio, & ſine accuſatione ex textu *in cap.*
qualiter & 2. cap. cum oporteat, hoc tit. dict.
cap. licet Heli, cap. per tuas, de ſimon. cap. om-
nipotens, 2. quæſt.1. quid mirum, vt multò
plus detur talis facultas in notorio delicto
idem Capra, *num. 5.* Farin. *in praxi, qu.21.*
ſub num. 62. dicentes prædicta procedere
non ſolum in notorio facti, ſed etiam in
notorio iuris, puta diſpoſitionis, fictionis,
vel præſumptionis; imò & in notorio con-
feſſionis: ſicque à criminaliſtis ita accipi,
probarunt Conrad. *in praxi titul. de notor.*
crimin. ſub. num.1. in princip. & in fine, &
num. 10. Gandino, *in tit. quomodo cognoſc.*
malefic. per denunciatum, verſ. ſi vero ſit no-
torium, Angel. *de malefic. in gloſſa etiam per*
mod. notorij, Foller. *in pract. verbo, item quod*
quomodo proced. in crimin. notor. num.8. in fine,
Anton. Gomez. *3. p. var. cap.1. num.42. pro-*
pe fin: idem Farin. *vbi ſuprà, & in tit. de*
inquiſit. quæſt. 1. num. 10. dum docet hanc
ampliationem abſque dubio procedere
hodie de conſuetudine, ſecundùm quam
iudex in omnibus delictis poteſt ex officio,
& nemine accuſante, procedere.

5 De citatione, quod non requiratur for-
maliter, iam dixi *ſub dicto cap.1. de cauſa poſ-*
ſeſſion. & propriet. vbi Balboa *cum aliis ex*
num.80. & licet ibi ex Farin. *ſub dicta qu.1.*
à num.3. tradiderim; nunc repetendo, di-
co duas contrarias opiniones componi, vt
ſi agitur contra abſentem, in notorio de-
licto, adhuc ſit neceſſaria citatio; Clar. *in*
pract. quæſt. 9. verſ. quæro numquid ibi: *Ego*
vero, dum indiſtinctè docet in caſu ab-
ſentiæ citandum eſſe delinquentem, tam
in ſententia, quàm in proceſſu præter-
quam in aſſumendis indiciis, vbi eſt ſuſ-
6 picio fugæ propter periculum, † ſic vt ſi
citatio non præceſſerit, vel interuenerit,
ſed non legitimè facta, proceſſus, & ſen-
tentia, & omnia, quæ ſequuntur ſint ipſo
iure nulla; Gloſſa, *in l. ſi accuſatoribus Cod.*
hoc titul. teſtantur de communi Roland.
conſ.68. num.14. lib.2. Clar. *quæſt.31.* vbi am-
plius, quod nec Princeps ex ſua ſuprema
poteſtate poteſt contra abſentem non
citatum procedere, ſecundum aliam com-
munem, de qua Corſ. *in Repert.* Abbas,
in verbo Princeps, vel Papa, Socinus inter
conſilia, *quæſt.11. à num. 37.* Ego *ſub dicto*
cap.1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi an
Princeps poſſit auferre citationem, ſiue ap-
pellationem, Boſſius, *tit. quomod. proced. in*
crimine notorio num. 4. prope finem. Anton.
Gomez. *dict. cap. 1. numer. 42. prope finem*,
Farinac. *dict. quæſt.21. à num. 66. & 68. qui*
num. 69. limitat in notorio quoad ſenten-
tiam, in qua citatio prærequiritur, ſic cum
Alb. Aretin. Corrado, & aliis, Capra *dicto*
membro 4. num.21. † ſecus inquam ſi contra 7
præſentem procederetur, & ex actis, vel
ex confeſſione rei notorium delictum eſſet,
& quod nulla tergiuerſatione, ſeu defen-
ſione zelari poſſet, cùm tunc fruſtra cita-
retur, qui nullam haberet oppoſitionem,
aliter ſi delictum aliquo modo poſſet ac-
cuſari, Boſſius poſt alios, *dicto tit quomodo*
proced. in crim. num.4.5. & 6. Clar. *qu.9. ſub*
dicto verſ. quæro. Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu*
235. n.14. cent.3.

Et iuxta has declarationes intelligenda 8
fore iura, quibus Antonius Gomezius, *d. cto*
lib.3. variar. cap.1. num 43. probat abſolutè
in delicto notorio debere delinquentem
audiri, ne defenſio ei ſubtrahatur cum
Ioanne Andrea, Anton. Specular. & aliis
per textum, *in cap. Deus Omnipotens 2. qu.1.*
cap ſi peccauerit ibi, cap. nos in quendam eadem
cauſa, & quæſtione, l.2. cod. de cuſtodia reor.
cap. qualiter. & quando el 2. hoc titulo cap.
cum inter, de exception. dict. cap. 1. de cauſa
poſſeſſ. l. probatam Cod. de ſentent. & interlocut.
l. fin. Cod. de legib. l. pactum inter hæredem, ff.
de pactis, Bald. optime loquens, *in l. cum*
fratrem, Cod. de his quibus, vt indignis; &
alij etiam adducti à Farin. *dicta quæſt. 21.*
num. 67. inter quos Roman. Iacob. Port.
Anton. Gabriel. & alij dicentes in notoriis,
ſiue facti, ſiue iuris citationem requiri, alias
proceſſum eſſe nullum.

Tamen reuera eorum doctrina eſt in- 9
telligenda iuxta prædictas diſtinctiones, &
limitationes: nam ſi verbi gratia ſcanda-
lum, aut præiudicium fieret Reipublicæ,
ratione moræ, nullam citationem eſſe ne-
ceſſariam idem Gomezius fatetur, *dict. n.43.*
verſ. quod tamen limita, dicens tali caſu poſſe
reum à iudice ſine citatione condemnari,
&

Digitized by Google

& puniri: ſic ex Ioanne Andrea *in dicto*
cap. veſtra col. 5. vbi Anchar. 4 *col. num.* 22.
& Innocent. *in dicto cap. tua nos, de cohabit.*
Clericor. & mulier. col. 2. *n.* 5. *repetit.* Haillon.
ad dict. Anton. Gomez. *dicto num.* 43. ex eo-
dem Farinac. *num.* 67. qui benè loquitur *ad*
n. 77. relati à Barboſa *in collect. dict. cap.* 21.
de iureiur. cap. ad noſtram el. 3. *num.* 6. Scac-
cia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *ex n.* 241. D. Franc.
Salgado *de protectione Regia p.* 3. *cap.* 14. *ſub*
num. 47. vbi latè agens de libello, litis con-
teſtatione, & aliis, etiam de citatione con-
cludit proximè reſolutum.

10 De litis inquam conteſtatione dicen-
dum eſt etiam in notoriis vt non requira-
tur, nec iuramentum de calumnia, nec
quæuis alia ſolemnitas reſpiciens ordina-
tionem iudicij; quia cum in ſummariis
talia acta iudicij ordinaria, non ſint de ſub-
ſtantia, nec requiruntur, vt *in clem. ſæpe de*
verb. ſignif. de quibus ego dixi latiſſimè, *ſub*
e. delicti 6. *q. pen. & fin. de iudic.* item alia ſub
quæſt. 11. & 12. quid mirum, vt in noto-
riis, quæ zelari non poſſunt, nec vt talis
ordo ſeruetur neceſſum ſit; quod etiam
probant DD. *infrà* relati; quia ſi talia ordi-
natoria iudicij inducta ſunt ad finem in-
dagandi veritatem, vt 2. *quæſt.* 1. per totam,
veritate notoria exiſtente, fruſtra talis ordo
adhibebitur; magiſtraliter docent Capra
in dicto tract. de notorio membro 4. *à num.* 39.
11 † vbi etiam, quod hæc doctrina procedit,
non ſolùm in caſibus, in quibus iudex ex
officio procedere poteſt ex ſola fama, etiam
lite non conteſtata, procedit per textum
in cap. quoniam frequenter §. *ſunt*, & alij, vt
lite non conteſtata, vbi notaui, ſed etiam
in caſibus, in quibus ex officio cum ſup-
plet, & non procedit, cum eadem ſit ra-
tio, & conſequenter, tam in criminalibus,
quàm in ciuilibus, cum iura hic in fine
referenda loquentia de iuris ordine: nam
ſeruando, in notoriis, loquuntur indiſtin-
12 ctè vtroque caſu. † Et ſic Anton. de Butrio
in tract. de notor. art. 4. *à num.* 25. conclu-
dit litis conteſtationem in notoriis non re-
quiri, ſiue ſit notorium facti interpellati,
ſiue momentanei, ſiue continui, & quid
in notorio iuris diſtinguit latè idem Capra
à num. 42. *ad* 48. videndi Conrad. *in pract.*
tit. de not. crim. num. 12. Viuius *in communib.*
opinion. verb. notorium quamuis, prope finem,
Farin. *dict. quæſt.* 21. *num.* 65. Anton. Go-
mez. *dicto cap.* 1. *lib.* 3. *var. ſub dicto num.* 42.
ibi Haillon. quod etiam tenent Menochius,
D. Franc. Salgado, & Scaccia iam adducti.

13 De probatione idem docent relati, cum
notorium ſufficiat tantum allegari, ex ea
inquam ratione; quia probatio per euiden-
tiam facti, adeo eſt clara, vt nihil magis
quàm illam iudex ipſe requirat ad ipſam
cognoſcendam, vt docuerunt Maſcardus
de probat. in proœm. quæſt. 8. Caldas Pereira *de*
empt. & vendit. cap. 35. *num.* 39. ſic, vt dicat
Menochius *de arbitr. caſu* 235. *num* 11. quod
ſceleris euidentia non admittit excuſatio-
nem, & inde Surdus *in deciſ.* 326. *num.* 82.
dixit notorium non indigere probatione,
nec proteſtatione: ſic alij *ſuprà in præmiſſo*
adducti; & ſic quamuis releuet ab onere
probandi, vt debeat tamen allegari, do-
cent alij, Riccius *in collect.* 653. *ad noſtrum*
textum in princip. cum Iaffreda, *in deciſ.* 328.
quam commendat idem Riccius pro or-
natu gloſſæ, Magiſtraliter *in clem. appellan-*
ti, in verb. iudic. de appell. & ſic idem Ricc.
in collect. cap. ad noſtram el 1. *de iureiur.* 1155.
ſub verſ. nota dicit, vt ſufficiat factum eſſe
notorium; licet iudici ex poceſſu non
ſit notorium, ſatque eſſe, vt allegetur,
Rub. *in deciſ.* 13. Capicius 54. Ioſeph. Lu-
douic. *deciſ. Peruſin.* 67. Domini de Rota *in*
deciſ. 7. *de appell in nouis*, Guid. Papa *de-*
ciſ. 121. idem Capycius *deciſ.* † Dicentes 14
de neceſſitate notorium eſſe proponen-
dum, & allegandum, quod admittit Lam-
franc. Balb. *deciſion.* 238. ſi ille, qui de-
bet allegare notorium, eſt præſens, alias
ſecus; & ſic omnino legendus Farinac.
dict. quæſt. 21. *ex num.* 79. *ad* 83. cum multis
probat notorium non indigere probatio-
ne, cum illud ſit probatio probata, iuxta
Baldum *in l.* 1. *circa medium verſ. porro Cod.*
de reuoc. his, quæ in fraud. tit. in l. 12. *Cod.*
quomodo, & quando iudex, † dicentem no- 15
torium non eſſe diſputare, ſed diſputatum
eſſe, & *in l. ciues de appell.* quod termini
notorij conſcientiam iudicis non fallunt:
idem Farinac. cum multis aliis *ibi num.* 110.
dum ait cum Iaſone, vt non ſolùm de-
beat notorium allegari, ſed & iudici con-
ſtare: de hac regula infinitos refert Gra-
tian. *reg.* 29. qui addit ex Abbate *ibi num.* 3.
Alex. & Burgos de Paz. ſufficere, vt no-
torium allegetur, etiam cauſa concluſa.

Et licet alij contrarium tenuerint, ta- 16
men eorum argumenta diluuntur *ſequenti-*
bus limitationibus, nempe vt regula proce-
dat in notorio facti continui, & perma-
nentis, quòd ſcilicet quotidie cernitur ocu-
lis hominum, & quod zelari, aut negari
minimè poteſt, ſecus in notorio facti tran-
ſeuntis, & momentanei, vt puta homi-
cidio, & ſimilibus, ſuper quo debet iudex
informationes aſſumere de notorietate de-
licti, Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1103.
num 7.

num. 7. *&* 8. Monticel, Conrad. Peruſ. &
alij, quos ſequitur Farinac. *dicta quaſt.* 21.
ex num. 88. qui *num.* 89. ait pariter limi-
tationem procedere in notorio facti inter-
polati, quod probandum ſcribit cum Ab-
bate Innocent. Nouell. Alban. Bart. Maſ-
card. & aliis, ſicut notorium facti mo-
mentanei, & tranſeuntis, quibus accedunt
Myſinger. *cent.* 6. *obſeruat.* 4. idem Riccius
dict. collect. 653. *ad textum hic verſ. limita
ſecundo.*

17 Indeque ne immoremur, dicendum eſt
cum eodem Farinacio probationem re-
quiri in notorio iuris reſultante ex ſenten-
tia, ex confeſſione, & probationibus, &
in notorio extra locum iudicij, & in no-
torio facti tranſennris dubio, & quando
18 agitur contra abſentem; † tuncque tale
facti notorium eſſe plenè probandum, ſer-
uato iuris ordine, per teſtes ſcilicet iura-
tos, qui reddant notorij concludentem ra-
tionem, qui ſint interrogandi, vt depo-
nant, quid ſit notorium, non deponen-
do de fama populi, vel maioris partis, mi-
nus de auditu à populo, vel à maiori par-
te, ſed de viſu ſcilicet, quod populus, vel
maior pars illius fuit præſens facto, de quo
agitur, ſufficeréque ad tale notorium pro-
bandum modo dicto duos teſtes, probans
idem Farinac. *num.* 106. talem probatio-
nem de viſu requiri ſic, vt dictum eſt in
facto recenti; ſecus in antiquo, vel de
longinquo loco, in quo ſufficere ait, vt
deponant de fama, & auditu per doctri-
nam textus *in cap. veniens, de verb. ſignif.
lib.* 6. Capra *dicto membro* 4. *num.* 74. Fol-
lerio *in pract. vbi ſuprà, ſub num.* 12. *&* 15.
Maſcard. *dicta concluſ.* 1101. *num.* 21. 22.
& 23. vbi adhibita diſtinctione, concordat
contraria, legendus *concluſ.* 1105. *num.* 6. *&*
1143. *num.* 24. aliud diſputat idem Farin.
num. 107. *&* 108.

19 Et in tantum videtur de allegando, ſiue
proponendo notorio, regula, & non pro-
bando, niſi concurrant caſus *num. præced.*
relati, vt videatur extendi ad denegan-
das defenſiones reo in delictis notoriis, co-
piaſque vt adiunctas indiciorum; & ſic
Alex. *in l. ſeruum quoque §. publice num.* 21. *ff.
de procurat.* dixit quod quando delictum eſt
notorium iudex denegat delationem ei in-
ter loquendo, illam non eſſe dandam, tranſ-
mittendo reum ad furcas: ſic Foller. poſt An-
gel. Marſil. & alios *in pract. crim. verbo, item
quod commiſit crimen notorium, num.* 8. *& in
verb. ſi confitebuntur, §. tertio loco num.* 51.
Farinac. cum Boſſio, Vaſchio, Burſato, &
aliis, *dict. quaſt.* 21. *num.* 77. qui declarat
procedere *num.* 78. iuxta limitationes addu-
ctas de citatione *ſuprà hic*, non vt proce-
dat in omni caſu, ſed quando eſt timor
ſcandali, vel quando ex actis † aut ex con- 20
feſſione rei conſtaret nullam reo compete-
re defenſionem, & excuſationem; ſecus ſi
conſtaret de contrario, vel eſſemus in du-
biis, vt explanant idem Follerius *dict. verb.
quod commiſit*, Boſſius *tit. quomodo proced. in
crimin. not. à num.* 4. Clar. *in pract. quaſt.* 9.
verſ. quæro etiam, Andr. Gayl. *de pace publi-
ca lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Hieronym. Laurent.
in deciſ. Aueniorenſ. 15. *num.* 9. *iuncto num.* 11.
vbi videtur declarare dictam regulæ am-
pliationem, alio inquam modo ſcilicet, dum-
modo ſit ſequuta per iudicem declaratio
ſuper notorio, de quo ponit Farin. nonnul-
la *dict. quaſt.* 21. *ex n.* 115. alias ſecus.

Plura quidem, vt ſufficiat notorium alle- 21
gari abſque alia probatione, niſi in caſibus
adductis *in verſ. & licet*, vbi probatio no-
torij requiritur; dicta ſunt tamen econtra,
quod nec allegari notorium neceſſum ſit,
probant alij plures Doctores, veluti quando
quid eſt notorium omnibus, & parti, &
etiam iudici, Bartol. *in l.* 3. *ff. de iudiciis*
Caſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ, proœmio nu-
mer.* 25. *in fine*; item quod eſt notorium le-
gis, Andreas Barbatius *in conſ.* 62. *volum.* 1.
col. 3. Caſſan. *vbi ſupra num.* 26. Burgos de
Paz. *in l.* 1. *Tauri num.* 143. † Item quan- 22
do quid eſt notorium ex conſuetudine *per
l. de quibus*, tenent Bart. *in l.* 2. *col.* 20. *Cod.
quæ ſit longa conſuet.* quod verum erit quan-
do conſuetudo ſiet ſcripta, nec obſtat Bar-
tolo, Iaſon. *in dicta l.* de quibus contrarium
docens, ita illos refert Gratian. *reg.* 29.
num. 6. eo quod iam tunc conſuetudo, lex
dicetur, vt dixit Caſſaneus *num.* 30. illos
componens, quod non admittit idem Gra-
tianus pro Iaſone loquendo cum Burgos
de Paz pluribus fundamentis comproban-
te *in l.* 1. *Tauri à num.* 138. *ad* 148. quia le-
ges fori illam non probant, etiamſi ſit ſcri-
pta, niſi quatenus ſit in vſu, corroboran-
do ſic ex eo quod Tiraquellus adducit de-
tractu alios referendo *lib.* 1. §. 32. *gloſſa* 1.
num. 97. † idem Gratianus alias limitatio- 23
nes refert referendo aliam ex Couarru. *in
cap. Raynuc. de teſtam.* §. 11. *num*.... vt non ſit
neceſſaria allegatio notorij, quando illud
ex actis conſtat, Felinus *in cap. cum ordi-
nem, de reſcript.* ponit alias ſex limitationes,
quarum duas attulit Iaffred. Bald. *in de-
ciſ.* 238.

De concluſione in cauſa ſimiliter dicen- 24
dum eſt, vt non prærequiratur, niſi qua-
tenus colligitur ex iam dictis.

De

25 De ſententia, & an in ſcriptis prærequiratur? adiunctis quæ dixi de libello in ſcriptis offerendo *ſub cap.1. quæſt.2. de libelli oblat. quæſt.4.* & de ſententia ad ſcripturam redigenda, *ſub Rub. de ſent. & re iudic. qu.4.* & quod nec in notoriis ſententia ſit neceſſaria, probant DD. inferendo ſic *ex l. ictus fuſtium*, vbi gloſſa, *ff. de his, qui not. infam. & in dicto cap. veſtra, de cohabit. Clericor. & mulier.* Innocent. *in cap. ex parte el. 1. de verbor. ſignif.* Carrer. *in pract. in 1. tract. de appell. §. ſecundus erit caſus*; Decius, *in cap. & ſi Clerici de iudic. num.142. Nouell. reg.113. in 5.* Fallentia, Grammat. *deciſ. 36. num.42. & 57.* & illi ex eo quod notorium habet vim ſententiæ ſecundum gloſſam in *dicta l. ictus*, & quia ſententia, & notorium æquiparantur *per cap.5. de Cleric. coniug. l. emptorem in princ. ff. de action. empti.*

26 Sed quia gloſſa *in cap.* ab excommunicato *de reſcript. in cap. ſuper eo, de teſtib. cog. in cap. cùm ſit Romana de appell. cap.* quæ Lotherius, vbi Archidiacon. *2. quæſt. 1. in cap. dilectus de purgat. Canon. & in textu noſtro*, dicunt quòd in notoriis etiam requiritur ſententia, vt dixerunt Barthol. *in dicta lege emptorem Bald. in l. 1. cod. ne ex delict. defunct.* Capra, *in tract. de notorio 4. membro num.84.* & alij, quos refert Farinac. *dicta*
27 *quæſt.21. ex num.12. ad 16.* † exiſtimo cum eo, & Archidiacono, *in dicto cap. Lotherius*, Speculatore Calderino, Ioan. Andrea, & aliis, vt prima opinio procedat in ſententia ſolemni, & cum requiſitis, de quibus *in cap. fin. de re iudic. & in tit. de ſent. ex breui calcul. recit.* dicunt enim talem ſententiam non requiri in notoriis, ſecunda vero, vt procedat in aliquali ſententia ſcilicet non ſolemni; & iuxta hoc ſunt intelligendi relati à Barboſa hic *num. fin. ex dict. gloſſa: non indiget clamore*, & ibi: *niſi quoad ſententiam tantum.*

28 Quod ſi reus neget notorium, debebit iudex pronunciare quod eſt notorium, aliter iuris ordine non ſeruato, ad condemnationem non procedere, docent Cardin. Abbas, Grammat. & alij, quos ſequitur Follet. *in pract. crimin. verbo, item quod eſt notorium delinquens, num. 14.* Farinac. *dicto num.16.* vbi & ſi alia ex aliis DD. quæ contraria videntur, reſidet in hac limitatione; & cum hac declaratione ſunt intelligendi Boſſius, & ab eo relati, *in tit. quomod.*
29 *proced. in crim. num.10.* †. vbi poſt Andream de Yſernia dixit quod quando crimen eſt notorium, tunc Princeps abſque ſententia poteſt bona delinquentis alteri donare; ſic vt donatarius iſto caſu ſemper ſit tutus abſque eo, quod doceat de ſententia; dummodo tamen habeat modum probandi notorium crimen; & iuxta hoc intelligitur idem *num.18.* dum infert, bona delinquentis poſſe confiſcari, & apprehendi abſque alia declaratione.

Item iuxta hæc ſunt etiam intelligendi 30 alij tractantes, an ſententia, de qua hic ſit redigenda in ſcriptis, vt reſoluunt Gomezius: *cap.1. lib.3. var. num.44.* & ibi Haillon, *num.45.* Clar. *recept. ſent. quæſt. fin. num.8.* Scaccia, *lib.1. de iudic. cap.96. num.10.* Molina, *de iuſtitia tomo 1. diſp.55.* Barboſa hic, Thomas Sanchez, *in ſumma lib. 2. cap.22. num.15.* vbi agens de delicto notorio hæreſis, ait adhuc in eo requiri ſententiam, non ſolùm declaratoriam, ſed etiam per quam applicetur pœna fiſco, inde inferens contra alios; quod ſi fiſcus ante ſententiam occupet bona hæretici notorij, illa teneatur reſtituere. Videbis etiam D. Franciſc. Salgado, *de protect. Regia 3. p. cap.14. num.50.* Scacciam, *de iudic. cap.98. ex num.241.* Carleual. *in eodem tract. lib. 1. tom.2. diſp.1. ex num.46.*

QVÆSTIO II.

An iudex poſſit procedere in delictis notoriis per viam inquiſitionis? Et an cum ſic procedit requiratur ſolemnitas in accuſatione, requiſita, ſcilicet annus, locus, & aliæ ſolemnitates. Et num queat tunc imponere pœnam ordinariam? Et an iudex cum procedit ex notorio, poſſit recuſari? Et num appellatio detur à ſententia ſuper notorio? Quid de inhibitione? Quid de delinquente coram iudice ſedente pro Tribunale? & de reperto in flagranti?

SVMMARIVM.

1 *Iudex regulariter ſine accuſatore non procedit: declaratur num.5.*
2 *Iudex per inquiſitionem valet procedere ex officio. Quid ſi ſine fama, & indiciis tenetur ad expenſas num.4.*
3 *Inquiſitio generalis ad effectum deſcendendi ad ſpecialem, habet locum in quolibet delicto.*

5 *Iudex, vt procedat ex officio, debet ante omnia conſtare de corpore delicti, & quod præcedat infamia, non à maleuolis, ſed probis num. 6. quid de iure Regio num. 7.*

8 *Libellus, & alia iuris ordinatoria requiruntur, cum iudex ex officio procedit.*

9 *Pœna legis ordinaria poteſt imponi, ſi delictum plenè per inquiſitionem probetur de iure Ciuili; ſed non ſic de iure Canonico, niſi quando delictum probatur per confeſſionem, aut ſi eſt notorium num. 10.*

11 *Pœnam à lege impoſitam poteſt iudex moderare, etiam ſtatutariam, & conſuetudinariam, & impoſitam ipſo iure, & ſi iuraſſet ſeruare ſtatuta num. 12. & etiam iudex commiſſionis. num. 13.*

12 L. 14. tit. 26. lib. 8. recopilationis.

14 *Pœnam legis poteſt iudex augere.*

15 *Innocentiam, an poſſit reus probare poſt ſententiam?* Remiſſiue.

16 *Recuſari iudex non poteſt, qui procedit ex notorio, ſi pœna determinata eſt pro eo delicto, ſecus ſi arbitraria, & quando notorium ſit facti num. 17.*

17 L. de las recuſaciones, lib. 8. ordinam.

18 *Recuſatus iudex ex cauſa notoria, & friuola, poteſt contemnere recuſationem; & ad vlteriora procedere.*

19 *Appellatio non datur à ſententia ſuper notorio lata; ſecus ſi ſimpliciter feratur, vel à declaratione notorij, num. 20. fallit in ſex caſibus num. 21.*

22 *Appellatio conceſſa à iudice à ſententia ſuper notorio, poteſt ab eo reuocari, & illam executioni mandare & quare, num. 23.*

24 *Inhibitio datur iudici ad quam contra iudicem, à quo reuocante appellationem à ſententia ſuper notorio, vt hic.*

25 *Inhibitio, vt reuocetur, eſt recurrendum ad iudicem ad quem.*

26 *Notorium dicitur delictum perpetratum à reo coram iudice ſedente pro tribunali; ſic vt illico iudex ſine vlla ſolemnitate poſſit illum punire, vt exemplificatur num. 27. Tutius tamen erit, vt de ipſo delicto fiat probatio iuxta num. 29.*

28 L. 8. tit. 20 8. fol. 100. fori.

30 *Notarius qualem fidem faciet ad notorium, de delicto commiſſo coram ſe & iudice, remiſſiue.*

31 *Notorius dicitur delinquens, ſi deprehendatur in flagranti delicto, ſed verius eſt vt cum aliqua ſententia debeat puniri, ſine iudicis decreto, num. 32. 34. vbi de praxi.*

32 *Appellatio conceditur à decreto illius, qui damnatus fiat, vt captus in flagranti, & quo modo ſic captus talis dicatur.*

34 *Birruarij ſolent examinari, ſi alij teſtes non reperiantur, vt probatur delictum in flagranti commiſſum num. 35.*

AD primam quæſtionis partem, etſi 1
longe agant DD. citandi; reſolutiuè
tamen reſpondetur, quod etſi regulariter
iudex ſine accuſatore non procedat iuxta
textum *in l. reſcript. §. ſi quis accuſatorem, ff.
de muneribus, & honor.* per verba *ibi: ſi quis
accuſatorem non habet, ab honoribus prohiberi
non debet, quemadmodum non debet, is, cuius
accuſator deſtiterit:* vbi Barthol. Alberic. &
alij antiqui, *l. fin. ff. de in ius voc.* vbi idem
Alberic. & canoniſtæ *ex cap. 1. hoc tit.* &
iuxta illam ſacri Euangelij authoritatem,
interrogante Chriſto Ieſu: *mulier, vbi ſunt
qui te accuſant?*

Sed quia nonnulla dicta ſunt de modo 2
procedendi per inquiſitionem, & late dicetur
infra in cap. qualiter 22. de quo ſigillatim,
& in quibus caſibus locum habeat, tamen
ad propoſitum, dico poſſe tamen procedere
contra aliquam certam perſonam particularem,
præcedente tamen fama, vel indiciis,
& præſumptionibus delicti; quia regulariter
de quolibet delicto eſt permiſſa
accuſatio, ergo & inquiſitio, cum eius loco
ſuccedat, & ſubrogetur? *argum. textus
in l. penult. ff. de public. iudic. l. 3. Cod. de
abolit. leg. Dinus, l. 2. ff. de cuſtodia reorum.*
quem ad hoc dixit Albericus alibi non reperiri,
*l. 1. cod. de cuſtodia reorum, cap. qualiter,
& quando el 2. hoc tit. verſ. ad corrigendos.*
† Item quia in quolibet delicto habet 3
locum inquiſitio generalis, *l. congruit, ff. de
officio Præſid. cum ſim.* ad effectum ſcilicet deſcendendi,
ad particularem inquiſitionem.
Tertio ex textu *notab. in auth. de collator.
§. iubemus, & fin. coll. 9.* vbi generice, diſponitur
iudicem poſſe inquirere de quolibet
delicto; item, & punire, & ſic probans
Gomezius legendus, *p. 3. var. cap. 1. nu. 49.*
& *ibi verſ. tertiò*, etiam procedere de conſuetudine
vbique, & in noſtro Regno practicari
cum Alberico, Ioanne Andræa, Fabro,
& aliis, addit ex Saliceto, *in l. ea quidem,
Cod. hoc tit. num. 66. col. 8.* procedere
nedum in publicis delictis; ſed etiam priuatis.
† Et quod ſi procedat ſine fama, 4
vel indiciis, iudex teneatur ſaltim ad expenſas,
quæ poſſunt ab eo peti tempore
Syndicatus.

Et juxta hanc diſtinctionem, non ob- 5
ſtant adducta in contrarium *num. 1.* quæ

tantum

tantum procedunt in generali inquiſitione, nulla præcedente fama, aut indicio, ſiue præſumptione, in quibus habebunt locum nouem caſus, quos enumerat ipſe Gomezius *ſub dicto num.*48. *&* 49. ſic etiam probant Bernard. Diaz. *reg.* 336. Clar. *recept. ſentent.* §. *fin. quæſt.* 3. *&* 5. *&* 6. Farinac. cum infinitis *in praxi quæſt.* 1. *ex numer.* 7. *ad* 11. probans hodie ex conſuetudine poſſe in omnibus delictis diſtinctè ex officio procedi explicans per totam illam quæſtionem, requiſita neceſſaria, quæ debent præcedere inquiſitionem, quorum præcipuum dicit, vt ante omnia conſtet de corpore delicti; proſequitur, & explicat latius *quæſt.* 2. *per totam, & conſ.* 13. *& conſ.* 25. *num.* 68. *lib.* 1. omnino videndus, de quo idem Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 9. *ex num.*2. vbi Haillon. Scaccia *de iudic. lib.*1. *à cap.* 83. Gratian. *reg.* 129. Menoch. *conſ.* 100. *à num.* 85. Paz. *in praxi tom.* 1. *p.* 5. *in princip.* Cantera *quæſt. crimin. præludio* 1. *n.* 1.
6 Barboſa *in dicto cap. qualiter*, † vbi optimè probat famam, ſeu infamiam præcedere debere inquiſitionem; & quod hæc fama debet ortum habere à fide dignis, & non à, maleuolis perſonis, & quod ſuper hoc non credatur iudici, niſi probetur, niſi in quatuor caſibus, quos limitat ibi *à num.* 12.
7 † Addens quod de iure regio abſque infamia proceditur ad inquiſitionem, Anton. Pichard. videndus omnino in manuduc. ad praxim 3. *p.* §. 2. vbi *numer.* 4. ait quòd hodie ex *l.* 3. *&* 4. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recop.* generalis inquiſitio fieri non valeat abſque Regis mandato, prætetquam; ſi de certo genere delicti fiat contra incertas perſonas; dummodo infamia præcedat, & denique *in num.* 6. modum procedendi per inquiſitionem explicat, & quomodo debat creari procurator fiſcalis, Ioſeph. Vela. *de poteſt. Epiſcopi ex numer.* 144. late Gratian. *reg.* 241. de quo ſub *dicto cap. qualiter*, vbi de creandis fiſcali, & publicis officialibus pro inquiſitione à iudice facienda in forma iudicii, vbi, & qui teſtes ad inquiſitionem admittantur?

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an cum iudex ex officio procedit, requiratur ſolemnitas in accuſatione requiſita, ſcilicet annus, & locus? Et præmiſſo, quod breuiter dictum eſt ſub Rub. hic dicunt aliqui quod ſic, quia cum in accuſatione per textum *in l. libellorum hoc tit.* requiratur, & inquiſitio, vt dictum eſt, ſuccedat loco illius *dict. leg. pen. ff. de public. iudic. d. l. congruit*, & *dict. l. Diuus ff. de cuſtodia reorum*: ita Iacob. Butr. *in* §. 1. *inſtit. de action.* Bart. *in l.* 2. §. *ſi publico, ff. de adul. col.* 4. *num.* 12. Bald. *in l. ea quidem, Cod. hoc tit. col. antepenult. num.* 58. vbi Salicet. *col.* 5. *num.* 55. ſed Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 3. *ſub num.* 50. docet nullam requiri ſolemnitatem per textum celebrem *in l. ea quidem Cod. hoc tit.* cui dicit nullum poſſe præſtari reſponſum in verbis ibi: *Ea quidem, quæ per officium præſidibus denunciantur, & circa ſolemnia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt*, ex eo comprobans, quia procedit iudex ex neceſſitate officij. Sed vtcumque, quando in delicto notorio ex officio per inquiſitionem procederetur ſolemnitatem anni, loci, menſis, & ſimilium non prærequiri, neceſſario dicendum eſt ex adductis *ſupra q.* 1. *hic.*

Ad tertiam quæſtionis partem, quando 9
iudex in notorio procedit per inquiſitionem, num poſſit imponere pœnam ordinariam legis in quo breuiter dicunt DD. quod ſi reperiatur plene probatum delictum, valeat imponi talis pœna, imò & quod iudex ad illam imponendam teneatur: ita per textum expreſſum *in l.* 2. *verſ.* 1. *Cod. de oblation. per verba: ſed aduerſus nocentem reum, inquiſitione facta, pœna competens ingeratur*, vbi notant, & commendant Cyn. Alberic. & Salicet. probat etiam textus *in l.* 4. *in fine Cod. de ſepulchro viol.* ibi: *vel ad officium nunciauerit*, & ex text. *ibi, in l.* 4. *verſ. mandatis ff. ad leg.* Iul. Pecul. ibi, *& pro vt quiſque deliquerit, animaduertent*. quem ad hoc notat Bart. *in dicta l. ea quidem Cod. hoc tit. col. antepenult. à num.* 57. ſequuntur Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *var. cap.* 1. *n.* 51. vbi Haillon. *n.* 52.

Quam doctrinam intelligunt etiam referendi, vt procedat de iure ciuili, non 10
ſic de iure Canonico, quo mitius reus punitur, quando proceditur per viam inquiſitionis, vt latè DD. *per textum in cap. inquiſitionis in fine hoc tit.* limitando etiam de hoc iure, quando tale delictum probatur per confeſſionem partis, aut quando eſt notorium, in quibus caſibus de iure Canonico docent etiam imponendam pœnam ordinariam & condignam, Innocent. ita *in dicto cap. qualiter el* 2. *hoc tit.* ſequitur reputans ſingulare Abbas ibi: *col.* 4. omnino legendus, videndi præter ordinarios in dictis iuribus, & alios, quos ibi ponit Barboſa, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 69. *ex num.* 10. Sarmiento, *ſelect. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. Gratian. *reg.* 344. *num.* 3. vbi laudat Gomecium, Azeued. *in l.* 1. *tit.* 1. *dicto lib.* 8. *Recop.* latius *in l.* 14. *tit.* 26. *eodem lib.* vbi eſt textus expreſſus prohibens moderationem

pœnarum, & ſic Federicus inter opera
Farinac. *reſol.* 20. probat iudicem teneri ex
officio condemnare furem ad reſtitutio-
nem rei.

11 Hæc tamen vera ſunt de iure ciuili, &
Canonico: tamen negari nequit poſſe iu-
dicem moderate, ſeu minuere pœnam à
lege impoſitam ex iuſta cauſa, ſiue proce-
dat ex officio, ſiue ad inſtantiam partis,
Clarus *recept. ſentent.* §. *fin. q. num.* 10. Villa-
lobos, *commun. verbo pœna num.* 39. Auen-
danus *cap.* 16. *Prætor verbo, derechamente ex*
num. 6. Didacus Perez *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 8.
ordinam. gloſſa 1. fuiſſe, Farin. cum aliis *in*
praxi quæſt. 17. *ex num.* 10. amplians, vt
procedat non ſolùm in pœnis legalibus,
ſed etiam in ſtatutoriis, & conſuetudina-
12 riis. † Et etiamſi iudex iuraſſet ſeruare ſta-
tuta, & etiam in pœnis impoſitis ipſo iu-
re: videndus Gratianus ad alias amplia-
tiones, & limitationes, cum aliis multis
reg. 344. *per totam*, Azeued. *in dicta l.* 14.
tit. 26. *lib.* 8. *Recop.* vbi probat ita explican-
dam, & declarandam *dictam leg.* nempe
quod etiam dicta deciſione ſtante, pœna
legalis moderari poſſit ex dicta cauſa iu-
ſta, optime Gutierrez *lib.* 4. *pract. quæſt.* 46.
per totam, vbi rectè declarat *dictam leg.* 14.
titul. 26. *lib.* 8. *Recopil. & numer.* 19. probat
ex multis cauſam augendi, vel minuen-
di pœnam exprimendam eſſe in ipſa ſen-
13 tentia. † Et hoc poſſe non ſolum iudices
ſuperiores, ſed etiam iudices vulgo dict.
Peſquiſidores, & *de comiſſion.* & etiam iudi-
ces oppidorum, electos ab eorum Conci-
liis, quam omnino videbis, & ibi *num.* 94.
& Carleual. *de iudic. tom.* 1. *diſput.* 13. vbi
de hoc, & diſput. 16. quid de iam lata ſen-
14 tentia, † & Ioannes Gratian. *vbi ſupra dict.*
reg. 346. vbi quod etiam poſſint augere
pœnam legis; & non deſinas hic adiun-
gere quæ late dixi de lege pœnali *ſub cap.*
ex litteris 11. *de conſtitut. & ibi ſub quæſt.*
fin. vbi egi de illa, *an iudex teneatur im-*
ponere pœnam à lege præſcriptam? Et quid
de iudic. minuente, vel remittente pœnam, an-
te, vel poſt pronunciatam ſententiam? De
qua poteſtate in minuendo, vel augendo
pœnam, & num poſt ſententiam? benè
Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1.
15 *num.* 94. idem *cap.* 13. *num.* 34. vbi † an
poſſit poſt ſententiam reus innocentiam
ſuam probare? cum aliis Haillon. eius Ad-
ditionator, & quale peccatum contingat?
dixi ſub *dicta quæſt. fin. cap. ex litteris*, &
tractant Thomas Sanchez *in conſiliis lib.* 6.
cap. 1. *dubio* 21. 22. & 23. Gregorius de Va-
lentia *in* 2. 2. *diſput.* 5. *quæſt.* 11. *puncto* 4. Bo-
badilla *in politica lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 99. vbi
de Rege, & Dominis inferioribus.

Ad quartam quæſtionis partem, an iu- 16
dex cum procedit ex notorio poſſit recu-
ſari? & adiungendo hic multa, quæ dixi
de hac materia recuſationis *ſub cap.* 4. *de*
foro comp. negant DD. *per textum in cap.*
propoſuit de appell. vbi ego aliquid notaui
cum Farinacio, & aliis *num.* 2. & 3. & ne-
gant gloſſa ibi finalis, Innocent. & Ioan.
Andreas, & Barboſa cum aliis *ibi*, præter quos
Antonin. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1.
num. 46. vbi intelligit quando pro tali de-
licto notorio eſſet pœna determinata à iu-
re; quia tunc nequit iudex partem graua-
re; ſecus verò alias quando non eſſet de-
terminata, ſed eſſet arbitraria; tunc enim
ait illum poſſe recuſari, quia poteſt gra-
uare partem: ſingulariter determinant Ar-
chidiaconus *in cap. quia ſuſpectis* 3. *quæſt.* 6.
col. fin. Anton. de Butriu *in dicto cap. pro-*
poſuit, Abbas, vbi reputat notabile, *col.* 2.
num. 6. Imola *in fine*, Farinac. 2. *col. num.* 4.
Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in cap. cum ſpe-*
ciali eo titulo, ex quo dicit Gomez. dari
notabilem declarationem *ad textum in l. de*
las recuſaciones lib. 3. *ordinam.* ſic etiam ſub
tali diſtinctione docent Haillon. ad Go-
mez *numer.* 66. cum pluribus Farinac. *in*
praxi dict. quæſt. 21. *num.* 129. & 130. † vbi 17
amplius declarat, nempe tunc recuſatio-
nem non habere locum, quando notorium
ſit facti permanentis, de quo dixi hic *ſub*
quæſt. 1. ſecus ſi tranſeuntis, & idem Fari-
nac. *in fragment. verbo iudex num.* 761. Bar-
boſa cum aliis *in collect. ad textum in cap.* 61.
de appell. num. 13. † vbi etiam dixit *num.* 11. 18
quod quando iudex recuſatur ex cauſa no-
toria friuola, poteſt contemnere recuſatio-
nem, & ad vlteriora procedere de quo ad-
iunges quæ dixi *ſub quæſt.* 40. *dict. cap.* 4.
de foro comp. & ad propoſitum noſtri dubij
quæ ibi dixi *qu.* 10. vbi leges ad meliorem
expeditionem plura dicit idem Farinac. *dict.*
quæſt. 21. *ex.* 129.

Ad quintam quæſtionis partem, an in 19
notoriis criminibus admittatur à ſentencia
appellatio? aliqua remiſſiue dixi *in cap. cum*
ſit Romana §. *præterea de appell.* vbi remitti-
tur ad alia iura, an in criminibus, appella-
tio admittatur, in quibus vero non, magis
latè dixi de appellatione in notoriis *in cap.*
conſuluit 14. *illo tit.* Quare nunc ad propo-
ſitum breuiter agendo, reſpondetur, quod
criminoſus condemnatus de delicto noto-
rio, nequit appellare; imo & quod non
obſtante eius appellatione, teneatur iudex
ſententiam exequi *ex dicto* §. *præterea*; ibi

niſi

niſi fortè manifeſtus raptor, vel fornicator exiſtat, dict. cap. conſuluit, cap. peruenit, eodem tit. gloſſa in cap. manifeſta 3. quæſt. 1. in gloſſa 1. in medio, vbi Archidiacon. DD. & gloſſa, *in cap. veſtra de cohabit. Clericor. & mulier. in gloſſa magna in medio*, vbi Ioan. Andr. Innocent. *in cap. tua nos illo tit. in 2. colum.* vbi Hoſtienſ. Speculator, *in tit. de not. crimi. §. fin. col. penult. verſ. cum talis, num. 15.*

20 Quod intelligunt DD. referendi, quando in ſententia apparet, quod iudex condemnauit reum, vt crimine notorio; ſecus tamen, ſi ſimpliciter condemnauerit, vt quemlibet criminoſum; tunc enim dicunt poſſe reum condemnatum appellare, & teneri iudicem appellationi deferre: *argumentis textus in cap. Romana. §. ſi autem de appellat. lib. 6.* per quem ita Salicetus, *in l. ea quidem verſ. quia præter. eod. hoc tit. col. fin. in fine* præter ordinarios, Anton. *dicto lib. 1. var. cap. 3. num. 47. verſ. quod autem.* Et quia cum multis probat Farin. *dict. quæſt. 21. ex num. 117. ad 127.* vbi ait, quòd etſi non poſſit appellari à ſententia diffinitiua ſuper notorio, bene tamen poſſit appellari ſuper declaratoria, de qua ipſe dicit etiam *ibi num. 116.* ſic cum Speculatore, Felino, Abbate, Carrerio, Anton. Gabriel. Foller. & aliis, idem Farin. ibi *in praxi, quæſt. 101. ex num. 64. & 110. & 124. & 131.* bene Salgad. *de Regia protect. 3. p. cap. 14. ex n. 54.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 383. num. 7. & cap. 444. num. 2. & 9. & cap. 572. ex num. 44.* Scaccia, *de appell. quæſt. 17. limit. 4. ex n. 13. & de iudic. cauſar. lib. 1. cap. 97. num. 119.* Barboſa, *in collect. dict. cap. 5. num. 19. & dict. cap. 14. de appellat. num. 2.* 21 † vbi limitationes ponit ſex, quas ante ſcripſit, comprobans cum multis idem Farinac. videlicet in declaratione, vt dictum eſt; ſecundo, vt locum habeat appellatio quoad effectum deuolutiuum: Tertio, ſi in appellatione exprimatur cauſa rationabilis offuſcans notorium: quartò, quoad exceſſum pœnæ: quintò in notorio probationis: Sexto, in manifeſtis, non notoriis: Videndi etiam ſunt Dicenas, *reg. 42. num. 12.* Clarus, *receptarum § fin. qu. 94. nu. 2.* Lancelotus, *de attentatis, 2. p. cap. 12. limitatione 9. ex num. 1.*

22 Mouet tamen idem Anton. Gomez. dubium ſibi notabile, quid dicendum, quando non eſt licita appellatio, & iudex nihilominus ei detulit, eamque admittit, an poſſit talem conceſſionem reuocare, & ſententiam executioni mandare? non definit *ibi num. 47. in fine*, vbi mouet, relinquit tamen ex ab eo dictis *infra in eo capite* definiendum, quod non clare conſtat, ſed ego dico poſſe eam reuocare, & præſtitam ſententiam executioni mandare; quia etſi de iure ſententia ſemel præſtita, non poſſit à iudice retractari inconſulto Principe. 23 † Tamen, quia hoc fallit, quando conſtat de innocentia rei per euidentiam facti, ipſe iudex poterit ſententiam ſuam reuocare, melius quidem, à contrario ſenſu poterit, non obſtante appellatione conceſſa, illam executioni mandare ab argumento veri, notorij, quod non admittit ordinem iuris, vt hic, & *in quæſt. 1.* dictum eſt, quam æquiparationem colligimus ex eodem Gomezio, *dicto lib. 3. variar. cap. 13. ſub num. 34.* vbi Haillon, cum aliis Morla *in emporio tit. 2. num. 74.* Cancer. *2. p. cap. 2. num. 155. & num. 157.* Cened. *quæſt. 9. nu. 16.* Ceuall. *quæſt. 821. num. 6.* Gratian. *reg. 421.* Matieuzo *in Dialogo 3. p. cap. 49.* Bolanoſ. *in Curia Philip. 3. p. §. prueba num. 9.* Pareja, *de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 6. reſol. 3. ex num. 69.* ante eos, & cum multis aliis Farin. *in fragmentis litt. C. n. 116.*

24 De inhibitione facta à iudice ad quem de iudice à quo, qui iam ſententiam tulerit, aliter, ac de appellatione ſentit Gomezius, *dict. lib. 3. var. cap. 1 ſub dicto num. 47. in verſ. vnum tamen*, dicens, quòd ſi condemnatus appellauit, modo iudex expreſſe denegauerit appellationem, modo taceat, poſſit iudex appellationis inhibere iudicem à quo, vt ſententiam non exequatur; licèt ante inhibitionem bene poſſet iudex eam exequi, cum ſit caſus, in quo licite poſſit appellationem denegare: ſic concludit per textum expreſſum *in cap. Romana §. ſi autem poſt ſententiam de appell. lib. 6.* vbi gloſſa Ordin. *fin.* cum Ioanne Andr. & aliis, dicens ad propoſitum facere textum *in cap. non ſolùm eodem tit. extra:* docent etiam Stephan. Aufrer. *in addit. ad deciſ. Thom. 500.* quæ eſt vltima in vltimis verbis, Carrerius, *in pract. de appell. §. ſecundus erit caſus num. 4. in fine*, Robert. Lancelot. *de attent. cap. 12. limit. 9.* cum multis aliis Farin. *in pract. dicta quæſt. 21. num. 121. & 122.* 25 † Dicentes hoc generale eſſe, nempe ad reuocandam inhibitionem prædictam, eſſe recurrendum ad dictum Iudicem ad quem, etiam in caſu notorio, in quo non admittitur appellatio; latius de materia agit *lib. 2. quæſt. ciuil. ſub tit. de appell. & 2. p. prax. tit. de variis, & diverſ. quæſt. 101. num. 109.* quia inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt rumenda, Gratianus, *diſcept. forenſ. cap. 383. nu. 2.* D. Franc. Salgad. *de protect. Regia, 2. p. cap. 2. §. 1. ex*

*num.*21. vbi limitat, & declarat, *& cap.* 17. *num.*98. *& p.* 3. *cap.*15. *num.*47. vbi quid ſi appellatum fuit ab vno tantum articulo, de hac materia inbibitionis, dixi latiſſime per textum ibi *in cap. vt noſtrum* 56. *de appellat.*

26 Ad ſextam quæſtionis partem de delinquente coram iudice ſedente pro tribunali aliquid iam eſt dictum hic *ſub quæſt.* 1. & in hac, & communiter affirmant DD. crimen ſic à reo commiſſum, eſſe notorium, & ita procedendum ſine iuris formulario iuxta iam dicta in tantum, vt in caſu hoc non requiratur aliqua probatio, vel depoſitio teſtium proceſſus, nec alia ſolemnitas, ſed vt ſtatim poſſit iudex delinquentem punire, vt determinauit gloſſa ordinaria, *in cap. Deus Omnipotens* §.1. *quando autem* 2. *quæſt.*1. *in gloſſa* 1. & quia aſpectus iudicis inducit ſibi euidentem probationem, quoad deciſionem cauſæ per textum *in l.* 2. *in fine ff. de feriis in l. ſi irreptione* §. *ad officium ff. finium regund. l. minor.*25 *annor.* addito Præſide *ff. de min.* docent Speculator, *in tit. de noto crim.* §. *fin. col.*4. *verſ. nam quædam nu.*12. Butr. *in cap. veſtra de cohabit. Cleric. vel mulier. col. penult. in fin. verb.* Hoſtienſ. *in cap. tua nos eo tit.* 2. *col. verſ. ſunt qui dicunt*, Salycet. *in l. ea quidem, Cod. hoc tit. verſ. quia propter* 13. *col. fin. num.*91. *verſ. tertium dubium eſt*, Anton.Gomez *dict. lib.*3.
27 *var. cap.*1. *num* 46. † Vbi exemplificat modis duobus. Primò, quando quis commiſit delictum in præſentia iudicis occidendo, vel offendendo aliquem. Secundo, quando in aliqua cauſa ciuili, vel criminali quis delinquit coram iudice, vt ſi teſtis falſum teſtimonium dicat, vel pars falſos teſtes, vel probationes producat vel Notarius aliquid falſum ſubſcribat, vel aduocatus, vel Procurator aliquem dolum committant, tunc enim ait iudicem poſſe illico eos punire ſine aliqua ſolemnitate, proceſſu, vel probatione, etiam ſi non fuerit ſuæ iuriſdictionis iuxta textum notabilem,
28 *in l. nullum, cod. de reſtit* † addens ſic diſpoſitum eſſe, *in leg. fin. tit.* 16. *part.* 3. & quod ſic poſſit intelligi, *leg.* 8. *titul.*204. *fol.* 100. *fori.*

29 Hanc ſententiam poſt alios tenent etiam Carrer. *in practica crimin. tract. de appellat dict.* §. *ſecundus ex num.*22. Boſſius, *in pract. tit. de denunciat. à num.* 4. *& in tit. quomodo proced. in crimin. notorio num.*7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1103. *num.*16.18. *&* 19. Paris de Puteo, *in tract. de ſyndicat.* cum infinitis aliis; videndus idem Farinacius, *dicta quæſt.* 21. *à num.*158. *ad* 166. vbi optimè declarando, laudat relatum Gomez. quatenus etiam declarat tutius eſſe, quod fiat probatio delicti, continens quomodo teſtes viderunt reum deliquiſſe coram iudice pro tribunali ſedente, vel actum iuſtitiæ exercente, multis aſtantibus: ſequitur Haillon, *ibi dicto num.* 48. ad Gomez. & præſtitit idem Gomez. rationem, ne aliquid eidem iudici poſſit imputari; & quia forte reus fecit ad ſui defenſionem, maxime cum talis probatio breui tempore poſſit fieri, conſulendo, vt ſic practicetur, vt etiam videtur voluiſſe Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. ſuprà dict.* §. *fin. num.* 12. & gloſſam *in dicta leg. fori. in gloſſa penult.* † Imò 30
Farinac. ex Carrerio, & Folletio agit de eo dubio, quid ſi debitum fuerit commiſſum coram iudice, & Notario, & Notarius de mandato iudicis illum deliquiſſe ſcripſerit de eo fidem faciens, tangit ibi, *n.*165. ſed diffiniunt idem Foller. *in dict. pract. verb. item quod eſt notorius delinquens, num.*29. & Carrer. *dict.* §. *ſecundus num.* 33. vbi leges alias ampliationes, ſiue declarationes adducit idem Farinacius, videndus *ex dicto num.*158. dum *num.* 168. declarat non ſic procedere quando iudex etiam ſedens pro tribunali, aut alias priuatim coram ſe vidiſſet delictum commiſſum fuiſſe.

Ad vltimam quæſtionis partem, quid 31
de reo reperto in flagranti delicto? & docent DD. ei fore pœnam infligendam abſque ſententia ſolemni, etſi aliqua ſit neceſſaria, vt verius dicit Farinac. poſt Clarum, *dict. quæſt.*21 *num.*153. contra gloſſam, *in dicta l. ictus fuſtium in gloſſa* 1. *in primis verbis, ff. de his, qui notant. infam.* Boſſium eam approbantem *de denunc. num.* 16. *in princip.* Grammat. *deciſione* 36. *num.*43. abſolute docentes abſque vlla ſententia puniendum; & ſic Clarus, *in pract. quæſt.*8. *verſ. quæro an quando*, dixit quod apud eum collaterales numquam faciunt executionem alicuius pœnæ, niſi ſententia præcedat, ſic ex eodem, refert Farinac. *ſuprà* in vrbe contra reum ſic repertum in flagranti ex ſimplici iudicis decreto per Notarium rogato, ſemper ad executionem pœnarum deueniri; & quod in Curia Reuerendiſſimi Domini Gubernatores practicantur generaliter contra omnes præſentes Carceratos in caſibus, in quibus appellatio non conceditur ex ſimplici decreto abſque aliqua ſolemnitate deueniri ſoleat ad executionem pœnarum, capitalium præſertim, & corporalium.

Tamen infert Farinac. *ibi à num.* 154. 32
cum Follerio *in pract. crimin. verſ. item quod*

fuit

*fuit captus in flagranti num.*4.*&* 12. paulo ante finem, & cum Vulpelio *in conſ.* 137. *à n.* 8. *& n.*14.exemplificante,& conſulente appellationem dari à relato decreto contra reum repertum in flagranti, idem dicens Farinac. *num.* 117. *dicta quaſt.* 21. *de notorio delinquen-*
33 *te*, † ſed declarando dictam concluſionem, *num. praced. relatam dict. quaſt.* 21. *num.* 155. 156.*&* 157. & procedat, ſi plura conſtet de delicto à reo commiſſum; item ſi fuerit captus in ipſo actu delicti, talem dicens eſſe captum in delicto, qui in ipſo actu deprehenſus fuerit, vel antequam veniret ad locum deſtinatum, vel cum latitaret, non multum longe poſt delictum alio actu extraneo in medio, non interueniente; aliter è contra, ſi alius actus interueniat.

34 Et Clarus *vbi ſupra q.8.verſ.ſcias tamen,*Follerius *in pract. dicto verb. item quod fuit captus num.* 9. docent practicam ſequentem. Clarus quidem, vt debeat iudex benè aduertere, ne ſtatim procedat executionem contra reum; qui ad ipſum dicitur, tanquam deprehenſus in flagranti, niſi aliter conſtet tale dictum ab eo commiſſum fuiſſe idem docuit Carter. *in pract. crimm. in* 1. *tract. de appell. dict.* §. *ſecundus erit caſus n.*14. plures allegans DD. tenentes ad effectum denegandi appellationem, non ſufficere reum captum eſſe in flagranti, niſi etiam delictum fuerit effectum notorium.

35 Follerius inquam *ſuprà*, *num.* 11. *&* 12. ponit aliam practicam, nempe quod examinarentur Birroarij, & officiales, etiam alij, ſi haberi poſſunt, qui deponant, quod captus fuit, vt ſupra deprehenſus in ipſo actu homicidij. Quod ſi alij teſtes haberi non poſſint, dicit idem Foller. *num.* 7. poſt Iſerniam, & Afflict. tunc credi ipſis Birroariis, & officialibus, ſi alios non patiantur defectus; quod tamen intelligunt Farinac. *ſuprà num.* 157. Boſſius *in tit. de denunc. n.* 10. *prope finem verſ. mitius tamen eſt procedere in leuibus delictis, non in grauibus*; ad quod etiam faciunt quæ cum multis ſcripſit idem Farinacius *in* 2. *lib. de oppoſit. contra teſtes quaſt.* 56. *in materia teſtis Birroarij in* 11. *art. in* 3. *princip.* amplia idem in praxi *dicta quaſt.* 21. *in ſimili de notorio à num.* 86.

QVÆSTIO III.

An vt delictum dicatur notorium dignoſcatur per aliquas iuris determinationes; an vero illud debeat relinqui iudicis arbitrio? & in quibus caſibus, etiam ciuilibus dignoſcantur notorij effectus? & an liceat pro Regibus aliquem ſine ſolemnitate damnare? & an manifeſtum, publicum, notum in dubium, &c. aſſimilentur nototio formali?

SVMMARIVM.

1. *Notorium dicitur quod patet per confeſſionem iudicialem, vel Bullam Apoſtolicam, ſeu inſtrumentum, quod relinquitur potius iudicis arbitrio, vt attenta qualitate facti, temporis, &c. n.* 2. *&* 3.
4. *Notorij nonnulli effectus ſignantur, & num.* 5. *&* 6.
5. *Notorium grauamen annullat ſententiam.*
6. *Fideiuſſor conueniri valet, vbi notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo.*
7. *Contumax non efficitur qui citatus non comparet, ſi conſtat notorie eſſe de alia iuriſdictione.*
8. *Notorius in vno loco excommunicatus, qualiter talis reputetur in aliis.*
9. *Sententia ex capite notoria iniuſtitia reuocatur.*
10. *Spoliatus non reſtituitur, vbi iniuſte eſſe illum poſſeſſorem, notorium eſt.*
11. *Proteſtatio neceſſaria non eſt in notorio impedimento.*
12. *Monitio non requiritur, vt puniatur notorius concubinarius, & caſus de relegato concubinario n.* 13.
14. *Proreges ſine proceſſu non poſſunt procedere, vbi deficit notorium, cum nec Regibus liceat, n.* 15. *&* 16.
15. *Rex peccat condemnans hunc, vel illum ſubditum, parte inaudita, aut denegata poteſtate ſe tuendi, aut defendendi.*
16. *Proreges ſine proceſſu poterunt condemnare publicos, ſeu manifeſtos latrones, & occidere reum clanculo, ſi alias timetur populi rebellio, vel alia grauis turbatio, n.* 17. *&* 18.
18. *Principi licet occidere, ſine proceſſu proditorem, aut machinantem alia in perniciem Reipublica occulte, modo indubie conſtet de tali machinatione, non ex probata ſcientia Principis, aliter vero ſine citatione non poſſit, vt n.* 19.
20. *Notorium, & manifeſtum ſæpè pro eodem ſumuntur, quid vtrumque publicum, aut indubitabile, num.* 21.

Quia

1 QVia iam *ſub quaeſt.* 1. ſignatum eſt per confeſſionem, per ſententiam, per inſtrumentum, aliiſue modis, & cum Riccio *in collect.* 653. *ad textum noſtrum in fine*, & cum Iaffredo *in deciſ.* 51. quæ notatur per eos *ad textum in cap. cum olim. de verb. ſignif.* dicentibus notorium dici poſſe, quod per confeſſionem iudicialem, vel Bullàm Apoſtolicam, ſeu publicum inſtrumentum probatur. Inde videtur dicendum, & ex aliis modis, quos latè, & cum pluribus expendit Farinacius *in praxi quaeſt.* 21. *à n.* 14. non ab arbitrio iudicis pendere, ſed à determinatione iuris.

2 Tamen etſi hoc verum ſit, dici debet iſtos; & alios modos dignoſcendi notorium pendere ab arbitrio iudicis, maturè conſiderantis, quando quod ex quolibet eorum prætenditur probari notorium, reuera ita ſit, cùm non quælibet confeſſio, ſententia, ſiue probatio, &c. ſufficiat ad illud abſolutè probandum, vt iam ſatis *in dicta quaeſt.* 1. *&* 2. demonſtratum eſt per fallentias ad regulas ibi poſitas.

3 Igitur ex eo quod dicit Gomezius *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ſub num.* 4. vbi de duobus effectibus notorij eius gloſſator Haillon. inducit iudicis arbitrio relinqui, quando delictum dicatur notorium, attenta qualitate facti, loci, temporis, & quantitate perſonarum interuenientium, numero, & qualitate earum, vt docuerunt ante illum Menochius, *de arbitr. caſu* 166. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 101. *n.* 18. Farinac. *in praxi* cum pluribus videndus *quaeſt.* 18. *ex num.* 104. *& conſ.* 30. *num.* 90. *& quaeſt.* 21. *num.* 47. & iuxta hoc dictum ſunt interpretandi alij Doctores agentes de notorio, inter quos Barboſa *de nominibus appellatiuis, ſub dictione notoriam*, Tuſchus *littera N. verb. notorium*, idem Barboſa *in collect. lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 35. *num.* 7. *& cap.* 3. *tit.* 21. *lib.* 2. *& lib.* 3. *tit.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. *& lib.* 5. *tit.* 40. *cap.* 24. *num.* 2. *&* 3. Syluester. & omnes Summiſtæ, *verbo notorium* Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. Suarez *eodem tract. diſput.* 9. *num.* 11. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 121. *&* 122. Sanchez *in conſiliis moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dubio* 5. Carleual. *de iudiciis tom.* 2. *diſp.* 1. *ex num.* 46. Molina *de iuſtitia tom.* 5. *diſp.* 31. *per totam.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem poſito cum Anton. Gomezio *dicto lib.* 3. *variar. ſub dicto num.* 42. vt notorij primus effectus ſit, vt in eo non requiratur accuſator, ſed iudex poſſit ex officio procedere per viam inquiſitionis, etiam in caſibus, in quibus alias iudex non poſſet inquirere, etſi interueniat accuſator, non requirantur libellus, litis conteſtatio, iuramentum de calumnia, nec alia ſolemnitas accuſationis, nec vt requiratur probatio delicti per textum *in cap. tua nos de cohabit. cleric. per verba ibi: Nos igitur conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt merito debeat appellari notorium, in eo caſu, nec teſtes, nec accuſator opus ſunt* ex text. etiam *in cap. ad noſtram, el* 2. *de iureiur.* ibi: *manifeſta accuſatione non indigent, nec in eis ordo iudiciarius obſeruandus*: & idem Gomez. ex Innocent. *in dicto cap. tua nos col. penul. n.* 10. & Anchartano *in cap. veſtra co titul. col.* 5. *num.* 2. dicit ſecundum ſcilicet effectum eſſe, quia in delicto notorio poteſt procedi contra abſentem contumacem, legitimè citatum; licet ſecus ſit in aliis delictis; *argum. prædictorum iurium*, de quibus effectibus ſatis liquet *ſupra q.* 1. *&* 2.

Alios inquam notorij effectus ponunt 5
Riccius, & alij ab eo relati *ſub collect.* 653.
nempe notorium grauamen annullare ſen-
tentiam, notoriaque grauamina eſſe illa,
quæ enumerantur *in cap. conſuluit el.* 1. *de
appellat.* Verall. *in deciſ.* 248. *p.* 2. item quod
notoria iniuſtitia, & nullitas ſunt vnum,
& idem Maynard. *in deciſ.* 32. *lib.* 2. † item 6
quod vbi notorium eſt principalem non
eſſe ſoluendo, poſſit fideiuſſor conueniri
illo non diſcuſſo, Afflictis *in deciſion.* 318.
quam notat, ac limitat Auth. *præſente Cod.
de fideiuſſoribus.*

Item quod quia vbi eſt notorium quem 7
non eſſe de iuriſdictione citantis, non com-
parendo, non efficitur contumax, Mynſing.
obſeruat. 5. *cent.* 6. † Et quod qui in vno loco 8
notorius eſt excommunicatus, concubina-
rius, vel per iudicis ſententiam factus in-
famis vbique talis eſt; & ſine peccato, vt
talis poteſt aliis reuelari; ſic vt nec Epiſ-
copus, etiam vbi hoc ignoratur, poſſit cum
tali virtute Concilij Trid. diſpenſare, cum
tale crimen non ſit occultum, ſed noto-
rium, quoad forum exterius, Sayrus *in de-
ciſ.* 64. *de ſent. excom.* quam commendat no-
tandam Riccius ad Trident. Concil. *ſeſſ.* 24.
cap. 6.

Et ſic ex dictis infertur, quod ſenten-
tia ex capite notoriæ iniuſtitiæ, reuoca- 9
tur, de quo iam *ſuprà* dixi, Rota *collect. Fa-
rin. in deciſ.* 103. † Et ob id quod ſpoliator
non ſit reſtituendus, vbi notorium eſt, ipſum
fuiſſe iniuſte poſſeſſorem; idem Farinac.
in deciſ. 785. quam notat ad limitationem
*leg. ſi quis ad ſe fundum, ff. ad leg. Iul. de vi
publica.* † Item quod in notorio impedimento

non

non ſit neceſſaria proteſtatio, Veral. *in*
12 *deciſ.* 16. *p.* 2. † Item quia, quamuis iudex
Eccleſiaſticus valeat contra concubina-
rium procedere, & ſit neceſſe, vti moni-
tio præcedat iuxta diſpoſitionem S. Conci-
lij Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de reformat.* vbi
S. Congregatio; ſed non requiri ad pu-
niendum notorium concubinarium, dixit
deciſum, etiam idem Riccius, *in curia*
13 *Archiep. Neapolit.* † vbi refert fuiſſe rele-
gatum à Diœceſi Neapol. per plures annos
quendam concubinarium notorium, qui
numquam fuerat monitus, & per nonnul-
los annos ſteterat in concubinatu.

14 Ad tertiam quæſtionis partem, an liceat
pro regibus aliquem ſine ſolemnitate, &
proceſſu damnare: quæ cum ſit appendix
ad relata *ſuprà*, *quæſt.* 1. *&* 2. dicendum
eſt, quòd vbi deficit notorium, manife-
ſtum, ſiue publicum, non poſſint prore-
ges ſic condemnare; quia nec hoc Regi-
bus ipſis licet, vt inter iureconſultos do-
cuerunt Capiblanc. *de offic. honor. tom.* 2. *à*
num. 22. inter Theologos Ioan. Azorius, *in*
15 *ſumma p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 7. † Dum ait quod
peccat Rex, qui per ſe, vel alium condem-
nat huoc, vel illum ſubditum, inaudita
parte, aut denegata ei ſe tuendi, aut de-
fendendi poteſtate, aut non habita publi-
ca notitia, ex publicis indiciorum proba-
tionibus, vt colligitur ex S. Thoma, 2. 2.
quæſt. 67. *art.* 1. ex Cajetano, *in ſumma, ver-*
bo, homicidium, quod quia confirmatur ex
à nobis longè dictis *ſupra ſub cap.* 1. *de cauſa*
poſſeſſ. & propriet. & ibi q. fin.

16 Tamen reuera limitatur, quando crimen
eſt omnino publicum, aut iudici cum
aliquot teſtibus euidens, ſicut quando la-
trones reperiuntur in flagranti delicto per
iam dicta *hic quæſt.* 2. *verſ. ad vltimam*;
tunc etiam docent in terminis huius dubij
poſſe proregem condemnare, Malderus,
in 2. 2. *tract.* 6. *cap.* 1. *dubio* 14. §. *dico ſexto*
Leſſio, *lib.* 2. *de iuſtitia, cap.* 29. *num.* 110. Vil-
lalobos, *in ſumma tom.* 2. *tract.* 14. *difficult.*
4. *num.* 7. Franc. Syluius, 2. 2. D. Thom. *q.* 67.
17 *art.* 3. *concluſ.* 6. † Et idem dicunt Sylue-
ſter, *verb. homicidium* 1. *quæſt.* 2. Nauar. *in*
manual. cap. 25. *num.* 10. Nauarra, *lib.* 2. *de*
reſt. cap. 3. *num.* 192. Diana, *p.* 3. *tract.* 5. *reſ.*
198. *verſ. limitatur*, de reo ex cuius mani-
feſto proceſſu, vel populi rebellio, vel alia
grauis turbatio metuitur; talem enim affir-
mant licitum eſſe, etiam clanculum occi-
dere, cauſa priuatim diſcuſſa, certoque
cognita; quia iudex clarè videns non ſu-
pereſſe reo viam iuſtæ defenſionis, nul-
lam cenſeri poteſt iniuriam ipſi facere.

Præterea etiam relata limitatio procedet, 18
quando quis verbi gratia machinatur pro-
ditionem, aliamve perniciem Reipublicæ,
quæ non poſſet aliter impediri, quam per
occultam interemptionem iſtius machina-
toris; tunc enim licebit Principi iubere,
vt ſic interficiatur, modo indubie conſtet de
pernicie per illum attentata, & porro exe-
quenda, niſi tempeſtiue occurratur: ita do-
cent Syluius, & Diana, & Molla, *in emporio*
iuris p. 1. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 5. dicentes non
ferre, quod Princeps fortaſſe hoc ſciat
priuata dumtaxat ſcientia; cum non agat,
vt iudex, ad punitionem, ſed ſolum tan-
quam bonus Princeps ad euitandum mala
imminentia, quomodo vnuſquiſque debet
rem ſibi commiſſam defendere, & ab ea
malum impedire, qui tunc non tenebitur
ſeruare iuris ordinem † ſed adducta doctri- 19
na Malderi, Syluerij, & Dianæ, debet in-
telligi vt procedat, exiſtente aliqua iuſta
cauſa, quæ cogat Principem hoc efficere;
ſecus autem ſi nulla adſit cauſa; nam tunc
tenetur citare reum, & illum condemnare,
ordine, & iure ſeruato, vt docuerunt etiam
Turrianus, *in* 22. *tom.* 2. *diſput.* 48. *dubio* 4.
num. 2. Hurtado *de iudic. forenſi diſp.* 1. *diffic.* 9.
Villalobos, *vbi ſuprà*, ſed non ſic, admiſſo
in prorege: illum iterum, atque iterum
monet Diana, vt cum caſus aduenerit con-
ſulant Theologos, & conſiliarios timora-
tos; eò quòd cum proreges ſolent de
mandato aliquem condemnare, non con-
currunt ſupradictæ circunſtantiæ.

Ad vltimam quæſtionis partem, & ſi 20
non defuerint DD. aſſerentes de iure ci-
uili nihil diſpoſitum de his vocibus circa
crimina, quæ committuntur punienda or-
dine iuris ſeruato nec ne; & quia *in cap.*
tua nos de cohabit. Clericor. in cap. conſuluit 14.
de appell. in cap. manifeſta, in cap. de mani-
feſta 2. *quæſt.* 1. & alibi ſæpe, ideo, & quod
etiam Legiſtæ de his vocibus agant dice-
re, nunc oportet cum Carrerio, *in pract.*
crimin. in tract. de appellat. §. *ſecundus erit*
caſus à num. 6. Bartol. *in l. heredes palam. in*
princip. ff. de teſtam. & in l. ſi vero §. *qui pro*
rei, vbi Alex. & Iaſon. *ff. qui ſatiſdare co-*
gantur, Abbas, *in cap. tertio loco, de probat.*
num. 3. Anton. de Burrio, *in tract. de notorio*,
Capia, *in eodem tract. in præfatione*, late
agente, *à num.* 26. Maſcardo, *de probat.*
lib. 2. *concluſ.* 1101. *num.* 1. & aliis per Farin.
dicta quæſt. 21. *in praxi*, *num.* 4. 5. *&* 6. &
latè agentem ex numeris ſequentibus de
notorio iuris facti, & de modis, quibus
illud probatur notorium, & manifeſtum,
aliquando deferre; communiter verò pro

11 eodem in iure vſurpari. † Nam & ſi notorium in ſuo ſignificatu ſit id, quod patet omnibus, vel maiori parti populi; manifeſtum inquam, quòd publice pluribus patet; non tamen omnibus, aut maiori parti: tamen dicta vox, notorium, in iure ſæpius æquiuoce refertur ad *manifeſtum, euidens, publicum, notorium,* & *indubitatum*, & *liquidum*, & è contra quod *manifeſtum*, ſic in genere, & largo modo ſumptum, capitur in iure pro eo, quod eſt notorium facti permanentis, vt *in dicto cap. manifeſta, & cap. de manifeſta,* & aliquando pro notorio facti tranſeuntis, vt *in cap. quia ſuſpecti 3. quæſt. 5.* in ſpecie autem, & de per ſe ſumptum, vt ſolum ſit, *publica, ſeu famoſa inſinuatio communis ex certa ſcientia, & certis authoribus proueniens, ex cap. ne hoc, de ſimonia*; ſic vt ſecundùm hanc definitionem in pluribus differat à notorio, in pluribusque conueniat cum notorio, fama, publico, vt optimè diſtinguunt, & explicant legendi idem Capia, *à dict. num. 16.* Maſcard. *de probat. vbi ſuprà, & concl.* 1044. per totam, vbi optimè pertractat manifeſti materiam quid ſit? quotuplex ſit? quomodo probetur? & in quibus differat à notorio?

AD TEXTVM

In Cap. cum p. & X. X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Laici Clericos non accuſant, item inimici;* & de aliis remiſſiue.

1 TExtvs iſte, quatenus ponit quòd laici, vel inimici Clericos accuſare non poſſunt, ſatis, & abundè perpenditur ex his, quæ dixi *ſuprà* de teſtibus, *in cap. de cætero 14.* vbi quamuis in ciuilibus laicus eſſe poſſit teſtis contra Clericum, ſed in criminibus criminaliter pertractandis, non item, vt ibi late dictum eſt, *quæſt. 1.* vbi quid in aliquibus, ſed aliam partem de inimico accuſatore prohibito in Clericum, quia & ſimiliter diſcutitur per dicta de teſte inimico non admittendo, ſi inimicitia ſit Capitalis, ſic, vt nec inimicus ad accuſandum admittatur iuxta ea, quæ iam longè relinquuntur ſcripta & ad notata *in cap. repellantur 7. hoc tit.* quare in ea concluſione comprobanda non immoramur. Alia ex multis notat Barboſa hic, *num. 2.* vbi *num. 5.* limitans in criminibus exceptis, qualia ſunt hæreſis, ſimonia, læſa Maieſtas, & ſimilia, in quibus, & mulieres; item adimples ex dictis, ſub *dicta quæſt. 1. dict. cap. 14.* & latiſſimè ex his quæ dixi *in cap. tam litter. 33. quæſt. 3.* vbi de illa quæſtione, *an mulieres admittantur ad teſtificandum, vtcumque?* Et ſic quoad verba ibi *de cauſa ſimili*, quatenus probant DD. per illa, quod eſt ſuſpectus teſtis, qui cauſam habet ſimilem: applicabis pro plena explicatione quod dixi ſub *cap. 4. de foro comp.* vbi de recuſatione illius, qui conſimilem habet cauſam. Nec deſinas videre Menochium, quatenus, *lib. 2. de arbitrar. cent. 2. caſu 121.* egit de illa quæſtione, *an recuſari poſſit iudex in altera cauſa, cum prima iam per ſuam ſententiam eſt finita?* qui poſtquam retulit duas opiniones, veriorem dicit hunc caſum recuſationis relinqui iudicis arbitrio ibi, *à num. 7.* quam quidem modernus per hunc textum adnotauit; ſed tu eam determinabis per illa, quæ dixi *ſub dicto cap. 4. de foro comp.* vbi *quæſt. 35.* egi de illa, *an recuſari poſſit iudex in vna cauſa qui grauauit in alia?* & item illam ibi poſitam *quæſt. 30.* ſub qua late dico ratione inimicitiæ poſſe recuſationem formari.

AD TEXTVM

In Cap. Ex parte XI. & in Cap. penult. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Monacho accuſanti Abbatem debentur tantum expenſæ neceſſariæ, non vtiles iuxta qualitatem perſonæ ex reddito Monaſtery, ſi fuerit in poſſeſſione Monachatus, limitatur n. 4.*

3 *Monachus valet accuſare Abbatem ſine neceſſitate veniæ.*

4 *Monachus ex propria cauſa non valet accuſare ſuum Abbatem, vel ſi eſſet ad dignitatem electus in alterius Monaſterio, vel ſi habeat aliquod peculium.*

5 *Monacho, qui iam accuſauit Abbatem, & ſi electo ad aliam dignitatem, pendente lite, debentur alimenta, & de caſu nu. 7.*

6 *Abbas*

6. *Abbas accuſatus, dum lis pendet, adhuc à Monaſterio recipit expenſas, & obeditur à cæteris Monachis, & n. 8.*

8. *Abbas accuſatus, vt ſe defendat habet alimenta ex Monaſterio, vſque ad finem cauſæ.*

9. *Alimenta Monacho ſunt præſtanda vſque ad finem cauſæ, poſtquam decreta fuerint, non ſolum in prima inſtantia, ſed etiam in appellationis inſtantia, & poſt delictum commiſſum, appellatione pendente, n. 10.*

11. *Alimenta quæ deſignantur pro lite proſequenda, in qua quantitate, diuerſi modi dicendi.*

12. *Alimenta, & expenſæ debentur etiam vxori agenti contra virum, & aliis, vt hic, & n. 13. & 16. vbi de caſibus.*

13. *Alimenta debentur accuſato, ſiue conuento ex cauſa proprij ſtatus, & impetrantibus beneficium, ſi non ſit alius poſſeſſor.*

14. *Alimenta debentur filio litiganti, & exiſtenti in poſſeſſione filiationis, & pauperibus, n. 15.*

1 QVia iam de materia huius textus adnotaui ſub *cap. illa 3. hoc tit.* quam hic remiſi tractandam; ideo ad partes agendo, & applicando ibi adnotata pro latiori enodatione, nunc de ratione, quare Monachus ſubditus admittatur in teſtem contra Abbatem agendum erit, & ibi *in gloſſa, verſ. expenſæ neceſſaria, & ibi iſtæ expenſæ, & ibi ipſe Abbas habet expenſas, vt ſe defendat vſque ad finem cauſæ*; quia nunc ſeſe offerebat longiſſima tractatio de expenſis ſubminiſtrandis, tam victori contra reum condemnatum, tamque de aliis, quæ ſubminiſtrantur egenis litigantibus, aut aliquod intereſſe habituris; ideo de hac materia in generali leges, quæ latiſſimè tractaui *in cap. finem, per totum de dolo, & contumacia*, & ibi *quæſt. 9. de illa: an pauperi litiganti ſint adminiſtranda alimenta, & expenſæ? & quæſt.* 10. de illa: *quæ ſit differentia inter expenſas, & damna ratione contumaciæ, ſeu ratione victoriæ?* plura videnda, & hic applicanda, de alimentis, præſtandis: leges per nos abunde notata in cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

2 Quare ego, ne longe agam de hac parte expenſarum, dico per gloſſam hic in dicto *verſ. & iſtæ expenſæ neceſſariæ tantum erunt*, quod Monacho accuſanti Abbatem, debentur tantùm expenſæ neceſſariæ, non verò vtiles: ita Surdus *tract. de aliment. tit. 4. quæſt. 23. num.* 39. Barboſa hic *num.* 10. quod intelligunt Rota *in deciſ.* 335. *in nou.* Veſta *in deciſ.* 17. & Riccius *collect.* 850. *ad textum noſtrum*, iuxta qualitatem, ſcilicet perſonæ, & reddituum Monaſterij, & hoc quidem ſi fuerit in quaſi poſſeſſione ſtatus Monachatus, vt dixit Ianis *in deciſ.* 115. Rota *in deciſ.* 18. & 77. certum eſſe docent *in præſ.* Butr. *num.* 10. Socin. *num.* 5. Puteus *deciſ.* 164. *n.* 1. *lib.* 1. *in correct.* Boër. *deciſ.* 303. *à num.* 4. & *deciſ.* 325. *num.* 5. Lara. *in l. ſi quis à liberis §. ſi vel parent à num.* 58. *ff. de liberis agnoſc.* Burat. *deciſ.* 615. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 6. cap.* 12. *à num.* 20. 3
videndus omnino, † vbi *num.* 19. reſoluit ad hoc, nec veniam, nec licentiam deſiderari, Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 21. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 64. *n.* 3. late Surdus, *de aliment. tit.* 1. *q.* 121.

Quod tamen limitant DD. ſi ex propria 4
cauſa Monachus Abbatem accuſaret, Rota *deciſ.* 799. ſecundò ſi Monachus eſſet ad dignitatem electus in alterius monaſterio, quia tunc ſpoliato non debentur litis alimenta; idem Puteus *deciſ. 2. de expenſ. & deciſ. 2. de re iudic.* & de Abbate eiecto, agente pro ſuo ſpolio, videndus eſt Vela *in deciſ.* 88. ac de monialibus agentibus de ſpolio ob denegatas ſolitas ſubuentiones, videnda eſt deciſio Thumæ Faſtol. 18. refert Aloyſius Riccius ad hunc textum, *dicta collect.* 850. late agit de his Sanchez in præcepta *Decalogi lib. 6. cap. 2. num. 68. & dicto cap.* 12. *à num.* 21. vbi multipliciter, limitando prædictam alimentorum probationem Monacho accuſanti, ponit illum etiam caſum, niſi Monachus accuſans habeat aliquod peculium.

Imò, & prædicta alimenta neceſſaria 5
fore ſoluenda ipſi Monacho electo in Abbatem, dum lis pendet ſuper accuſatione, Sanchez *in præcepta Decalogi dicto lib. 6. c. 2. à n.* 60. qui multipliciter limitat *dict. cap.* 12. *à num* 21. legendus, inter quas limitationes, ponit quando accuſatus habet ali- 6
quod peculium: † imò Surdus *de alimentis quæſt.* 127. *num.* 1. reſoluit, quòd Abbas, dum accuſatur, recipit alimenta, & expenſas, dum lis pendet, addens *num.* 5. quod ei parendum eſt à Monachis, ea lite pendente ſuper accuſatione. Et Monacho, ſeu Abbatiſſæ agenti de propria ſpoliatione, decernenda eſſe litis alimenta, dixit Creſcent. *deciſ.* 175. † qui etiam ad amplia- 8
tionem textus noſtri, eidem Monacho, etiam ſæculari electo, licet diſcorditer ad aliquod officium, in quo iudicialiter admitti petat, nihilominus eſſe danda litis alimenta.

8 Et in tantum hæc alimenta deberi di-
cunt DD. vt etiam ipſe Abbas accuſatus,
debeat illa, & expenſas habere, vt ſe de-
fendat vſque ad finem cauſæ: ſic in præ-
ſenti Ioannes Andreas *num.* 8. Anton. de
Butrio *num.*9. Abbas *num.* 15. Henric. *n.*12.
Felin. *paulo poſt princip.* Barboſa *num.* 12. *per
gloſſam hic, verbo, rationalis, verſ. & ipſe* Ab-
bas, Lara *in dicto §. ſi vel parens, num.* 48.
Tapia *in auth. ingreſſi, verbo ſua, cap.* 18. *n.*11.
Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Thoma, Sanchez
dicto cap. 12. *in ſumma nu.*24. quod quidem
extendunt; quamuis Abbas ipſe eſſet ab
adminiſtratione remotus.

9 Et ſic pro apparatu ad textum noſtrum
in hac parte alimentorum, & expenſarum,
remittendo lectorem ad plura alia conge-
ſta ad textum *in dicto cap. cum haberet:* ad-
uertendum eſt pro generali cognitione,
quòd huiuſmodi litis alimenta poſtquam
decreta fuerint, ſunt exhibenda vſque ad
finem litis, Veſta *in deciſ.* 146. & 183. Ægi
in deciſ. 159. atque ne dum fore præſtanda
in prima inſtantia, verum etiam in cauſa
appellationis, Afflictis *in deciſ.* Biregueſt. *in
deciſ.* 2. ſicque fuiſſe reſolutum *in Rota in
vna hæreditatis de lenis* 1547. refert idem
10 Veſta *in deciſ.* 1. *de alimentis.* † Et eſſe præ-
ſtanda dicta alimenta, etiam poſt delictum
commiſſum appellatione pendente, do-
cent Mandos, *de inhibitione quæſt.* 110. Ce-
uallos *in pract. quæſt.* 36. *n.* 14. & 15. Surdus
de alimentis, q. 32. *tit.* 9. *à num.*6. Ego *ſupra in
cap.* 11. *de appellationibus q.* 4. *n.* 6.

11 Secundò animaduertunt alij, quod ea
alimenta non ſunt ſemper vniformiter de-
cernenda, ſed iuxta qualitatem perſonæ, &
rei de qua lis vertitur taxanda iudicis ar-
bitrio, Bellam. *in deciſ.* 256. ideoque non
eodem tenore taxari ſolita per Dominos
de Rota, qui interdum ea decreuerint ad
ſummam 50. Ducatorum, filio litiganti; li-
cet nondum conſtaret de qualitate bono-
rum, quæ in iudicio peterentur. Interdum
autem decreta ad centum, cum facultate
addendi, & diminuendi iuxta formam fu-
turæ probationis reddituum; quandoque
decreta eſſe ad certum tempus, & ex cau-
ſa prorogatum, vt refert Veſta *in deciſ.* 31.
144. & 226. Afflict. *in deciſ.* 324. quando-
que vt quartam partem redditus, eius rei,
de qua agitur, Seraphin. *in deciſ.* 55. Ric-
cius, *vbi ſuprà*, qui cum vna *deciſ. de Vrſi-
lis* 2552. *coram Caſſanco*, dicit ſententiam
latam ſuper alimentis, tantum continere
etiam litis expenſas, ſi in libello fuiſſent
omnia petita; & ſic reſolum fuiſſe in ea
dicifione.

Inſuper pro latiori materia, etſi reſum- 12
ptiuè addimus de nonnullis perſonis, qui-
bus ea alimenta, ſiue litis expenſæ deben-
tur. Primo vxori agenti contra virum, qui
ipſam à Domo eieciſſet ſub prætextu per-
ditæ vitæ, Veſta *in deciſ.* 162. 167. Creſcent.
in deciſ. 233. Afflictis *in deciſ.* 10. ſecus ta-
men ſi ex ſe voluntariè receſſiſſet, Ianis
in deciſ. 11. Peguera *in deciſ.* 20. Secundo
vxori, quæ ſub nomine viri accuſaretur,
Bellamera *in deciſ.* 88. Tertio, quod in cau-
ſis matrimonialibus coram loci ordinario
in prima inſtantia agitandis, non poſſit
quiſquam in ſecunda, vel tertia trahi extra
prouinciam, niſi præſtitis alimentis, & li-
tis expenſis, docto prius coram eodem or-
dinario, de vera paupertate illius, qui ex-
tra prouinciam trahitur, Creſcent. *in de-
ciſ.* 233. & hoc iuxta Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20.
Quarto quod debentur fratri litem haben-
ti, contra fratrem in petitione hæreditatis
Guido Papa *in deciſ.* 561. Bennigneſt. *in
deciſ.* 2. *de iudic.* Afflictis *in deciſ.* 2.

Deinde etiam quoad materiam textus 13
noſtri, etiam accuſato, ſiue conuento
cauſa ex proprij ſtatus agenti conſulitur
de propriis alimentis, pendente iudi-
cio, vt in eo defendere poſſit iuxta *textum
in l. fin. Cod. de ordine cognit.* Rota *deciſ.*143.
Item ſunt alimenta præſtanda impetranti-
bus beneficium ex *cap. Odoardus*, Caſſan.
in deciſ. 6. *de appell.* quod intelligo, ſi non
ſit alius primus poſſeſſor, & ipſe iam poſ-
ſideret, vt videtur declarari ex caſu ſequen-
ti, nempe quòd lite pendente ſuper Præ-
benda Eccleſiæ; poterit interim ipſe poſ-
ſeſſor de fructibus eius, ſe alere, Cappell.
Toloſana *in deciſ.* 77. † Et de aliis perſonis 14
quibus lite pendente debentur alimenta,
ad plures caſus recurrendum eſt, ad deci-
ſionem Valaſci 1. & Franch. *Milanen. Rota
Sicil.* 16. *cum ſequenti ad Riccium coll.*99. *ſuper
text. in l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. de inofficioſo
teſtam.* vbi quod, & debentur ſemper filio,
& vxori, dum litigant ex Caputaq. ſic de-
ciſum referente *in deciſ.* 18. *p.* 1. item & fi-
lio exiſtenti in quaſi poſſeſſione filiationis,
quando agit contra hæredem à patre, de
inofficioſo inſtitutum, idem Caputaq. *de-
ciſ.* 20. † Et pauperibus litigantibus eſſe ex 15
altera parte diuite præſtanda alimenta, lite
durante, vt deciſum affirmat, Guido Pap.
in deciſ. 562. & quæ concurrenda ſint ad il-
lius §. diſpoſitionem, videndus eſt Ioſeph.
Ludouicus *in deciſ.* 47. alia refert idem Ric-
cius *ſub dict. collect.* 99. † vbi cum Afflictis 16
in deciſ. 152. dicit quod iudex laïcus poteſt,
lite pendente, & cauſa matrimoniali co-

ram

ram delegato Apoſtolico compellere virum ad dicta alimenta vxori præſtanda, ſicque fuiſſe decisum, qui & in *collect. 98. ad textum. & gloſſam in leg. vnica Cod. de rei vxoria actione*, dixit eſſe alimentandam vxorem ab hæredibus viri *infrà* annum, pendente ſolutione Dotis, vbi plura congerit circa praxim horum alimentorum ei præſtandorum, & generaliter de alimentis dandis: alia dixit ſub compendio Riccius; *in collect. 96. & collect. 97. ad textum in l. ſi quis à viris ff. de liberis agnoſcend.* circa quam legem latiſſime Lara de alimentis, Surdus, & nouiſſime D. Ioan. del Caſtillo omnia recoligentes ex pluribus doctoribus, ſunt ad vnguem legendi.

QVÆSTIO I.

An vtique Monacho, ſit licitum accuſare proprium Abbatem aut Monaſterium, ex eo quod bona aliqua dilapidauerunt? Et an denunciare? Et quæ poſſit Monachus ante factam profeſſionem circa accuſandum, aut pacem facere? Quid de Abbate, ſiue Monaſterio reſpectu Monachi, aut eius patris interfecti, ſiue iniuriati? Et an ſi Monacho petenti alimenta ad proſequendam talem accuſationem, eſſent denegata, ſit licitum à tali denegatione appellare?

S V M M A R I V M.

1 *Monachus quare ſine licentia Prælati poteſt illum accuſare de delicto? nu. 2.*

2 *Filius, cum agit contra patrem, non eget eius licentia, vt num. 3. & ſi ei ſit dandus curator in litem.*

4 *Monachus in caſu ſuæ electionis poteſt agere ſine licentia Prælati in iudicio, & quando habet aliquam adminiſtrationem, quam gerit virtute commiſſionis, & obedientiæ, vt, n. 5.*

6 *Monachus ſine licentia agere valet, quando Abbas eſt abſens, & ex mora poſſet damnum accidere. Item ſi degat extra Monaſterium cum licentia Abbatis nu. 7.*

8 *Monachus poterit agere pro defendendo Abbatem iniuſte incarceratum, & quando petit, ſe ad clauſtrum reſtitui. Et quando eſt in ſtudio pro iniuria ſibi illata, & vt alimenta præſtentur.*

9 *Monachus degens in ſtudio poteſt habere vocem in electione Rectoris.*

10 *Monachus datus in obſidem poteſt agere contra Abbatem, vt eum redimat.*

11 *Filius à patre ob famem venditus, poteſt patrem, qui venit ad pinguiorem compellere, vt illum redimat.*

12 *Monachus nequit alium de Monaſterio accuſare, præter Abbatem; niſi ex licentia Abbatis, & ob vtilitatem Monaſterij tunc, quia non ſit habiturus expenſas.*

13 *Monachus Epiſcopi Cubicularius, poteſt illum abſque licentia accuſare.*

14 *Monachus accuſans Prælatum in his, quæ ad accuſationem ſpectant, non tenetur illi obedire in reliquis ſic.*

15 *Abbas dum accuſatur recipit expenſas, niſi depoſitus, vel priuatus ſit.*

16 *Monachus fraterne poteſt quemquam denunciare ſine licentia Prælati, non tamen, vt iuridice puniatur, præterquam Abbatem.*

17 *Monachus ante factam profeſſionem poteſt accuſare, tranſigere, ac pacem facere, tam de iniuria ſibi illata, quam ſuis; ſecus ſi iam ſit profeſſus, niſi accuſaret pro beneficio Eccleſiæ, & de conſenſu Abbatis, num. 18.*

19 *Monacho interfecto, quibus competat vindicatio? vbi cum diſtinctione, & n. 20.*

20 *Monacho iniuriato, vel ſi eius pater occiſus ſit, ante profeſſionem competit filiis vindicatio; ſic vt non poſſit Monaſterium facere pacem, niſi deficientibus conſanguineis. Quid è contra de Abbate, aut Patre Monachi iniuriati, n. 21.*

22 *Appellatio num liceat Monacho à denegatis ſibi alimentis, cum Abbatem accuſat.*

23 *Alimenta Monacho accuſanti, Abbati dantur ad totam cauſam, eiuſque executionem pro ſe, & aliis tribus Monachis in lite neceſſariis de bonis Monaſterij.*

24 *Expenſæ ſemel Monacho aſſignatæ Abbatem accuſanti, non repetuntur, etiam ſi ipſe ſuccumbat.*

IVxta primam quæſtionis partem, quia abunde faciunt quæ adnotaui *in cap. 9. de iudiciis quæſt. 1. & 2.* quando liceat ſine licentia Prælati Monacho agere in iudicio, vbi Balboa nonnulla adducit. Ideo nunc breuiter ad materiam textus noſtri: nam etſi regulariter ſit receptum Monachos non poſſe in iudicio agere ſine Prælati li- 1

 centia

ecntia ; tamen inter alios caſus, de quibus
dixi ſub *dict. quæſt.* 1. *&* 2. vbi nonnullæ
fallentiæ poſitæ ſunt. Et inquam caſus, de
quo textus noſter loquitur, nempe quando
Monachus Prælatum de crimine accuſaret:
nam etſi alium accuſare non poſſit ſine li-
centia Prælati; tamen poterit ipſum rectè
accuſare ſine vlla, vt communiter pet tex-
tum noſtrum docent DD. antiqui, quos
refert Barboſa, *hic num.* 1. *& ibi num.* 2. 6.
& 7. quibus addo Balboam, *in dicto cap.* 9.
de iudic. num. 11.

a Vbi ſecundùm Felinum eam rationem
præſtat, quia quoties alterius voluntas ad
actum deſideratur, iure optimo omittitur,
quando ſuſpectam habemus eius volun-
tatem propter particularem affectionem;
& ſic meritò ait licentiam Prælati omitti,
quando aduerſus Prælatum ſit agendum
3 in iudicio. † Comprobans in filio litigatu-
ro contra patrem; quia quamuis eius li-
centia alias ſit neceſſaria, vt filius litiget
in iudicio, vt plene dixi ſub *dicto cap.* 9.
quæſt. 10. vbi egi de illa, an *vt agat filius
familias in iudicio, requiratur patris conſenſus?*
vbi de negatiua in hoc caſu, cum agit con-
tra patrem, iuxta gloſſam magnam, *in l.
cum non ſolum, Cod. de bonis quæ liber.* quam-
uis filio tunc ſit dandus curator in litem,
cuius expirauit officium, lite finita, §. *fin.
inſtit. de authorit. tutor.* & conueniunt etiam
alij caſus, veluti de vxore litigatura contra
maritum, de minore contra curatorem,
quæſt. 12. *&* 13. item de aliis, *à quæſt.* 24.
quæ valent applicari circa talem conſen-
ſum, aut non præſtandum; & ibi tota *qu.* 16.
*quando ipſe conſenſus debeat interuenire reſpectu
Monachi, vxoris, & minoris.*

4 Et ſic euenit, vt Monachus poſſit etiam
ſine licentia Prælati agere in iudicio in
caſu ſuæ electionis; vt tenent Innocen.
& reliqui omnes per textum ibi *in cap. ſum
dilecta de reſcript.* Balboa, *in dicto cap.* 9.
de iudic. num. 12. dicens hoc intelligi de-
bere ex ſententia Imolæ, ita vt Mona-
chus electus in Prælatum alterius Mona-
ſterij, agere poſſit ſine licentia proprij Præ-
lati, in cauſa ſuæ electionis, iuxta textum
in cap. ſi religioſus 27. *de elect. lib.* 6. vbi cum
pluribus Barboſa, & Balboa *vbi ſuprà, nu.* 12.
etiam ex *l.* 24. *tit.* 5. *p.* 1. *vbi gloſſa finalis.*
5 † Item etiam quando Monachus habet
aliquam adminiſtrationem, qui tunc ratio-
ne adminiſtrationis poterit abſque dubio
agere in iudicio, vt communiter notant
omnes, *in dicto cap. cum dilecta de reſcript.
per textum in cap. cum deputati* 16. *de iudicijs.*
vbi à *quæſt.* 1. latè dixit Balboa, *ſuprà* vbi
dicit hoc non debere intelligi de omni
adminiſtratione, cùm non omnem valeat
agere Monachus, ſed tantum illam, quam
gerit virtute commiſſionis, & obedien-
tiæ à ſuperiore; tunc enim eo ipſo, quod
gerit adminiſtrationem omnia facere vi-
detur ex tacita authoritate, & licentia
Prælati, vt apparet in filio familias, qui
peculium habet, à patreſamilias conceſ-
ſum, *l. qui peculio ff. de peculio*, is autem
circa peculij adminiſtrationem, omnia ex
voluntate patris familias facere videtur, vt
ſequitur idem Balboa.

Deinde, & quarto poterit Monachus 6
ſi ſit eius Prælatus abſens agere in iudicio
ſine licentia Abbatis, & petendi licentiam
poſſit eſſe mora propter periculum: ita
idem Balboa probat ex communi ſen-
tentia, *in dicto cap. cum dilecta, argum. textus
in cap. vnico, ne ſede vac. lib.* 6. quatenus
probat quòd ſi beneficij collatio ſimul
pertineat ad Epiſcopum, & capitulum,
vno eorum deficiente, alter poſſit confer-
re, ne diu maneat Eccleſia vacans: quare
Petrus Barboſa, *in leg. ſi longius* §. *ſi filius,
num.* 50. *ff. de iudic.* & Auguſtin. Barboſa, *in
dict. cap. cum dilecta, per gloſſam*, ibi, *verſ.
reſtitutis num.* 7. † notarunt, quòd etſi Mo- 7
nachus non poſſit agere in iudicio ſine
licentia Abbatis, tamen ſi degat extra Mo-
naſterium, poſſit de volunte Abbatis age-
re, & conueniri, eo abſente, de tacito ip-
ſius mandato.

Quintò, ſi Monachus ipſe ageret pro 8
defendendo proprium Abbatem iniuſtè
incarceratum, poterit illum defendere,
ſicut & poterit agere pro rebus ſui Mona-
ſterij malè alienatis: *argum. textus, in cap.
cum olim, de teſtibus.* Sextò, quando Mona-
chus petit ſe ad clauſtrum reſtitui, tam-
quam iniuſtè eiectus, & conſequenter, ſi
petat ea ratione alimenta, vt *in cap.* 1. *dict.
cap. cum dilecta*, teſtantur Butrius, Imola,
Abbas, & Felin. per textum *in cap. placuit.*
16. *quæſt.* 1. Barthol. *in l. ſeruos, ad cuſtodiam
ff. de alimentis legat.* Et ſic quando Mona-
chus eſt in ſtudio, quia degit extra clau-
ſtrum, conceditur ei agendi licentia, ac
defendendi in geſtis, ratione ſtudij pro
iniuria ſibi illata, implorante iudicis offi-
cium, vt ſibi alimenta Monaſterium præ-
ſtet, Rebuffus, *de priuilegiis Scholar. priuil.*
156. Henric. *in textu noſtro num.* 3. Butrius,
num. 12. Anton. Chuc. *lib.* 3. *inſtit. moral.
tit.* 3. *num.* 38. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12.
cap. 11. *quæſt.* 9. Late Thomas Sanchez,
in præcepta Decalog. lib. 6. *cap.* 12. *num.* 14.
† vbi addit, & cum eo Barboſa, *hic num.* 8. 9
poſſe

poſſe tunc, cum degit Monachus in ſtudiis habere vocem inſtar aliorum ſcholaſticorum in electione Paſtoris.

Vltimo puterit Monachus datus in ob-
10 ſidem agere contra Abbatem, vt eum redimat: ita Balboa, *in dicto cap. 9. de iudic. dicto num.12. in fine, verſ. ſeptimus caſus*, ex doctrina Baldi, *in cap. ex reſcripto, 9. de iure-*
11 *iur.* † Addens ex eodem Baldo, idem procedere in filio à patre ob famem vendito, quia patre ad pinguiorem fortunam veniente, poteſt illum in iudicio agendo compellere, vt illum redimat, quod ex eodem Baldo notant Felin. & idem Balboa, ad textum *in leg. 2. Cod. de patribus, qui filios diſtr.* videndus ipſe Balboa, *ſub dicto cap. ex reſcripto*, vbi aliquid ego ſub *quæſt.* 1.

12 Quibus præmiſſis, iam ad punctum de Monacho Prælatum accuſaturo dico non permitti illi quemquam alium accuſare præter proprium Abbatem, niſi duplex concurrat conditio. Prima, licentia ſcilicet Abbatis, ſecunda vtilitas Monaſterij; his inquam concurrentibus docent Farin. cum multis, *in praxi crim. quæſt.13. num.24.* Sanchez, *dict. cap.12. num.27.* Decian. *tract. crim. tom.1. lib.3. cap.8. num.15. & 16.* poſt Innocent. Hoſtienſ. Butrium, Panormit. Felin. & Henriquez, *in texta noſtro.* vbi Barboſa, *num.6.* qui cum eodem Sanchez, *num.28. dict. cap.* 12. reſoluit, vt tunc non ſit habiturus expenſas à Monaſterio, quando alium præter Abbatem accuſat, & addit idem Sanchez, *dicto cap.* 12. *num.29.*
13 † quod ſi Monachus ille ſit Epiſcopi cubicularius, poſſit abſque licentia aliqua Epiſcopum accuſare, quod vltimum nota ad textum, *in cap. nulli 54. quæſt. 2. ſu-*
14 *prà hoc tit.* & ad ea quæ *ibi* ſcripſi. † Et in tantum Abbas hic *num.4.* Felin. *num.* 1. Barboſa, *num. fin.* & Sanchez, *dict. cap.12. num.31.* docent per gloſſam hic: *Non tenetur obedire ei*, Monachum ſine licentia poſſe proprium Prælatum ſine Abbatem accuſare, vt in his quæ ſpectant ad ipſam accuſationem, non teneatur ipſi Prælato obedire, ſed in reliquis docent relati manifeſtum eſſe, vt teneatur illi obedire.
15 † Et ob id Surdus de alimentis, *titulo* 1. *quæſt.* 127. *num.* 1. reſoluit, quod è contra Abbas, dum accuſatur recipit alimenta, & expenſas, lite pendente, niſi depoſitus, vel priuatus ſit, vt limitat *ibi num.* 2. addens *num.* 5. quòd à cæteris Monachis, ei patendum eſt, dum lis pendet ſuper accuſatione.

16 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Monachus valeat quemquam alium præter proprium Prælatum denunciare abſque eius licentia? in quo breuiter per gloſſam hic verbo *denunciare autem*, reſoluunt Ioannes Andr. *num.9.* Butrius, *num.11.* Panormit. *num.* 6. Felin. *num.* 2. Henriquez, *num.* 4. Barboſa, *num.7.* Clarus, *in praxi §. fin. qu.7. num.* 8. Thomas Sanchez, *dict. cap.* 12. *nu.* 30. integrum eſſe Monacho denunciare quemquam abſque tali ſuperioris licentia, quod intelligit Sanchez, *vbi ſuprà*, de denunciatione fraterna; non autem de denunciatione iuridica, quæ tenderet ad punitionem; hanc enim dicit interdictam eſſe Monacho; præterquam proprij Abbatis, ſicut eſt accuſatio; & iuxta hanc diſtinctionem videntur benè loqui idem Abbas hic *num.6.* idem Clarus, *lib.5. ſentent. dict. §. fin. quæſt.7. num.8.* Gratian. *reg.* 319. *num fin.* dicentes, quod licet Monachus non poſſit in iudicio contra aliquem denunciare; poſſit tamen extra iudicium.

Ad tertiam quæſtionis partem, quæ poſſit 17
Monachus ante factam profeſſionem? Et dico primò quòd Monachus ante factam profeſſionem poteſt accuſare, tranſigere, ac pacem facere tam de iniuria, & offenſa ſibi illata, quam etiam ſuis; eo quòd Monachus in iſto caſu nihil ad id præſtat impedimenti, cùm ante profeſſionem, cum eſt nouitius, non ſolùm non deſinit eſſe de populo, ſed nec religioſus, nec Monachus propriè dicitur, ad textum *in cap. ad Apoſtolicam, & cap.* 1. vbi Gloſſa communiter recepta, *de religioſis domibus*, vbi DD. latè, *cap. ſi ſeruus ſcientia*, vbi Domin. 54. *dict. cap.17. 1. qu.2.* Clarus, *in pract. qu.58. verbo vlterius quæro in fine*, Petrus Plaza cum aliis, *cap.42. à num.25.* vbi comprobando hanc concluſionem, contrariis reſpondet Farinac. cum aliis, *quæſt.13. in praxi num.23.* qui ex Deciano *quæſt. 12. num. fin.* idem inſinuat.

At ſi iam ſit profeſſus, dicendum eſt 18
non admitti ad accuſandum, nec pro offenſa ſibi facta, nec pro iniuria ſuis illata, idem Plaza, *de delict. dicto cap.42. num.17. in fine, & num.18.* Farinacius, *dict. quæſt.13. num.24.* ex ea ratione, quia habetur pro mortuo, *cap. placuit 16. quæſt.1.* ex his, quæ longe dixi ſub *cap. in præſentia de probat.* alias rationes comparando ſeruo bene deducit Tyberius Decianus, *tract. crimin. p.1. lib.3. cap.8. num.15. & 16.* vbi declarat hoc non procedere, quando Monachus accuſaret pro beneficio Eccleſiæ, & de conſenſu ſui Abbatis, vt omnes ſequuntur
per adductam gloſſam noſtri textus. † Ad 19
alia,

alia, quæ tantillum diſtant à materia textus noſtri, quæ adiici tamen valent pro illius ampliatione, leges eundem Farinac. *dicta quæſt.*13. *in praxi ex num.*19. *ad* 26. vbi reſoluit illas quæſtiones nempe de Monacho interfecto cui, aut quibus competat ius accuſandi, vel vindicandi, an Monaſterio, ſiue Monachi filiis, & conſanguineis; & fortiter arguendo ibi, *num.*20. 21. *&* 22. poſtea *ad num.*23. fecit prædictas duas concluſiones, & aliam tertiam *à num.* 25. ponit prædictum dubium, & poſt multa pro, & contra potius admittit ex *cap. cum deſideres de ſentent. excommunic.* §. *fin.* accuſationem, vindictam, ſeu pacem competere ipſi Monaſterio, ſi occiſus eſſet, aut offenſus intuitu Eccleſiæ; ſi tamen intuitu perſonæ ab ipſo Monaſterio, & filio Monachi interfecti, ſic diſtinguendo ponit ſub *num.*26. *in verſ. ſi vero*, & *in verſ. nec prætermittendum*, vbi vult, vt interueniant ad pacem de iniuria Monacho facta, *cap. tum quidem* Monaſterium, & ipſe Monachus offenſus quoad remiſſionem iniuriæ ſibi illatæ, non quoad illam, quæ fit Eccleſiæ; tunc enim pacem habituram ab ipſo Abbate, aut Epiſcopo cum conſenſu capituli; eum multis comprobans, & concludens, quod ſic habita pax præiudicat ipſi Eccleſiæ.

20 Vnum tamen notant Boſſius *in praxi crimin. in tit. de pace num.*25. idem Abbas, *num.*26. *dict. quæſt.*13. *verſ. vnum*, quod ſi iniuria facta eſt Monacho, vel eius pater occiſus ſit ante ingreſſum religionis, tunc de tali morte patris Monachi, vel iniuria eidem Monacho facta ante dictum ingreſſum, nec Monachum, nec Monaſterium poſſe facere pacem, Monachus quidem, quia vt ipſe dixit Farinac. *ibi nu.*24. & ego late ſub *dicto cap. in præſentia de probat.* & alibi, habetur pro mortuo, & Monaſterium, non, quia tali caſu ipſi iniuria illata non eſt; & ob id tale ius concludunt remanere penes filios, ſeu conſanguineos proximos offenſi, & interfecti, addentes quod deficientibus his, tale ius faciendi pacem, translatum ſit ad ipſum Monaſterium, etiam quod iniuria ſit facta ante ingreſſum.

21 Ad aliam quæſtionis partem, quid de Abbate, aut patre Monachi iniuriati, aut interfecti, quia hæc quæſtio non eſt æque principalis ad textum noſtrum, ſicut dictum de Monacho accuſatore contra Abbatem, alioſque ſibi iniuriantes, & hæc magis pertineat ad titulos *infrà de homicidio*, ſiue de iniuriis, ſufficit hic iam inſinuaſſe, breuiterque ſub diſtinctione reſoluiſſe, *ſuprà ſub verſiculo at ſi iam ſit profeſſus in fine à verbo vbi reſoluit*, quatenus cum Farinacio latè agitante *dicta quæſtion.* 13. *in praxi à num.*16. *ad* 19. omnino legendo, ſi de ea deſideras, longam tractationem facere.

Ad vltimam quæſtionis partem, an appellatio permittatur Monacho petenti alimenta ſibi denegata? quia per textum noſtrum, & *cap. penultim. hoc titulo*, agunt Speculator, *in titulo de appellat. verſiculo octauo, quando res delationem non recepit.* & ex eo Faquineus, *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 77. dum agunt de illa generali, vtrum in cauſa alimentorum appellatio ſit permiſſa, & quomodo? & per hanc determinetur nunc poſita de Monacho accuſatore appellante à denegatione alimentorum, vt litiget: ideo leges quæ dixi *in cap.* 11. *de appellation. ſuprà quæſtione* 4. *num.* 1. cum per ibi dicta, & diſtinctionem, poſita hæc reſoluatur, interim nouiſſimè de appellatione permiſſa necne in cauſa alimentorum, adiunges quæ cum infinitis congerit D. Ioan. del Caſtillo, *libro de alimentis capite* 27. & ſub aliis quæſtionibus ſub indice, *verbo appellatio quibus permiſſa eſt, vel prohibita?* 22

Vnum tamen pro complemento notabis, *ex cap. penult. noſtri tituli, in finalibus verbis*, de bonis Monaſterij eſſe dandum, quantum ſufficiat neceſſarium, non ſolum pro Monacho accuſatore, ſed etiam pro aliis Monachis tribus, vel quatuor, qui propter illud, idem contra Abbatem ad proſequendum negotium ſint neceſſarij in verbis ibi, *prædictis autem Monachis*, vbi *num.*2. notat. Barboſa cum Palacios Rubios, Gonzalez, & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*33. *à num.* 27. Monachum accuſantem Abbatem, non ſolum habere expenſas pro lite proſequenda, ſi ſit in vtilitatem Monaſterij, ſed etiam pro executione litis, & ſententiæ. † Item etiam cum telauis, & cum Surdo, *de alimento tit.* 6. quod ſumptus, & expenſæ non poſſunt repeti, etiamſi quis ſuccumbat, pro vt etiam de alimentis ſolutis, lite pendente. 23 … 24

AD TEXTVM
In Cap. Si conſtiterit XII. hoc titulo:

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Commendata Eccleſia materia remiſſiue. Et de ſpolio, ſeu priuatione, n.* 3.
2. *Ebrioſus clericus punitur.*
3. *Interdictorum poſſeſſionis plura aſſignantur remiſſiuè, in materia beneficiali.*
4. *Attentatorum reuocatio fieri debet, etiamſi appellanti obiiciatur defectus iuris in principali cauſa, & qua ſuper Eccleſiaſtico iure tractatur.*
5. *Clauſula* conſtiterit, *ſeu* conſtito, *plura indicat, vt refertur, & num.* 6. *&* 7. *quæ requirit cauſæ cognitionem, & citationem fallit nomine.*
6. *Clericus, vt condemnetur iuxta clauſulam* conſtito, *probatio requiritur, & num.* 7. *vbi exemplificatur in ſignatura.*
9. Conſtito *clauſula, vt verificetur, num requirat plenam probationem, aut ſufficiat ſemiplena, ſeu vt liquide de ea conſtet.*
10. Conſtito *clauſula probatur ex eo, quod defunctus obierit in poſſeſſione.*
11. Per *præpoſitio, quid ſibi velit, & n.* 12.
12. *Clericus ebrioſus non punitur ex eo quod tota nocte non dormierit, ſed quod in comeſſationem per totam illam ſteterit, & num.* 15.

1 QVIA quatenus in hoc text. agitur de Eccleſia commendata ad tempus plura poſſunt aggregari quæ dixi ſub *Rub. & tit. de officio vicarij*, vbi agitur de vicario, vulgò *teniente de cura*, & vbi late etiam de Eccleſia commendata ad tempus; ideo nihil amplius addimus hic *ad verſ. ſed ad tempus fuerit commendata.*

2 Et ibi *de violentia*; quia latè agunt DD. *in cap. à crapula*. de vita, & honeſtate clericorum de puniendis clericis ebrioſis. Et quatenus pro intellectu textus de clerico vinoſo celebrante nulla præmiſſa dormitatione puniendo, vt hic, videbis quæ dixi ſub *dicto cap. in crapula*, & quæ DD. adducunt.

3 Et quatenus agitur hic de priuando clerico hoc ab Eccleſia ſibi commendata in perpetuum in verſ. *ſi de hoc rationabiliter*, vſque ad verba *deſiſtere compellatis*, & de illo non ſpoliando ab Eccleſia ſibi Canonicè collata, ſi de crimine conuictus non ſit in verſ. ibi *cæterum*, adiunges quæ de hoc ſpolio, & intellectu textus noſtri dixi *ſub cap.* 1. *de reſtit. ſpoliat. quæſt.* 1. *num.* 14. *& n.* 36. latè *ſub cap. audita* 4. & in aliis illius tituli: nam etſi commendatatio non concedatur in hoc caſu, remedium recuperandæ poſſeſſionis è commenda deiecto, Menochius de recuperanda *à num.* 38. *ad gloſſam hic verbo commendata*, vbi Barboſa *num.* 6. tamen in ſecundo caſu non ſic. Nam ſi talis clericus Canonicè beneficiatur obiectus de crimine, non conuictus; non eſt cur ſi priuaretur deſinat reſtitui; & ſic hic adiungi valet materia interdicti retinendæ, vt in *dicto cap.* 4. & aliis de reſtit. ſpoliat. item & recuperandæ *in dicto cap.* 1. *cap. ex litteris* 5. *cap.* ſæpè cum aliis *eo tit.* Propter quod poterunt hic adiungi quæſtiones ſequentes, *an poſſit Pontifex ſine cauſa iuſta aliquem ſuo beneficio priuare? Et an ſi cauſa iuſta adſit, poſſit Epiſcopus eum priuare ſine reſtitutionis ſpe?* de quibus dixi *in cap. conquerente* 7. *de reſtit.* Spoliator *q.* 2. *&* 3.

Ad verba ibi *ipſam ei reſtitui faciatis*, dum per illa notant DD. & Couarr. *lib.* 5. *pract. cap.* 4
23. *n.* 4. per hunc textum, quod reuocatio attentatorum fieri debet, etiamſi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in principali cauſa, & etiam in cauſa, quæ ſuper Eccleſiaſtico beneficio tractatur; ideo poterunt hic adiici quæ de reuocandis attentatis dixi ſub *cap.* 1. *& cap. bona* 51. *de appellat.*

Et ſic nunc ad verba textus noſtri ibi: 5
ſi conſtiterit, & quid ſibi velit illa propoſitio, *per*, poſita in verbo *pernoctauerit*, oportet aliquid adnotare; ad primum quidem, quia Felinus per noſtrum textum hic, & Riccius *collect.* 1675. ad hunc textum nonnullo pertractat de clauſula *conſtito, ſiue conſtiterit*, dicendo per illam induci formam, & conditionem, vt præcedat cauſæ cognitio; indeque Barboſa nouiſſimè agat de illa cum infinitis de clauſulis, *clauſula* 25. dicendo formam inducere, & quod conditione non probata ob clauſulam *conſtito*, conceſſio locum non habet & quod iuriſdictionem non det, niſi prius verificetur conditio, eamque requirere iudicialem indagationem; & cauſæ cognitionem, probationeſque veras, & concludentes, non præſumptiuas, & cum partis citatione, niſi quando iuſtificatur ex præ-

ſumptione iuris; & ita valere reſcriptum cum clauſula *conſtito*, nam alias, vbi de aliis, item de illa clauſula, *conſtito de irrationabilitate* ibi clauſula 26. dum *num.* 5. *& 6.* dicit hanc non verificari, niſi per ſententias, & rem iudicatam ex eiſdem ſententiis reſultantem. Et de clauſula *conſtito de aſſertis*, dum ait denotare conditionem poſitam in reſcripto, faceréque iuriſdictionem conditionalem, & de clauſula *conſtito de tribus conformibus*, de qua ibi clauſula 28. intelligit de tribus ſententiis validis, iuxta quam præter dicta *in cap. quoad* 15. *de re iudicata*: applicabis ad quæſtionem, *an aduerſus tres ſententias conformes valeat, & poſſit nullitas opponi*, ibi *ſub cap. ſua nobis* 65. *de appell. quæſt.* 1. *verſ. ad tertiam à num.* 37. item de clauſula *conſtito de bono iure*; *& conſtito de litteris*, & de illa clauſula *conſtito de paupertate*, *conſtito tibi de tali facto*, *conſtito de præmiſſis*, *& conſtito quod obierit de mente reſeruato*, *conſtito de intereſſe*, *& conſtito de iuſtificatione aliorum narratorum*, per quam quod ſufficit, ne dicatur iudicem de facto procedere ibi ſub *dicta clauſula* 25. 27. 28. 29. *&* 30.

6 Itaque quia ad condemnandum clericum, de quo hic per iſtum verbum *conſtiterit*, notant Barboſa hic *num.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 75. *num.* 21. de pernoctatione, clerici probationem requiri per inſtrumenta ſcilicet, vel per teſtes, ſeu etiam per ſententiam, aut aliam claram probationem; eo quod illud verbum habet eam vim, & efficaciam, licet aliquandiu, vt ait Gonçalez *in regula* 8. *Cancel.* §. *proœm. num.* 213. referatur ad extra iudicialem cognitionem.

7 Vnde fit, vt quando ſignatura habet, *conſtito de aſſertis*, debeat conſtare per legitimas probationes, & parte citata: Bellamera *in deciſ.* 68. ſecus ſi in ſignatura diceret extraiudicialiter, quia tunc non eſſet pars vocanda, Rota *in vna vergentes beneficiorum* 28. *Iunij* 1593. *coram Seraphin.* in primoque caſu citationem debere eſſe perſonalem, deciſum refert Cardinalis Puteus *in deciſ.* 419. *lib.* 2. nec ſufficere ſcientiam præſumptam, nec comparationem generalis Procuratoris in actis, dixit deciſum Achilles de Graſſ. *deciſ.* 133. indeque inferri neceſſum eſſe, vt executor in eo caſu aſſumat partes iudicis, Rota *diuerſ. in deciſ.* 659. fuiſſeque in Rota reſolutum *in vna Vercell. Canonic.* 50. Octobris 1592. coram Rolanchet, refert Riccius *ſub dicta collect.* 1675. *ad textum noſtrum*; & ſic ſcribit Barboſa in clauſula 29. *conſtito de bono iure*; *& conſtito de litteris num.* 3. cum Rubeis in Reſcripto Papæ requiri ſuper clauſula *conſtito de tali facto* cauſæ cognitionem, & partis citationem.

Nec his obſtare dicunt ipſe, & referendi, quod in executione breuis de capienda poſſeſſione, nomine Cameræ, non requiratur partis citatio: Guido Bon. *in deciſ.* 95. vt fuit dictum *in vna Caſal. præpoſituræ* 1551. *coram Romano*, vt latius ponit eam deciſ. Caputaq. *in deciſ.* 180. *p.* 3. quia reſpondetur illud procedere in breuibus, in quibus non eſt adiecta clauſula *conſtito*; Paleot. *in deciſ.* 659. fuitque dictum *in vna Cordubenſ.* 4. *Iunij* 1557. *coram de Rubeis*, ad quod etiam eſt deciſio Achiles de Graſſ. *de triennali*. 8

Quæſtionis tamen eſt, an ſemper pro verificatione dictæ clauſulæ *conſtito*, requiratur plena probatio, vel ſufficiat ſemiplena, veluti, ſi teſtes de publica voce, & idem Riccius *dicta collect.* 1675. *ſed quæſtio*, dicit ſeruatam in tribunali Auditoris Cameræ, & paſſim quotidie ſeruari ſufficere ſemiplenam probationem *in deciſ. Cacheran.* Tamen quidquid illud ſit hodie per Rotam contrarium ſeruari probant (annis *in deciſ.* 95. Bellam. *in deciſ.* 471. *&* 612. Rota *in deciſ.* 13. *de officio delegati in nou.* Puteus *in deciſ.* 266. *lib.* 3. Paleot. *in deciſ.* 146. & Cardinal. Puteus *in deciſ.* 257. *lib.* 1. Et hæc pars comprobatur per Barboſam, dicta clauſula *conſtito* 15. *à n.* 6. dum probat cum infinitis eam probandam eſſe per veras, & concludentes probationes, & quod liquidè conſtare debeat, vbi ea clauſula fuerit iniuncta, alias non valere reſcriptum; præſumptione tamen iuris liquidari ſufficienter, & ait ipſe ibi, *ſub num.* 7. *&* 8. ſufficere iuſtificationem illius abſque iuſtificatione aliorum narratorum, ne dicatur iudex de facto procedere, & ne exinde ſpolij actio competat, nec eſſe cognoſcendum de exceptionibus aliunde petitis. 9

Vnde etiam dubitatur, non leuiter, numquid clauſula *conſtito*, quod defunctus obierit in poſſeſſione, probetur ex proceſſione illius de præterito? & affirmant probari, Riccius *dicta collect.* 1675. *in fine verſ. ſecunda* ex Rota *deciſ.* 4. *de probat in nouis*, Cotta *in deciſ.* 158. Rota *in vna Placent. Canonicatus* 26. *Nouemb.* 1593. *coram Orano*, *& in Ilerden. Beneficij* 17. *Octob.* 1594. coram Penia. Et ob id infertur ad illam clauſulam *conſtito quod obierit in menſe reſeruato*, requirere concludentem probationem, vti fundamentum impetrantis, nec ſufficere ſemiplenam: ſic Rota *deciſ.* 234. *p.* 1. *n.* 1. *in poſthum.* apud Farin. alias, *p.* 3. *recentiorum.* 10

Ad

11 Ad præpoſitionem *per*, *in gloſſa pernoctauerit.* hic notant DD. *per*, oſtendere in compoſitione, & ſimpliciter rem integram, & omnibus modis abſolutam, ita Barboſa, *hic num. fin.* Tiraquellus, *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donationibus, verb. reuertatur, num.* 194. Zenedus, *pract. quæſt.* 76. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1255. *num.* 2. Rebuff. *in comment. ad leg. vrbana* 166. §. *pernoctare, verſ. notandum, ff. de verb. ſignif.* Coſmas, *in Pragmat. ſanct. tit. de cauſis*, § *inoleuerunt, verſ. permulti col.* 4. *fol.* 108. latè Mandoſius, *in gloſſa facult. in verſ. ac etiam in verb. per, fol.* 157. *& fol.* 305. *& ſequent.* Turſelin. *de particul. latinæ orationis cap.* 124. Granat. *de dictionib. dict.* 158. Octauian. Vulpell. *de præpoſit. & ad verb. ſignif. ſub hac dictione pag.* 74. Tuſchus, *pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 324. agentes omnes de vi, & affectu huius dictionis, cum aliis pluribus, Barboſa, *de diction. diction.*
12 2250. *verb. per*, † dum ait quòd coniuncta tempori, ſignificat continuationem totius temporis, item conſummationem, ſeu perfectionem eius rei, cui adiicitur, vbi de multis aliis ſignificationibus non multùm ſpectantibus ad continuationem temporis, per quod pernoctauit Clericus, de quo hic, qui dignus fuerat priuatione Eccleſiæ, vt *ſuprà*; eò quòd nulla præmiſſa dormitatione celebrauerit; quia ebrioſus, non quia non dormierit per totam illam noctem, vt expendit Menoch. *de arbitr. caſu* 416. *num.* 4. *&* 5. dicens in ea deciſione, vt etiam ſequuntur Barboſa, *hic num.* 3. & Bernard. *in pract. cap.* 29. *num.* 2. alias *cap.* 34. *num.* 2. in nouiſſima impreſſione aduerſus Clericum ebrioſum, eam pœnam fuiſſe ſtabilitam per Pontificem hic; eo quòd integram noctem in comeſſationibus, & compotationibus conſumpſit, & mane in continenti celebrauit, quaſi etiam non ieiunus, vt neceſſum eſt, celebrauerit, ob quod recurres ad ea, quæ latè dico de pœnis contra Clericos ebrioſos in *dicto cap. à crapula, de vita, & honeſt. Clericor.* vt plenè hanc partem attingas.

13 Vnde, quia hic eſt legitima inquiſitio, an ſit præmittenda dormitatio ad ſacrificium Miſſæ peragendum? leges Villalobos, *in ſumma p.* 1. *tract.* 7. *difficult.* 39. *num.* 4. vbi hunc textum breuiter expendit, vt dictum eſt, nempe non puniſſe, quia non dormiuit, ſed quia ebrius, & non ieiunus, colligens ex verbis hic: *Si conſtiterit de violentia, & quod in taberna pernoctauerit, ita quod altera die nulla præmiſſa dormitatione, Miſſam cantaſſet*, &c. quem & ego iuxta gloſſam hic intellexi, *ſuprà ſub cap.* 1. *de teſtibus num.* 9. vbi quod fuit ille Clericus punitus propter ebrietatem, non ob id quòd non dormierit in tota nocte, & fortè, quia non ieiunus ſacrificauit; propter quod adiunges quæ *ibi* dixi de teſte, qui debebat deponere ieiunus ſub *quæſt.* 1 *& quæ noto ſub cap. ex parte* 5. de celebratione Miſſar.

AD TEXTVM

In Cap. Meminimus XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Abbatiſſæ non ſunt eligendæ minores* 40. *annis, & quæ per octo annos profeſſæ non fuerint remiſſiue, quæ nec benedicendæ, vt num.* 3.

QVIA textus iſte repetit, & decidit de inimico repellendo ab accuſando, & de hac parte iam dictum ſit repelli ſicut teſtis inimicus repellitur à teſtificando; ideo ne immoremur, repetes hic quæ dixi de teſte *in cap. quoties* 5. *de teſtibus ſub quæſt.* 1. *& ſuprà hic de inimico repellendo ab accuſando, in cap. repellantur* 7. *hoc titulo.* Videbis Cened. *collect.* 129. 1

Et quatenus hic erat ſermo de electione Abbatiſſæ, quæ contradicta fuit, & hic Barboſa, *num.* 2. probat cum multis non eſſe eligendas Abbatiſſas minores annis 40. & quæ per octo annos profeſſæ non fuerint. 2
† Nec aliter ab Epiſcopo benedici, & nec benedicendæ ſint Abbatiſſæ temporales, vt probat cum aliis *num.* 3. ideo, vt longè agas adiunges, & repetes quæ latè dixi de harum electione, & benedictione ſub *Rub. de elect. tota quæſt.* 5. 3

AD TEXTVM

In Cap. Licet, XIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Accuſaturus minans poteſt ante inſcriptionem ſine pœna deſiſtere, eique deſiſtenti imponi ſilentium perpetuum, & quaſt.* 1. *num.* 2.

2 *Citationis neceſſitas.* Remiſſiue.

1 QVATENVS textus iſte loquitur de eo, qui dicit coram iudice ſe aliquem accuſaturum, qui ante inſcriptionem, poteſt ſine pœna deſiſtere, & non accuſare, eique deſiſtenti ſilentium imponi perpetuum. Et ſic pro plena tractatione de minante alium infamari, poteſt hic diſcuti pro explanatione textus, *in l. diffamari*, *Cod. de ingen.* & quod alias non audiatur à iudice, ad ea, quæ dixi de intellectu dictæ legis, & legis *ſi contendat*, *in cap. intelleximus* 7. *de iudic. quæſt.* 3. *& in cap. cum ſit generale* 8. *de foro comp.* vbi etiam de prædictis legibus, dum diffamatus, valet diffamantem prouocare ad litigandum; & quod alias ipſe diffamatus non audiatur & alibi de aliis ad propoſitum.

2 Et quatenus *in verſiculo eum autem iuxta tenorem* mouent Ceuallos, Vantius, & Perez citati à Barboſa, *hic num.*2. debere fieri citationem ad petitionem actoris, & de neceſſitate illius dixerim, *ſub Rub. de iudic.* latiſſimè *in cap. penult. de foro compet. in cap.*1. *de cauſa poſſ. & propriet. in cap. in nomine Domini* 2. *de teſtibus*, & aliqua *ſuprà hic*; ideo non inſiſtimus.

3 Ad *verſic. quia verò prædicti Canonici citra vinculum inſcriptionis*, quid ſibi velit inſcriptio, & pœna Talionis, dixi *ſuprà in Rub. quaſt.*1. *verſ.* ad aliud.

QVÆSTIO I.

An ſi accuſator accuſationem propoſuit, ſit compellendus talis, vt eam proſequatur intra terminum à iudice aſſignandum, alias non audiatur? Et an qui nondum accuſauit alium, poſſit compelli ad accuſandum? Vbi quid poſſit officium iudicis, quando accuſator, nondum propoſuit accuſationem, nec diffamauit reum delinquentem? Ac de citatione bina, aut vnica in hac materia? Et an eſto quod non ſubiicitur inſcriptioni accuſaturus, ſi de facto non accuſet, ſit ſaltim in expenſis condemnandus, vel quando nuncius formam mandati exceſſit?

SVMMARIVM.

1 *Accuſatorì proponenti accuſationem, quam non proſequitur, iuſte poteſt ſtatui terminus, vt illam proſequatur, & quod alias non audiatur.*

2 *Terminum poteſt iudex ex legitima cauſa aſſignare prætendenti aliquod ius, vt illud proponat, & deducat in iudicio, & quod alias imponatur ſilentium.*

3 *L. diffamari Cod. de ingenuis habet locum præter cauſam ſtatus in qualibet alia cauſa ciuili, aut criminali, & num.*4.

5 *Creditor, aut qui ex cauſa vendidit rem alienam poteſt petere à iudice aſſignare tempus aliis ſua intereſſe petentibus.*

6 *Electio ſerui legatario relicta poteſt abreuiari iuxta terminum à iudice aſſignatum*, vt ea fiat.

7 *Syndicatui poteſt aſſignari terminus poſt finitum officium ſyndicaudi volentibus contra eum petere.*

8 *Terminus ad petitionem à loco receſſuro poteſt aſſignari contra eum, de quo timet aliquid petiturum tempore receſſus.*

9 *Accuſaturus, qui tantum de accuſando diffamauit, adhuc valet per iudicem compelli, vt proſequatur intra certum terminum? Quid ſi nondum diffamauit. num.* 10.

11 *Accuſator de populo non admittitur poſtquam iudex ex officio cepit inquirere. Vide num.*12.

12 *Accuſaturus qui præfertur in accuſando poteſt à iudice citari, & requiri, vt declaret, an velit accuſare, vel non prius quam alter admittatur, vel quam iudex procedat, & num.*13.

13 *Sententia lata non requiſita parte offenſa, ipſi*

ipſi non præiudicat; & quod iudex tenetur in ſyndicatu, ſi abſoluit delinquentem.

14. *Citatio vnica ſufficit, vt accuſaturus proponat accuſationem, verius in praxi, vt num.* 15. *eo quod vnica tantum monitio ponit quem in mora, ſeu interpellatio, num.* 16.

17. *Gloſſa in auth. de hæredibus, & falcidia, n.* 14. *ſi* §. *quis.*

18. L. fin. Cod. de vſuris.

19. *Accuſaturus intra terminum aſſignatum, quo caſu, eo tranſacto, admittatur accuſans? num.* 20. *vbi de appellatione permiſſ. vt num.* 21.

22. *Filius de nece patris compellitur accuſare, etſi regula ſit, vt nemo ad id compellatur.*

13. *Accuſaturus minans tantum, non tenetur ad inſcriptionem, ſiue pœnam Talionis, ſed non excuſatur ab aliquibus expenſis.*

24. *Dominus excuſatur ab expenſis, ſi nuncius formam mandati exceſſit.*

25. *Accuſator ſine metu Turpiliani poteſt ab accuſatione diſcedere ante litem conteſtatam, ſecus poſtea, nec poſt datum libellum, ſi citatio eſſet facta, & quid datis fideiuſſoribus.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſi accuſator propoſuit accuſationem, quam non proſequitur, tum iuſtiſſimè poſſe iudicem ſtatuere terminum ipſi accuſatori, vt litem, & cauſam proſequatur, & quod alias non audiatur, probant DD. per textum expreſſum *in l. ſi ea Cod. qui accuſare non poſſ.* vbi commendant gloſſa ordinaria, Cynus, Iacob. Butrio, Bartol. Alb. Bald. Salycetus, & alij ex antiquis Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 22. qui idem comprobat de iure Regio *per leg.* 17. *tit.* 1. *p.* 7. Baldus Oldrad. *conſ.* 3. incipit, *cum cauſa*, Bartol. *ad leg.* 2. *Cod. de edendo*, Blarerus *ad dictam leg. diffamari, cap.* 8. *num.* 5. *Cod. de ingenuis, & manumiſſis*, Sebaſtian. *in dicta l. ſi ea*, & comprobant Auileſius, *in cap.* 1. *Prætor, verbo fiel. num.* 34. & 35. Tuſchus *litt. D. concluſ.* 411. Haillon. *ad Gomez. dicto cap.* 1. *lib.* 3. *var. n.* 24.

2 Et etiam comprobatur vtili doctrina, & regula generica, quæ habet, quod indiſtinctè in qualibet cauſa, poteſt iudex ex iuſta, & legitima cauſa aſſignare terminum prætendenti, aliquod ius, vt illud proponat, & deducat in iudicio, alias poſtea non audiatur, ſed imponatur ſibi ſilentium,

3 † per textum *in dicta l. diffamari Cod. de ingenuis, & manumiſſis*: quæ licet loquatur in diffamante ſtatum libertatis, tamen etiam habet locum in quolibet alio iure, & qualibet alia cauſa ciuili, & criminali, ſecundum DD. ibi, & tenent Bartol. *in auth. ad hæc Cod. de vſuris col. penult.* idem *in l. Titia, ff. de accuſat.* Imola *in l. quandiu la* 3. *ff. de acquirenda hæredit. col. fin.* Innocent. *in cap. conquerente, de officio ordin. col.* 1. Abbas, & DD. *in text. noſtro.*

Vnde licet remedium *dicta leg. diffamari*, ſolùm extenderent nonnulli ad quamlibet cauſam ciuilem, Couarru. *lib.* 1. *var. cap.* 18. Gomez. *dict. cap.* 1. *lib.* 3. *var. n.* 18. Sarmiento *lib.* 1. *ſelectarum cap.* 2. *per totum*, qui plures referendo, ipſe tamen dicit ſolùm practicari in cauſa ſtatus, Menoch. *de arbitr. caſu* 98. *num.* 7. *& de adipiſcend. rem.* 4. *num.* 357. Philippus Portius *in reg.* 19. Afflictis *deciſ.* 268. Gregor. Lopez. *in l.* 46. *tit.* 2. *p.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 85. *& tom.* 4. *cap.* 686. Molina *de primog. lib.* 3. *cap. fin. ex num.* 22. Gutierrez *conſ.* 51. latè Anton. Pichard. *in manuduct.* 3. *p.* §. 4. *n.* 47. Oſualdus ad Donel. *lib.* 17. *cap.* 4. *in not. litt. G. & lib.* 20. *cap.* 4. *in notat. litt. A.* vbi an excommunicatus poſſit hoc remedium intentare, de quo dixi ſub *dicto cap. intelleximus de iudiciis, dict. qu.* 3. Tuſchus *litt. D. verb. diffamatus*: Tamen Suarez de Paz. *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 1. docet illam legem procedere in omnibus cauſis, etiam criminalibus, vbi *num.* 3. enumerat requiſita neceſſaria ad remedium *dicta leg. diffamari*, & ſunt videndi Cenſorius *variar.* 3. *p. cap.* 1. *ex num.* 59. D. Ioan. de la Rea, optime loquens *deciſ. Granat.* 38. *per totam.* 4

5 Et ante omnes voluit gloſſa ordinaria *in l. ſedat ſi per Prætorem* §. *ait Prætor, ff. ex quibus cauſ. maior*, vbi Bald. & alij, Alber. *in l. Papinianus* §. *ſi quis poſt ff. de inofficioſo teſtam.* Imola *in l. de pupill.* §. *ſi is cui ff. de noui operis nunciat.* Anton. Gomez expreſsè *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ſub num.* 23. comprobans *ex tex. in l. ſi eo tempore Cod. de remiſſ. pignor.* vbi habetur, quòd creditor, vel ille qui ex cauſa vendidit rem alienam, poteſt petere à iudice aſſignari tempus aliis ſua intereſſe putantibus infra quod compareant, & doceant de iure ſuo, alias poſtea non audiantur: ſic in eo text. Cynus, Iacob. Bart. Bald. Salicetus, & alij.

6 Item etiam comprobat *ex text. in l. mancipiorum ff. de optione legata*, vbi diſponitur, quòd ſi electio ſerui, vel alterius rei relinquitur legatario, poteſt iudex ad inſtantiam hæredis ſibi terminum aſſignare, vt infra quem debeat eligere, vbi commendant Bart. & Alberic. item alij modernio-

res relati à Neuio, ac probat *ex gloſſa ſingulari, & oramarta, l. vnica Cod.* vt nemo inuitus agere compellatur; quam & ſingularem reputat Bald. *in cap. licet cauſam de prob. col.* 5. ex qua adducta regula infert Gomez. *dicto num.* 23. *in fine cum Cardin. in*
7 *cap penult.de iudiciis*, vbi Abbas, & alij,† quod poſt finitum officium iudicis, vel alterius officialis, poteſt ſtatui, & aſſignari tempus ratione ſyndicatus, vt volentes, vel prætendentes aliquid petere contra eos, agant, & petant infra illud; poſtea verò non audiantur, vt in terminis probat text. *in l. vnica, Cod. vt omnes iudices tam ciuiles, quam militares, & Conſiliarios, Cod. de aſſeſſoribus*, vbi Sebaſtian. Neuius *in dicta l. vnica n.* 12. 13. 14. & 15. cum Gaylio, Menoch. & aliis.
8 Et ſic Bald. Paul. Salicetus, Bartol. & Alberic. per gloſſam *in d. l. vnica, Cod. vt nemo inuitus*, tenuerunt, quòd ſi debitor eſt receſſurus, & ſperat eſſe conueniendum ab aliquo creditore tempore ſui receſſus, poſſit iudex ad eius inſtantiam præfigere terminum in quo creditor agat, & doceat de iure ſuo Gumez. *vbi ſuprà dicto num.* 23. *circa finem.*
9 Ad ſecundam quæſtionis partem, an qui nondum accuſauit alium, poſſit compelli ad accuſandum? in quo dubio ſub diſtinctione reſpondetur, quod ſi accuſator, nondum propoſuit accuſationem, ſed tantum diffamauit reum, dicens commiſiſſe tale delictum, tunc benè poſſit aſſignari certus terminus diffamanti, intra quem accuſet, ſicut in ciuilibus, vt in terminis probat textus *in dicta l. Titia, ff. de accuſat.* licèt gloſſa, Bart. Albericus, & Angel. aliter illam intelligant; & ita tenent ibi Bart. poſtea ſibi contrarius *col. fin.* vno verbo ponderando verba illius legis, dum dicit *arguere minaretur*, & confirmat Gomez. quia ſi hoc eſt verum, & procedit in ciuilibus cauſis à fortiori haberi locum in criminalibus cauſis: ita *dict. lib.* 3. *variar. dict. cap.* 1. *ſub n.* 22. *in principio*, & alij *infrà* referendi.
10 Quando autem accuſator adhuc accuſationem non propoſuit, nec diffamauit reum delinquentem, ſed iudex procedit contra eum ex officio, vel ad inſtantiam Fiſcalis ad hoc poſiti, & deſtinati, vel ad inſtantiam alterius extranei de populo, an tunc ipſe iudex valeat ex officio requirere offenſum, vel eos, qui poſſunt accuſare, proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, & præfigere eis terminum, vt declarent, an velint accuſare, vel non. Et in hoc caſu docent, & conſulunt quod ſic, Bartol. Albericus, & alij, Gomez. *vbi ſuprà ſub dicto num.* 23. *per textum in l.* 2. *§. fin. verſ. in tantum, ff. de adulter. & per textum in l. ſi maritus §. ſi ante eodem, & per textum in l. ſi cui §. iiſdem ff. hoc tit.* vbi DD. antiqui, vt tenet etiam Salicetus *in l. ea quidem Cod. hoc tit. col.* 12. *num.* 63. benè loquens, & facit bonus textus *in l Diuus Adrianus, verſ. ſic & Diuus Pius ff. de cuſtodia reorum*, vbi expreſsè probatur, quòd ſemper accuſator legitimus debet admitti, re integra, quem ad hoc ponderat Bald. *in l.* 1. *§. ff. de rei vendic. in fine*, proſequitur Gomez. legendus ſub *dicto num.* 23. † Addens quòd accuſator de 11
populo, vt extraneus, indiſtinctè non eſt admittendus; poſtquam iudex proceſſerit ex officio contra reum delinquentem, quocumque tempore veniat, quia inquiſitio ſubrogaretur loco accuſationis, & eſt patris potentiæ, & effectus, quæ tali caſu potior debet eſſe, vt præoccupans iudicium: argum. *textus in l. pluribus, ff. de procuratoribus cum ſimilibus*: ſic ante illum Salycetus *in dicta l. ea quidem Cod. hoc tit.*

Quare prouenit vt ex hac iuſtiſſima cau- 12
ſa, ſcilicet ne proceſſus inquiſitionis ceſſet, & annulletur, accuſatore ſuperueniente, poſſit iudex ſtatuere terminum ei, qui dicitur eſſe legitimus accuſator, intra quem accuſet, alias poſtea repellatur, & credit Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 23. *in fine*, hanc eſſe rationem fundamentalem vſus practicæ quotidianæ, quam vno verbo poſuit Bald. *in l. quamuis la.* 2. *Cod. de adulter. in* 1. *col.* vbi ex ratione illius textus infert, quòd quando in accuſando, præfertur aliquis, debet eum iudex citare, & requirere, vt declaret, an velit accuſare, vel non, prius quàm alter admittatur, vel prius quàm iudex procedat ex officio, quod hodie apud nos diſponit, vt fatetur Gomez. *in l. fin. titul.* 20. *lib.* 4. *fori, fol.* 20.

Et ob id potuerunt idem Gomez. *ſuprà* 13
ſub dicto num. 23. Zerola *in cautela* 27. Hypolitus *in ſua practica, §. conſtante num.* 39. Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu, in parte: Dicit conſtitutio Regni num.* 10. cum aliis Auiles *in cap.* 1. Prætor. *verbo fiel.* Barboſa *in l.* 2. *ff. ſoluto matrimonio in princip. num.* 110. Iulius Clarus *recept. ſentent. §. fin. quaſt.* 3. *num.* 8. D. Ioan. *de la Rea deciſ. Granat.* 98. maximè *num.* 3. & idem Clarus, & Hayllon. ad Gomez legendus *à num.* 23. & 25. quod ſententia lata non requiſita, parte offenſa, ipſi non præiudicat; & quod iudex tenetur in ſyndicatu, ſi abſoluit delinquentem; qui addunt, & Paz. in praxi *tomo* 1. *p.* 5. *cap.* 3.

cap. 3. §. 5. *num.* 8. Tuſchus *litt. D. concluſ.* 411. *num.* 16. quod poſt terminum, impoſito ſilentio, minor non reſtituitur.

14 Longè tamen diſputat Antonius Gomez. *dicto lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. quod ad hoc, vt in eriminalibus, vel ciuilibus poſt lapſum terminum præfixum à iudice ad accuſandum, vel agendum, num debeat eſſe his monitus, ſeu ſufficiat vnica citatio? Et quamuis gloſſa ſingularis reputata *in auth. de hæred. & falcidia* §. *ſi quis autem, non implens in verſ. admonitus collect.* 1. tequirat binam monitionem, & duplieem aſſignationem termini: argum. *textus in auth. vt liceat matri, & auia* §. *ſi quis in ſua coll.* 8. *& in auth. de Eccleſ. tit.* §. *ſi autem qui hoc collat.* 9. *& in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.* §. *Preſbyteris autem, col.* 9. per quam gloſſam tenent Angeli Iaſon. & alij, ac per textum *in dicta l. diffamari Cod. de ingenuis*, vbi dicitur, quòd ad inſtantiam diffamari, fuit aſſignatus terminus actori per iudicem, & poſtea alterum ſucceſſorem eius, vt ageret, & *in l. fin. Cod. de vſuris publici.* Vbi de denunciationibus frequenter interpoſitis, vbi ſecundum gloſſam *in 3. lectura* communiter approbata dicitur, quòd ſi minor poſt finitam tutelam petere poſſit à tutore aliquas vſuras, & tutor velit ſe exonerare, poteſt procurare, & mouere ipſum pupillum ad iudicem, vt petat, & agat, & hoc ſic deberi, vt fiat denunciationibus frequentibus; quare binam requirunt citationem nonnulli in caſu noſtro.

15 Tamen communis, & vera Doctorum ſententia, & in praxi admiſſa, docet vnicam tantùm monitionem, ac citationem ſufficere, vnumque terminum à iudice aſſignatum, vt expreſsè probat textus *in dicta l. Titio ff. hoc tit.* ibi: *Intra terminum à Præſide definitum*, & per textum *in dicta l. ſi ea Cod. qui accuſ. non poſſ.* per quem Bart. *in extrauag. ad reprimendam in verbo: Super directo crimine*, & per textum apertum *in l. mancipiorum, ff. de opt. legata in verbis illis: Decernere debet Prætor, niſi intra certum tempus ab ipſo præfinitum, elegiſſet, electionem legatorum ei non competere*; item per gloſſam *in dicta l. Papinianus*, §. *ſi quis poſt ff. de inofficioſo teſtam. & per textum bonum in l. Titia*
16 *Seio* §. *vſuras in fine ff. de leg.* 1. † Vbi conſtituitur, quod ad conſtituendum quem in mora per interpellationem, vna ſufficit tantum monitio, vbi notant ad hoc Bart. Paul. & Imola idem Bart. *in l. qui Romæ* §. *Seia ff. de verb. oblig.* idem Anton. Gomez. *vbi dict. num.* 24. *verſ. ſed his*, vbi pro hac doctrina adducit de iure noſtro text. *in l. penul. tit.* 2. *p.* 3. docent etiam plures relati ab Auileſio *in dicto cap.* 1. *Prætor. verbo fiel. numer.* 34. Hayllon. *ad Gomez. numer.* 25. & alij communiter.

Vnde non obſtant iura in contrarium 17
adducta, non Gloſſa *in dicta auth. de hæred. & falcidia*; quia illa, & iura, quæ ipſa ponit iam relata loquuntur claiè, & apertè in ſuis caſibus ſpecialibus, in quibus iura illa requirunt binam monitionem, nihilque probare in noſtro caſu, vt reſpondent Alex. *in l. fin. ff. de feriis in* 1. *col. poſt princ.* Gomez. *vbi ſuprà dicto num.* 24. *verſ. non obſtat*, vbi videtur Alex. recedere ab opinioue Angeli. Non textus *in dicta l. diffamari*, quia verum eſt, quod *ibi* pars pluries inſtabat coram iudice, vt imponeretur terminus: tamen de iure illum non requiri dicit Gomezius, qui vetius reſpondendo addit ibi, nondum fuiſſe ſequutam ſententiam interlocutoriam, per quam imponeretur ſilentium aduerſario, quod requirit,
vt ſtatim dicit. † Nec textus *in l. dicta l. fin.* 18
Cod. de vſurp. pup. quia reſpondet Gomez. poſſe intelligi de renunciationibus extraiudicialibus, quæ imponuntur ex vrbanitate, vt *in l. quidem Iberus, ff. de ſeruit. vrbanor. prædior.*

Adhuc circa prædicta ſolet dubitari, da- 19
to, quòd non requiratur bina monitio, & aſſignatio termini, ſed ſufficiat vnicus tantùm terminus, ſi poſt lapſum eius admittatur actor, vel actuator, & reſpondent Ioan. Cardin. Abbas *in cap. cum in tua, qui matrim. accuſare poſſ.* Bald. *in auth. ad hæc Codic. de vſuris penult. col.* Paul. & alij *in l. quamdiu la* 3. *de acquirenda hæredit. col. pen.* Innocent. *in dicto cap. cum in tua*; quòd ſi poſt terminum lapſum iudex protulit ſententiam interlocutoriam, in qua pronunciauit eum de cætero non audiendum, tunc amplius illum non audiri. Si verò talis ſententia nondum ſit prolata, adhuc rem dici integram; & quod actor, & accuſator ſit audiendus, taliter, vt poſſit agere, vel accuſare: ita etiam Gomez. per textum expreſſum *in dicta l. Titia hoc tit.* vbi communiter Doctores, quod refert Sebaſtian. Neuius ibi.

Et addunt Angelus *in l. quamdiu la* 3. *ff.* 20
de acquirenda hæred. & in dicta l. Titia, Bart. *in dicta l. mancipiorum ff. de opinione leg.* Bald. *in dicta l. ſi ea Cod. qui accuſ. non poſſ. col. fin.* idem Bald. *in l. ſi eo tempore Cod. de remiſſ. pignor.* Salicet. ſingulariter *in dicta l. ſi ea, col.* 3. *num.* 9. Gomez. *in dicto cap.* 1. *lib.* 3. *variar. num.* 25. *verſ. & idem eſt*, idem eſſe, ac relatum in ſuperiori caſu, quando tempore

pore aſſignationis primi termini, iudex interloquendo, dicat, quod eo elapſo actor, vel accuſator amplius non audiatur, quia tunc non requiritur alia ſententia interlocutoria : qui Gomez etiam addit per textum *in dicta l. Titia*, *ff. hoc titul.* vbi
21 Bart. & DD. † quod prædictis non ſeruatis, pars, contra quam impoſitum fuit ſilentium, poteſt appellare, quia cenſetur ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, cum poſtea alio remedio non poſſit reparari.

22 Pro complemento huius dubij adiicitur quod etſi regulariter nullus ſit compellendus accuſare per textum noſtrum, & gloſſam, *verbo, nos igitur dictis Canonicis*, de quo Couarru. *lib. variar. cap.* 11. *num.* 8. *ad fin.* tamen aliquando econtra contingit : nam filius v. g. de nece patris compellitur accuſare, vt probat D. Didacus de Narbona *de ætate, anno* 25. *quæſt.* 41. *num.* 23. cum aliis Hayllon. *ad Gomez. dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ſub n.* 23. *in fine.*

23 Quo ſuppoſito, iam ad quæſtionis partem reſpondetur, ſuppoſito etiam quòd de inſcriptione dixi *ſub dicta Rub. huius titul. quæſt.* 1. *verſ. ad aliud*, quod etſi talis, qui fuit accuſator minans, ſed nondum accuſauit ad inſcriptionem, ſiue pœnam Talionis, non teneatur per textum noſtrum, non tamen inde excuſetur à nonnullis expenſis, quæ fuerint cauſatæ, cum teuera fuerit in aliqua culpa, vti comprobatur à ſimili, quod notant Barboſa *hic num.* 4. & Palacios Rubios *in Rub. de donat. inter vi-*
24 *rum, & vxor* §. 66. *num.* 26. † Dum per gloſſam hic *verbo quæſiuimus in verſ. videtur quod iſti debuerunt puniri in expenſis*, quatenus ex ea notant, quod excuſatur Dominus ab expenſis, ſi nuncius formam mandati exceſſit, quaſi è contra non excuſare-
25 tur, cum eſſet in aliqualis culpa. † Video tamen Abbatem *hic num.* 6. agere de dubio, an ſine metu Turpiliani, poſſit accuſator diſcedere ab accuſatione? notans ex gloſſa *in dicto verſ. citra vinculum*, poſſe ſine tali metu deſiſtere ante litem conteſtatam, addens, poſt eam conteſtatam, vt non poſſit deſiſtere; item datis fideiuſſoribus de lite proſequenda impune *ex l.* 1. *ff. ad Turpil.* nec poſt datum libellum, ſi citatio eſſet facta, alia coniungens *ibi*

AD TEXTVM

In Cap. Veniens XV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Procurator in criminalibus non admittitur, ſi pars contraria opponat, n.* 2.
2. *Procurator pro incarcerato, pro vniuerſitate, pro Domino reſpectu ſui ſerui, patre pro filio, vxore pro marito, & quando quis impetrauerit à Principe pro illuſtribus, vt num.* 4. *& in aliis, in quibus defenſor, ſiue excuſator admittitur, vt n.* 3. *&* 4.
4. *Procurator admittitur etiam pro infirmo, & pro abſente, defenſor, & excuſator, & num.* 5.
5. *Procurator admittitur ad probandam innocentiam rei, præterquam ad allegandas cauſas abſentiæ, & infirmitatis.*
6. *Procurator admittitur, ſi ſpeciali mandato compareat; item poſt datas reſponſiones per inquiſitum. Et quid quando quod allegatur à Procuratore eſt ſeorſum à crimine, & quando cauſa criminalis eſſet incidens, ciuilis vero principalis.*
7. *Excuſator admittitur allegans cauſas abſentiæ meri facti, etiam ſine mandato.*
8. *Procurator, pro incarcerato, non admittitur in caſibus in quibus iudex indiget perſona rei veluti ad declarationem, confeſſionem, & torturam.*
9. *Illuſtres quando per Procuratorem valent audiri?*

AD textum hunc, quatenus in eo 1
dicitur, quòd ad proſequendam accuſationem criminalem, non admittitur Procurator, licèt poſſit allegare cauſam abſentiæ, ſeu alias exceptiones, non tangentes crimen propoſitum. Et ſic quia hæc prima deciſionis pars abundè comprobatur ex his, quæ dixi de Procuratore non admittendo, vt quis audiatur per Procuratorem in criminalibus, *in cap. Paſtoralis* 14. *de iudic. à quæſt.* 1. ibi: *Quare principalis perſona per ſe, & non per alios debet factum proponere*, & ibi *quæſt.* 3. *quid in cauſa criminali, quæſt.* 4. *&* 5. *&* 6. *vbi numquid præter tradita de cauſa criminali in aliis cauſis poſſit litigari per Procuratorem*, & etiam ad materiam *in cap. intelleximus* 7. *de*

de iudiciis quæſt. 25. vbi de illa: *an reus ex-
communicatus cum admittitur in iudicio poſſit per
ſe litigare, aut debeat Procuratorem mittere?*

Et quia etiam hanc concluſionem com-
probant infiniti relati à Barboſa, *hic num.* 1.
& 2. qui limitat cum aliis, *num.* 4. 5. 6. *&* 7.
ſi Procurator fuerit admiſſus in criminali-
bus, parte nihil opponente; item in incar-
cerato alio in loco extra iudicis territo-
rium niſi carceratio fuerit procurata alio
in loco ad finem non comparendi; & in
vniuerſitate, quæ poteſt ſe defendere per
Procuratorem, ſi accuſetur, & idem ſi
illa accuſet; & in Domino reſpectu ſui
ſerui, & in patre, & marito pro filio, &
vxore, vel quando quis impetrauerit à Prin-
cipe, vt per Procuratorem audiatur, ipſe
3 Barboſa, *ſub num.* 3. *hic*, † qui addit ex
Valaſco, quod tunc poſſit pars aduerſa
illum per Procuratorem accuſare; item il-
luſtres perſonæ, & aliis, de quibus, *in dicto
cap.* 14. *ad quæſt.* 3. vbi late quoad pro ab-
ſente admittitur defenſor, & excuſator, &
conſanguineus, ibi *dicta quæſt* 5. *à num.* 4.
late, vbi *num.* 18. quando admittatur excu-
ſator ad allegandas cauſas pro coniuncta
perſona, quoties coniunctus poſſet con-
demnari; ideo etſi hic ex textu, & gloſſa
ibi: *vt poſſent ſe aliquatenus excuſare*, dica-
tur in cauſa criminali admitti Procurato-
rem ad excuſandum; imò, & *in dicta
quæſt.* 1. *dict. cap.* 14. *ex num.* 10. in publicis
delictis videatur admitti. Tamen praxis de-
notat potius talem dici defenſorem, ſiue
excuſatorem, vt ibi dictum eſt, *à num.* 4.
dicta quæſt. 4. cum multis tangit Barboſa,
hic num. 8. *&* 9. vbi quod non admittitur
defenſor ad allegandas exceptiones, quæ
tangunt crimen; ſecus ſi non tangant, &
de opponente incompetentiam iudicij, vt
late peragit Farin. *in praxi, qu.* 99. *ex nu.* 48.
& num. 112. *&* 124. *& in conſ.* 35. *nu.* 2. *&* 3.

Et quia nouiſſime Haillon Additionator
4 Gomezij, *in dicto cap.* 1. *lib.* ... *variar.* reſumit
ex Socino, ibi *à nu.* 13. *ad* 27. Claro, Viuio,
Menochio, Scaccia, Barboſa, Caſaneo, Paz,
& aliis; item ex Pareja, Pichardo, Fachi-
neo, Parladorio, Gregor. Lopez, Ceuallos,
Boſio, & Antonio Gabriel. tandem inſinuan-
do reſolutiones, remittit ſe ad Farinacium
omnino videndum *dicta quæſt.* 99. *ex nu.* 1.
vbi diſcutit rationes, quare Procurator non
admittatur in criminalibus, reſoluens ex
Gom. *dict. ca.* 1 *n.* 12. *in practica*, etiam in cri-
minalibus admitti Procuratorem, & per diſ-
curſum totius quæſtionis plures ampliatio-
nes, & limitationes adducens vſque ad
num. 274. inter quas quod admittitur pro
carcerato, pro infirmo, & aliis, & pro ab-
ſente, defenſor, & excuſator, idem Farin.
ex num. 230. † vbi quod admittitur ad pro- 5
bandam innocentiam rei quòd nunquam
practicari ſe vidiſſe, tradit Haillon, *ſupra
ſub dicto num.* 13. *verſ. an autem*, præter-
quam ad allegandas cauſas abſentiæ, vel
infirmitatis; & ſic obtinuiſſe ait Ceuallos,
in pract. quæſt. 237. *in fine*, quod latiſſime
proſequitur, diſtinguit, & concludit ipſe
Farin. *dicta quæſt.* 99. *ex num.* 275. Pareja, *de
instrument. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *reſ* 7. maxime
ex *num.* 24.

Et antequam aliquas adnotemus quæ- 6
ſtiunculas, adde cum Riccio, *ad collect.*
856. *Cod. penult.* §. *ad crimen*, *ff. de publicis
iudiciis*, *& ad collect.* 1055. ſuper textum
noſtrum, vbi limitat, quando habuerit
Procurator ſpeciale mandatum; quia tunc,
etſi in cauſa criminali non audiatur reus
per Procuratorem; eò quod in generali
mandatu non venit cognitio cauſarum cri-
minalium, Farin. *in deciſ.* 112. *Rotæ Romanæ*
tamen ſi interuenit ſpeciale illum admitti,
dixit Guid. Pap. *in deciſ.* 338. item quod
datis reſponſionibus per inquiſitum; inde
ad media cauſæ criminalis illum admitti,
probat ipſe Guid. Pap. *in deciſ.* 338. item
quando id, quod allegatur à Procuratore,
eſt ſeorſum à crimine; quia tunc poterit
interuenire, vt refert in Senatu Medio-
lan. deciſum Clar. *in* §. *fin. verſ. quæro*; li-
cet contrarium, vt melius referant deci-
ſum; de Franchis, *in deciſ.* 314. videndus,
deciſ. 327. vbi quando non admittatur
Procurator in criminalibus, & comproba-
tur, quia admittitur quando cauſa crimi-
nalis eſſet incidens, ciuili verò principa-
lis: Seraphin. *in deciſ.* 29. Riccius, *in dicta
collect.* 856. alia adducens, *& in dicta col-
lect.* 1055. ad textum noſtrum. † Vbi di- 7
cit quod excuſator in delictis etiam gra-
uibus allegans cauſas abſentiæ meri, &
præciſi facti, etiam ſine mandato, ſit au-
diendus, ſecus, ſi non meri facti, notando
hoc dictum pro *lege reos*, *Cod. hoc tit.* alios
congerens caſus.

Et quamuis ex reo poſito in carcere, vt 8
audiatur per Procuratorem dubius reſol-
uat Gomez. *vbi ſuprà*: tamen Socinus,
reg. 322. *limit.* 11. Boſſius, *in pract. tit. an
in criminali iudicio num.* 9. Clarus, *in pract.*
§. *fin. quæſt.* 32. *num.* 13. *verſ. item quæro.* Me-
nochius, *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 46.
Anton. Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.* 9. *num.* 6. &
alij plures relati, & ſequuti à Farinacio,
dicta quæſt. 99. *num.* 134. eſſe illum audien-
dum eſſe per Procuratorem, ſed limitat

idem Farinac. præterquam in caſibus, in quibus iudex indiget perſona rei, veluti ad declarationem, ſeu confeſſionem, torturam, & alia, de quibus agit ibi *nu.* 246. videndus Donel. *lib.* 18. *comment.* vbi Oſuald. cum aliis, *cap.* 1.. *de procuratore* ad defendendum perſonam illuſtrem, Socinus, *dicta reg.* 322. *limit* 7. Gabriel. *dicta concl.* 9. *nu.* 52. Gailius, *de pace publica*, *lib.* 1. *cap.* 10. Pichard. *in* §. *in ſumma in titul. de iniuriis ex num.* 27. bene Farinacius *dicta quaſt.* 99. *à*
9 *num* 115. † Gomezius, *ſub num.* 15. *& ibi* Haillon, *num.* 16. *ex dicto* §. *in ſumma verſ. hoc videlicet, ex leg fin. Cod. de iniuriis*, vbi Gloſſa ex Auth. *vt ab illuſtribus, verſ. nec non etiam col.* 5. *& ex textu in cap. abſens*, 3. *quaſt.* 5. quod tamen intelligit Gomez. ſolum in crimine iniuriarum, quia ex eo non imponitur regulariter pœna corporalis talibus perſonis; ſecus autem in aliis cauſis, grauiſſimiſque delictis; quia in eis non poteſt illuſtris perſona accuſare, vel ſe defendere per Procuratorem: ita per textum *in l. tunc conuenit. Cod. hoc tit.* vbi Bald. Salicetus, additque Gomez illuſtrem etiam volentem non admitti per ſe in iudicio, nec ſe defendere perſonaliter etſi valeat adeſſe, dum cauſa agitatur, & iudices inſtruere, *ex l. penult. Cod. de procurator. l.* 11. *tit.* 5. *p.* 3. & ex aliis.

QVÆSTIO I.

An Procurator admittatur pro reo ad appellandum in cauſis criminalibus? An coniunctus pro conſanguineo reo, Abbas pro Monacho, Epiſcopus pro Clerico, vniuerſitas pro ſuo ciue? Et alij in his, qui pro ſuo intereſſe particulari comparent pro intereſſe abſentis? Et an quando abſentia eſt calumnioſa admittatur? Et an ſi ſemel admiſſus Procurator, valeat ab eo geſtum vtique, ſi à parte contraria non ſit oppoſitum de inualiditate? Et an reus audiatur per Procuratorem in cauſis criminalibus relegationis ſcilicet, aut pœnæ pecuniariæ?

S V M M A R I V M.

1 *Procurator admittitur pro reo criminoſo ad appellandum? quid ad allegandum nullitatem*, remiſſiue.
2 *Coniunctus communiter admittitur, vt defendat reum.*
3 *Comparentes pro ſuo intereſſe poſſunt criminoſum defendere, vbi qui tales dicantur?*
4 *Procurator, aut defenſor non admittitur pro abſente, ſi abſentia eſt calumnioſa, quæ talis præſumitur contingens poſt delictum.*
5 *Proceſſus ſuſtinetur, ſi non ſit oppoſitum contra procuratorem in criminalibus, & ante litem conteſtatam num.* 6.
6 *Procurator admittitur pro reo, quando pœna eſt pecuniaria, quid ſi illa ſit relegationis, num.* 7.
8 *Procurator non admittitur in his, quæ conſiſtunt in ſtatu perſonali, vt emancipatio, adoptio, ſtatus impetratio, &c.*
9 *Procurator non admittitur, cum reus venit puniendus pœna corporali, nec in relegatione perpetua; ſecus in temporali, quomodo componuntur diuerſi.*

AD primam quæſtionis partem reſoluit Gomezius, *lib.* .. *variar. cap.* 1. 1
ſub num. 14. Procuratorem admitti pro reo criminoſo ad appellandum iam condemnato: argument. textus, *in l. addictos Cod. de Epiſcop. aud.* per quem ita tenet Albericus, *in leg. penult.* §. *ad crimen, ff. de public. delict. col.* 2. *num.* 8. limitando in hoc caſu regulam iam adductam, quod non admittitur in criminalibus, & docent Suarius, *reg.* 322. *limit. vltima*, Anton. Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.* 9. *num.* 78. Menochius, *de arbitr. lib.* 12. *quaſt.* 80. *num.* 80. & alij relati à Farinacio, quod quia optime Farinacius explicat, *in pract. crimin. quaſt.* 99. *ex num.* 175. vbi agit, quid de Procuratore ad allegandam nullitatem, non immoramur, ſufficit rationem dicere; quia cum præſumatur reus apud iudicem primæ inſtantiæ in vinculis detentus, aut abſens, non eſt mirum, vt per Procuratorem appellatio, quæ eſt defenſio, vt latè dixi, *ſub Rub. & tit. de appellat.* admittatur.

Ad ſecundam quæſtionis partem com- 2
muniter, vt iam ſupra dictum eſt, admittitur coniunctus, aut conſanguineus, vt defendat reum, *deciſio Rota*, 37. *de procurator.* vbi dictum fuit, quod coniuncta perſona, etiam ſine mandato poteſt pro abſente, vt defenſor comparere ad oſtendendum de Innocentia in cauſa ciuili, vel capitali, quotieſcumque abſens poſſit condemnari, vt animaduertunt pariter Ca-

picius,

picius, *in deciſ.*143. Gomez.Leo, *in deciſione* 22. Thelaur. *in deciſ.* 165. Riccius, *col.* 1035. *ad hunc textum verſic. limita primo, & verſ. limita* ,. *& in col.* 856. *ad dict. leg. pen.* §. *ad crimen. verſ. limita* 3. cum Fabro, *in deciſ. fin. Cod. de procur.* pro quo facit *deciſio* 5. Capic. *num.*3. de quo etiam Farinac. *vbi ſupra.*

3 Et ex eadem connexione dicunt DD. teferendi, vt poſſint ij, qui pro ſuo particulari intereſſe compareot pro defenſione abſentis, quales ſunt patet pro filio, maritus pro vxore, vt iam ſub præmiſſo hic dictum eſt, Abbas pro Monacho, Epiſcopus pro Clerico, vninerſitas pro ſuo ciue, Dominus pto ſuo Vaſſallo; item & Dominus pro ſeruo, & in aliis, quorum intereſt reum non condemnari; poſſunt enim ij abſentem defendere, etiam in cauſis capitalibus, vt docent plutes telati ab Antonio Gabriel. *lib.*7. *concluſ.*9. *à n.*47. Menoch. *de arbitr. dicta quaſt.*80. *ex nu.* 60. optime declarans cum multis Farinac. *dicta quaſt* 89. *ex num.* 154. videndus Barboſa, *in collect. l. fin. Cod. de moralibus action. nu.* 3. Villadiego, *ad leges fori l.* 9. *tit.*5. *num.*34. Auiles, *in cap. prætor. verbo, nihijos num.* 1. 3. 7. *&* 9. Dinus, *in reg. retum quis habere non poteſt.* Gregor. Lopez. *in l.*10. *tit.*2. *p.*7. *& l.*15. *tit.*34. *eadem part.*

4 Er ſi, vt iam *ſuprà* dictum eſt procurator, aut defenſor admittatur pro ctiminoſo abſente, vt illum defendat: tamen ſi abſentia ſit calumnioſa, non eſt admittendus: ita de Franchis *deciſ.* 327. ſublimitans fallentiam, quando calumnioſè peteretur iuxta caſum, & exemplum ab eo poſitum: ſequitur Riccius, *dicta collect.* 1035. *in fine ad textum noſtrum*, vbi dicit ſemper calumniam præſumi, ac in fraudem eſſe, quandu contingit abſentia poſt delictum: ſic cum Franc. Marc. *in deciſ.*169. *p.*1. *&* 126. *p.*2. addentes ambo nec ſufficere illam abſentiam allegare, niſi probetur ſaltim ſummarie.

5 Ad tertiam quæſtionis partem, num valeat ſemel geſtum à procuratore, in quem oppoſitum non fuit? in quo duas referendo opiniones Gomezij, negatiuam cum Batholom. *in dicta leg. penult.* §. *ad crimen, col. fin. & quæſtione*, vbi Cynus, Angelus, Salycet. & alij; item ex Mariano Socino, *hic col.*50. *num.*68. *verſ. Quinto principaliter quæro dicendo eſſe veram, & iuridicam*, ex eo quòd, etſi non opponarur exceptio, adhuc nullus ſit proceſſus; eo quod *in dicto* §. *ad crimen*, habetur quod in cauſa criminali fruſtra interuenit procutator, denotareque nullitatem actus, quod dixit Rota, *in deciſion.* 154. *de procuratoribus in nouiſſ.* † Tamen hodie ſentenita magis in 6
praxi tecepta eſt, quod ſi non opponatut contta dictum Procuratorem, ſuſtinetur proceſſus: ſic cum gloſſa ſingulari, & vnica, *in leg. quamuis indubitati, Cod. de adulteriis*; dum ait, quòd ſi non opponatur à parte ea exceptio, & ante litem conteſtatam; eo quod ſit dilatoria ex integro geſta valeant, eam dixit vnicam Salicet. *ibi num* 5. idem dixit alia gloſſa, *in cap.* 1. *de iudic. lib.* 6. vbi Ioannes Monach. Hoſtienſ. Domin. & alij; & ſecundùm hoc dicunt deciſum Balbus, *in deciſ.* 482. & cum eo Riccius, *in dicta collect.* 856. *in fine verſ. limita* 7. idem, *in dicta collect.* 1035. ad noſtrum textum, *verſ. limita* 5. vbi quod proceſſus non cenſetur nullus; & licet pro Gomezio fuerint, etiam Menchaca, *vſufreq. cap.*2. *num* 5. *lib.* 2. Clarus, *receptar.* §. *fin. quæſt.*22. *num.*24. & alij relati à Ceuallos, *in pract. quæſt.* 237. *num.* 3. qui tamen ibi *num.*9. *&* 5. addit cum Paladorio, *lib.*1. *reſ. quotid. cap.*20. & aliis, vtique validum eſſe proceſſum, ſi non opponatur ea exceptio, Morla in emporio, *tit.*2. *num.*55. Haillon ad Gomez. quem in boc noo ſequitur, *vbi ſupra num.*17. *argum. leg.*3. *tit* 10. *lib.*4. *Recop.* arguendo de defenſore pro abſente ad hunc caſum.

Ad vltimam quæſtionis partem, an procurator admittatur pro reo in cauſis telegationis, aut criminalis, cuius pœna eſt pecuniaria? † Videtur ergo dicendum, vt 7
quemadmodum, quæ non conſiſtunt in patrimonio, & bonorum adminiſtratione, non poſſunt exerceri per Procuratorem, vt emancipatio, & adoptio, ætatis impetratio, & ſimilia, quæ conſiſtunt in ſtatu perſonali, vt probat textus, *in l. iubemus Cod. de emancipat. liberor. ibi precibus à ſemet oblatis, l. poſt mortem ff. de adoption. leg.* 2. *Cod. de his quæ veniam ætatis impetrauer.* ibi: *per ſe principale beneficium allegantes*, vtrobique DD. & Bartholom. *in leg. Gallus*, §. *forſitan ff. de liberis, & poſthum.* vbi moderni; ergo à fortiori inferunt alij quamcumque cauſam criminalem non poſſe agitari per procuratorem, & ſi pœna non ſolum ſit capitalis; imo & telegationis, ac pecuniaria criminalis. Et comprobari videtur ex eo quod dicit Haillon, *in addit.* ad Gomez. *dict. cap.*1. *lib.*3. *variar. num.* 14. nempe numquam ſe audiuiſſe, vt in prædictis cauſis telegationis, & pœnæ pecuniariæ aliquis audirus ſit, niſi incarceratus, vel niſi repræſentauerit reus; addens

tunc poſt dictam incarcerationem reum audiri per procuratorem, & hanc eſſe praxim quotidianam omnium Tribunalium ſemper expertus fui.

9 In puncto tamen iuris alij, vt verius dicunt in prædictis relegationis, & pecuniæ criminalis, admitti procuratorem, vt reum defendat; & ſic Bartholom. poſt DD. antiquos, *in dicta l. penult.* §. ad crimen, *de public. iudic.* vbi Imola, & Paul de Caſtro, *in l. ſeruum quoque* §. *fin.* Salicet. *in l. reos Cod. hoc tit.* præcipue Marianus Socinus, *hic*, Marſilius, *in ſua practica* §. *ſequitur fol.* 36. diſtinguendo; dixerunt non admitti in cauſa corporali, hoc eſt, quando pro delicto venit imponenda corporalis pœna; ſecus ſi pœna ſit relegationis, vel infamiæ, vel pecuniaria per textum, *in leg.* 1. *verſic. ſin autem ff. an per alium cauſa appellat. reddi poſſ.* vbi gloſſa ordinaria; *& alia in l. ſeruum quoque* §. *publicæ, ff. de procurator.* Gloſſa etiam ordinaria, *in l. fin. ad, vbi ſena, vel clerici*, tenent etiam Boſſius, *in pract. crimin. titulo an in crimin. iudic. num.* 5. Anton. Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.* 9. *comm. opinion. num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 80. *ex num.* 66. Clarus, *in* §. *fin. quæſt.* 32. *num.* 5. Ceuallos, *in pract. quæſt.* 289. *num.* 1. latiſſimè Farinac. videndus, *dict. quæſt.* 99. *in praxi crimin. ex n.* 66. vbi ferè infinitos refert, eam communiſſimam appellando, & Anton. Gomez. *dicto lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 13. *in fine*, dicit hodie in præſenti articulo diſtingui, *per leg.* 12. *tit.* 5. *p.* 3. qua diſponitur, quod in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis perpetuæ, non admittitur procurator; in cauſa autem relegationis temporalis, vel pecuniariæ bene admittitur. Et cum his ſatis manet intellecta illa, quam poſui, *in dicto cap. intelleximus, de iudiciis quæſt.* 28. vbi de procuratore ad relegationes pœnam inſinuaui, & nihil reſolui.

QVÆSTIO II.

An peremptoria citatio faciat quem contumacem, vt alias non audiatur? Et an qui iurauit ſtare mandato alicuius, ſi virtute iuramenti ſit ei mandatum, vt non accuſaret, nihilominus admittatur ad accuſandum?

SVMMARIVM.

1 *Contumax quis videtur per peremptoriam citationem.*
2 *Iurans non accuſare obligatur.*
3 *Monachus iurans ſtare in obſequio obligatur.*

HÆ duæ difficultates oriuntur ex litera textus noſtri: Prima *ex verſiculo vnde*, & ibi: *Peremptorie nos meminimus citauiſſe.* Secunda, *ex verſ. cæterum*; & quia de prima ſatis abundè poteſt loqui per illa, quæ dixi *ſub cap.* 1. *de iudiciis*, vbi de illo Epiſcopo Cebaldeo peremptorie citato, qui non comparens, fuit contumax reputatus, *& ſub Rub. & titulo de dolo & contum.* ac alibi; ideo non inſiſtitur. 1

Quatenus ad ſecundam partem abundantiſſimè comprobatur ex his, quæ dixi latiſſimè, *ſub titulo de iure iurando*, cum iuramentum iſtud de non accuſando, non ſit ex ſe illicitum, videtur vt per eius promiſſionem maneat qui ſic iurauit non obligatus ad accuſandum, quia vt iam diximus *in cap. præced.* ſicut nemo inuitus agere compellitur, ſic nec accuſare, & multo efficacius non tenebitur; imò nec poterit accuſare ille qui iuramento tali ſe obligauit; ad cuius ornatum adiunges, *quæſt.* 1. *cap. ex reſcripto* 9. † vbi quod Monachus iurans ſtare in obſtagio, obligatur, & proprius, *in cap. quemadmodum* 25. *eo titulo, ad illud in quæſtion.* 5. dum actum eſt de viro iurante vxorem non accuſare; vbi an ei permittatur denunciatio? & alibi eo titulo. 2 3

AD TEXTVM

In Cap. Super his, XVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Talionis pœna in denunciatore non habet locum, quid in accuſatore hodie?*
2 *Teſtes laici num admittantur contra Monachos, & clericos ad probandum obiecta in illos remiſſiue.*
3 *Infamia facti non priuatur quis à beneficiis iam obtentis, & num.* 6.

4 Pœna,

4 *Pœna, vbi non eſt expreſſa arbitrium iudicis, locum habet, & num.* 5.

1 TExtus iſte dum loquitur de inſcriptione accuſatoris ad pœnam Talionis excuſando denunciatorem ab ea, plene intelligitur quoad hanc partem per dicta *ſuprà in Rub. quæſt.* 1. *verſ. ad aliud* de inſcriptionibus, & pœna Talionis, vbi quid hoc eſſet olim? & quid hodie? & num citatione facta, ea incurreretur pœna aliqua? inſinuaui ſub titulo hoc, de qua pœna agunt DD. per textum noſtrum dicendo eam locum non habere in denunciatore, cum iſte ſolum intendat corrigi, non puniri delinquentem, qui ſolet, non in legis pœnam ordinatiam puniri, ſed in aliam extraordinariam, vt iam dixi *ſub dicta Rub. de differentia inter accuſatorem, & denunciatorem*; nunc etiam leges præter ibi relatos Caſſan. *in conſuetudin. Burg. Rub.* 1. *tit.*.... *num.* 15. *fol.* 4. Dueñas *reg.* 15. Couatru. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. Buccon. *de different. inter iudicia ciuilia, & criminalia, different.* 3. & 4. Cerolam *in praxi Epiſcop. verbo accuſatio* §. 4. Clarus §. *fin. num.* 17. Bacardus *ad eum quæſt.* 81. *num.* 1. delatur an ad pœnam Talionis inſcribatur latè *ſub c.* 1. *de calumniator. q.* 1. *à n.* 1.

2 Ad verbum ibi: *vel teſtificatione*, quatenus notat hic Barboſa cum Fr. Oman Rodrig. de oppoſitione criminum contra teſtes, qui non ſunt admittendi, & vt repellantur, applicabis plura, quæ ſcripſi *ſub cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus, & de intellectu noſtri textus ibi quæſt.* 5. *numer.* 18. & 28. Et dum dicitur quod contra teſtes Monachos, ſiue clericos, vt repellantur à teſtificando propter crimina eiſdem obiecta, & contra eos admittantur teſtes etiam laici; eo quod talis obiectio potius ſit cauſa ciuilis, quàm criminalis: adiunges quæ dixi latiſſimè *in cap. de cætero* 14. *ſupra de teſtibus, tota quæſt.* 1. dum egi de illis: *An laicus poſſit eſſe teſtis contra clericos in ciuilibus, & criminalibus?* Item, *an in criminalibus admittantur ad teſtificandum contra eos, ſi agitur de delicto commiſſo in villa, vel alio loco, vbi non habetur teſtium copia aliorum Clericorum? Et an laicus in criminalibus poſſit accuſare clericum non infamatum?* Et applicabis quod notaui ſupra *in cap. cum p.* 10. *hoc tit.*

3 Et *in verſ. ad pœnam*, quatenus notant DD. quod arbitrio iudicis, eſt puniendus accuſator, præter adducta de inſcriptione, & pœna Talionis *in dicta Rub.* 9. 1. *verſ. ad aliud*: leges ibi iam eam pœnam ab aula receſſiſſe, arbitrioque iudicis illam eſſe imponendam, & *in verſ. ſed non deiici iam promotum*, quatenus ibi Barboſa *num.* 5. cum altero Petro Barboſa *in l. cum Prætor.* §. *vlt. num.* 193. *ff. de iudiciis*, notat propter infamiam facti, numquam quem priuari beneficiis iam obtentis, adiungendo hic plura, quæ dixi *ſub cap. cum non ab homine de iudiciis*, vbi ratione quorum delictorum clarius irregularis efficitur; & ob id priuatur obtentis; iam ad materiam de infamia facti, & eius effectibus adiunges hic quæ late dixi *ſub cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus, & ſupra hoc tit. in cap. omnipotens* 4. & *vtribque de differentia illius cum infamia iuris, & quæ ſit infamia Canonica; & quæ legalis? alia ſupra in cap.* 4.

Et ibi in gloſſa, *arbitrium*, & ibi, *vbi certa pœna expreſſa non eſt, arbitrium iudicis, requiritur*; quia latè *ſub ti.. de pœnis agetur de pœnis arbitrariis, illiſque moderandis*, nunc non inſiſtimus. 4

Et ibi & tali pœna impoſita, poteſt appellari, & ibi ſecus à pœna expreſſa in iure, quia cum infinitis vtrumque dictum corroborat hic Barboſa *num.* 7. & *fin.* & latè nos diximus *ſub cap.* 3. *de appellat.* non aliud dicitur. 5

Et quia inſuper plura de lege pœnali dixerim *in cap. ex litteris* 11. *de conſtitutionibus*; ideo alia non tractantur, aut repetuntur. Et ad *verſ.* ibi: *poſt confirmationem, vſque ad finem* ibi: *quia ab obtinendo repellit & deiicit ab obtento*: applicabis dicta, & notata *ſupra hic in cap.* 4. 6

QVÆSTIO I.

An clericus, qui accuſatus in cauſa ſanguinis defendendo ſe, petit, vt accuſator, qui in probatione defecit, puniatur pœna mortis, aut mutilationis, ſit irregularis, ſequuta morte? Et quomodo facienda ſit cum opus eſt proteſtatione, ſic reaccuſando incurrat? Et an qui ſe defendendo obiicit per modum exceptionis crimen morte dignum, ſe inſcribat, ſaltem ad pœnam ordinariam? Et quid de denunciatore? Et an dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis admittatur Procurator? Et an Procurator alicuius poſſit ſine mandato repulſas opponere contra teſtes.

SVMMARIVM.

1. *Clericus accuſatus in cauſa ſanguinis, ſi petit, vt accuſans puniatur Talione, incurrit irregularitatem, non ſic ſi non peteret, vt in illa puniretur, ſed ſolum negaret quod accuſator ſibi obiicit, vt num. 2.*
3. *Proteſtationis forma, quam facit clericus reaccuſans in pœna ſanguinis, vt effugiat irregularitatem.*
4. *Crimen obiiciens per modum exceptionis non ſe inſcribit ad pœnam ordinariam, niſi contingat negotium principale.*
6. *Procurator in criminali obiecto per exceptionem admittitur* remiſſiuè.
7. *Repulſæ contra teſtes* remiſſiuè.

1 AD primam quæſtionis partem, quatenus per eam de pœna Talionis mentio fit; & ſic propria noſtri textus: tamen dum minatur irregularitatem in reaccuſatore, non ſic aptior, ac vt eam explicant, Suarez *de cenſuris diſputat.* 47. *ſect.* 4. *num.* 5. *verſ. Quari præterea*, Couarru. plus latè, *in clem. ſi furioſus* 2. *p.* §. 5. *verſ. duodecimo*, ambo loquentes de Aduocato accuſante in cauſa ſanguinis, duas communes reſoluentes, & diſtinguendo, reſpondentes, vt ſi Aduocatus, qui accuſat fiat irregularis, non ſic Aduocatus laicus; illos leges, ſed ad punctum nouiſſimè Leander *de irregularit. tract.* 2. *diſput.* 7. *quæſt.* 65. etiam cum Cornejo *diſp.* 11. *dubio* 1. *quæſt.* 5. Auila *de cenſ. p.* 7. *diſput.* 5. *ſect.* 2. *dubio* 8. & Henriquez *lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 10. etſi de Aduocato loquantur; ipſe tamen Leander in terminis adductæ quæſtioni reſpondet, vt talis clericus, qui accuſatus in cauſa ſanguinis defendendo ſe, petit, vt accuſator, qui in probatione defecit, puniatur pœna mortis, aut mutilationis; & ſic Talionis, maneat irregularis; quia tunc accuſatus verè fuit cauſa repaſſionis ſecutæ in accuſatio-
2 ne. † Secus tamen contingere ait ſi ille clericus ſe defendens non peteret accuſatoris, pœna Talionis puniri, ſed ſolùm negaret, quod accuſator ſibi obiicit; quia tunc non fieret irregularis, etiamſi poſtea tanquam calumniator à iudice occidatur; & hoc ſic contingere, quamuis nullam faciat proteſtationem.

3 Quare incidimus in ſecundam partem dubij, quomodo facienda eſt talis proteſtatio? Et præmiſſis quæ latè dixi de viribus, & efficacia proteſtationis *in cap. fin. de appell.* aliquid *in cap. cum M. de conſtit.* & ponens caſum Couarru. *vbi ſupra num.* 7. in inquiſitionibus hæreticæ prauitatis, quali proteſtatione vtantur, quando rei condemnati ad relaxationem iudici laico traduntur, vt morte puniantur, de quo etiam alibi dixi. Nunc verò in propoſito reſpondetur cum eodem Leandro *ſupra quæſt.* 66. & Vgolino *de irregularitate, cap.* 6. §. 7. eam proteſtationem faciendam eſſe coram iudice apud quem deponitur querela his, vel ſimilibus verbis. *Domine peto cures mihi ſatisfactionem, vel reſtitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit, proteſtorque me nullâ ratione intendere pœnam ſanguinis, vel mutilationem, aut mortem*: Ita expreſsè Bonacina *tom.* 1. *ſumma diſput.* 7. *quæſt.* 4. *puncto* 2. *num.* 9. qui benè addit non eſſe opus, vt hæc proteſtatio fiat in ſcriptis, cum nullum ius id requirat. Et pro ampliori tractatione adiunges quæſtionem, de qua in dicto cap. teſtimonium de teſtibus ſub *quæſt.* 5. *vbi de proteſtatione, quam facit proponens repulſas contra teſtes.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an qui 4
ſe defendendo, obiicit crimen accuſanti morte, aut mutilatione dignum, incurrat dictam irregularitatem, quaſi intendens, vt qui eum accuſauit, pœna talionis condemnetur, aut aliud quid, in qua quæſtione? Et applicabis hic quæ dixi *ſub cap.* 1. *&* 2. de ordine cognit. item, *& in cap. fin. ibi*, quatenus de ſpolio per viam exceptionis oppoſito; item & quæ dixi *in Rub. de mutuis petition. quæſt.* 5. *& quæſt.* 8. dum egi de illis quæſtionibus; *An de crimine conuentus poſſit aduerſarium reconuenire? vel habeat locum reaccuſatio*: Quas inſinuaui ſub *dicto cap.* 2. *de ordine cognit. quæſt.* 8. eo quod ibi Doctores plures tractauerint occaſione, *verſ. qui manu armata, & vera quemadmodum*, & in caſu noſtri textus neget Pontifex inſcriptionem, pœnamque Talionis incurri *in verſ. cum autem excipiendo*, vſque ad finem, ideo iam amplius non inſiſtimus, cum *vt ſupra in præmiſſo*, hic dictum eſt, crimina per modum exceptionis oppoſita non puniri pœna ordinaria, ſed alia extraordinaria. Et licèt hic multa poſſent adiungi ex repetentibus in ſchol. ad textum *in cap.* 1. *de exception. in verſ. cæterum*, quatenus ibi Pontifex decidit teſtes de crimine ad ſolam exceptionem propoſito conuictos, vel confeſſos non eſſe pœna ordinaria puniendos, niſi alias crimen oppoſitum negotium contingat Principe, vt latè Balboa *à num.* 92. explanans iura illi deciſioni pugnantia, vſque ad finem illius textus, & ego *ibi* dixerim *quæſt.* 3. agens de illa: *An teſtis, cui crimen obiicitur per modum*

exceptio

exceptionis incidenter, ſi de eo confeſſus ſit, vel conuictus puniatur pœna ordinaria, aut extraordinaria, aut nulla? & illam de qua dixi *ſub dicto cap.* teſtimonium de teſtibus (& ibi dicta hic adiungenda) *ſub quæſt.* 5. *ibi* de illa: *An qui excipit contra teſtes; quod ſint falſarij, improbi, & criminoſi, non probans teneatur actione iniuriarum?* Quare non amplius hic additur.

5 Ad tertium de denunciatore, quia iam *ſupra ſub Rub.* & ex multis, quæ dicta ſunt de denunciatore ad correctionem iuxta Euangelium *in cap. nouit de iudicio à quæſtion.* 17. *vſque ad finem*, & inſuper aliquid *ſuprà hoc tit. ſub cap.* 4. *& infra cap.* 24. Et expreſsè *in textu noſtro* caueatur non dari inſcriptionem; ideo non inſiſtimus, cum ex denunciatione pœna ordinaria non intendatur. Ad *verſ.* ibi: *Quando crimen in modum denunciationis opponitur, inſcriptio non eſt neceſſaria.* Et ibi: *Sed ad correctionem*, eſt denunciatio facienda, vt latè dixi *in dicto cap. nouit. de iudiciis.*

6 Ad vltimam quæſtionis partem, an dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis, procurator admittatur? Et Pontifex decidat admitti hic in finalibus verbis ibi: *Licet enim agatur de crimine, non eſt tamen huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorem poteſt rite tractari.* Et amplè hæc materia de procuratore admittendo pro reo criminis late egerim *ſuprà in cap.* proximè præcedenti, & ante *in cap. 9. à quæſt. 3. de iudiciis*, vbi contra regulam iuris generalem, quæ docet in illis, & aliis iuribus ibi citatis non admitti; quia tamen ea regula limitatur in pluribus caſibus, inter quos, & iſte noſter textus debet numerari; ideo ad *ibi* dicta te remitto.

7 Ad aliam partem de Procuratore, numquid poſſit ſine mandato opponere repulſas contra teſtes? quæ hic valet tractari occaſione textus noſtri *in verſ.* ibi: *Vt ab accuſatione, vel teſtificatione quis repellatur*; ideo recurres ad ea, quæ dixi *ſub dicto cap. teſtimonium*, 55. *de teſtibus ſub quæſt. fin.* dum egi de illa: *An Procurator alicuius poſſit nomine ſuæ partis repulſas obiicere in teſtes abſque ſpeciali mandato?*

AD TEXTVM
In Cap. Qualiter XVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Inquiſitionis ordo* remiſſiuè.
2. *Error à iudice reuocandus.*
3. *Ordo in iudicialibus eſt obſeruandus.*
4. *Calumniæ iuramentum, & de veritate dicenda*, remiſſiuè.
5. Occaſio *quid ſibi velit? & quod aliquando in aliam partem ſumitur*, remiſſiuè.

DE intellectu huius textus breuiter dixi *in cap. nouit, de iudiciis quæſt.* 40. *num.* 10. *& in cap.* 1. *de libells oblat. quæſt.* 1. *num.* 8. *& in Rub. de ſent. & re iud. quæſt.* 3. *num.* 26. quæ & ſunt textus alterius *cap. qualiter* 24. *infra hoc tit.* Et quatenus *in verſ. hic debitum inquiſitionis ordinem obſeruaſtis*, etiam *in dicto cap.* 24. procedit; ideo applicabis ad vtrumque quæ de obſeruandis in iudicando ſcripſi *ſub Rub. de iudiciis, & in cap. dilecti* 6. *eodem, & ibi ſub quæſt.* 12. *& aliis ibi quæſt.* 15. *de cauſa ſummaria*; item *& ſub Rub. & titul. de libells oblatione*, & quæ latè dixi *ibi ſub cap. fin. de iudicio ciuili, criminali, executiuo, & aliis, quæſt. fin. per* §. 20. *& in aliis illius libri titulis.* 1

Et *in verſ. Ideoque mandamus.* Et ibi: *Si contra præteritum ordinem tanquam homines exceſſiſtis non pudeat vos errorem veſtrum corrigere.* Et ibi: *Ita videlicet, vt inueniatis occaſionem aliquam congruentem, per quam ne veſtra vileſcat authoritas, &c.* Ex quibus de obligatione, & authoritate iudicum ſatis inſinuatur; ad quod applicabis quod dictum eſt per textum *ibi in cap.* vt debitus honor deferatur iudicibus 49. *de appellat.* Et quatenus loquitur textus hic de non pudendo iudicibus ſuum reuocare, ſiue emendare errorem, latè per quæſtiones hic; at in quantum pertinet ad iudicium inquiſitionis formandum *infrà in cap.* 21. & ex propoſito *in dicto cap. qualiter* 24. *hoc titulo.* 2

Et ibi: *Si verò præſcriptum ordinem cuſtodiſtis omni gratia, & timore, poſtpoſitis Deum ſolum præ oculis habentes via regia, incedentes ſine perſonarum acceptione in negotio procedatis.* 3

tit. Ad hæc verba applicando ordinem obſeruandum in denunciatione Euangelica, de quo videbis quæ dixi latiſſime ? *in cap. nouit.* 13. *de iudiciis*, *à quæſt.* 17. *vſque ad finem*, quaſi hoc argumento in quolibet iudicio ordinem ſeruari, ſit neceſſum, iuxta Rubricam, & titulum *de ordine cognit.* & hoc iuxta præſcriptum ordinem procedendi in quolibet iudicio ciuili, & criminali, ſiue ſummario, ſiue procedatur demandando, accuſando, inquirendo, ſiue denunciando, vt ex adductis locis deprehenditur abundè, illo obſeruato, iam iudici ſolum manet, vt piæ oculis Deum habenti, ſine gratia, & acceptione perſonarum iudicet; quare adiunges quæ de hac acceptione vitanda dixi *ſub dicto cap. nouit. de iudiciis in verſ. Sed forſan dicetur quod aliter cum regibus, & aliter cum aliis eſt agendum; cæterum ſcriptum nouimus in lege Diuina; ita magnum iudicabis, vt paruulum, nec erit apud te acceptio perſonarum in qu.*54. vbi de illa: *quare in iudiciis non ſit habenda perſonarum acceptio?*

4 Et *in verſ.* ibi: *Formam verò iuramenti* obſeruandam videtur hic à Pontifice expoſci de veritate dicenda à Clericis per iudicem petitam; propter quod applicabis quæ latè dixi *ſub titulo de iuramento calumniæ*; item, *& ſub integro titulo de iureiur.* & quæ ibi dixi de alia forma requiſita iurandi de obediendo Pontifici *ſub cap.*4. *& 5. eodem tit.*

5 Et *in verſ. qualibet occaſione*, quid ſi velit, adiunges quod dixi *in cap. fin. de confirmatione vtili, vel inutili quæſt.*1. *num.*1. & hic notat Barboſa, quatenus dicit, aliquando occaſionem in malam partem accipi, ipſe etiam *diction. vſufreq.* 236. cum aliis Tiraquellus, *tractat.* ceſſante cauſa, *limit.*13. *num.*3.

QVÆSTIO I.

An iudex Eccleſiaſticus faciat vim retractando ſuam ſententiam tranſlatam in rem iudicatam exceptione non oppoſita, ab aduerſario, vbi de poteſtate reuocandi ſuam ſententiam ſiue moderandi, aut emendandi? Quid de ſententia mere interlocutoria? Quid de ea, quæ habet vim diffinitiuæ, quid de mere diffinitiua? Et an poſſit iudex poſt latam ſententiam corrigere declarando etiam in articulo?

SVMMARIVM.

1 *Iudex nequit pronunciare contra ſententiam tranſactam in rem iudicatam; poterit tamen illam retractare, vt num.*2.

2 *Retractari ſententia poteſt ab eodem iudice, conſtito de illius iniuſtitia, ſi à parte ante litis conteſtationem non opponatur exceptio rei iudicatæ, ſecus ſi oppoſitum ſit, num.* 3.

4 *Sententia interlocutoria queit reuocari, & quando diffinitiua?* remiſſiue, *de exemplis interlocutoriæ, & qualiter id fiat ſub num.* 5. *Vbi quod interlocutoria queit reuocari ſine cauſa, ſine citatione, & num.*6. *ibi delata ſuper peremptoria, & nullitate proceſſus.*

5 *Sententiæ dum fit mentio, ſimpliciter intelligitur de diffinitiua.*

6 *Interlocutoriæ ſententiæ in quibus caſibus exemplificentur?*

7 *Interlocutoria dicitur illa, quæ ſuper emergentibus, & inſidentibus fertur.*

8 *Iudex ſententiam à ſe latam corrigere nequit, declarando etiam in articulo, quod ſoli Principi competit: fallit, vt num.*10.

9 *Iudex inferior à Principe nequit poſt ſententiam, & ſi conſtet ei de innocentia condemnati, reſtituere illum.*

10 *Iudex declarare poteſt poſt latam iam ſententiam ſuper intereſſe applicando parti actrici petenti; item illam interpretari incontinenti, & ille, qui habet maius imperium, item quoad litigantes, & nullam approbare.*

AD primam quæſtionis partem; & ad materiam applicando hic quæ latè dixi *ſub cap. ſuborta* 22. *de ſentent. & re iudicata*, vbi de reſtitutione aduerſus ſententiam, ſeu de eius retractatione. Et adiungendo etiam quæ latiſſimè dicta ſunt de varianda actione ſemel propoſita, aut libello præſentato, eius emendatione, ſiue mutatione, quid in inſtantia appellationis, & ante, vel poſt litem conteſtatam *ibi à quæſt.*4. *ad* 12. vbi, *& à quæſt.*13. latè, de cumulatione actionum. Iam ad quæſtionem primam videtur negandum; quia iuris regula eſt iudicem non poſſe pronunciare contra ſententiam tranſlatam in rem indicatam, *l.* 1. *Cod. quando prouocare non eſt*

eſt neceſſe, *l.* 1. *Cod. ſententiam reſcindi non poſſe*, *l.* 15. *tit.* 11. *p.* 3. vbi Gregor. tradunt Gratus, *conſ.* 79. Franc. Marcus, *deciſ.* 465. *num.* 2. Ioan. Monte Sperelo, *conſ.* 189. *in* 2. Ioann. Botta, *in conſ.* 84. Franciſc. Viuius, *deciſ.* 57. *lib.* 1. Gratian. *deciſ.* 50. *num.* 5. *&* *deciſ.* 129. *à num.* 1. *&* *deciſ.* 197. *num.* 4. & ſic iudicem Eccleſiaſticum facere vim cognoſcendo de meritis ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, in tantum quod ſi reuocatur, non eſt neceſſaria appellatio, quia eſt nulla ipſo iure, vt *in dicta leg.* 1. *Codice quando prouocare non eſt neceſſe.*

2 Tamen, quando pars non oppoſuit excipiendo de re iudicata contrariam ſententiam eſſe, vt veriorem tenendam, ſi per probationes, & inſtrumenta, conſtitit de iniuſtitia primæ ſententiæ docent referendi, quia tunc poteſt iudex retractare ſententiam, vt docent eleganter Innocent. *in cap. cum dilect. in fine gloſſæ magnæ de reſcriptis*, quam dicit ab omnibus approbari, Alex. *conſ.* 63. *num.* 21. eo quod pars per non oppoſitionem dictæ exceptionis videtur tacitè renunciare ſententiæ; indeque iudicem, poſtquam de ipſius ſententia cognouit, debere de ea iudicare per textum, *in l. de qua re ff. de iudiciis:* ſic tenent Ioannes de Amicis, *conſ.* 33. *nu.* 35. vbi declarat quando pars non oppoſuit exceptionem rei iudicatæ ante litis conteſtationem, Roman. *conſ.* 174. *in fine*, Lancelotus, qui dicit communem, *de attentatis*, *cap.* 34. *quæſt.* 31. *num.* 4. Seraphin. *de priuileg. iurament.* 22. *num.* 52. Rebuff. *in leg. quod iuſſit*, *num.* 49. *de re iudic.* Felin. *in textu noſtro*, *num.* 33. *verſ.* 4. Aſinius, *in praxi* §. 13. *num.* 6. *&* 7. Ceuallos, *de las fuerças*, *qu.* 111. Gratian. *in deciſ. prouinciæ Marchiæ*, 31. *num.* 3. *&* 4. vbi declarat, & limitat videlicet quando adeſſet res iudicata ob cauſam deſertam propter lapſum fatalium, de quibus dixi latiſſime, *in cap.* 4. *&* 5. *de appell.* Rota, *in antiquis titulo de re iudic. deciſ.* 12. aliàs, 604. & hanc mente, tenendam ſententiam dicit idem Ceuallos, & per illa, quæ dixit ibi, *quæſt.* 110. vbi agit de illa: *vtrum iudex Eccleſiaſticus faciat vim exequendo ſuam ſententiam, quando appellationi interpoſita fuit renunciatum?* † Qui

3 cum citatis, *in dicta quæſt.* 111. circa finem reſpondet primæ ſententiæ fundamenta, procedere, quando fuit oppoſita exceptio rei iudicatæ, & ea non obſtante, iudex proceſſit ad vlteriora.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem de poteſtate reuocandi, ſiue emendandi, & corrigendi ſuam ſententiam, abundantiſſimè reſpondebis per illa, quæ dixi, *in cap. cum ceſſante* 60. *de appellat. à num.* 15. *vſque ad finem quæſt.* 1. vbi quòd poteſt reuocari ſententia interlocutoria, de qua *in cap. ſua* 65. *verſ. Ad vltimam*, *à num.* 47. vbi egi de illa: *An ſententia interlocutoria bis confirmata, ab eodem iudice reuocari poſſit?* & *in dicto cap.* 60. *à num.* 31. vbi: *Quid de ſententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ?* Et *in quibus caſibus ſententia diffinitiua?* ibi, *à num.* 48. vſque ad finem; quare ibi dictis ſolùm addimus, quæ Riccius congeſſit, *in collect.* 32. *&* *in collect.* 394. *ad textum in dicta l. quod iuſſit*, *ff. de re iudic.* nam etſi, *in ea* 32. videatur negare in interlocutoria iuriſdictionis inducente reuocationem: Et num contrarium imperium de quo ibi locum obtineat ſemel, vel pluries, dicat ſolum ſemel, atque iterum, vt eſt videre apud Maſtrillum, *in Rot. Sicil. in deciſ.* 23. ſed quia hoc vltimum diſcuſſi circa reuocandam interlocutoriam contrario imperio, *in dicto cap. ſua* 65. *quæſt.* 1. *verſ. ad vltimam ex dicto num.* 47. vbi contra plures dicentes meram interlocutoriam toties quoties; imò millies reuocari poſſe à iudice, qui eam protulit, ibi ſolum de ſemel prolata, aut bis ſecundùm alios admiſſum eſt, de quo etiam *in dicto cap. cum ceſſante qu.* 1. *à nu.* 17.

Quare etſi quando ſimpliciter tractatur de ſententia, ſolùm eſt intelligendum de diffinitiua, vt dixit Viuius, *in deciſ.* 216. Riccius, *dicta collect.* 294. *in fine:* tamen quia non eſt dubium, quin iudex qui protulit interlocutoriam, poſſit eam reuocare, vt dictum eſt *ſub dicto cap. cum ceſſante*, *in dicto verſ ad tertiam:* maioris, atque vberioris explicationis gratia, nobis viſum eſt hoc verificare aliis exemplis, & caſibus præter poſitos, *in dicto cap. cum ceſſante*, vbi quod etiam ſine cauſa, *num.* 21. & quid non citata parte? *num.* 22. quid etiam partibus renuentibus ex *num.* 26. & ſic quoties Iudex interloquendo ſententiam dedit, poſſit eam reuocare, conſtat, quia etiam quæ eſt lata ſuper peremptoria, obſtante, vel nonobſtante, Rota, *in Lucenſ.* 76. & eam, quæ eſt lata ſuper competentia, vel incompetentia iudicis, Minſing. *cent.* 3. *obſeru.* 35. & eam, quæ eſt lata ſuper deſertione appellationis, Guid. Pap. *in deciſ.* 11. & quæ lata eſt ſuper impoſitione Decreti ſecundi, de quo latiſſime loquutus fuit. *in cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, *vt lite non conteſt.* & aliquid ſub *Rub. & tit. de ſequeſtratione poſſ. & fruct.* 5

6 Item etiam eam, quæ lata eſt ſuper nullitate proceſſus; idem Guido Pap. *deciſione* 125. & quæ lata eſt ſuper deiectione articulorum, Treuilan. *deciſ.* 4. *p.* 1. & quæ lata eſt ſuper executione ſententiæ, Bald. *deciſ.* 422. & quæ lata eſt ſuper ineptitudine libelli, Balb. *deciſ.* 421. & quæ lata eſt ſuper receptione teſtium examinandorum ad perpetuam rei memoriam, Catta, *deciſione* 27. & illam, quæ eſt abſolutoria ab obſeruatione iudicij, de Amatis *deciſ.* 66. quod limitatur in caſu, Polid. Ripa, *obſeruatione* 131. & quæ lata eſt ſuper appellatione ab interlocutoria, cum ſit interlocutoria reſpectu partium, licet diffinitiua reſpectu iudicis, Iaffred. *deciſ.* 216. item & præceptum de exhibendo, quia eſt interlocutorium, Gratian. *deciſ.* 97. item ſententiam banni, ſeu relegationis; quia hæc dicitur interlocutoria, Marc. *deciſ.* 653. *p.* 1. quod ſi dubitetur, quæ ſit ſententia interlocutoria, quæ autem diffinitiua, ſcripſit Carnaz. *in deciſ.* 29. & Cam. Imper. *verſ. ſen-*
7 *tentia.* † Et interlocutoriam dici eam, quæ ſuper emergentibus, & incidentibus fertur, Ricc. *collect.* 1474. poſt medium: late Guid. Papæ, *deciſ.* 12.

8 Ad vltimam quæſtionis partem, an poſſit iudex poſt latam ſententiam corrigere declarando etiam in articulo? Et licet alibi iam dixerim, nunc breuiter ex regula generalis textus, *in dicta l. iudex poſtea quam*, *ff. de re iudic.* videtur negandum, cum ibi conſultus dicat, iam poſt ſententiam non eſſe iudicis partes, etſi in noſtro caſu, nec vt in aliquo eam ſententiam corrigat ex ea ratione, quia hoc ſoli Principi competit ſecundùm Balb. *in deciſione* 51. aliquid per Afflict. *in deciſ.* 215. de Franch. *in deciſ.* 398. *num.* 4. indeque infert Oſaſcus, *in deciſ.* 101. † quod iudex
9 inferior à Principe, vbi ſibi poſt ſententiam condemnationis, conſtaret, de innocentia condemnati non poſſet illum reſtituere, & Riccius, *dicta collect.* 1474. ad illam legem, & *in deciſ.* 7. item, *& in praxi curiæ Archiep. Neapol.* iudicauit non potuiſſe iudicem nullitatis, pronunciare nullitates obſtare, & ſententiam declarare; & quod ad euitandam declarationem, debet ſententia ſemper intelligi ſecundum libellum, ex Creſcent. *in deciſ.* 6. *de ſent. & re iudicata*, & quomodo interpretanda ſententia; Rota Genuæ, *in deciſ.* 3. *& in deciſione* 104.

10 Regula tamen illa generalis limitatur primo, quando iudex in ſententia nihil de intereſſe partis protulit, quod poterit poſtea declarare, & adiudicare, parte actrice petente, Theſaur. *deciſ.* 155. item vt poſſit iudex ſuam ſententiam interpretari, ac declarare in continenti, Rauden. *in deciſ. Piſan.* 1. *per textum expreſſum in l. ab executore ff. de appell.* Item quod iudex, qui habet maius imperium, ſeu mixtum, poſſit ſuam declarare ſententiam; item quoad litigantes, quoniam reſpectu ipſorum, non ſolùm ſententia poterit declarari, verum etiam ſi erit nulla approbari, Hartam. *in deciſ.* 60. *eo titulo*, qui eſt videndus, *de declaratione ſententiæ*, *deciſ.* 5. hæc & alia tradit Riccius, *dicta collect.* 1474. loquendo de ſententia diffinitiua nullum ponens dubium in interlocutoria, quæ eſt diffinitiua, quia reuocari poteſt in caſibus, quos poſui limitando, *in dicto cap. cum ceſſante, verſiculo. Ad vltimam*, quid mirum, vt in declarando, iſti caſus relati & alij admittantur.

QVÆSTIO II.

An delegatus ſeu arbiter poſſint corrigere ſuam ſententiam? Et an variare poſſit iudex, qui vnam ſemel impoſuit pœnam delinquenti? An aduocatus, qui ſemel præſtitit conſilium? Et an Notarius valeat ſuum errorem corrigere? Et an teſtis volens corrigere ſuum errorem admittatur? Et an accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incæpta?

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſententiam corrigere, vt ordinarius, ſi contra formam ſui mandati iudicauerit.*

2 *Delegatus ad ſpecialem cauſam, ſententiam à ſe latam, nec corrigere, nec emendare valet, cum ſit iam officio functus, quod intelligitur de delegato ab inferiore; quid ſi ſit delegatus à Principe? num.* 6.

3 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, non ſic delegatus ad vnam, nec arbiter, num* 4.

5 *Teſtamenti faciendi commiſſarius, poſt illud confectum, non remanet in poteſtate*

tate declarandi, etiamſi eam ſibi reſeruauerit.

7. *Iudex, qui vnam poſuit pœnam non variat, nec alterat, niſi tempore ſententiæ, & quando qui punitus eſt in pecunia, illa caret. Et quando duæ pœnæ diſtinctæ, & alternatiuæ ſint poſitæ, n. 8. 9. & 10.*

11. *Actio ciuilis, & criminalis competens ad rem diuerſam, vna electa, remanet alia, ſecus ſi vtraque ſit ad vindictam.*

12. *Aduocatus num valeat conſilium à ſe præſtitum variare? Fallit in conſimili cauſa.*

13. *Noua quotidie nobis accidunt, ob quæ variatio permittitur.*

14. *Notarius corrigere poteſt ſuum errorem, illo probato, etiam poſt productionem inſtrumenti in iudicio, quod nequit facere alius Notarius pro mortuo, vt n. 15.*

16. *Teſtis num valeat errorem ſuum corrigere?* remiſſiuè.

17. *Deſiſtere ab actione intenta, & ab accuſatione?* remiſſiuè.

18. *Iudex male iudicans cum conſilio acceſſoris, aut qui per ſe male iudicauit, qualiter puniatur?* remiſſiuè.

1 AD primam quæſtionis partem eſt reſpondendum cum diſtinctione inter delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, vel ad vnam cauſam tantum, vt in primo valeat corrigere quemadmodum quilibet alius ordinarium, quia ſic delegatus æquiparatur ordinario iuxta gloſſam *in cap. cauſam verbo delegatus de appellat.* pro quo faciunt quæ tradunt Bartol. *in l. quod iuſſit, ff. de re iudic.* relata *ſupra hic quæſt.* 1. vbi alij Vantius in terminis *de nullitate proceſſus, tit.* coram quo nullitas ſit proponenda? *numer.* 17. Ripol. *variar. tit.* 1. *de iuriſd. omn. iudicum num.* 443. qui *num.* 444. & Felin. *hic num.* 41. & Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 67. *num.* 27. dicunt poſſe iſtum iudicem delegatum latam per eum ſententiam corrigere, & emendare, ſi contra formam ſui mandati iudicauerit, etiamſi in caſu particulari ſit delegatus, quia in iſto caſu non dicitur eius iuriſdictionem expiraſſe *ex cap. cum dilecta, de reſcriptis.*

2 At quando iudex eſt delegatus ſpecialis, veluti, ſi ad vnam, aut alteram cauſam corrigere, emendare, ſiue retractare, non poſſe ſuam ſemel latam ſententiam, diffinitiuam ſcilicet, dicendum eſt ex eo namque: nam ex quo protulit ſuam ſententiam ſtatim cenſetur eius iuriſdictionem expiraſſe, cum eo caſu functus ſit officio ſuo iuxta Bartol. *in l. ſi vt proponis la* 1. *ff. quomodo, & quando iudex, iuncta gloſſa fin.* vbi idem Bart. & DD. Innocent. *in cap. in litteris de officio delegati*, vbi ferè omnes antiqui, & moderni: nam, vt ſequitur, & refert idem Ripol. *dicto tit.* 1. *n.* 440. & 441. comprobantes merito *ex text. in l. ſic vt proponis ff. de re iudic.* cum ibi iudex delegatus protulerit ſententiam nullam, quia fuerit lata die feriata, & altera parte abſente, & non citata, non immerito Præſidem Prouinciæ; denuo negotium alterius iudicis notioni determinandum commiſiſſe; ceſſat inquam poſt latam à delegato ſententiam, & executioni mandatam eius iuriſdictio *dict. cap. in litteris in verſ. eius authoritas, & iuriſdictio ceſſat de officio deleg.* & hanc diſtinctionem, & concluſionem poſuerunt Hieronym. Fern. de Otero, Rim. *lucubrat quæſt.* 5. Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 620. *in* 1. *edit. & reſolut.* 418. *in* 2. *edit.*

Vbi ponit quod delegatus ad vniuerſi- 3
tatem cauſarum poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ; ſecus in delegato ad vnam cauſam, de quo Decius *ibi num.* 3. Barboſa *num.* 4. idem Hieronym. Fernandez *ſupra*, Tyraquel. *in l. voues §. hoc ſermone, limit.* 1. *num.* 4. *ff. de verb. ſignif.* † Sic 4
etiam Riccius *in dict. collect.* 1474. *in fine*, vbi idem dixit de arbitrio, cum Hartam. *deciſ.* 18. *de ſent. & re iudic.*

Et confirmatur; nam ille, cui eſt facta 5
commiſſio ad teſtandum, non poteſt declarare teſtamentum ab eo factum, etiam ſi ſibi reſeruauerit facultatem declarandi; quia facto teſtamento functus eſt officio ſuo: ſic Bald. *in l.* 1. *Codic. de ſent. ex breui loco re cit.* Felin. *in cap. ad hæc co'. in fine de appell.* Matienzo cum illis *lib* 5. *Recopil. tit.* 4. *de teſtament. l.* 9. *gloſſa* 4. *num.* 1. Ripol. *vbi ſuprà dicto num.* 443. † qui cum Guttierrez 6
Canonic. quæſt. lib. 2. *cap.* 2. *n.* 17. dicit hanc doctrinam de delegato intelligi de illo, qui eſt talis ab inferiore, à Principe; ſecus in delegato à Principe, de quo ipſe, & Ripa *in dicta l. quod iuſſit num.* 63. dicit hunc delegatum, etiam ſententiam per eum nulliter latam poſſe ex noua delegatione cauſam iterum cognoſcere, vt dixit gloſſa *in l. eos Cod. de appell.* De differentia horum iudicum ad vniuerſitatem cauſarum, ad ſpecialem cauſam, & denominatis ab ordinario, ſeu à Principe, latiſſimè ſub *titulo de officio delegati.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an 7
variare poſſit iudex, qui vnam impoſuit pœnam delinquenti? Et ſuppoſitis quæ dixi

in cap. ex litteris 11. *de conſtit. ſub quæſt.* 4.
fin. dum egi de illa quæſtione : *An iudex te-
neatur imponere pœnam à lege præſcriptam? Et
quid de iudice imminuente, vel remittente pœ-
nam ante, vel poſt pronunciatam ſententiam?*
ibi *à num.* 13. Et ſic nunc breuiter *ex l. præ-
tore dixit* §. *fin. ff. de iniuriis*, vbi DD &
Bart. per illum *in l.* 1. *in fine ff. de vi bonorum
raptor. & in l. ſenatus col.* 2. *hoc tit.* Anton.
Gomez. *variar. reſol. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 39.
Gratian. & alij per eum, *reg.* 480. dico il-
lam non poſſe variare ; quia regulariter
variatio eſt prohibita, nec illam alterare;
& ſic dixit Iaſon. *in l. in actionibus num.* 46.
ff. de in litem iurando, quod non poteſt iu-
dex, qui taxauit certam ſummam, in quam
iuratum fuit amplius reuocare, probat con-
8 cluſionem *lex* 21. *tit.* 9. *p.* 7. † limitant vero
DD. referendi, vt tempore ſententiæ poſ-
ſit ex cauſa pœnam, quam ſemel poſuit
moderare, vt *in l. quid ergo* §. *pœna grauior,
ff. de his, qui notantur infam.* Felinus opti-
mè *in cap. qualiter hoc tit.* §. *ad corrigendos*
9 *n.* 17. † ſecundo quando qui punitus eſt in
pecunia, caret illa, cui tunc debet imponi
pœna corporalis, vt *in cap. fin. de dolo, cap.
ad liberandum de Iudæis l. fin ff. de in ius vo-
cand.* quod idem Felinus *ibi ſublimitat tri-*
10 *pliciter.* † Item quando duæ pœnæ diſtin-
ctæ, aut alternariuæ, ſunt impoſitæ pro vno
delicto, nam vna electa, poteſt ea relicta,
ad aliam tranſire. Nam ſi iudex vnum re-
medium elegerit pro emenda delinquen-
tis, ſi illud non ſufficiat, non negatur ei
electio alterius efficacioris iuxta doctrinam
Bartoli *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dicenti* non ob-
temperauerit, vbi benè per Iaſon. *ibi* §. *is,
videtur num.* 1. & idem Felinus, etiam limi-
tat tripliciter *in cap. quod olim de Iudæis.* Benè
concluſionem probat relatus Anton. Go-
mez. *vbi ſuprà*, legendus, & *ibi* Additiona-
tor Ayllon. *num.* 40. Bertachin. *in ſuo reper-
torio, verbo pœna alteratur*, poſt alios anti-
quos Gomez. Arias *in l.* 50. *Tauri num.* 36.
Caſtrillo *in l.* 52. *Tauri num. fin.* Ludouic.
Gomez. *in cap. cum in multis* 34. *de reſcript.
lib.* 6. idem Gratian. cum Tyraquello, Boë-
tio, Gregor. Lopez, & aliis. Cætera inquam
leges *infra ſub tit. de pœnis.*

11 Et quia idem Gratian. refert cum Ma-
ranta *de ordine iudicior.* 4. *p. diſt.* 1. *numer.* 5.
ait, quod quando datur alicui actio ciui-
lis, & criminalis pro vno, & eodem deli-
cto, ſi tendunt ad diuerſa, poteſt agi ciui-
liter, & poſtea criminaliter, & contra; ſed
ſi vtraque competit ad vindictam, vna
electa, eſſet alia, Boër. *in deciſ.* 289. *num.* 1.
Iacob. Nouel. *in reg.* 219. Catelian. Cotta
in memoriabil. iuris, verbo ſtatuto Mediolani,
vel *decreto Mediolani* ; ideo poteris adiun-
gere hic quæſtionem, de qua dixi latè *in
dicto cap. examinata* 15. *de iudiciis, quæſt.* 8.
§. 12. & 13. vbi : *An electa ab actore via or-
dinaria poſſit actor redire ad executiuam?* Et
*an pendente iudicio poſſit ponere qualitatem de-
licti, quæ aggrauat pœnam?* Et *an poſt actio-
nem vnam editam in iudicio poſſint alia, aut
aliæ actiones ei cumulari?* Et *ibi quæſt.* 17. *an
criminalis actio poſſit cum ciuili? & econtra,
aut plures criminales?*

Ad tertiam de Aduocato, cuius obliga- 12
tionem in patrociniando latè poſuimus *in
cap. paſtoralis* 14. *à quæſt.* 7. *de iudiciis*, vbi
leges; & ſic in propoſito noſtri dubij ex
dictis ſimiliter reſpondeo, vt non poſſit qui
ſemel vnum dedit conſilium, Bald. *in cap.
ſi pro debilitate de officio deleg.* idem *in l. de
tutela Codic. de integr. reſtit. minor.* ad quæ
etiam videbis illa, quæ dixi *in dicto cap.* 14.
quæſt. 10. vbi dixi de illa : *An Aduocatus viſis
vnius partis iuribus, ſi renuat aduocare pro ea,
poſſit pro altera parte patrocinari?* vbi nega-
tum eſt : tamen Felinus hic *in noſtro text.
col.* 4. *verſ. tertio nota, & in dicto cap. ſi pro
debilitate*, & multi alij relicti à Gratiano
reg. 479. † limitant tripliciter, qui & di- 13
cit cum aliis, quod etſi illud conſilium
Aduocatus reuocare non poſſit, valeat in-
quam illud emendare in alio caſu ſimili
ſi ſibi contrarium iuſtius videtur, nec ideo
eſſe damnandum, cum noua nobis quoti-
die phantaſma generent, ita cum Iacob.
& Arer. *in tract. de conſilio ſapientis ad fi-
nem* : nam ei permiſſum eſt variare, vbi
veritas vbicumque ad oppoſitum clare elu-
ceſcat, vt per Iaſon. *in l. edita num.* 8. *Cod.
de edendo*, Boër. *in addit.* ad Philippum De-
cium *in l. hoc edicto* 8. *ſi quis ff. de iuriſdic.
omnium iudicum num.* 5. *& in l. precibus Cod.
de impuber. & aliis num.* 4. ſed idem Decius,
& Gratianus cum aliis manent, vt caueat
quiſque à tali mutatione, quia in dubio
in malum potius, quam in bonum ſuſpi-
cari ſolent homines, vt latè tradunt Sal-
ced. *in addit. ad Bernard. reg.* 198. Carol.
Molin. *in additionib.* & ſic idem Gratianus
cum Hypolito *in l. ex libero homine*, ita con-
cordant *num.* 14. *ff. de quæſt. opinionum illorum*,
qui contrarij videntur ; & idem Hypolit.
multa de varietate ſcribit.

Ad quartam quæſtionis partem, an No- 14
tarius valeat ſuum errorem corrigere? Et
quia hæc dubitatio ſatis manet clara ex
his quæ dixi, *ſub cap. P. Tabellio* 15. *de fide
inſtrum. quæſt.* 4. vbi actum eſt de illis : *an
Tabellio, ſiue Notarius poſſit corrigere errorem
inſtrumenti,*

inſtrumenti, ſi iam ſit data copia partibus? Et an correctio debeat fieri authoritate iudicis? ac de aliis dubiis ibi, & quia plene, & alibi eo tit. dictum eſt iam reſumptiue leges quæ Riccius cum aliis congerit, *collect.* 1195. *ad textum in l. ſi librarius, ff. de verb. ſignif.* igitur illis præmiſſis, ſolum hic aduertitur, quod quotieſcumque in ſcribendo inſtrumento fuerit erratum, probato errore, etiam poſt productionem inſtrumenti in iudicio iniungitur Notario de illo reparando, Guid. Pap. *decıſ.* 130. Ioſeph. Ludouic. *decıſ. Lucenſ.* Franc. Marcus, *decıſ.* 289. *p.* 1. idem, *decıſ.* 163. *p.* 2. Verall. *decıſ.* 97. *&* 247. *p.* 2. Maynard. *deciſione* 16. *lib.* 3. Paponius, *lib.* 17. *tit.* 1. *arreſto* 1. quod ampliat Riccius, *dicta collect.* 1195. *in fine*, ſic vt liberum ſit Notario etiam abſque coniunctione hoc facere ante quam expediatur inſtrumentum, alias ſecus, ſic intelligens Iafred. Balb. *in decıſ.* 90.
15 Guid. Pap. *decıſ.* 131. † Sed mortuo Notario errorem per alium corrigi non poſſe, dixit Anton. Faber. *in deciſione* 15. *Codice de Epiſcopis, & Clericis*, Riccius, *ſupra in fine.*

16 Ad quintam quæſtionis partem, numquid teſtis poſſit corrigere ſuum errorem, ac variare? Et præmiſſis hic quæ latè dixi ſub *cap. per tuas*, 10. *de probat. quæſt.* 5. vbi de illa; *teſti contraria dicenti, vel varianti, an credatur?* & quæſt. 6. *an quando teſtis corrigit in continenti, vel ex internallo*, &c. & quæſt. 7. *vbi de teſte variante, ſiue vacillante in ſancto officio? & numquid teſtes variantes in criminalibus torqueri poſſint?* Per quæ plene difficultas hæc innodatur; & quia Couarruu. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. caterum*, agit de illa: *an admittatur teſtis corrigens errorem?* ac plura conducibilia de teſtibus variantibus, aut alias defectuoſis in declarando dixerim *ſub integro titulo de teſtibus*, & aliquid *ſub cap. ex litteris de præſumpt.* ideo non longè hic agimus, cùm ex dictis locis, luculenta tractatio apprehendatur.

17 Ad ſextam quæſtionis partem, an accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione? & quia de hac dixi cum Trullench. in opere mor. *lib.* 8. *cap.* 2. *dubio* 5. *& ſuprà* latè *ſub cap. licet* 14. *& debili hoc titulo*; ideo nunc pro complemento applicabis quæſtionem de qua dixi *ſub cap. examinata* 15. *de iudiciis ibi quæſt.* 9. *An quis poſſit ab actione propoſita recedere, altam intentando in nouo iudicio?* & ea quæ dicta ſunt in eo textu de emendatione, & mutatione, &c.

Ad alias duas quæſtiones, quæ hic 18
poſſent applicari de iudice male iudicante cum conſilio aſſeſſoris, an excuſetur à pœna? & de eo, qui per ſe male iudicauit, quomodo puniatur? & quando excuſetur? quia de his proprius agitur, *ſub titulo de officio iudicis*, interim, videbis quæ latè ſcribit cum multis Anton. Pichardus, *in* §. 1. *inſtit. de obligat.* quæ ex quaſi delicto naſcuntur, Gratian. cum aliis multis, an faciat litem ſuam? *reg.* 301. de quo videnda eſt *lex* 2. *titulo* 2. *libro* 2. *fori.* De prima cum iudicat cum aſſeſſore, idem Gratianus cum infinitis, *regula* 249.

AD TEXTVM

In Cap. Dilecti, XVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus quando iurat reſpondere ad interrogata, poſt confeſſionem auditur volens probare excuſationem. Vbi de confeſſione erronea* remiſſiue.

2 *Dilatio data reo prima cateris renunciare viſum eſt, ſi aliqua non ſit data in alterius partis praiudicium, ſaluo conceſſa iure ſpeciali, vt reſtitutionis.*

3 *Interrogatus legitime tenetur veritatem fateri ſub peccato*, vbi plura remiſſiue, *& qualiter ſaluetur veritatem propalando, etiam* remiſſiue *num.* 4.

5 *Actus malus in ſe etiam in dubio ad malum eſt referendus, & de aliis* remiſſiue, *num.* 6. *in fine, & late ſub qu.* 1.

6 *Mala, quæ ſunt de genere prohibitorum poſſunt excuſari in aliquo caſu, vt homicidium propter defenſionem.*

7 *Declaratio, ſiue interpretatio debet fieri, non perimendo, ſed exponendo.*

8 *Veritatem occultans, crimen committit* remiſſiue.

COMMVNIS concluſio, quæ 1
deducitur à Doctoribus ex hoc textu, eſt nempe quod inquiſitus quando iurat reſpondere ad interrogata, poſt confeſſionem auditur volens probare excuſationes, quæ confeſſionem non perimunt, ſed exponunt;

quam partem abunde poteris extendere
applicando hic, quæ dixi *ſub cap. fin. de
confeſſis*, præcipue *à quæſt.* 3. ibi: *An erro-
ris prætextu poſſit confeſſio reuocari? quid ſi fa-
cta ſuit animi deliberatione? Et an facta in
iure?* Et ibi: *quæſt.* 7. *An condemnatus ob
contumaciam vigore ſtatutorum, quibus contu-
max pro conuicto habetur, admittatur ad no-
uas defenſiones.* Et *in Rub. illius tit. quæſt.* 5. vbi
de illa: *An confeſſio facta ad inquiſitionem
formatam, non præcedentibus legitimis indiciis,
præiudicet confitenti?* Et *an probet ſi fiat
medio iuramento, delato officio iudicis?* Et
quod confeſſio iurata poſſit teuocari præ-
textu erroris probant DD. per verba hic
in verſ. Non obſtantibus, Gutierrez, *de iuram.
confirm. p.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. vbi ad textum no-
ſtrum reſpondet, quatenus videbatur con-
trarium probare.

2 *In verſ.* ibi: *Nec productioni teſtium renun-
ciare curauerit dilationibus datis num poſſit re-
nunciare reus?* Et applicando aliqua addu-
cta ſub tit. de dilationibus, de prorogan-
do, ſiue abbreuiando dilationes, hic Bar-
boſa cum Couarr. *num.* 2. Azeuedo, Perez,
& Valaſco, *num.* 2. ait quòd quando reo
fuit data prima delatio ad probandum, po-
terit ipſe cæteris renunciare, non tamen
illi renunciare datæ in alterius partis præ
iudicium, niſi concedatur iure ſpeciali,
ſcilicet reſtitutionis, quia tunc re integra
ſcribit eam poſſe renunciari, & de re-
nunciatione defenſionum in criminalibus
negat Gutierrez, *lib.* 3. *de iuram. cap.* 10.
vbi, *à num.* 6. explicat textum noſtrum,
vbi quod ibi non erat reus condemnandus
pœna corporali.

3 *In verſiculo niſi ad quæſita ſolummodo reſ-
pondere*, quatenus cum multis etiam idem
Barboſa notat, quod legitime interroga-
tus tenetur ſub peccato mortali verita-
tem fateri: quare applicabis quæ dixi
ſub tit. de confeſſis, *cap.* 1. *quæſt.* 5. vbi, *in ver-
ſiculo. Ad ſecundam* egi de illa, *An teſtis le-
gitimè interrogatus teneatur ex iuſtitia commu-
tatiua reſpondere; ita vt dicendo ſe nihil ſci-
re, reſtitutioni ſit obnoxius?* & ibi, *quæſt.* 6.
*an reus iuridice interrogatus de homicidio com-
miſſo ob iuſtam ſui defenſionem teneatur reſ-
pondere?* & ibi, *in verſiculo. Ad quartam
quid faciet iudex cum reus nolit directe reſ-
pondere*, & ibi, *ſub quæſt.* 3. ad alias, *de
reo interrogato de complicibus*, vbi, *num te-
neatur reſtituere, ſi negaſſet delictum pœnale?*
Et *An interrogatus à iudice propter ſemiple-
nam probationem, vel indicia, teneatur reſpon-
dere in cauſa capitali?* vbi, *de eo, qui ne-
gauit veritatem ad quid teneatur?* ibi, *ſub
quæſt.* 4. Item poſſunt hic applicari quæ
dixi latiſſimè *ſub cap. vnico de litis conteſtat.*
vbi de depoſitionibus, ſiue interrogatoriis,
iuxta quæ interrogatus tenetur reſponde-
re, vbi *quæſt.* 9. etiam de ea, *An reus, qui
in iudicio à iudice legitimè interrogatus eſt
negans veritatem teneatur in conſcientia re-
tractare dictum antequam finiatur iudicium,
& quid in cauſa capitali?* Et quæ dixi de
confeſſione. † Et qualiter interrogatus 4
ſaluetur veritatem propalando, latè ad ca-
ſus, *ſub capite venerabilis*, 6. *de exceptio-
nibus.*

Et in *verſiculo*, ibi: *Cum excuſationes*, no- 5
tat Barboſa, *num.* 4. cum Tiraq. *de pœnis
temperand. in præfat. num.* 56. *& cauſa* 13.
num. 16. quod ſi actus in ſe eſt malus, ad
malum in dubio eſt referendus, propter quod
poteris applicare quæ DD. ſcribunt, ſuper
regula ſemel malus ſemper præſumitur
malus, & quæ late diximus applicando,
in cap. penult. & fin. de præſumpt. † Et addit 6
Tyraquellus ea quæ de genere prohibi-
torum mala ſunt, poſſe excuſari aliquo
caſu, vt quemadmodum excuſatur homi-
cidium propter defenſionem ad ea, quæ
latè DD. *ſub tit. & cap.* 2. *de homicidio*, ali-
quid, *ſub dicto cap. fin de confeſſis, quæſt.* 4.
*de illo, qui in iudicio confeſſus eſt ſe occidiſſe
hominem, & non apparet homo occiſus*, &c.
Et adde Farin. *in praxi à quæſt.* 17. vbi de
pœnis, & earum arbitrio, ratione alicu-
ius excuſationis, de quo *ſub tit. de pœnis,
infrà*, & quòd reus ad excuſationem de-
licti admittatur: Applica quæ dicit Couarr.
in clem. ſi furioſus 2. *p. num.* 3. *per totum*, vbi
cum Felino hic ſcribit, & cum aliis, quo-
modo diſtinguantur actus boni, & mali,
& quod ſi clare non conſtet de malitia,
ſint præſumendi boni, illum leges, quia
bene, & per textum hic, an poſſit quis
renunciare excuſationes, Ioan. Gutierrez,
de iuram. lib. 3. *cap.* 10. *à num* 6. *& per totum
cap.* legendus.

Et ibi *in verſ. Sed exponant*, quatenus ex 7
illo Barboſa, *num.* 5. cum Tiraquello, *in
l ſi vnquam, ff. de reuocand. donation. verb.
libertis num.* 14. notat, quòd declaratio,
ſiue interpretatio debet fieri non perimen-
do, ſed exponendo quæ dicta ſunt; ob
quod poſſunt applicari quæ dicta ſunt la-
tiſſimè, *in cap.* 12. *de iudiciis, quæſt.* 1. *&* 2.
vbi de interpretatione legis, & à quo, ap-
plicando etiam quæ dixi, *in cap.* 2. *de
ſent. & re iudic.* vbi de æquitate præferen-
da rigori legis, quod videtur ſpectare ad
declarationem.

Et ad gloſſam *meram*, quatenus cum 8
Couar.

Couarru. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 3. dicit Barboſa fa ſum committere, qui veritatem occultat, applicando hic, quæ dicuntur *infrà de crimine falſi*, non deſinas legere, & applicare quæ latè diximus *in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcriptis*, vbi de impetratione reſcripti, tacita veritate, *& in dicto cap. venerabilis de except.* vbi *quæſt.* 5. *fin. verſ. ad vltimam ex num.* 8. dixi de illa: *An ad aliquid teneatur qui verum dicendo occultum, crimen alicuius propalam ✶ llum infamando?*

9 Et ad prima verba ibi: *Ad Eccleſiam Agatenſ. acceſſiſſent*, & ibi, *voluerunt deſcendere, ac videre ſi clamorem opere compleuiſſet*, ad quæ non diſtant adducta de citatione *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ.* vide de infamia quæ debet procedere ad inquiſitionem *infrà cap. qualiter*, 24.

10 Et ibi *in verſ. quia verò*, quatenus fit diſtinctio de iuramento, vel ſuper ſtatu Eccleſiæ, ſeu ad inquiſita reſpondere, applicantur plura dicta de iureiur. tam de forma ſeruanda illius, quam de illius obligatione.

11 Et ibi: *Cum hoc per ſe probare non poſſet, tanquam qui ſolus examinabatur ab illis*: hic quia Pontifex ſcribit de Agarenſi Epiſcopo, contra quem multa audita erant, miſſis legatis, & examinatus ab illis ſolus, cùm non poſſet probare, vt hic concludit, poſſunt applicari quæ dixi *ſub cap. poſt ceſſionem* 7. *de probat.* quatenus aſſerenti Epiſcopo, aut eius litteris ſit credendum.

QVÆSTIO I.

An maleficia diſtinguantur ex fine actus, aut ex ſola voluntate, quid in dubio, quando de eorum malitia non conſtat? Et an reus etiam confeſſus poſſit in omni crimine defenſionibus renunciare?

SVMMARIVM.

1. *Peccata diſtinguuntur ſecundum obiecta, aut finem.*
2. *Actus quidam ex ſe boni, quidam mali, quidam indifferentes, qui in dubio boni præſumuntur, latè expenditur.*
3. *Reus in criminali cauſa defenſionibus nequit renunciare, & in quibus? fallit num.* 4. *& 5. vbi de intellectu dicti cap. dilecti* 18.

1 AD has quæſtiones, quia de prima dixit Felinus hic, & de ſecunda textum noſtrum explanando iam *ſuprà* citatus *dicto lib.* 3. *de iuram. confirm. cap.* 10. *& ibi num.* 6. breuiter reſpondebimus. Ad primam igitur, in qua Theologi latè de malitia humanorum actuum quoad nos canoniſtas breuiter cum D. Thoma 12. *quæſt.* 18. *artic.* 6. malitiam quoad exteriorem actum minimè diſtingui ex propoſito fine, cuius verba referendo Couarru. *in clem. ſi furioſus p.* 2. *num.* 3. *verſ. ſextum*, illa vltima ibi: *Id autem, quod eſt ex parte voluntatis ſe habet, vt formale ad id, quod eſt ex parte exterioris actus; quia voluntas vtitur membris ad agendum, ſicut inſtrumentis*, & ibi D. Thomas exemplificando, poſt alia verba exemplificat ex Philoſoph. 5. *Ethicorum, Quod ille, qui furatur, vt committat adulterium, eſt per ſe loquendo, magis adulter, quàm fur*: qui & 1. 2. *q.* 72. *art.* 1. ſcripſit peccata diſtingui, & differri ſecundum obiecta; & idem eſſe diſtingui ſecundum obiecta, & ſecundùm finem; quia omnis actus, quatenus à voluntate procedit, formaliter habet ſpeciem à fine, & ſic ab eius obiecto; & quòd actus voluntatis ſemper conſideratur, ad diſtinctionem peccatorum; item alia nos omittendo ex eodem, & ex D Auguſtino, iam ex Pontifice *in cap. venerabilibus §. penult. de ſent. excommunic. lib.* 6. dicitur, † vt 2
quidam actus ſint adeo mali ex propria natura, quod non poſſunt aliqua ex cauſa licere, nec ex aliqua circumſtantia eſſe boni, vt adulterium, inceſtus, ſtuprum; Alij inquam etſi mali aliqua ex cauſa, excuſari valent, ac permitti, vt homicidium, quod licet ex ſe malum ſit, permittitur ad iuſtam defenſionem. Alij inquam ſunt ex propria eorum natura boni, quia etſi poſſint contingere mali ob aliquem malum finem ob prauam circunſtantiam, & in dubio præſumi bonus agentis animus. Alij verò actus ſunt indifferentes, qui poſſunt eſſe boni, vel mali ex fine, & propter circunſtantiam aliquam, vt riſus, deambulatio, & iis ſimiles, & in his dicunt Magiſtri obſeruandum eſſe, in dubio aſſumendos eſſe in meliorem partem; & ſic interpretari in bonum per *leg. merito ff. pro ſocio*, *cap. eſtote miſericordes de reg. iur. l. vlt. tit.* 10. *p.* 5. cum multis, idem Couarru. *ſub dicto num.* 3. *circa finem*, legendus, qui tradens exempla Bartoli, & aliorum, abſolutè dicit perpenſa hominum malitia, omnes actus exteriores bonos per ſe, aut indifferentes tales præſumi, niſi ex inordinata voluntate, maloque fine iudicentur; imò ſimpliciter eos actus bonos dici, moraliterque bonos, vel malos ex recta, vel inordinata voluntate, actus autem malos ex ſua

natura,

natura, & ſic peccata, non poſſe eſſe bonos, nec diſtingui ex fine, aut bona intentione: ita cum Magiſtro ſentent. *in 2. diſt.* 40. poſt Auguſtin. indeque fieri vt delicta voluntate diſtinguantur, id eſt ex ratione voluntarij, & inuoluntarij, concluditque poſt alia ex D. Thoma *dicta quæſt.* 72. *art.* 1. maleficia diſtingui quatenus propoſitum ad voluntatis actum ſpectat, & ſic idem eſſe voluntate, & propoſito diſtingui delicta *cap. cum voluntate de ſentent. excommunic.* Felinus *in cap. cum dilect. hoc tit. per textum ibi l. qui iniuriæ, ff. de furtis.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, an reus in cauſis criminalibus, poſſit defenſionibus renunciare? Et licet videatur ex text. noſtro poſſe: tamen latè agens Ioannes Guttierrez *de iuram. confirm. cap.* 10. per totum docet cum multis non poſſe illis renunciare, nec termino dato, ad eas probandas iuxta gloſſam ordinariam communiter allegatam *in l. pactum inter heredem, ff. de pactis*, quia nemo eſt Dominus membrorum ſuorum, vt latè dixi *ſub cap.* 9. *de iuretur.* cum ploribus Antonius Gomez. & *ibi* Hayllon. nouiſſimè *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *de tortura num.* 33. *&* 34. quæ debet intelligi, quando veniret imponenda pœna corporalis, alias ſecus, & ſic apprubant quotidianam praxim, vt non audiatur reus dans pro reproductis, & ratificatis teſtes ſummariæ informationis, in hoc caſu pœnæ corporalis, & hoc reo competere, ſi conſtat de certitudine, quod illi defenſiones aliquæ competunt, non alias; & ſic idem Guttier. cum Couarr. & aliis *num.* 4. *&* 5. latè dicit, quod ſi reus fuiſſet legitimo iuris ordine confeſſus, admitteretur talis renunciatio defenſionum in criminalibus, quæ ad corporis pœnam diſcutiuntur, & quod in dubio admittatur contra Hypolitum, & alios exiſtimat; eo quod agitur de vita hominis benè corroborans, qui & adhuc non admittit dictum de confeſſione rei, ſi ipſe allegaret iuſtas defenſiones, veluti quod homicidium commiſit ad ſui defenſionem, vel vult probare errorem confeſſionis ſuæ, iuxta quæ latè dixi *in cap. fin. de confeſſis.*

4 Quare etſi ex text. noſtro Couarru. *in* 4. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. §. 12. *num.* 16. dicat reo defenſionem dari, quando etſi prima delatio data, in qua non probauit eam, tranſacta fuit; ſic vt nequeant aliis defenſionibus renunciare: tamen Guttierrez *ſuprà num.* 6. *ex lit.* hic aliter textum intelligit, ſcilicet non loqui de eo caſu, ſed quando reus in confeſſione ſua allegauit aliquas defenſiones, quas non probauit in termino probatorio, & poſtea allegabat alias, de quibus in ſua confeſſione mentionem non fecit: nam illis non obſtantibus iubet Pontifex, vt remoueatur ab adminiſtratione Eccleſiæ Agathen. & quod præterea in caſu textus noſtri non veniebat reus aliqua pœna corporali puniendus, ſed remotione ab adminiſtratione Eccleſiæ, vt hic conſtat; & ſic merito quod potuerit ibi terminum etiam principalem renunciare, nec facere ad propoſitam quæſtionem; ob idque dubitare ait de tali limitatione, & quod viderit in practica ſeruari contrarium, qui & *num.* 8. latè probat non valere renunciationem, etiam iuratam defenſionum, quæ legitimè reo competunt, etſi aliter ex text. *in auth.* ſacramenta puberum contrarium nonnulli dicant, de quo in ea idem Guttierr. *num.* 127. eo quod iuramentum in tali caſu eſt illicitum, & contra bonos mores naturales, quia tollit defenſionem; & quia nemo poteſt conſentire, vt occidatur, cum non ſit membrorum Dominus: ita etiam præter Bald. Marſilium, & alios tenent Dueñas *reg.* 190. *limitat.* 2. & ad hæc adiunges quæ ſcripſi *in cap. cum clamor,* 53. *de teſtibus*, vbi egi de illis dubiis *in verſ. ad ſecundam, an accuſatus, vel inquiſitus poſſit probare innocentiam, & defenſionem ſuam poſt terminum probatorium, vel vſque ad relatam executionem?*

AD TEXTVM

In Cap. Cum oporteat XIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopus non niſi teſtibus idoneis impetendus eſt.*
2. *Præſumitur contra aliquem ex inhoneſta conuerſatione.*

INFRA *ſub cap. qualiter* 24. igitur de infamia, quæ debet cunſtare antequam de delicto inquiratur. Et quia hic Epiſcopus Vincent timore incuſſus de falſa teſtificatione comparens coram Pontifice Romano quærelatus de teſtibus inimicis, á conſanguineis illorum Canonicorũ *G, & H.* qui contra eum ſuper criminibus properabant, Papa commotus 1

motus relatione Epiſcopi, & præcipiens, vt non niſi teſtibus idoneis procederetur, obiter excludit, ne denunciaretur, ſiue teſtificaretur ab inimicis, hoſtibus, & conſanguineis. Quare adiunctis hic quæ latè dixi *ſub cap. quoties*, 5. *quæſt.*1. *de teſtibus*, & *ſupra hoc tit. in cap. repellantur* 7. ideo iam in explanatione huius textus non inſiſtimus.

2 Et ibi, *in gloſſa hoſtibus: Et eſt argumentum contra aliquem ex inhoneſta conuerſatione*, iuxta DD. *in cap. veniens* 9. de eo, qui cognouit conſanguin. vxoris ſuæ: applicabis quæ notaui, etſi è contra, *in cap. ex ſtudiis* 3. *de præſumpt. & in cap. penult. & fin. & cap.*6. melius applicabis dicta *in cap. litteris* 12. *eo tit.* de inuento ſolo cum ſola, nudo cum nuda, & in eodem lecto iacente, faciunt quæ dixi, *in cap. præced. ſub quæſt.*1. *num.* 1. vbi quod in dubio actus ſine malitia, cenſendus ſit factus: ad textum hic, Felician. de Vega, *in cap.*19. *de iudic. num.*9. & 48. Et quia hic inferi valer de præiudicialibus, adiunges quæ dixi *ſub cap. tuam* 3. *de ordine cognit.* ad textum Riccius, *collect.* 909. & 910. vbi agit qualiter conſtare debeat de corpore delicti.

AD TEXTVM

In Cap. Cum dilectus, XX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius publicus, & excommunicatus denunciare prohibentur.*

2 *Concubinarius publicus, vt incurrat pœnas Trid. quis dicatur?* remiſſiue.

1 TEXTVS hic agit de denunciatore, prohibendo, vt denunciet concubinarius publicus, & per hoc excommunicatus, nec ille qui denunciaturus prius non præmonuit. Prima pars comprobatur per teſtimonium de teſtibus, vbi criminoſi teſtificare repelluntur, & ſic accuſare per eandemmet rationem, vt dictum eſt *ſuprà hoc titulo*, in diuerſis iuribus notatis, *in quæſtione fin.*9. Quoad ſecundam partem, vt à denunciatione repellatur, is, qui non præmonuit: adiunges quæ dixi etiam ſuprà hic *in cap. ſi quis* 2.

Hic cum multis quis dicatur concubinarius publicus, vt incurrat pœnas Trid. *in cap.* 14. *ſeſſ.*25. *de reformat.* cum multis explicat Barboſa hic, ſed tu recurres ad ea, quæ dico in titulo de cohabit. Clericor. & mulier. & ibi, *cap.*6. 2

AD TEXTVM

In Cap. Inquiſitionis, XXI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas contra Clericum criminoſum*, remiſſiue.

QVATENVS etiam ad materiam inquiſitionis ſpectat infra *in cap. qualiter* 24. agitur, & aliquid, *ſupra ſub Rub.* & alibi, *ſub hoc tit.* & quænam infamia requiratur, vt per inquiſitionem procedatur, *ibi*, & de irregularitate, quæ ex homicidio etiam occulto procedit *infrà ſub tit. de homicidio.* Sed num Clericus propter homicidium degradetur? ad verſ. *applicabis quæſtionem*, de qua, *in cap. cum non ab homine de iudiciis*, vbi actum de illa, *quæſt.* 23. *an homicida proditorius degradandus ſit*, in quo textu plures recenſentur caſus criminoſi, & atroces, ob quos Clericus meretur degradationem, vbi leges, & de Clerico homicida, an fiat irregularis per textum hunc, Gutierez, *lib.* 2. *can. cap.* 5. videndus etiam ad hunc textum Balboa, *in dicto cap cum non ab homine, de iudiciis à num.*22. Couarr. *de mat.*2. *p. cap.*8. *à num.* 15. *de probatione criminis impedientis ordinem*, Suarez, *de cenſuris diſp.*48. *ſect.* 1. *per totam. An condemnatus ex inquiſitione ſit infamis*, Ceuallo, *in pract qu.*419. & an in omni crimine poſſit procedi per viam inquiſitionis? ipſe, *qu.*430. applicabis Gomez. *lib.*3. *variar. cap.*1. *nu.*49. 50. & 51. vbi ad caſus de quibus, *infra, dicto cap. qualiter* 24. & ibi ad *verſ. tertiæ*, Bart. Sanchez, *in clem.*2. *de teſtibus nu.*5. *ad quæſtionem*, Cou. *lib.*2. *variar. cap.* 13. *num.*7. *verſ. eſt & aliud*, vbi cum Abbate hic, *de teſtam.* de primo, aut ſecundo teſtamento, de quo *in cap.* 10. *de probat. & in cap. litteras de præſumptionibus.* 1

AD TEXTVM

In Cap. Ad petitionem, XXII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus propter non ſeruatum iuris ordinem, num reſtituatur? vbi de ordine, & ſtylo ſeruando*, remiſſiue.

2 *Cardinalis num recuſari valeat?* remiſſiue.

3 *Declinatoria fori exceptio poteſt opponi etiam poſt ſententiam.*

4 *Princeps, etſi non teneatur ſeruare iuris ordinem; in aliquibus tamen ius præciſe ſeruat.*

5 *Periurus non eſt ipſo iure priuatus beneficio, niſi per ſententiam.*

6 *Reſtitutio non datur ante omnia, ſi ſcandalum inde futurum ſit.*

7 *Regula*, res inter alios acta *ratione connexitatis non procedit* remiſſiue.

1 HVNC rextum explanaui *in cap.* 25. de re iudicata, *in qu.* 1. *num.* 1. & 10. de quo eriam Balboa, *in cap.* 17. *eodem tit. à num.* 10. & quatenus hic Abbas criminoſus, qui reſtirui curabar proprer non ſeruarum iuris ordinem, adiungendo hic quæ dixi, *ſub Rub. de indic. & in cap. fin. de libell. oblat. quæſt.* 1. *à* §. 1. vbi de ordine ſeruando in ciuilibus, quid in criminalibus, irem, & in aliis cauſis, & quod dixi, *in cap.* 9. *de foro comp.* etiam quoad ſtylum ſeruandum in iudiciis, & quæ dixi de ipſo ad vnguem non ſeruato in cauſis ſummariis, *ſub cap. dilecti* 6. *de iudic. quæſt. pen. & fin.* & aliquid, *ſub hoc titulo in cap. qualiter* 17. *in ſummario*, vbi de criminalibus; ideo amplius hic non inſiſtimus.

2 Er ibi, *in verſiculo aſſerens habere ſuſpectum*, num Cardinalis, iudex nominatus poſſit recuſari? mouet per verba hic Barboſa, *num.* 2. cum Boario, *decis.* 289. *in fine*; ſed quia nos diximus, *in cap.* 4. *de foro comp. quæſt.* 8. *à num.* 1. ad eam recurres: quid ſit legarus de larere agitur *ſub. tit. de officio legati.*

3 Er *in verſiculo cum agitur*, quatenus Doctores probanr exceptionem declinatoriam fori poſſe quandocumque proponi etiam poſt ſententiam, & quæ impedir executionem ſenrentiæ, à qua non poſſir alioquin appellari, Barboſa hic, *num.* 3. cum Couar. *pract.* 33. *num.* 2. alter Barboſa, *in l.* 1. *ff. de iudic. tract.* 4. *num.* 4. & Cabedo, ac ordinarione Luſitana. Tamen quia de hac exceptione fori declinatoria dixi ſub rit. de foro comp. lariſſimè, & breuius, *ſub Rub. de except. ibi quæſt.* 3. vbi de aliis; ideo ad ibi dicta etiam recurres.

Er ibi, *etſi reſtituendus foret*, quatenus etiam Barboſa, *nu.* 4. & 5. norar quod Princeps non renerur ſeruare iuris ordinem per gloſſam, 6. *col.* 6. *ad finem in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 1. *fori legum*, cum Didaco Perez, & Mario Cutelo, adiunges hic quæ larè dixi, *ſub c.* 23. *de ſent. & re iudic.* vbi quod Princeps multa agraciando, facit, non ſeruato iuris ordine, & alibi; ſed viderur coarctara eius poteſtas in nonnullis; quia erſi legibus non reneatur quoad pœnam, renetur, verò quoad vim legis, vt dixi, *ſub cap.* 1. *de probat. & ſub tit. de conſtit.* ſed contra videnrur dicta, *ſub cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. & ſub Rub. de appell. vbi an Princeps poſſit tollere citationem, appellationem, & defenſiones?* addidir etiam Barboſa, cum Palacios Rubios, quòd poſſit Princeps iudicare ſolâ facti veritare inſpectâ, quod & de iudicibus ſupremis vulgo *de la camara:* ad quod applicabis quæ laiè dicta ſunt *ſub cap. dilecti* 6. *de iudiciis.* 4

Et ibi *per ſententiam amouentes:* ad hæc verba DD. aduertunr, quod periurus non eſt ipſo iure beneficiis priuarus, idem Barboſa cum Azor, Sayro, Acugna contra Rebuffum, *de pacificis poſſeſſoribus num.* 223. qui in verſ. *oppoſuit* reſpondens ad textum noſtrum, dixir verba *amouere, & ſpoliari*, deberc inrelligi iuxta ſubiectam materiam de dicta priuationc, non ipſo iure, contra Clericum periurum dixi, *in cap. eum non ab homine* 10. *de iudiciis quæſt.* 27. & 28. ibi: *An Clericus periurus, quia talis, priuetur beneficiis, aut eo ipſo, aut per ſententiam*; & ſic poteris adiungere quæ de periuro, & eius pœnis, dixi latiſſimè, *in cap. breui* 17. *de iureiurando & infrà cap. ſequenti*, vbi & de homicida. 5

Et *in gloſſa*, ibi, *reſtituendus*, & ibi: *Et forte propter ſcandalum*, per hanc notat Barboſa, *num.* 7. cum Menochio, *rem.* 1. *de recuperanda*, *num.* 319. quod non eſt ante omnia concedenda reſtitutio, cum ſcandalum inde eſt futurum; & hoc videarur conrra regulam generalem, quod ſpoliatus etiam latro ſir ante omnia reſtituendus, 6

de

de qua latiſſimè actum eſt ſub integro *tit. de reſtit. ſpoliat.* præcipuè *ſub cap. 1. cap. ex litteris 5. quæſt. 3* & aliis ideo applicando ibi dicta etiam offendes caſus, propter quos illa limitatur, & ſic, vt multa non debeant fieri, vt euitetur ſcandalum, ac de illius materia, adiunges quæ latè dixi ſub *cap. 2. de præſcriptionibus.*

7 Et ad gloſſam *per conſequentiam*, notat idem Barboſa *num. 8.* cum Tyraquello *in tit. res inter alios in acta limit. 22.* ratione ſcilicet connexitatis non procedere regulam *res inter alios acta*; ſed quia de hac regula dixi latiſſimè *in cap. cum ſuper, & cap. penult. de re iudicata*, & de connexis nonnulla *ſub Rub. de appell. quæſt. fin.* & alibi; ideo recipies ex ibi dictis quæ ad hanc gloſſam applicatione digna ſint.

AD TEXTVM
In Cap. Accedens, XXIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio criminis non obſtat agenti poſſeſſorio in beneficialibus* remiſſiuè.
2. *Periurus, & homicida, eſt incapax beneficij obtinendi, etſi obtento non priuetur, niſi per ſententiam, & n. 3.*
Et an homicida occulto conferri valeat beneficium?
4. *Expenſæ ſoluendæ* remiſſiuè.

1 QVATENVS Pontifex præſtat aſſertionem, nempe agenti poſſeſſorio adipiſcendæ in beneficialibus, non obſtare criminis exceptionem, niſi de crimine fuerit diffamatus; ad quod adiunge quod dictum eſt *in cap. in litteris 5. de reſtit. ſpol. ibi quæſt. 2.* vbi de illis, *an ſi quis eyciatur de poſſeſſione beneficij manualis, ſit ante omnia reſtituendus?* Et *an ex regula illius textus ſpoliato poſſeſſione primi beneficij, per ademptionem ſecundi ſit concedenda reſtitutio?* An *abſolutè ſuccedat in beneficialibus?* Et *ibi quæſt. 3. quid in iure percipiendi decimas?* Et *ibi quæſt. 7. an in cauſis poſſeſſoriis, in quibus proprietatis cauſa eſt annexa, vt in beneficialibus, & hic poſſit de poſſeſſione antea tractari*, & *ibi q. 11. an exceptio criminis impediat, vt ante omnia fiat reſtitutio?* Alia *de infamato infrà, ſub cap. qualiter 24.*

Et in *verſ. videlicet periuro*, & *in verſ. &* 2
homicidio, quod periurus, & homicida, ſit
incapax beneficij, licet non ab obtento
ipſo iure priuetur, ſed per ſententiam, hic
repetenda erunt ſignata *ſuprà de periuro in
cap. ad petitionem 22. verſ. per ſententiam*; item
de homicida, quod notatum eſt *ſupra in
cap. inquiſitionis 21.* quod non illico, ſed per
ſententiam priuatur beneficio *ex cap. cum
non ab homine quæſt. 23. & quæſt. 29.* vbi de
illo, *an clericus homicida priuetur ipſo iure,
aut per ſententiam beneficio?* † Sed quod ho- 3
micidæ etiam occulto non conferantur beneficia, videbis quæ latiſſimè dixi *in cap. fin. de ætate, & qualitate ordinand.* vbi, *& quæſt. 1.* cum aliis, vbi de facultate Epiſcopi cum illo diſpenſandi, *& ibi quæſt. 2.* vbi etiam de pœnis pro homicidio qualificato, & alio modo facto.

4 De expenſis ſoluendis aliqua poteris applicare ex his, quæ dicta ſunt *ſub cap. finem*, litibus de dolo, & contum. Ceuallos *in pract. quæſt. 539.* agens de illa, *vtrum ille, qui in cauſa ſuccumbit, debeat in expenſis condemnari?* affirmans tam in ciuilibus, quam in criminalibus *num. 1.* cum multis, de quo dixi *in dicto cap. finem litibus ſub quæſt. 1. ad finem.*

AD TEXTVM
In Cap. Qualiter, XXIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Ordo procedendi per accuſationem, & inquiſitionem à Pontifice inſinuatur.*
2. *Prælatus habet poteſtatem corrigendi exceſſus, fama præcedente, & à bonis teſtibus dimanante, n. 3.*
4. *Syndicatus materia indicatur contra officiales, fama non præcedente.*
5. *Correctionis fraternæ ordo inſinuatur.*
6. *Iudex ex officio in pluribus caſibus procedit, & per inquiſitionem deficiente accuſatore, dando vocem fiſcali, qui ſubintrat loco accuſatoris.*
7. *Accuſator, & iudex non poſſunt eſſe idem.*
8. *Epiſcopi, qui ſunt ſignum poſitum, ad ſagittam, non niſi per plures teſtes condemnari valent.*
9. *Pœnæ inſcriptio ad Talionem in accuſatore inſinuatur, non in denunciatore.*

10. *Inquiſitio, dum ſit, debet eſſe perſona præſens, niſi ſe per contumaciam abſentauerit.*

11. *Sententia iuxta formam iudicij applicatur.*

12. *Regulares quo iudicij ordine plectantur?* remiſſiuè.

13. *Recuſatio ob ſuſpicionem in criminalibus inſinuatur.*

14. *Status clericorum honoratior eſt ſtatu Monachali, & quare, ſed non perfectior.*

1 TExtvs hic ſummam continet totius criminalitatis quoad ordinem procedendi in ea, ſiue contra perſonas ſuperiores, aut religioſos, aliaſue inferiores, & per modos ſcilicet accuſationis, inquiſitionis, & denunciationis, de quibus, & quæ vnuſquiſque expoſcat nonnulla dicta ſunt *ſub Rub.* hic, & in aliis noſtri tituli iuribus, quæ proportione applicari hic valent, & alia præcipuè de inquiſitionis iudiciu, *infrà* per quæſtiones, cum de hoc, ſit tota diſquiſitio Pontificis in præſenti? Et ſic antequam ad eas deueniatur, oportet poſtulatione laconica particulas noſtri textus aliqua exornatione ventilare, vt reſecando, quæ potius ad apparatum ſpectant iuxta noſtrum morem & ad veram Pontificis deciſionem ſermo applicetur, & ſic accipies pro notatiune ſequentia.

2 Ibi *qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus*, & qualiter contra Prælatos per verba ibi, *ex quibus authoritatibus manifeſtè probatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cum Prælatus excedit, ſi per clamorem, & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed à probis, & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpè quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, &c.* Et ſic ad primum de poteſtate, quam habet Prælatus corrigendi ſubditos applicabis notata, & quæ DD. ſcribunt *ſuper cap. licet* 12. *cap. irrefragabili* 13. *de officio ordinarij*, & quæ de correctione fraterna dixi etiam contra Prælatos delinquentes, *in cap. nouit. de iudiciis,*
3 *quæſt.* 23. 24. & 28. † Item quod clamor, & fama percurrat exceſſus ab eo commiſſos, & à bonis teſtibus; ad quod adiunges quæ dixi *in cap. cum clamor* 53. *de teſtibus*, & quæ ibi dixi *in cap. teſtimonium de teſtibus infamia notatis*, & alibi *in eo tit.* qua integritate debeant pollere, vt credantur in depoſitionibus ſuis.

4 Et ibi, *legitima enim in Euangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo: quid hoc audio date, redde rationem villicationis tuæ; iam enim non poteris amplius villicare, &c.* Ad hæc applicabis quæ de ſyndicatu ſcribunt DD. vulgo *reſidencia*, de qua dixi ſub *cap. fin. quæſt. fin.* §. 75. *de foro compet.* & quæ ſcripſi *in tit. de obligatis* ad ratiocinia ordinandis, vel non; & ſic Barboſa *hic num.* 15. cum Claro, *lib.* 1. *fin quæſt.* 6. *limit.* 10. & Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *qu.* 9. *num.* 16. dum dicunt quod etiam infamia non præcedente, adhuc procedet inquiſitio contra officiales, & eius familiam, & Miniſtros in ſyndicatu, finito officio, quæ & generaliter, & ſpecialiter etiam, fama non præcedente, indiſtinctè contra eos formari poteſt; ad quæ verba in gloſſa hic *redde* agit Couarru. de inuentario ab Epiſcopo faciendo *in cap. de teſtam. à numer.* 9. de qua nos quam plura notamus *ad cap.* 18. *eo tit.* item de ſyndicatu contra officiales, qui fama non præcedente fit, Farin. cum infinitis in praxi *quæſt* 9. *n.* 16.

5 Et ibi *habet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt ſi rei popoſcerit qualitas, Canonica deſtructio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem ſit accuſator & iudex; ſed quaſi, denunciante fama, vel deferente clamore, ſui officij debitum exequatur:* ad quæ verba applicari valent quæ de ordine in correctione fraterna dixi latè *in dicto cap. nouit.* 13. *de iudiciis à quæſt.* 17. & illa, quæ dixi *ſub Rub. de iudiciis*, vbi quod in iudicio tractando tres inueniuntur perſonæ diſtinctæ, ſcilicet iudex, qui eſt actor, ſiue accuſator, & reus, item accuſator, ſiue actor, & etiam reus.

6 Et licet ſint plures caſus, in quibus ex officio iudex procedere valet, de quibus aliquid in ea *Rub.* & alibi ſæpius, & criminalibus, vt ſub *hoc tit. dictum eſt*, & inquiſitione; ideo quia cauſa publica expoſcit, ne delicta maneant impunita, vt *in Rub.* hic, & deficit, qui directo ſit accuſator contra perſonam iudex ex officio inquirens, qui viſa iudicij inquiſitionis iuſtificatione dat vocem Fiſcali, qui loco accuſatoris ſubintrat, ad ſimilitudinem ferè, denunciationis Euangelicæ in qua, & denunciator loco teſtis ſufficitur?
7 † Et ita in terminis Barboſa *num.* 3. cum Coriolano de caſibus reſeruatis iuxta *reg. Clem. VIII. de regularibus* præſcriptam *p.* 2. *caſu* 5. *de accuſ. num.* 1. dicit, quod non debet eſſe idem accuſator, & iudex, & quod in libello neceſſario debet ſcribi nomen accuſatoris, & iudicis iuxta quæ dixi *ſupra in Rub.* & quod iudex

iudex contra neminem poteſt procedere ad condemnationem, niſi adſit aliquis accuſator, per *cap. ſi quis poteſtatem 22. quæſt.2.* & infra latius.

8 Et ibi: *Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis; diligentius autem eſt obſeruandum in Prælatis, qui quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam; & quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere nonnumquam verò ligare frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur:* Et ibi, *in verſ. & ideo*, &c. ad hæc verba iterum repetes inſinuatum, *in dicto cap. licet, & cap irrefragabili de officio ordinarij*; & quia Prælati propter eorum dignitatem, ac odium, quod contra eos gignitur ſunt ſubditis, & inferioribus aliis non parum exoſi; ideo bene hic poterunt repeti quæ ſupra hic inſinuaui, *ſub cap. 2. quæſt.3.* vbi non parum ample, & late alibi, cur vt Epiſcopi iudicentur, ſiue condemnentur, puniantúrue à multiplici teſtium numero ſint conuincendi de delicto oppoſito: ſunt enim ſignum poſitum ad ſagittam, vt per Trid. *ſeſſ.13. cap.6. in princ.* vbi cum multis Barboſa, *& de poteſtate Epiſcopi p.1. tit.1. cap.5. num.21.* D. Ambroſius, *de dignitat ſacerdotali lib.6.* Azeuedus, *in l.4. num.3. tit.7. lib.1. Recopil.* aliqua diximus, *ſub Rub. de Archipresbyt. cap. 3.* & plura recolligendo ex Alcedo, *de præcellentia Epiſcoporum*, valebis hic applicare.

9 Et ibi, *in verſ. verum ita voluerunt*, vſque ad *verſ. debet*, hic inſinuatur, vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur (niſi legitima præcedat inſcriptio) nullatenus admittatur. Ad quod repetes quæ de inſcriptione, ſiue pœna Talionis adduxi, *ſuprà ſub Rub. in verſiculo ad aliud, & cap.16. huius tit.* & quæ latè dico, *infrà in cap. 1. de calumniatoribus, à num.1.* an delator inſcribatur ad dictam Talionis pœnam. Cætera verba ſubincluſa ibi, *in verſ ſed cum ſuper*, cùm ſpectent ad inquiſitionis iudicium, nihil de tali inſcriptione exprimunt, vt inferius cum diſtinctione declarat hic Pontifex in verbis finalibus: *Sicut ad accuſationem, legitima debet praecedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio praeuenire*, &c.

10 Et *in verſiculo debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit, & exponenda ſunt ei ea capitula, de quibus fuerit inquirendum vt facultatem habet ſe defendendi, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina teſtium publicanda nec non exceptiones, & replicationes legitima admittenda.* Ex primo verſiculo dicendum eſt, vt ideo debeat perſona eſſe præſens, per illa, quæ dixi, *ſuprà in cap. veniens 15. hoc tit.* & ex inſinuatis alibi. Ad cætera applicabis practicam adductam, *ſub dicto fin. de libelli oblat. quæſt. fin.* §. 1. & in aliis, quatenus ibi dictum eſt de danda copia teſtium, de quo ſub titulo de teſtibus, & ita quæ dicta ſunt latè, *ſub tit. de except. & alibi.*

11 Et ibi: *vt iuxta formam iudicij, ſententia quoque forma dictatur:* per quod applicandum venit dictum, *ſub tit. de libelli oblat. & de ſent. & re iudicata*; nempe ſententiam eſſe conformandam libello, *& ſub quæſt.3. in Rub. de ſent. & re iudic. & ſub* §. 1. *cap. fin de libelli oblat.* vbi de ordinatoriis iudiciorum: vide Pichardum, *in* §. *ſic itaque diſcretis 11. à num.60. & in* §. *cura de actionibus*, vbi & an iudex vltra petita in libello, ſententiam ferre poſſit? Balboa, *in cap.2. de libelli oblat. à num.99. & antea.*

12 Et ibi, *in verſ. contra regulares*, quod formularium iudiciorum non ſit ita exacto practicandum in cauſis religioſorum: videbis notata per Barboſam, *hic num.17. &* 18. cum Duenas, F. Eman. Rodrig. Sigiſmund. à Bononia, Ioſeph. de Sancta Maria, & Iulio Laborio; ſed tu debes adiungere quæ dixi, *ſub cap 3. de appell.* per quatuor quæſtiones principales, in quibus aliæ includuntur, quibus adiunges, *quæſt.* 28. de qua, *in dicto cap. nouit. de iudiciis.* vbi de illa: *An in Religionibus ſine præuia correctione fraterna peccatum occultum fratris, poſſit quis denunciare Prælato tanquam Patri.*

13 Et in gloſſa, *ad inquirendum*, & ibi, *item ſi ille*, quatenus notatur, per Barboſam, hic, *num.19.* cum Claro, *in* §. *fin. quæſt.33. à princip.* quod in cauſis criminalibus iudex poteſt tanquam ſuſpectus recuſari; quia latiſſimè de materia recuſationis agitur *ſub cap.4. de foro comp.* item & de hoc puncto ibi, *& ſupra ſub hoc titulo*, aliquid, ideo non inſiſtimus.

14 Et *in gloſſa*, ibi: *Facilius*, quæ notatur ad hoc quod Clericorum ſtatus Monachorum ſtatui honoratior eſt, quod illi non vitæ contemplatiuæ tantum, verum etiam actiuæ inſeruiunt; hi autem contemplatiuæ dumtaxat; ſicquè Religioſos in honoribus eſſe inferiores: Barboſa, *hic num. fin.* cum D. Thoma, 2.2. *quæſt.* 184. *per totam*, quem leges, & 186. *art.* 1. Menchaca, *controuerſ. illuſtr. in præfat. num.95.* dixit inquam gloſſa, *honoratior*; ſed non perfectior,

ne implicent quæ ſolent adiungere DD. *in titulo de regularibus*, *& in titulo de ſtatu Monachorum*, quæ impugnantur per alia, quæ docent etiam de Epiſcopo facto, cum ſit Monachus.

15 Et ad textum noſtrum præter ordinarios, & quos recenſet Barboſa, Cujacius, *lib.*1. *obſeruat. cap.*33. Alciatus, *lib. parergon. cap.*16. Nauarr. *in Rub. de re iudic. num.*79. Fachin. *lib.*1.*controuer. cap.*34.*& lib.*9.*cap.*15. 55.56.*&* 57. D. Thomas, 2.2. *qu.*67. *art.*3. & qui referuntur, *infra*.

QVÆSTIO I.

An fama publica, vehemens, clamoſa, & ſcandaloſa debeat interuenire, & quibus probetur teſtibus, vt iudex de delicto poſſit inquirere? Et in quibus ea fama non præcedente, nec probata, poſſit inquiri de delicto per iudicem, nemine accuſante? Quid ſi formatur inquiſitio de vno delicto, & probatur de alio? Et quid ſi formata ſit, quod quis doloſe deliquerit, dolus autem non probatur? Et an formari valeat contra aliàs abſolutum, vel agratiatum?

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio, vt legitime fiat, debet praecedere fama vehemens, & clamoſa de delicto, quod per viros honeſtos probatur, alias ſit nulla, num.*3.

2 *Fama ſimplex, & parum fortis non ſufficit ad inquirendum, niſi ſit ſcandaloſa.*

3 *Famam praeceſſiſſe ad inquirendum, iudici aſſerenti credendum non eſt.*

4 *Iudex procedens ad inquirendum, fama, non praecedente, tenetur inquiſitus in ſindicatu ad damnum, & expenſas, ac intereſſe, de quibus iuratur.*

5 *Inquiſitio ſine accuſatore, quo pacto inſtruatur? Et num ſit differentia inter ius ciuile, & canonicum, ac inter generalem, & ſpiritualem inquiſitionem?*

7 *Iudex non praecedente fama, & accuſatore, in nonnullis caſibus procedit, num. ſequentibus.*

8 *Inquiſitio formata de Principis mandato, quando non requirat famam praecedentem? Vbi quid, ſi dicat de fama ſibi conſtare per verba aſſertiua, aut narratiua.*

9 *Inquiſitio, non praecedente fama, valet, parte non opponente, & in crimine hareſis ac laſa Maieſtatis.*

10 *Inquiſitio, quæ fit pro ipſa fama, non requirit famam praecedentem, nec dum generaliter inquiritur. Quid quando proceditur ex mero iudicis officio? quid & conſuetudine?*

11 *Magiſtratus hodie, quo ordine ad inquirendum procedant?*

12 *Iudex ad inquirendum poteſt procedere, non praecedente fama, in delictis, qua tendunt in perniciem.*

13 *Inquirere poteſt iudex contra certam perſonam, ſi praeceſſit denunciatio officialis publice ad hoc deſtinati.*

14 *Fiſcales publicos poſſunt creare index, & ciuitas, qua habeat merum imperium, qui denuncient.*

15 *Fiſcalis quibus honoribus gaudeat?*

16 *Inquiſitio particularis poteſt formari quando delictum eſt notorium, exemplificatur.*

17 *Iudex procedit ſine accuſatore, quando delictum peruenit ad notitiam per accuſatorem, & accuſator deſtitit, & in criminalibus exceptis, & enormiſſimis.*

18 *Iudex ex officio poteſt procedere, quando coram eo teſtis notorius, aduocatus, aut alij deliquerint ſine accuſatore, & in delicto occulto prohibitorie commiſſo, vt num.* 20.

19 *Inquiſitio valet ſine accuſatore, quando delictum committitur in Eccleſia contra Eccleſiaſticas perſonas.*

21 *Condemnatio ſequi non valet, ſi propoſito vno delicto probatur de alio; idem ſi propoſita vna qualitate, alia probatur, num.* 22.

22 *Sententia lata ſuper ſtupro probato, quando ſolum adulterium propoſitum fuit, valet ſecundum Baldum.*

23 *Inquiſitio non valet, ſi formata de dolo, aut ſcientia, hac qualitas non probatur.*

24 *Cap. dilectus de dolo, & contumacia.*

25 *Bis de delicto inquiri non poteſt, ſiue in iam abſoluto per ſententiam, aut agratiato per Principem.*

Aliqua remanent dicta generalia in noſtra *Rub. ſub quaeſt.*1. vbi de differentia accuſationis, inquiſitionis, & denunciationis, & qui earum effectus. Et ſub *quaeſt.*2. an iudicium inquiſitionis ſit 1

ordina

ordinarium, vel extraordinarium? Aliquid de infamia ſub *cap. 4. hoc tit.* Quibus, & aliis præmiſſis, ad primam partem quæſtionis reſpondetur ex text. noſtro, & *ex cap. qualiter, cap. inquiſitionis*, & ex aliis *ſuprà*, quod vt inquiſitio locum habeat debet præcedere fama vehemens, & clamoſa de delicto, & quod per viros honeſtos conſtet; ſicque fieri, vt ea non procedat, niſi ea præcedat, vt plenè ſcribunt DD. hic, quos recenſet Barboſa *num. 1. & 3.* cum aliis, vbi ampliat, infinitos ferè congerit Farinac. de inquiſit. *cap. 1. num. 5.* qui, *& num. 6. ibi*, cum aliis multis probat, primom requiſitum inquiſitionis eſſe, vt probatio delicti fiat, vel niſi de eo ſaltim in genere conſtet; & ob id ipſe Farinacius cum alia Doctorum caterua, tota *quæſt. 9. in praxi ex num. 1.* probat inquiſitionem nullam eſſe, & inualidam apertè, nulla præcedente fama, *dict. cap. inquiſitionis*, & per text. hic.

2 Vnde ampliando, DD. dicunt, quod ipſa fama ſimplex, & parum fortis non ſufficiat; eo quod debet eſſe vehemens, ſcandaloſa, & clamoſa inſinuatione procedens, ſæpius ad iudicis aures deueniens, & talis, quod ſcandalum generatet, ſi iudex non inquireret: ſic cum Claro, & Maranta, infinitis probat eſſe Farinac. *dicta quæſt. 9. n. 5.* quod intelligit Clarus *lib. 1. ſentent. §. fin. quæſt. 6. verſ. quaro nunc*, & *verſ. item quaro*, vt procedat inquiſitione, quæ formatur contra Prælatum; ſecus ſi contra ſubditum; ait enim, vt tunc ſufficiat fama ſimplex præcedens, etiam, quod non ſit ſcandaloſa, & periculoſa.

3 Et item iuxta textum noſtrum requiritur, quod habeatur, tum à fide dignis, & non maleuolis perſonis; ſic vt alias non ſufficiat, vt ex ea fama formetur inquiſitio, cum aliis infinitis idem Farinac. *dicta quæſt. 9. num. 6.* dum ait *num. 7.* nec credendum eſſe iudici aſſerenti in inquiſitione famam præceſſiſſe, niſi de ea aliunde appareat per teſtes ſcilicet, ſpecialiter ſuper fama receptos, & examinatos, Angelus *in l. ſi vacantia num. 182. Cod. de bonis vacant.* Vbi quod Notarius debet deſcribere in baſtardello, & in actis recipere teſtes de fama deponentes, non in occulto, Roland. *conſ. 45. num. 13.* cum aliis, & *conſ. 57. num. 9. volum. 4.* vbi addit quod iſto caſu fama eſt prabanda per duos teſtes omni exceptione maiores, & Marc. Montic. *in pract. crim. reg. 1. num. 35.* vbi tamen, quod non per hoc præſumitur iudex doloſus, & mendax, quod eſt veriſſimum quoties fama præcedere debet; ex quo ait Farinac. *dicto num. 7.* vt non obſtent nonnulli relati à Claro *in pract. quæſt. 31. verſ. fama publica*, qui poterunt intelligi in caſibus, in quibus fama non debet præcedere, de quibus *infrà* hic addit inquam idem Farinac. *num. 8.* cum aliis infinitis inquiſitionem, in qua deficit prædicta fama præcedens non conualidari, etiam quod poſtea teſtes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquiſitus non erat diffamatus, quod etiam repetit ex Farinac. cum Hypolito, Barboſa *hic num. 10. & 11.* † Et ſic dixit Farin. cum 4 aliis *in praxi quæſt. 9. num. 10.* quod iudex procedens ad inquiſitionem, fama non præcedente, tenetur inquiſitus in ſyndicatu ad damna, expenſa, & intereſſe, de quibus contra ipſum iuratur in litem, etiam, quod eum abſoluerit: ſic cum Baldo, Amodo de ſyndicatu, & aliis.

Itaque præfata noſtri textus doctrina habet locum, ſiue iudex procedat ad partis 5 querelam, & ad accuſationem, ſiue etiam ex officio, Farin. *dicta quæſt. 9. num. 4.* Bonacoſ. *comm. crim. p. 1. verbo inquiſitio eſt nulla pag. 93.* Quare etſi multi dicant non poſſe formari inquiſitionem, accuſatore non interueniente, quia regulariter iudex inquirere non poteſt, nemine accuſatore exiſtente, quia inquiſitio non eſt remedium ordinarium, ſed extraordinarium ex *l. reſcripto §. ſi quis accuſatorem vbi gloſſa ff. de muneribus, & honoribus l. fin.* vbi Albetic. *ff. de in ius vocand. cap. I. hoc tit. l. 3. Cod. eodem, cap. quiſquis 21. quæſt. 4.* Etenim Chriſtus Redemptor noſter, cuius actio, omnis debet eſſe noſtra inſtructio, mulieri illi coram eo pro adulterio adductæ dixit: *Quis te accuſauit mulier?* qua reſpondente, *nemo Domine*: replicauit ille, *ſi nemo te accuſat, nec ego te condemnò*, eſt etiam *gloſſa in l. 1. §. ſi publico in verſ. ſine accuſatore ff. de adulteriis*: ſic antiqui tenuere, vt teſtatur Socinus hic, cum aliis Clarus *quæſt. 3. verſ. debes autem ſcire*, & *in verſ. Quaro in quibus in quæſt. 5.* alij relati à Farinac. *ſuprà*, & fortiter fundat Anton. Gomez. *lib. 3. var. cap. 1. n. 49.*

Et quamuis de iure ciuili ita procedat, 6 limitant nonnulli de iure Canonico, quo per inquiſitionem iudicis officio poſſe procedi dixerunt Decius, Monticel. Nouel. Speculator, & alij relati à Farinac. *dicta quæſt. 9. num 8.* ac refert idem Gomez. *ſub dicto num. 49.* Tamen idem. Farinac. cum Claro, dicit regulariter in praxi de iure Canonico idem obſeruari ac de iure ciuili; & ſic neminem ſine accuſatore condemnari poſſe dicunt *ex cap. forenſ. §. de iudic. de verb. ſignif.* cum aliis à Claro allegatis dicentibus

Digitized by Google

centibus ne dum Cæſareo iure, ſed etiam Diuino, & Pontificio procedere, quod de inquiſitione ſpeciali dicit verum Gomezius *vbi ſupra dicto n.* 49. parum poſt principium; ſecus tamen ſi vellet iudex inquirere generaliter de delictis, vel de aliquo delicto in genere, & in hac generali inquiſitione reperiat aliquem, nam tunc ait poſſe iudicem ad inquiſitionem particularem, & ſpecialem procedere, & probato delicto reum condemnare, & punire per textum expreſſum, & capitalem, qui ſic debet intelligi *in l. congruit de officio Præſidis*, vbi tenent, & notant Bart. Alberic. & per textum *in l.* 4. §. 1. *ff. ad leg. Iul. pecul.* Ancharran. & alij hic.

7 Quare iam nunc deſcendere oportet ad caſus, in quibus iudex ex officio poteſt inquirere non præcedente fama, & accuſatore, quos referendo idem Gomez. *ſub dicto num.* 49. Farin. cum infinitis *ſub dicta quæſt.* 9 *ex num.* 11, & Barboſa *hic ex n.* 12. plures referendo DD. breuiter numerare duximus, ne longè agatur. Primò in caſu, qui eſt ad denunciam publici officialis: ſic cum Baldo, Dueñas, Maranta, & aliis;

8 idem Farin. *ſupra dicto num.* 11. † Secundò inquiſitione formata de Principis mandato, & ſcientia: nam ſicut ipſe poteſt inquirere, non præcedente diffamatione; ita poſſit eius delegatus, ſi mandatum ſcilicet hoc emendauerit ex proprio Principis motu, non ſi ad petitionem partis; & dummodo Princeps dicat ſibi de delicto, & fama conſtare; ſecus ſi ſimpliciter mandaret inquiri; quia adhuc intelligitur fama præcedens; & hoc quidem quando ipſa procedit verbis aſſertiuis, puta dicendo; *Et quia nobis conſtat talem eſſe infamatum*; ſecus ſi vteretur verbis narratiuis, vt puta dicendu, *quia multorum clamor ad nos deſcendit, ac peruenit, quod eſt infamatus*: ita cum infinitis Farinac. *num.* 3. vbi ſublimitat ter, vt hic refertur, qui ſub limitatione 1. ait aliter reſcriptum impetratum à Pontifice, v. g. intelligi potius per importunitatem, fama non præcedente: quare potuit hic Barboſa *num.* 8. cum Hypolito, Menochio, & Farinacio *dicta quæſt.* 9. *num.* 2. dicere, vt iudex, qui à ſtatuto, ſeu Principe plenum haberet arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentes; adhuc non præcedente infamia, inquirere minimè poſſit: vide ipſum Barboſam *num.* 14.

9 Tertiò, vt valeat inquiſitio, non præcedente fama, ſi pars nihil opponat: ſic Farin. cum infinitis *dicta quæſt. num.* 12. Barboſa hic *num.* 13. Quartò in crimine hæreſis. Quintò in crimine læſæ Maieſtatis *num.* 15. vbi idem probat procedere in enormibus aliis delictis, & ante eum Gomezius *dicto cap.* 1. *lib.* 3. *variar. ſub dicto n.* 49. *in verſ. quinto per textum in l. Manichæos Cod. de hæret. l. apoſtatarum Cod. de apoſtatis, l. nemo in* 2. *Cod. de Iudæis, l.* 1. *Cod. de falſa moneta*, vtrobique DD. ad quæ applicabis quæ dixi *in alleg. fiſcal. p.* 1. *alleg.* 17. & in aliis.

10 Item ſextò procedit in inquiſitione, quæ fit pro ipſa fama, Farin. *num.* 17. *dicta q.* 9. ſi tunc non inquiratur ſupra crimine, niſi prius conſtet ipſimet iudici de fama. Item ſeptimò de inquiſitione generali, vt iam dictum eſt, vt repetit cum infinitis idem Farinac. *dicta quæſt.* 9. *num.* 18. qui & *n.* 19. ait idem procedere, quando præceſſit inquiſitio generalis, vt etiam iam dictum eſt cum Gomezio. Vnde quando præceſſerint indicia ibi Farinac. *num.* 20. dicens hæc ſuccedere loco diffamationis, ſed quæ ſufficiant, in alia quæſtione ſcribimus hic. Item quando proceditur ex mero iudicis officio, ſecundùm aliquos, quod Farinacius non admittit *dict. quæſt.* 9. *num.* 4. videndus *num.* 22. & benè; quia alias hæc limitatio poſſet impugnare doctrinam, iactam hic *num.* 1. Item, quod ſi conſuetudo generalis, admiſerit, vt non præcedente infamia iudex poſſet inquirere iam tunc benè admitteretur, ſecundum aliquos, quos refert ex Iulio Claro, & Rolando: tamen ipſe Farinac. legendus *dicta quæſtion.* 9. *toto num.* 21. *ſub verſ. verum*, hanc generalitatem non admittit, cum alias etiam deſtrueretur integer procedendi modus per inquiſitionem; & ſic dicit Clarum loquutum fuiſſe non vt ſonat, ſed tantum, quod in modo, & practica, qua hodie vtuntur iudices inquirendo, fama non præcedit; quia commiſſo delicto non incipiunt à ſpeciali inquiſitione contra aliquem; pro vt loquuntur DD. famam in inquiſitione requirentes, ſed à generali informationum aſſumptione, quis ſcilicet illud commiſerit delictum; in qua generali informatione, & inquiſitione famam non eſſe neceſſariam præcedentem: alia videnda adiungit ibi.

11 Quare, etſi dicat Barboſa hic *num.* 16. ex Iulio Claro hodie vbique terrarum vſu receptum eſſe, vt Magiſtratus ad crimina punienda procedant, etiam occulta, quæ probari poſſunt, nulla præcedente infamia, vel ex officio, vel ad fiſcalis denunciationem; & hoc iure Hiſpaniam noſtram vti per textum *in l.* 1. *&* 6. *titul.* 1. *lib.* 8. *noua Recopil.* ſed hoc intelligitur iuxta præfatum intelle

intellectum Farinacij, *ſub dicto verſ. verum*, ibi, *ego verò*; ob id potuit Leſſius, *de iuſt. & iure lib.2. cap.29. dubio 15. num. 132.* autumare dictam praxim ſuſtineri poſſe in delictis, quæ Rempublicam turbare ſolent, & quando non tam ad punitionem procedunt, quam vt bono communi conſulatur, & maleficia impediantur, reſpublicaque criminibus purgetur.

12 Et ita ſi crimen alias occultum vergeret in perniciem ſpiritualem, vel temporalem alicuius communitatis, vt ſi quis vellet tradere ciuitatem inimicis, aut ſit hæreticus, etiam occultus, vel ducere aliquos in ſuam hæreſim occultam intendat, quia tunc poterit iudex, nulla præcedente fama, procedere: ita Sotus de ratione *deteg. ſecret. membro 2. quæſt.4. in 2. concluſione*, Simanch. *in Enchirid. titulo 23. & de Cathol. inſtit. cap.19. ex num. 2.* Rojas, *ſing. 46.* Cano, *de locis Theologis, lib.2. cap. 8. pag.474.* Martin. del Rio, *diſquiſit. Magicar. lib.5. quæſt.7.* Decianus, *conſ 18.* Farinac. *dicta quæſt.9. num.14. & 15.* Gutierrez, *canon. lib.1. quæſt.11. ex num. 48.* Menochius, *conſ. 100. à num.63.* & alij.

13 Et ob hæc etiam ſine accuſatore poſſe iudicem inquirere, procedendo contra certam, & determinatam perſonam, ſi præceſſit denunciatio officialis publice ad hoc deputati, *ex textu in l. ea quidem Cod. hoc tit.* vbi notant Gloſſa, Cyn. & Bald. *l. Diuus Adrianus, ff. de cuſtodia reorum*, vbi Bald & Alberic. per quæ tenet Barthol. *in l. 2. §. ſi publico, ff. de adulteriis, col.3. num.7.* Anton. Gomez. *dict. cap.1. ſub num.49. verſ.*
14 *ſecundo.* † vbi addit quod quilibet iudex, vel ciuitas, quæ habet merum imperium, poteſt creare tales officiales publicos, qui denuncient maleficia: ſic per textum, *in l.1. §. fin. ff. de officio Præfecti vrbis.* vbi notant Barthol. & DD. antiqui, *dicta l. ea quidem Cod. hoc titulo, l. ab accuſatione verſiculo nunciatores, ff. ad Turpill. l. 2. Codice de Decurion, lib. 10.* vbi leges D. Franc. de Amaya, & ſic infert, vt iam *ſub Rub.* dictum eſt, & *ſub hoc textu*, poſſe ciuitatem, vel Rempublicam, ſeu iudicem in ſuo territorio creare, & conſtituere certum, & determinatum Fiſcalem, & accuſatorem publicum, qui accuſet, & proſequatur in iudicio maleficia, quando non eſt pars legitima, quæ accuſet, & quod eodem modo poſſit iudex illum conſtituere in certa cauſa, & dicto particulari, ſi non ſit conſtitutus generalis Fiſcalis, vt in terminis probat, *textus in l. 2. Codice de*
15 *delation. dicto lib 10.* † vbi notant Platea, Barthol. & cum infinitis, D. Franc. Amaya legendus, quod corroboratur per longe à nobis ſcripta, *in alleg. fiſcalib. ab allegat. 1.* vbi quis ſit Fiſcalis? quibus honoribus gaudeat? & quale eius officium? late poteris plura hic applicare ex ibi adductis, & per
alias allegationes. † Deinde poterit ſine 16
accuſatore procedere inquiſitio particularis, quando delictum eſt notorium, vt ſi quis occidit hominem, vel aliud delictum fecit publicè coram populo, vel maiori parte eius, vel in præſentia iudicis ſedentis pro tribunali, taliter quod habeat facti euidentiam per textum, *in dicta l. ea quidem verſiculo verum hoc titulo cap. de manifeſta 2. quæſt.1. & cap. de manifeſta eadem cauſa, & quæſt. cap. qua Lotherius, §. in manifeſtis eadem cauſa, & quæſt.* ibique etiam, *cap. Deus omnipotens, cap. tua nos, de cohabit. Cleric. cap. veſtra eodem*, & vtrobique DD. de quo nos iam pleraque diximus, *in cap. euidentia hoc tit.* hic applicanda, in terminis Gomez. *dicto num.49. verſ.3.*

Item iudex ſine accuſatore proceder, 17
quando delictum iam peruenit in notitiam iudicis per accuſatorem de eo formatam, & accuſator deſtitit, vel mortuus eſt; tunc enim poterit iudex procedere, ex officio, inquirere, & punire per textum, *in l.2. Cod. de oblation.* vbi gloſſa ordinaria, *l. penult. ff. de pub. iur.* vbi Barthol. Speculator, *in tit. de inquiſitione §. 1. verſ. ſecundo ſi accuſator*, Anton. Gomez. *vbi ſupra in verſ. octauo*, legendus eſt Farin. *in praxi, dicta quæſt.1. à num.7.* vbi etiam dicit cum infinitis, poſſe ſine accuſatore inquirere in criminibus exceptis, & enormiſſimis, & aliis caſibus enumeratis, *à gloſſa in dicta l. 2. §. ſi quid ff. de adult.* vbi Barthol. Plures inquam caſus referunt relati à Farinacio, *vbi ſupra*, qui quia iterum videtur repetere cum iam adducto Claro, aliter vſu, & conſuetudine ſtatutum; nempe vt loco accuſatoris, Fiſcalis ſufficitur, qui accuſet; ideo ad iam praxim hic relatam de inquirendo fama non præcedente recurres.

Et ſic etiam quando in aliqua cauſa ci- 18
uili, vel criminali quis delinquat coram iudice, vt ſi teſtis falſum teſtimonium dicat, vel pars falſos teſtes producat, vel tabellio falſitatem committat, vel aduocatus, vel Procurator dolum, vel fraudem perpetret; tunc enim ait Gomezius cum Bartolo, *dicto lib.3. var. cap.1. dicto num.49. verſiculo quarto*, poſſe iudicem ex officio ſine accuſatore contra tales inquirere, & illos punire per textum, *in l. nullum Cod. de teſtibus, l. penult. Cod. de probation. l. penult.*

Cod. qui accuſ. non poſſ. vbi DD. *l.* 1. *Cod. de calumniatoribus*; qui idem ait ibi: *verſiculo ſexto, per l. ſi quis in hoc genus, Codice de Epiſcop. & Cleric. leg.* 4. §. 1. *ff. ad leg. Iul. pecul.* cum Zyne, Barthol. Albetico, & 19 aliis in dictis iuribus. † vt valeat inquiſitio ſine accuſatore, quando committitur delictum in Eccleſia contra Eccleſiaſticas perſonas; qui etiam Gomez. *dicto* 20 *num.* 49. *verſiculo ſeptimo*, † dicit vt procedat inquiſitio ſine accuſatore, etiam in delicto occulto, proditorie commiſſo per textum, *in l.* 1. *ff. ad Silanianum, & in* §. *occiſorum eiuſdem legis*, & cum Speculatore, *in titulo de inquiſit.* §. *quando autem*; ad quem caſum applicabis quæ dixi *in alleg. fiſcalibus part.*2. *alleg.*5. vbi de Aſſaſſino, & *alleg.* 6. vbi de homicidio proditorie per alleuoſiam commiſſo.

21 Ad ſecundam quæſtionis partem, & alias propoſitas, iam breuiter reſpondebitur ad illam; quid ſi formatur inquiſitio de vno delicto, & probatur de alio? numquid abſoluatur inquiſitus? Et ſuppoſitis quæ longè adduxi, *ſub titulo de iudiciis, cap. examinata* 15. *à quæſt.* 20. vbi multa de abſolutione facienda ab obſeruatione iudicij ibi, *& quæſt.* 22. dixi, de illa: *an reus ſit diffinitiue abſoluendus, quando crimen ab eo commiſſum iudici non eſt notum?* de quo, *ſuprà hoc titulo*, iam eſt dictum. Itaque ad caſum noſtrum reſpondetur, quod ſi de vno delicto proponitur in inquiſitione, & probatur de alio, non poſſit de probato delicto ſequi condemnatio; eo quod debuit præcedere fama, aut ipſa inquiſitio ſuper illo, iuxta iam longe dicta, Marſil. *in praxi*, §. *quoniam num.* 57.

22 Cephalus, *conſ.*230. *num.*30. † vbi ſi in inquiſitione fuerit deducta vna qualitas, non poteſt ſequi condemnatio, ſi probatur de alia; plures concordantes in comprobationem huius concluſionis refert Hondodon, *conſ.*107. *num.*14. ſequitur Farin. *in praxi dicta quæſt.*1. *num.* 17. Boſſio, *in titulo de inquiſit. num.* 82. licet Bald. *in l. ſi ea, Codice de adulter.* dixerit quod ſuſtinetur ſententia lata ſuper ſtupro, quod fuit probatum; licet inquiſitio eſſet formata ſuper adulterio: & pro hac doctrina adiunges quæ dixi, *in cap. dilecti* 6. *de iudiciis, quæſtione* 14. vbi egi de illis: *an agens ad vnam rem, probans de alia, debeat obtinere, tam de iure Regio, quam canonico? Et quid, ſi deducens factum ex vna cauſa, probet ex alia?*

23 Ad tertiam, quid ſi formata ſit, quod doloſe deliquerit, & dolus non probetur, & etiam breuiter reſpondetur abſoluendum eſſe reum, contra quem fit inquiſitio, ſi de dicta ſcientia, dolo, aut malo animo non conſtiterit, etiam quod culpa ſola fuerit probata; non enim ex ea inquiſitione poſſe reum condemnari, docent Baldus, *conſ.* 431. *vol.* 4. Socin. ſen. *conſ.*36. *vol.* 2. Cepol. *conſ. crimin.*36. *eſto quod in actis*, Farin. *dicta quæſt.*1. *num.*28. Olaſcus, *in conſ.* 65. *num.*43. Montieel. *reg.*1. *num.*36. Cephalus, *conſ.*230. *conſ.*28. *lib.* 2. Hypolitus, *ſingulari* 587. *incipit qualitas*, Iaſon. *in l.* 1. *col.*3. *in ſecunda* 3. *in* 2. *notabili de leg.* 1. Rolandus, *conſ.*45. *à num.*11. *vol.*1. *& conſ.*11. *à num.*4. *volum.*3. Tobias non Petuſin. *conſ.*98. *num.*1. *&* 2. quod ex dictis, *num. præced.* comprobatur, † ſed quia in *cap. dilectus* de dolo, 24 & contumacia dicitur, ſi ex duobus propoſitis, vnum probatur, vt perſiſtat in probato obligatio, quod videtur huic aſſertioni contrarium; ideo ibi dicta legendo, & applicando, hic reſponſum præſtabis ibi de duobus diſtinctis, & ſeparatis propoſitum fuiſſe hic de vno cum qualitate doli, & ſcientiæ, quod vt connexa debuit probari, vt ſuper ea ſequeretur clara ſententia, *& infra quæſt.* 2. de inquiſitione propoſita cum aliqua qualitate, & illa non probetur.

Ad quartam quæſtionis partem an formari valeat inquiſitio contra aliquem alias 25 abſolutum, vel agratiatum? Et quia pro exacta reſolutione poteris hic adiungere quæ dixi *ſuprà* an poſſit inquiri? ſeu accuſatio iterum moueri de delicto iam abſoluto, vel agratiato, *in cap. de his* 7. *hoc titulo*, vbi late; ideo iam breuiter reſpondetur negatiue, quia bis de delicto inquiri non poteſt, nec ſemel abſolutus amplius moleſtari; idemque procedere probans, primum Fatinac. cum multis *dicta quæſt.*1. *num.*50. *&* 51. quod idem procedit cum agratiato à Principe habente hanc agratiandi poteſtatem, per illa, quæ dixi de agratiatione Principis, *in cap.*23 *de ſent. & re iudic.* In terminis primum probatur, *ex l. penult.* §. *fin. ff. nautæ caup. ſtabul. l. ſi cui*, §. *iiſdem*, vbi Barthol. *ff. hoc tit. cap. de his hoc eodem tit.* ſecundum de agratiatione, *in l.* 1. *& per tot. Cod. de ſent. paſſis, l. fin. Cod. de gener. abolit. in leg.* 1. §. *de qua autem ff. de poſtul.* Anton. Gomez. & cum multis Haillon, eius additionator nouiſſimus, *tom.*3. *variar. titulo de tortura reorum num.*38. *&* 39.

QVÆST.

QVÆSTIO II.

An inquiſitio debeat continere omnes delicti qualitates, & circunſtantias, vt reo defenſio non tollatur? Item num continere locum, & rempus ſequuti delicti? Et quid ſi de alio loco, aut tempore probetur? Et quid ſi formata fuerit contra aliquem, vti principalem, an poſſit ſequi condemnatio, ſi probetur illum fuiſſe mandantem? Et an ſuſtineatur inquiſitio propoſita cum aliqua qualitate ſi ea non probetur? Et an pendente iudicio poſſit accuſator ponere qualitatem, quæ aggrauat pœnam, quando in libello poſita non eſt? Et an in inquiſitione formanda requiratur ſolemnitas, quam in accuſatione ius expoſcit?

SVMMARIVM.

1. *Inquiſitio, vt legitimè formetur requirit plura iuris requiſita, & circumſtantias, & num. 2.*
2. *Actor clare debet ſuam actionem proponere, vt quid allegaturus ſciat reus, exemplificatur, num. 3.*
4. *Inquiſitio, & proceſſus nulla ſunt, vllo ex requiſitis neceſſariis deficiente, & num. 5.*
5. *Condemnatio ſequi non poteſt, quando inquiſitio eſt nulla, & inepta.*
6. *Inquiſitio debet continere locum, & tempus, ſicut accuſatio à ratione ordinationis iudicij; quid de loco loci, & de mandato, num. 7. in fine; quod fallit in inquiſitione generali.*
7. *Inquiſitio dicitur quod hodie ſuccedit loco accuſationis, excepta inſcriptione.*
8. *Inquiſitio in crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis, aut ſtante ſtatuto, ſiue in notorio, non requirit tempus, & locum, nec in delictis habentibus tractum ſucceſſiuum; ſecus in illis, quæ temporis momento committuntur, in quibus obliuio poteſt eſſe, num. 9.*
10. *Dies commiſſi delicti, etſi non prærequiratur, aliter practicatur, cum petitur ab aduerſario, vel ſi delictum eſſet punibile die certo, aut hora certa, vt n. 11. aliter ſi calumnioſè petita eſſet à reo diei, & horæ expreſſio iuxta iudicis arbitrium, num. 12.*
11. *Condemnatio ſequi non valet, quando expreſſo tempore, loco, ac die de aliis probatur, vbi declaratur: fallit quando procederetur ſola facti veritate, etſi in libello adeſſet clauſula* omni meliori modo, *vel* non ſe adſtringens, *& ſuper* quibus, *& in delicto iterabili; ſecus ſi tale non ſit, n. 14. vbi exemplificatur.*
12. *Locus, tempus, & dies commiſſi delicti tutius eſt, vt in omni delicto, ponatur etiam, ſi procedatur per inquiſitionem, vt reus ſic facilius valeat ſe defendere, negatiua coarctata.*
15. *Inquiſitus, vti principalis, ſi probatur contra eum, vt mandantem, non ſequitur condemnatio.*
16. *Qualiter propoſita in delicto, ſi ea non probetur, non ſequitur benè condemnatio.*
17. *Qualitas, quæ aggrauat delictum, an poſſit poni, iam litè pendente ſuper illo* remiſſiuè.

AD has omnes etiam laconicè reſpondebitur difficultates, cum multa ſuppleantur ex iam adductis hic, etiam ſub paraphraſi: quare ſuppoſitis quæ latè ſcripſi *de inepto libello ſub Rub. & tit. de libelli oblat.* item & de illius mutatiooe, ſiue emendatione *ſub cap. examinata* 15. de iudiciis, iam breuiter etiam dicitur ad validitatem inquiſitioois multa requiri, veluti, quod probatio eius, ſaltim in genere conſtet, vt interueniat accuſator modo dicto *ſub quæſt.* 1. hic. Quod ſit certa, ſpecifica, & clara contioens io ſe omnes delicti qualitates, de quibus iam ſupra: quapropter cum ioquiſitio, obſcura, geoeralis, & incerta minimè valeat *ad textum. in l. libellorum Cod. hoc tit.* ſicut de libello tali., longè ſcripſi *ſub cap. 1. & 2. dict. tit. de libelli oblat.* † quatenus per ea iura DD. probant, quod actor ſuam actionem propooere debet certam, & claram, vt reus melius poſſit ſe in iudicio defendere; indeque Matt. Monticel. *in pract. reg. 1. num. 4. verſ. 4. principaliter,* † dixerit non valere ioquiſitionem contra Titium formatam, quòd ſit ſolitus committere furta, homicidia, blaſphemias, & alia delicta: nam cum hoc modo ea tantum propoſita, non poſſit ſuas defenſiones præparare Titius, ſequitur, vt præciſè requiratur, vt in ſpecie exprimantur omnes delicti qualitates, & circuoſtantiæ, taliter, vt reo defenſio non tollatur, cum multis explanat Farin.

Margin numbers: 1 (beside "AD has omnes…"), 2 (beside "…† quatenus"), 3 (beside "† dixerit").

videndus *dict. quaeſt.* 1. *in praxi ſub num.* 11.
4 & ante *ſub num.* 5. † Vbi quod vllo requiſitorum deficiente, non ſolùm inquiſitio ſit nulla, ſed & proceſſus, & omnia inde ſequuta pariter nulla ſint cum Grato *conſ.* 97. *n.* 11. *& conſ.* 57. *n.* 11. *lib.* 1. Ludouic. Cat. *conſ. crim. diuerſ.* 99. *num.* 1. *lib.* 1. vbi quòd totus mundus ſic ſeruat, & *n.* 3. quod hæc concluſio eſt valdè trita, & cum Angel. *conſ.* 178. vbi quod exceptio ineptitudinis, inquiſitionis reddit iudicium retro nullum, quod quandocumque, etiam poſt ſententiam
5 opponi poſſe ſcribit. † Et ſic Boſſius *in tit. de inquiſit. num.* 77. ſcribit quod quando inquiſitio eſt nulla, & inepta non poteſt ſequi condemnatio, quia omnia corruunt; imò quod reus ſit abſoluendus ab obſeruatione iudicij; ſic vt de nouo alius veniat innouandus proceſſus *per dict. leg. libellorum, verſ. quod ſi libelli ff. hoc tit. in verb. ibi: ſi libelli inſcriptionis, legitimè ordinati non fuerint, rei nomen abolctur, & ex integro repetendi reo poteſtas ſit*, & per textum *in l. ſi maritus la* 2. §. *fin. verſ. fin. ff. de adult. l.* 1. §. *ſi quis menſor. falſ. mod.* dixerit Anton. Gomez. *lib.* 3. *variar. tit.* qualiter formetur accuſatio, vbi cum multis Hayllon. nouiſſimè, de quo iam ſub *Rub.* dictum eſt *hic*, & ſic ad hanc vltimam notationem adiunges plura, quæ de abſolutione ab obſeruatione iudicij diximus *in dicto cap. examinata* 15. *de iudiciis à quaeſt.* 20. & aliquid *ſuprà hoc tit. in cap. de his* 6.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem adiungendo hic dicta *ſupra in dicta Rub. quaeſt.* 2. vbi quod accuſatio de delicto debet continere locum, & tempus, ita ſimiliter de inquiſitione dici debere à ratione ordinationis iudicij, de quo in text. noſtro; & ſic quod debeat in ea exprimi annus, & tempus commiſſi delicti, alias ſit nulla per textum *in dicta l. libellorum, hoc tit. cap. fin.* 8. *libellum* 2. *quaeſt.* 4. & quamuis hæc iura loquantur de libello accuſationis, idem tamen eſſe in libello inquiſitionis.

7 Cum hodie inquiſitio ſucceſſerit loco accuſationis per *l. penult. ff. de publicis iudiciis, l. congruit, ff. de officio Praeſid.* ſic vt ſolemnitates requiſitæ in accuſatione, excepta inſcriptione ad pœnam Talionis, de qua in vltimis verbis textus noſtri & ex propoſito *in Rub. quaeſt.* 1 *ad aliud* requiruntur etiam in inquiſitione per gloſſam, & DD. *in l. ea quidem Cod. hoc tit. l.* 2. §. *ſi publico de adulter.* Bart. *in dicta l.* 2. Præpoſit. *in cap. de accuſ.* 2. *quaeſt.* 8. cum infinitis Farinac. *dicta quaeſt.* 1. *ex num.* 12. quod defendit acerrimè contra Boſſium, Cephalum, & alios, quos explanat *ibi, ſub n.* 13. *verſ. contrarium*, ſequitur in tantum noſtram concluſionem, vt meminerit ex Hypolito Riminaldo *conſ.* 723. *à n.* 86. *lib.* 6. dicente non ſolùm exprimendum eſſe locum, ſed etiam locum loci, eamque Farinac. *num.* 14. *&* 15. ampliat, vt procedat noſtra concluſio etiam in mandata fieri contra mandantem, in qua ſi ſequutum fuerit delictum, locus, & tempus non mandati, ſed ſequuti delicti, etſi ad effugiendas difficultates melius inquam ſit apponere locum, & tempus commiſſi delicti, ac etiam mandati, vt ſcripſerunt Ioan. Marmontic. *in ſua practic. crimin. reg.* 7. *num.* 68. & Boſſius *in tit. de inquiſit. num.* 94. quam, & amplius declarat Farin. *concluſ. dicto num.* 15. cum Alex. Decio, Aretino, Socino, relatis à Claro *in pract. quaeſt.* 12. contra Sardiu. Innocent. Butrium, Imolam, quos ſequitur Cephalus *conſ.* 304. *num.* 313. *lib.* 3. cum quo concurrit Decian. *conſ.* 18. *à num.* 76. *lib.* 1. nempe, vt licet pars non opponat, ſemper ſit neceſſarium, vt ponatur locus, & tempus, ſicut in accuſatione; ita vt alias ſit ipſo iure nulla.

Hæc tamen limitando, ſiue declarando, primo dicitur, vt illa expreſſio loci, & temporis, prærequiſita non ſit neceſſaria in inquiſitione generali, Farinac. *dicta quaeſt.* 1. *num.* 16. cum Baldo, Ruino, & aliis atteſtantibus de communi, Monticel. *in pract. crim. dicta reg.* 1. *num.* 3. *&* 4. vbi addit idem procedere ſuper inquiſitione hæreſis, vel læſæ Maieſtatis. Et quod non ſit neceſſaria ea expreſſio, ſtante ſtatuto, derogantibus ſolemnitatibus iuris poſitiui, vel quando proceditur, ſola facti veritate inſpecta, vt exemplificat Menoch. *conſ.* 100. *numer.* 93. *in* 1. *volum.* Cephalus *dicto conſ.* 304. *n.* 112. *lib.* 3. vbi pariter loquitur in iudiciis ſummariis, ad tradita per nos *in cap.* 6. *de iudic. à quaeſt.* 6. 12. *penult. & fin.* in terminis Farinac. *dicta quaeſt.* 1. *num.* 17. Boſſius *dicto tit. de inquiſit. num.* 98. qui & etiam limitant non prærequiri locum, & tempus in delictis, quæ habeant tractum ſucceſſiuum; eo quod ſemper conſtat de delicto. † Et quod concluſio principalis iam adducta ſolum procedat in delictis, quæ temporis momento committuntur, in quibus obliuio loci, & temporis facilis eſt, Bartol. *in dicta l. libellorum ff. hoc tit. num.* 10. *& num.* 16. Bald. *in l. actor in fine Cod. de probation.* cum multis Menoch. *dicto conſ.* 100. *à num.* 89. *lib.* 1. inferens etiam ad crimen hæreſis, & læſæ Maieſtatis, quia hæc delicta ſemper durare intelligantur, Farin. *ſuprà dicto num.* 17. *à verſ.*

Note: margin numbers 8 and 9 in the right column stand beside the lines "Hæc tamen limitando, ſiue declaran-" (8) and "eo quod ſemper conſtat de delicto. † Et quod" (9).

verſ. limita 3. cum Angelo, Purpurato, & Cephalo, *dicto conſ.* 304. *lib.* 3. *num.* 115. Tyberio Decian. cum multis, *conſ.* 18. *à num.*72. *lib.*1. de his requiſitis, & de die, ac anno exprimendis in inſtrumentis, dixi latè, *ſub Rub. de fide inſtrument.* ibi dicta hic valent applicari.

10 Et quamuis nonnulli docent, etiam neceſſum eſſe, vt exprimatur dies commiſſi delicti, verius tamen eſt vt tantum ſit neceſſaria expreſſio temporis, & anni per textum, *in dicta l. libellorum hoc tit.* ibi: *Nec autem diem, & horam mitius comprehendet*, vbi Barthol. Alberic. & alij etiam, *in leg. penult. cod. hoc tit.* ſic Boſſius, *tit. de inquiſit. num.*19. *in fine*, Gigas, *de crimine læſæ Majeſtatis, lib.*2. *titulo qualiter in eo procedatur, quæſt.*3. *num.*2. Anton. Gomez. *dicto cap. de accuſatione, lib.*3. *variar. num.*4. vbi cum pluribus aliis Haillon, nouiſſime. Hanc tamen limitationem non practicari dicunt idem Gomez. cum Barthol. & alis, *in dicta leg. libellorum*. Farinac. *dicta quæſt.*1. *num.*18. & 19. cum Oſaſc. *conſ.*65. *num.*42. concordan-
11 tes adducente † vt ſit neceſſaria diei expreſſio, quando ſcilicet delictum eſſet punibile certa die, aut certa hora; eo quod ratio illius qualitatis diei particolaris, & temporis eſt fundamentum inquiſitionis; item quando ab inquiſito inſtatur appoſitio diei, vt puta, quia velit ſe defendere, & probare tali die ſe alibi fuiſſe, & licet Gomez. contrarium dixerit *num.* 5. ſupra, tamen veriorem eſſe praxim hanc, dicendum eſt cum Barthol. *in l. is qui reus nu.*10. *ff. de public. iudic.* & cum Maranta, *hic qu.*36. cum multis Farinac. *dicta quæſt.* 1. *num.* 20. Maſcardus, *de probat. concluſ.* 512. *num.* 3. *lib.*1. & *concl.*28. *num.* 3. Bertazol. *in conſilio* 367. *num.*5. *lib.*2. *crim.* & videtur ad litteram probari per textum, *in l.*2. §. *ſi quis epheſi ff. de eo*, quod certo loco, vbi Iaſon, *num.*1. *non enim ait conſultus, debet detracto altero loco experiri, ne auferat loci vtilita-*
12 *tem reo.* † Hanc vero vltimam declarationem expreſſionis diei non procedere, ſi calumnioſe à reo petita fuiſſet, Bald. *in l.* 1. *Cod. de re iudicata*, & *in l.*1. §. *editiones. ff. de edendo*; *inſtit. de public. iudic. in principio*, Boſſius, *de inquiſit. num.*92. Gigas, *dicto lib.*1. *de crimine læſæ Maieſt. dicto quæſt.* 3. *num.*4. Farin. *dicta quæſt.*1. *num.*21. & 22. qui & *verſiculo quando calumnioſe petitum dicatur*, concludit, hoc relinqui iudicis arbitrio, inquirendo iudex à reo interrogare priuatim quo die ipſe fuerit abſens, & alia requiſita, quibus cognoſcat; & decernat, num ea defenſio competat illi: ſic cum Saliceto, & Angelo contrarium, *ſupra dicto num.*5. autumat Gomezius, cui adiunges notata ibi *num.*6. ab eius Additionatore, &c.

Ad tertiam quæſtionis partem, quando 13
de alio tempore, & loco probatur; reſpondetur ex proxime dictis, quia ſi neceſſaria eſt loci, & temporis expreſſio, aut diei modo dicto, & per conſequens dicendum eſt per caſus oppoſitos, *ſub quæſtione* 1. *hic*, quod ſi inquiſitio contineat locum, & tempus, & de alio probetur, nequeat ſequi condemnatio, ſed abſolutio: ſic cum antiquis Anton. Gomez. *ſuprà de accuſatione dicto lib.*3. *variar. num.* 2. cui addit Haillon infinitos, & cum pluribus aliis Farin. *dicta quæſt.*1. *in praxi à num.*19. & 39. vbi quod ſi dies neceſſario apponendus eſſet, & de alio probaretur, non inquam inquiſitionem ſuſtineri, & ſi probarentur locus, & tempus, diuerſum tamen, ſic cum multis, quod dare colligitur ex dictis cum diſtinctione, & appoſitione diei, *ſub verſ. & quamuis*; & quia Farin. hanc doctrinam limitat ſeptem modis, illum cum multis leges, *ex num.*31. *ad* 39. veluti quando procederetur, ſola facti veritate inſpecta, & quando in libello adeſſet clauſula *omni meliori modo*. de qua dixi, *ſub Rub. de libelli oblat.* vel ſi delictum probatur ex confeſſione rei, & quando adeſſet clauſula, *non ſe adſtringens*, & quando adeſſet clauſula, *ſuper quibus omnibus, & ſingulis annexis petitis ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari*, de qua etiam, & quid operetur *ſub dicta Rub. de foro comp. quem leges*, etiam ibi, *num.*37. 38. & 39. explicantem † qui & *num.*31. cum 14
Angelo, Anton. Gomez. Scilicet, Barthol. & aliis, dicit illam concluſionem non procedere in delicto iterabili, vt iniuria, furtum, adulterium, & ſimonia; ſecus quando delictum non eſt reiterabile, vt homicidium, quod impoſſibile eſt pluries committi in eandem perſonam; tunc enim dicunt relati, vt valeat ſequi condemnatio, quamuis non probetur locus, & tempus in inquiſitione deductum, & patet, quia in eo vtique conſtare poterit à quo ſit commiſſum, & ſi tutius ſit etiam tempus, & locum, imo, & diem opponi: nam ſi velit reus negatiuam probare vulgo, *laquartada*, poſſit ſe ab inquiſitione excuſare per longe à nobis, *dicta in cap. quoniam de probationibus*, vbi de negatiua.

Ad quartam quæſtionis partem ex dictis ſupra *quæſt.*1. *ſub verſiculo, ad ſecundam*, & aliis ad finem breuiter reſpondetur, vt 15
ibi

ibi nempe, vt ſi inquiſitus, vti principalis probatur eum fuiſſe mandantem, non ſit puniendus, & ſic è contra inquirator, vti mandans non condemnetur, ſi ſolum de conſilio, & inſtigatione probetur vtramque concluſionem, probat Farinac. *dicta quaſt.*1. *ex num.*25. primam cum Claro, *in pract. quaſt.* 31. *verſ. ſuper quibus omnibus*, Monticell. *in praxi crimin. in reg.* qui per alium, *de reg. iuris in* 6. Rolando, Baldo, Felino, & Cephal. *conſ.*14. *num.* 16. *vol.*1. & aliis. Secundam cum eodem Baldo, Marſilio, & aliis ibi *num.* 26. Oſaſcus, *conſ.*64. *num.*42. Cephalus, *conſ.*230. *num.*3. *lib.* 2.

16 Ad quintam quæſtionis partem de inquiſitione propoſita cum aliqua qualitate, reperitis quæ hic dicta ſunt, *in verſ. ad primam*, an ſcilicet inquiſitio debeat continere omnes delicti qualitates, & circunſtantias; iam reſolutiue ad propoſitum dubium reſpondetur per dicta à Farinacio, *dicta quaſt.*1. *à num.*23. vt non ſuſtineatur, ſi illa qualitas non probetur iuxta dicta ibi vſque *ad verſ. ad ſecundam* excluſiue, quare non immoramur.

17 Ad ſextam quæſtionis partem, an pendente iudicio poſſit accuſator ponere qualitatem, quæ aggrauet pœnam, quando in libello poſita non eſt? de qua, quia dixi late, *ſub dicto cap. examinata* 15. *de iudiciis, quaſt.*12. remiſimus te ad ibi dicta, & ad dicta hic *in Rubrica quaſtione* 3. *verſiculo ad aliam num.*21. *&* 22. vbi quid quando accuſatori fuit oblita qualitas aggrauans delictum.

18 Ad vltimam quæſtionis partem, an in inquiſitione formanda requiratur ſolemnitas, quam in accuſatione ius expoſcit? quia hæc difficultas paccata remanet ex dictis hic *in verſiculo ad ſecundam*, & quæ illa requiratur in accuſatione, dictum etiam ſit *in Rub. ſub quaſt.* 2. ideo non eſt alia neceſſaria additio.

QVÆSTIO III.

An iudice interrogante cum iuramento, nulla præcedente infamia, reus teneatur dicere veritatem? Et quomodo fama probetur? An diffamans poſſit à iudice compelli, vt proſequatur accuſationem? An condemnatus ex inquiſitione, ſit infamis? An in omni crimine poſſit procedi per viam inquiſitionis?

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus à iudice cum iuramento de delicto, nulla pracedente infamia, ſatisfacit reſpondendo verbis ambiguis, vt num.* 2.

3 *Fama, vt legitime probetur, qualiter teſtes debeant deponere? & qua alia concurrant? & quo tempore? num.* 4. *vbi de aliis.*

6 *Infamis dicitur condemnatus ex inquiſitione, quando cauſa, ex qua procedit, ſit infamatoria num.*7.

8 *Inquiri poteſt regulariter ſuper omni delicto, & de praxi procedendi per viam inquiſitionis, etiam de iure regio nu.* 9. remiſſiue.

AD primam quæſtionis partem per aſſignata ſopra *in cap. inquiſitionis, cap. qualiter*, 18. & hic *quaſt.*1. facilis erit reſolutio. Et reperitis quæ iam dixi ex addictis, *ſub Rub. & tit. de confeſſis*, *& ſub cap. venerabilis* 6. *de exceptionibus*, vbi de obligatione rei interrogati ad veritatem dicendam, nunc breuiter reſpondetur, quod licet nonnulli exiſtiment, vt poſſit cogi in criminalibus dicere veritatem, ſi interrogetur à iudice, iuris ordine non ſeruato, inter quos Adrian. *in* 4. *quaſt.* de ſigillo confeſſionis, vbi reſtatur hoc ita tenere omnes DD. † Tamen verior eſt in caſu, de quo eſt dubium, vt nec ſub iuramento eam teneatur aperte dicere cum ei ſufficiat, ac liceat ſub verbis ambiguis iudicem fallere; non tamen directo mentiri iuxta plura, quæ dixi *ſub cap. etſi Chriſtus de iuretur. & alibi eo tit.* tenent ex iuris profeſſoribus, Aretinus, & Lucas de Penna, quos referunt, & ſequuntur Sylua, *nupt. lib.*3. *num.*44. vbi *nu.*41. ait quòd reus non tenetur reſpondere, quando nulla præceſſit infamia, ſequitur Ceuallos, *in pract. quaſt.*603. dicens nec in conſulendo, & iudicando ab eo recedi oportere, Nauar. & Sepulueda, quos ſequitur Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*1. *num.*1. Dominicus Soto, qui valde miratus de Adriano, *lib.*5. *de iuſtitia qu.*6. *art.*2. *col. penult.* contra illum reſtatur, ſe nullum vidiſſe contrarium tenentem, niſi eundem Adrianum.

Ad illud, quomodo fama probetur, iuxta textum noſtrum, dictum eſt *ſuprà*, & repetit Riccius, *collect.*1133. *ſuper gloſſam in l. fin. Cod. familia herciſcunda*, ſcilicet, vt debeat

debeat habere originem ab honeſtis, & fide dignis perſonis, & quod non probetur per teſtes ſimpliciter deponentes quem eſſe diffamatum de tali crimine, niſi deponant eſſe diffamatum apud maiorem partem, Balbus *deciſ.* 221. de quo iuxta textum hic dictum eſt *quæſtion.* 1. *à num.* 1. & quia in gloſſa relata habetur, quomodo fama probetur duxi referendum ſequentia; primo, vt teſtis aſſerat ſe à pluribus audiuiſſe, ac nominet ſingulariter aliquas perſonas; ſic vt deponat ſe audiuiſſe à maiori parte populi eius loci, in quo erat fama; de quo faciunt dicta *ſuprà in hoc tit.*

4 Tertiò, vt ipſi teſtes exprimant cauſam, ex qua fama ſit orta, Mynſing. *cent.* 5. obſeruat. 46. & Pegueta *in deciſ.* 17. Quarto vt probetur ante litem motam, Verellus *in deciſ.* 4. *p.* 2. id eſt, quod debet percutere tempus præcedens litem; idem *in deciſ.* 415. *p.* 2. Quinto, vt teſtes ſuper ea deponentes debeant eſſe graues, & quod qualitas iſta debet probari, Magon. *in deciſ. Lucenſ.* 93. alia tradunt de fama generaliter probanda, Oſaſcus *deciſ.* 102. *num.* 17. Rota *in deciſ.* 3. *num.* 12. Capella Tholoſana *in deciſ.* 308. Caſſador. *deciſ.* 3. *de probationibus.*

5 Ad ſecundam, an diffamans poſſit à iudice compelli, vt proſequatur accuſationem? Reſpondebis ex dictis *ſupra in cap. licet hoc tit.* Anton. Gomez. cum multis *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *ex num.* 22. *& ante à n.* 18.

6 Ad tertiam, an condemnatus ex inquiſitione, ſit infamis? negat vt ſit infamis gloſſa *in l. fin. Cod. de ſuſpectis tutoribus*, Gloſſa etiam, *verbo debeat in l.* 3. §. *præterea ff. eodem*, ſic communiter accipitur ſecundum Abbatem *in Rub. de iudic. num.* 5. alij inquam, vt ſunt Bartol. *in l. athletas*, §. *calumniator ff. de his, qui notantur infam. & in l. infamem n.* 7. *ff. de publicis iud.* & communiter accipitur ſecundùm Salicetum *in dicta leg. fin.*

7 & Corneum *conſ.* 42. *volum. colum.* 2. † Sed ſecunda opinio erit verior, quando ſcilicet cauſa, ex qua procedit, ſit infamatoria ex ſua natura *per leg. ictus fuſtium, ff. de his, qui notantur infam.* alias ſecus, vt reſoluunt Ceuallos *in pract. quæſt.* 419. ante eum Guilielmus Benedict. *in cap. Raynucius verbo mortuo itaque teſtatore n.* 246. qui poſuit exemplum in ſententia Pilati lata in Chriſtum Dominum Deum noſtrum.

8 Ad quartam quæſtionis partem, an in omni crimine poſſit procedi per viam inquiſitionis? ad quam poteris reſpondere ex adductis hic *ſub quæſt.* 1. & alibi in aliis iuribus: vnde etſi Bartol. *in l.* 2. §. *publico ff. de adulter.* dicat non poſſe in omni crimine ſic procedi; tamen Albericus *in l. congruit, ff. de officio Præſid.* dicit regulariter per viam inquiſitionis procedi in omni crimine, vt explicat Alciatus *in cap.* 1. *numer.* 12. *de officio ordinar.* Maranta *de ordine iudic.* 6. *p. tit. de inquiſit.* Gregor. *in l.* 1. *tit.* 17. *p.* 3. *& in gloſſa verbo peſquiſſa*, Didacus Perez *in l.* 24. *tit.* 11. *lib.* 4. *ordinam.* refert Ceuallos *in pract. quæſt.* 430. † Et de praxi procedendi 9 iuxta textum noſtrum per viam inquiſitionis, tam de iure ciuili, quam Canonico, & Regio, dicunt Azeued. *in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopil.* Paz. *in praxi* 5. *p. cap.* 1. *num.* 4. de quo eſt videnda *Lex.* 5. *tit.* 7. *part.* 1.

QVÆSTIO IV.

An iudex in eo caſu, quo reſpiciat plenè probatum delictum, teneatur imponere pœnam illius ordinariam? Et an quando eſt plenè probatum, reus poſſit torqueri? Vel an fama publica ſufficiat ad torturam? An detur copia reo accuſato in ſummaria? An officialis temere inquirens, poſſit in expenſis condemnari? Et quæ ſint indicia legitima ad inquiſitionem criminalem contra aliquem inſtituendam? Et an quando quis poteſt accuſare, aut tenetur, debeat accuſationem præcedere correctio fraterna?

SVMMARIVM.

1. *Pœna ordinaria imponi valet à iudice cognoſcente per inquiſitionem, ſi delictum ſit plenè probatum, aut notorium.*
2. *Torqueri non debet reus plenè conuictus, ne detur probationum euacuatio, & iudex aliter faciens, ſyndicari valet, num.* 3.
3. *Tortura inuenta eſt in ſubſidium defectus probationum.*
4. *Tortura per ſolam famam non intelligitur, nec probat confeſſio ſic extorta, niſi cum fama concurrat vilitas perſonæ, aut adſint alia adminicula, num.* 5.
6. *Copia ſummaria ſuper crimina datur, vt ſe defendat, & alleget etiam in crimine nefando, vt num.* 7.
8. *Officialis iniuſte accuſans ſubdit pœnas calumniatoris, qui parti damni reſarcire debet; idem ſi incarceret reum, n.* 9.

10. *Iudex*

10. *Iudex malè inquirens ad damna, & expenſas tenetur, aut ſi malè iudicet, aut condemnet.*

11. *Expenſarum appellatione, quid veniat?* remiſſiuè.

12. *Indicia legitima ad inquirendum ſecundum varios modos dicendi explanantur, qui rem non ſufficiunt, vt num.* 13. 14. & 15.

13. *Indicia ad inquirendum ſecundum Menochium, quæ dicantur? quæ tantum ſint legitima, præcedente diffamatione, & melius ſi interueniant cætera, quæ aſſignant Doctores hic, & n.* 12.

15. *Inquirendi nulla ratio ſufficit, ſi nullus clamor, ad aures iudicis peruenit.*

16. *Accuſatio, vt formetur, num debeat præcedere correctio fraterna?* remiſſiuè.

1 AD primam, ſi probatur delictum plenè, num pœna ordinaria poſſit imponi? quia *ſuprà* de hoc dixi, & in terminis ſcribit cum multis Anton. Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 52. Abbas, & Innocent. *in text. noſtro*, & multi relati per Hayllon. addens ad Gomez. *dicto num.* 52. cum multis affirmantes per textum *in l.* 2. §. 1. *Cod. de abolit. l.* 4. *in fin. Cod. de ſepulchro violato l.* 4. *verſ. mandatis ff. ad leg. Iul. Pecul.* & ſic procedere de iure ciuili; ſecus de iure Canonico per textum notabilem *in cap. inquiſitionis hoc tit.* de quo etiam pœnam ordinariam, etiam imponi poſſe ex Abbate, & Innocentio hic, ſi crimen ſit notorium, aut confeſſum ab inquiſito.

2 Ad ſecundam partem quæſtionis, an poſſit torqueri reus, quando delictum eſt plenè probatum? Et quia *ſuprà in cap. de his* 6. dictum ſit *quæſt.* 2. *verſ. ad ſecundam* de quæſtione, *an tortura purget legitimas probationes*, ſi ideo illa hic ſuppoſita, quia hic aliud diſputatur, num liceat iudici torquere reum legitimis probationibus conuictum? in quo acerrimè negat Anton: Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 10. & alij plures, quos ſequitur Ceuallos *in pract. qu.* 375. quia omiſſa illa diſputatione, num tortus purget legitimas probationes, de quo etiam negant ipſi, & alij multi, etſi cum infinitis dicat eas purgari Farinac. *in praxi q.*40. *ex num.* 6. & *conſ.* 33. *num.* 23. & *conſ.* 43. *in fine*, Sanchez *in conſil. lib.* 6. *cap.* 4. *dubio* 3. Faquin. *lib.* 9. *controuerſ. cap.* 6. itaque in dubio noſtro dicunt communiter reum legitimis probationibus conuictum plenè, non eſſe torquendum, alias poſſe contra iudicem in ſyndicatu procedi, & vt ſoluat parti damnum, & intereſſe *per textum in l. dictum verſ. de quæſtione ff. de quæſt. l. Diuus Pius eodem, l.* 1. *Cod. de turam. calumnia*, & per alia iura multi ex antiquis relatis à Gomezio, etſi fortè torqueatur, non elidi, illas legitimas probationes, nec euacuari docuerunt Villalobos *comm. opinion. verb. torqueri num.* 118. Boërius *deciſ.* 163. *n.* 13. Couarru. *in pract. cap.* 23. *num.* 15. Scaccia *de re iudic. Gloſſa* 14. *quæſt.* 11. *ex num.* 11. Bacard. ad Clarum *quæſt.* 64. *à num.* 116. Auendan. *in diction. verbo tormento*, Paz. *in praxi, tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex num.* 5. & omnes, † quia 3
cum tortura ſolum debeat adhiberi in ſubſidium, non ſtantibus *verſ. liquidis*, & legitimis probationibus; quia ea fuit tantum inuenta in eorum ſubſidium pro eruendo delicto; ſequitur vt eo probato, iam non detur locus torturæ, & quod econtra iudex, quia malè fecit, puniatur; omiſſo hic, vt ſi torqueatur, & neget, an purget, vel non? de quo *ſub dicto cap.* 6. *hoc tit.*

Ad tertiam, an fama publica ſufficiat 4
ad torturam, ſufficere ad inquirendum modo dicto hic *ſub q.* 1. *à n.* 1. patet & regula eſt, eam non ſufficere ad torturam, in tantum dicunt DD. procedere, vt ſi talis tortus per ſolam famam confeſſus eſſet, & in confeſſione perſeueraſſet, non valeat confeſſio, Hypolit. *in pract. crimin.* §. *diligenter, & conſ.* 44. *num.* 1. 16. & 17. hanc concluſionem confirmat *l.* 3. *tit.* 3. *p.* 7. † Vbi caue- 5
tur, quod quando cum fama concurrit, quod reus ſit vilis poteſt torqueri, vt puta, ſi eſſet malæ famæ; ergo illa qualitate deficiente, reuſque fuerit integræ vitæ, è contra videtur tenendum, de facili deueniatur ad torturam. Qua distinctione ſunt intelligendi tenentes poſſe torqueri; etenim eſt neceſſum, vt concurrant indicia alia; & ita contra Gomez. *dicto cap.* 13. *num.* 10. Dueñas *in reg.* 300. *fall.* 4. Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.* 63. *ex num.* 14. & alios plures relatos à Farinac. *quæſt.* 47. *num.* 5. qui *num.* 4. noſtram ſequitur, quam etiam Gratian. *reg.* 389. Morla *in empor. tit.* 11. *q.* 11. *n.* 2. Sanchez *in conſil. lib.* 6. *cap.* 3. *dubio* 15. *n.* 9. Leſſius *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 156. vbi ait, quod fama debet eſſe iuncta cum aliis adminiculis, vt ſufficiat ad torturam; prout etiam probant Farinac. *ſuprà*, Hayllon. *ad Gomez. dicto cap.* 13. *lib.* 3. *var. num.* 10. cum Claro, & Queuedo *de tortur.* 1. *p. c.* 6. *num.* 3. aliquas limitationes, ſcilicet 5. poſuit Petr. Dueñas *reg.* 301. & regulam deſcribit Bernard. Diez. de Luco, vbi Salcedo *in reg.* 333. & Bart. *conſ.* 191. *lib.* 1. reliquit hoc arbitrio iudicis, an fama ſola ſit indicium necne? idem Dueñas. *reg.* 296.

cum

cum ſequentibus, benè Crauera, *de antiquit. tempor.* 1. *p.* §. *viſo per totum*, *fol.*73. & alij infiniti.

6 Ad quartam, an detur copia reo in ſummaria accuſatum? breuiter etiam reſpondetur, Gutierr. *allegat.* 13. affirmat reo dandam eſſe copiam ſummarie, vt poſſit reſpondere, vel ſe defendere, & allegare contra perſonas, & dicta teſtium: ſic per textum noſtrum, *in verſic. debet igitur*, vbi DD. Anania, *num.*4. Felin. 17. Maranta, *de ordine iudicior. p.*6. *in princ. num.*10. idemque procedere de ſummaria facta per inquiſitionem, & copiam totius proceſſus, antequam compellat ipſum inquiſitioni reſpondere *ex textu hic in verſiculo igitur*, & hoc quandocumque reo poſtulante, vt *in l. vnius* §. *cogniturum ff. de quæſtion.* de quo videtur lex expreſſa, *in l.* 11. *tit.*17. *p.*3. vbi Gregor. & magis expreſſe lex 4. *tit.*1. *lib.*8. *recopil.* videndæ omnino, ob quod non im-
7 moramur. † Et in tantum procedere ait Gutierrez, vt procedat etiam in crimine nefando, quod eſt contra naturam: ſic etiam probans per *leg. vnicam tit.*21. *lib.*8. *Recopil.* carpens nonnullos iudices, & aſſeſſores id practicare nolentes.

8 Ad quintam quæſtionis partem, an officialis temerè inquirens, poſſit in expenſis condemnari? & quia difficultas ſatis diſcutitur à Valenzuela Velazquez, *conſ.*50. vbi cum pluribus ego reſolutiue dico cum eo, quòd officialis accuſans iniuſtè ſubit pœnas calumniatoris, partique damna reſarcire debeat, per textum, *in l.*1. § *calumniari*, *ff. ad Senat. conſult. Turpil. l. non ignoret. Cod. de fructib. & lit. expenſ.* ſic cum Muta, Hypolito, Grato, Mandelo, & aliis, & Balbus,
9 *deciſ.*386. † ait quod officialis, qui indebite proceſſit ad incarcerationem, tenetur ad damna, & expenſas, & intereſſe *ex l. nec Magiſtratus ff. de iniuriis*, Gloſſa *in l.* 2. §. *fin. ff. ſi quis caut. l. quemadmodum*, §. *Magiſtratus ff. ad leg. Aquil.* Grammat. *deciſ.*40. *num.*12. & 13. alia plura adducit Valenz.
10 † Et quod ſimiliter iudex male inquirens ad intereſſe, & expenſas tenetur, Gloſſa, *vltim. in l. fin. tit.*7. *p.*3. Paris de Put. *tract. de Syndicatu*, *verbo captura cap.*2. *num.*5. Azeuedus, *in l.* 14. *tit.*9. *lib.*3. *recopil. num.*11. & facit textus, *in l. ſeueriter in fine. Cod. de excuſationibus tutor.* & idem ſi male iudicet, & condemnet, *l. ſi iudex ff. de variis, & extraordinariis cognit. cap. ſacro* §. *cumque de ſent. excommunic.* Grammat. *deciſ.* 39. & Clarus, *lib.*5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 7. *num. fin.*
11 idem dicentes de malè denunciante. † Et addit Valenzuela appellatione expenſarum venire quod dicit lex *eum quem temere*, *ff. de iudiciis*, de quibus latè dixi, *ſub cap. finem litibus de dolo*, & quod dicta expenſarum taxatio poteſt fieri abſque partis citatione, quæ nec ſuſpenditur prætextu appellationis; item & quod iudices appellationis eam poſſunt facere, *num.*8. 9. 14. & 15.

Ad ſextam quæſtionis partem, quæ ſint 12
legitima indicia ad inquiſitionem ſpecialem de crimine contra aliquem inſtituendam, adiectis hic quæ latiſſime dixit Farin. *tota quæſt.* 40. *in praxi de indiciis*, vbi de differentia præſumptionis, argumenti ſuſpiciones, &c. De quibus, etſi non ita latè dixi nullo omiſſo, *ſub Rub. & titulo de præſ.* ideo iam nunc in propoſito, & ſi hanc diſputationem grauiſſimam appellent nonnulli, quorum aliqui dixerunt iudici verè, vel præſumptiuè conſtare oportere eum deliquiſſe, de quo inquiritur; Angelus, *de maleſic. in verſic. hæc eſt quædam inquiſitio*, §. 2. & alij ſufficere leuia indicia ſcripſerint, ſeu leuiora, quam ad torturam, Brunus, *de indiciis*, 2. *p. quæſt.*6. *num.*4. Boſſius, *de inquiſit. num.*61. & alij inquam vt indicia, quæ ſufficiunt ad capturam, multo magis ſufficiant ad inquiſitionem, Contrad. Lancelot. *in pract. crimin. tit. de inquiſit. num.*34. Aliique docuerint eadem indicia requiri, quæ ad torturam requiruntur, Clarus, §. 20. *verſ. ad formandam*: & Farinacius poſtremo, *de inquiſitione quæſt.*1. *poſt num.*45. *verſ. propterea crederem*, cenſeat remittendum hoc fore iudicis arbitrio. Omnia hæc, & alia cum infinitis congerit Farinac. omnino legendus ad diuerſos dicendi modos, *quæſt.* 1. *ex num.*45. *in praxi ad num.*49. vbi *ex num* 46. ponit aduertentias quatuor cum Deciano, Maſcardo, Rolando, Decio, Socino, Baco, Conrado, & aliis, & Felino, *in cap. cum dilecti* 14. *hoc titulo.* † Et poſt aliquos Menochius enu- 13
merauerit, *lib.*1. *præſ.*88. inter indicia ad inquiſitionem, famam, grauem inimicitiam, fugam, teſtimonium, ſocij criminis, aſſertionem offenſi in articulo mortis, & denunciationem publici officialis, exiſtimamus non poſſe fieri inquiſitionem ſpecialem de aliquo delicto, niſi præcedente legitima diffamatione ex textu noſtro, & ex dictis *quæſt.* 1. hic, & *ſub cap. inquiſitionis*: quare cum quæritur quæ indicia ſunt legitima, ex quibus inquiſitio formari poſſit, reſpondendum eſſe arbitramur ex ibi dictis, & *in tit. noſtro*, diffamationem ſcilicet, legitimum eſſe indicium, non quia ſi modo diffamatio præcedat cætera

14 indicia, & augmenta nihil valeant † Sed quia ſi legitima non præcedat diffamatio, non poteſt de iure inquiſitio formari: tamen ſi alia ſint indicia, & probationes delicti commiſſi (excepta confeſſione rei, quæ nunquam poteſt impugnari ex *cap.* 1. *hoc titulo lib.6.*) & ob id determinate requiri dico, vt indicia ſint orta à fama publica, qua reus laborauerit circa crimen, quod inquiritur, ad hoc, vt alij de ipſo interrogari poſſint, an delictum commiſerit: ita cum Patre de Valencia, *in* 3. *tomo, diſp.6. quæſt.*13. *puncto* 4. vbi multa de hac materia præclare diſputans Nauarrus, *ad Rub. de iudiciis, num.*70. Fachineus, *lib.* 9. *controuerſ. cap.*15. qui dicit nullam ex opinionibus relatis habere fundamentum in iure: ſic probans ex textu, *in dicto cap. inquiſitionis* 21 *hoc titulo in verſ. tertia dubitationis*, cuius verba ſunt clara, deducens euidentiſſimam rationem ex textu noſtro: nam cum obiici poſſit aduerſus iudicem inquirentem, eundem eſſe, non poſſe accuſatorem, & iudicem, ſed vt hic, iam eſt probatum; videri tamen iudicem fungi vice accuſatoris, dum inquirit delictum, ſanctum Pontificem declarando, quomodo hoc intelligatur in verbis ſequentibus: *non tanquam idem ſit accuſator, & iudex, ſed quaſi denunciante fama, vel deferente clamore officij ſui, debitum exequatur.*

15 Ex quibus verbis ſatis clare conſtat, quod ſi nulla fama iudici denunciet maleficium, ſi nullus clamor ad aures eius peruenerit, nulla ſit iuſta inquirendi cauſa, nullaque ratio eum defendere valeat, quo minus iudicis, & accuſatoris officio perfungatur. Ergo concludimus benè ex dictis, *ſub dicta quæſt.*1. *à num.*1. *hic*; & ex verbis primis noſtri textus neceſſariam eſſe diffamationem, *non quidem à maleuolis, & à maledicis, ſed à probis, & honeſtis*, vt hic Pontifex monet. Et quamuis *ſuprà* dictum ſit, non reclamante reo, inquiſitionem factam valere, omiſſa diffamatione, dictumque ſit poſſe reum interrogari à iudice, an delictum commiſerit, ſi grauibus indiciis, argumentis, vel ſemiplena probatione eſt ſuſpectus ex his, quæ tradit ſanct. Thomas, 2. 2. *quæſtione* 69. *art.* 2. ſed non inde inferri poſſe inquiſitionem ex dictis indiciis formari valere, vt cum Fachineo, Nauarro, & adductis probatum relinquitur.

16 Ad vltimam quæſtionis partem, an quando quis poteſt, vel tenetur, accuſare debeat præcedere accuſationem correctio fraterna? quia ſic hæc inquiſitio poteſt accommodari per verba finalia textus noſtri, *in verſ. ſicut*, vbi ſit mentio de accuſatione, inquiſitione, & de charitatiua monitione, & longe iam dictum ſit de hac *in cap. nouit. de iudiciis quæſt.*42. ideo non amplius diſcutimos. Et cum his vltimam manum impoſuimus textui noſtro die feſto ſanctiſſimæ Trinitatis anni 1665. vtinam in eius laudem.

AD TEXTVM

In Cap. Sicut olim, XXV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopi, Metropolitani, quam poteſtatem habeant?* remiſſiue.

2 *Concilium prouinciale, quando valeat? & quibus fieri?* remiſſiue.

3 *Archiepiſcopi inuiſendo per ſe, aut viſitatores corrigere valent exceſſus prouinciæ, etiam ſi non appareat de exceſſibus ſuffraganeorum, vt num.*5.

4 *Archiepiſcopus ſolus nequit condere ſtatuta totam prouinciam obligantia.*

1 IN textu noſtro poſſet commodè tractari de poteſtate, quam habent Archiepiſcopi, iudiceſque eorum Metropolitani circa Diœceſes ſuffraganeorum Epiſcoporum, ſed quia de iſtis longè dictum à nobis eſt *ſub Rub. de officio Archipresbit. quæſt.* 3. vbi etiam de Epiſcupo; item quatenus ad iuriſdictionalia tangit in ſuffraganeos, & eorum ſubditos diximus etiam, *in cap.*1. *quæſt.* 3. *à num.*5. *de foro compet.* in quibus ſcilicet caſibus, non obſtante prima Epiſcoporum inſtantia iuxta Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 20. de qua prima inſtantia, præter dicta ibi *in eo tit.* plura congeſta à nobis ſunt *ſub cap. venerabilis* 20. *de iudiciis*, ideo ad dicta in relatis locis recurres, & ad notata, *in cap. duo* 9. *cap. paſtoralis* 11. *de officio iudicis ordinarij*, & quod per appellationem Archiepiſcopus ſit iudex legitimus de cauſis ſubditorum ſuffraganeorum Epiſcoporum, patet ex dictis locis, propter quod poſſunt hic applicari quæ etiam longiſſime ſcripſimus, *in cap.* 7. *de appell.* vbi an omiſſo

omiſſo medio, ad alium ſuperiotem, ſeu ad Papam detur appellatio? Et applicabis quæ de materia ad hunc textum ſcribit Azor. *lib. 3. inſtit. mor. tom. 2. cap. 47.* quem leges.

2 Et quantum ad verba prima, & *ibi in verſ. diligentem habeant*, quibus Pontifex demonſtrat facultatem Archiepiſcopis competentem congregandi Concilium, cuius conſtitutiones deſeruiant pro reformandis moribus totius Prouinciæ, poterunt hic adiungi nonnulla, quæ dicta ſunt *ſuprà ſub cap. 1. de iudic.* vbi quod Concilium, de quo ibi, aut fuit nationale, aut prouinciale, vbi ſub *quæſt. 4.* quæ ſint Concilia generalia, de quibus, & ſub quibus temporibus nouiſſimè, & latè tradit Proſperus Farinac. *in cap. firmiter de ſumma Trinit. & fide Cathol. & ibi quæſt. 2.* quæ ſe proportionaliter inhærent. litteræ *noſtri textus*, vbi de ea, *Concilium quando congregandum? & qui ſint vocandi?* & ad alias vſque ad *quæſt. 9.* vbi, *diſputando, an conſtitutio illius textus fuerit Pontificalis, aut Conciliaris*, & vt ibi etiam *quæſt. 1. Concilium illud fuiſſe nationale, ſeu prouinciale*, vbi leges, & proprius ibi *quæſt. 2. ſub num. 1. & 2.* vbi, *quando congregetur Concilium Archiepiſcopale, ſeu prouinciale*, vbi de eius poteſt. & quia Pater Thomas Sanchez latè ſcribit de regulis ad cognoſcendum, quando conſtitutio dicatur conciliaris, & quando Pontificia; ideo videbis illum *lib. 8. de matrim. diſp. 5. à num. 6.*

3 Et quatenus congregatio Concilij pro corrigendis, ſeu reformandis moribus fiat, qui per viſitatores nominati erunt inquirendi; ideo videtur recurrendum ad ea, quæ ſæpius repetuntur *in dicto titulo de officio ordinarij*, & ibi *in cap. inter cætera:* nam quæ, Epiſcopi peragunt per ſe, aut eius viſitatores, Diæceſim inuiſendo, & in eo de ſubditis inquirendo, faciunt latiſſimam Doctrinam ad diſputandum de hoc textu, & quæ etiam ſcribunt DD. de Conciliis ſynodalibus, quæ debeant interuenire, & de exequendis pœnis, ſub quibus quæque delicta minantur plecti, de quibus alibi etiam, & alibi quid ſub *dicta quæſt. 2. n. 2. in dicto cap 1. de iudic.* itaque de iſtis notatur *in cap. aliis* ſingulis *diſt. 18. & cap. quando 18. quæſt. 2. & in dicto num. 1. dict. cap. 1.* dicitur de forma in conuocando ad illa de prouincialibus, inquam latè loquitur tota dicta diſtinctio 18 ad quam recurres.

4 Et *in verſ. Canonicas regulas*, quia idem Sanchez *de matrim. diſput. 17. num. 36.* Barboſa cum eo hic per hæc verba dicunt, vt Archiepiſcopus ſolus careat poteſtate condendi ſtatuta, totam prouinciam obligantia; ideo commodè venit hic innectendum à nobis dictum *ſub Rub. de conſtit. ſub qu. 11. & ante quæſt. 9. & quæſt. 10.* ibi: *An Archiepiſcopi, Cardinales, Primates; item & Epiſcopi habeant facultatem condendi leges, & conſtitutiones obligantes ſubditos totius territorij, quod quilibet habuerit.*

Et *ad verſ. per ſingulas Diæceſes ſtatuant,* 5
dicendo Barboſa hic cum Cauedo *num. 4. ex Trident. cap. 3. de reformat. ſeſſ. 24.* poſſe hodie Archiepiſcopum viſitare prouinciam, & inquirere de criminibus, etiam ſi non appareat de negligentia ſuffraganeorum; etſi verum hoc ſit quantum ad viſitandum, tamen quoad iudicandum non niſi per appellationem, aut per negligentiam, vt inſinuatur *in dicto cap. 1. de foro comp. ſub dicta quæſt. 3. à num. 3. & 5. argum.* eorum quæ dicta ſunt ſub *cap. qualiter 17. de iudiciis*, vbi de requiſita negligentia, vt incompetentia iudicis, tollatur alterius.

In Gloſſa *ſtatuant* ibi: *Moderatos tamen* 6
ſumptus, dicit Barboſa *in fin.* cum Surdo *de alimentis tit. 1. quæſt. 64. num. 18.* quod teſtes ſyndicales, qui de ordine Epiſcopi viſitant Diæceſim, aluntur ab Eccleſiis viſitatis, concernunt quæ de iſtis procuris dicuntur *ſub tit. de cenſibus*, & quæ nos ſcripſimus *in libro de Epiſcopo, aut capitulo in ſede vacante, aut plena*, vbi neceſſaria cætera DD. ponunt *ſub dicto cap. inter cætera de officio ordinarij.*

AD TEXTVM

In Cap. Olim, XXVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2. *Cenſuræ latæ ab Abbate, litè pendente, remiſſiuè.*
3. De plano *procedere explicatur, cum ſummariè proceditur.*
4. *Iuramenta de tacenda veritate, iniqua videntur.*

QVA plenè dictum eſt *ſuprà* de 1
Monacho Abbatem accuſante, & quod accipit expenſas de bonis Monaſterij, ac de aliis *ſub cap. ex parte 11. hoc tit.* de quo etiam textus noſter; ideo non inſiſtimus in hac parte.

1 Et ad illam principalem de reuocandis cenſuris latis ab Abbate, pendente contra eum lite, applicari veniunt dicta latè *in cap. paſtoralis* §. *verum de appell. & quæ* adduxi *ſub tit. ne aliquid innouetur, lite pendente, & ſub tit. nec ſede vacante, & alibi*; & ſic etiam in *verſ. reſtitutis* poterit applicari attentatorum materia coniuncto *verſ. poſt inceptum negotium*, de qua *in cap. 1. & latiſſimè in cap. bonæ 51. de appellat.*

3 Et ibi *in negotio de plano, & abſque iudiciorum ſtrepitu*, iſte modus procedendi ſummarius ſatis indicitur; imo tractatur à nobis *ſub cap. dilecti de iudiciis quæſt. pen. & fin.*

4 Et ibi *inquiras quæ circa obſeruantias regulares, &c.* ad textum *in cap. inter cætera de officio ordinary*; item ad notata *hoc tit. ſuprà ſub cap. qualiter 24. in fine.*

5 Et ibi *iuramentis, ſi quæ de tacenda veritate, Abbas extorſerit relaxatis*, applicando etiam quæ latè de relaxatione iuramenti dictum eſt *ſub cap. 1. de iureiur.* & quia talia iuramenta de tacenda veritate videntur iniqua, benè applicantur quæ de illicitis iuramentis non obſeruandis abundè dictum eſt *in cap. querelam, in cap. cum quidam 12. §. illi, & in cap. quemadmodum, & cap. etſi Chriſtus*, cum aliis *de iureiur.* vbi & de non obſeruando iuramento à Monachis præſtito iuxta textum *in cap. ſicut 13. eodem tit.* comminando illum cum *text. in cap. ex reſcripto 9.* ibi, & cum aliis.

6 Et ibi *prouiſo, vt Monachi præfati negotio, ipſo pendente illi obediant*, ſatis de ratione dictum eſt *ſub dicto cap. ex parte 11.* vbi de aliis ad hunc textum.

7 Et *in verſ. ſi verò teſtes contra eundem Abbatem producti fuerint, dictorum ipſorum copiam ei dari faciatis*: ad hæc verba præter dicta *ſub titul. de teſtibus* latiſſimè ſatisfit per tradita *ſuprà dicto cap. qualiter 24. in principio.*

AD TEXTVM
In Cap. Prælatorum, XXVII. & fine hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopi nequeunt bona Epiſcopatus dilapidare, vendere, & alienare.*

Textus iſte cum pertineat ad prohibitionem, quam contra ſe ipſos habent Epiſcopi, ac cæteri Prælati alienandi, vendendi, enfeudandi, & alio quolibet modo dandi bona ſuorum Epiſcopatuum, ea dilapidando, ac prodige abſumendo, abunde faciunt ſcripta per DD. *ſub tit. de emptione, & venditione, de rebus Eccleſiæ alien. vel non, de donation. & aliis*: accommodando hic plura, quæ notantur de dilapidantibus *ſuprà in cap. per veſtras de donation. inter.* item, & alia, quæ de prodigis dicta ſunt *ſub cap. veritatis de dolo, & contum. quæſt. 4. 5. & 6.* 2 1

Vbi *quæſt. 3. de illa*, quæ & propria textus noſtri: *An Epiſcopus dilapidans bona Eccleſiæ, quaſi prodigus, careat ipſo iure eorum adminiſtratione?*

Et *in verſ. idem Epiſcopo terminum aſſignantes, quod noſtro conſpectui repræſentet, &c.* hic applicari valet quæſtio, de qua *in cap. cum dilecti 6. de dolo, & contumacia q. 1. an obligatus ad comparendum in termino, eo tranſacto, teneatur nihilominus comparere?* 3

AD TITVLVM
DE CALVMNIATORIBVS.
AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Delatoribus antiquitus præmia dabantur. Et quare poſtea odio habiti, & num.5.*

2 Calumniari *refertur ad falſam criminis delationem, & ad quemque litigatorem, qui non debita petit.*

3 Deferendi *verbum, præcipue ad criminales cauſas pertinet.*

4 *Delator quis propriè dicebatur calumnioſus.*

6 *Delatores à crudelioribus Principibus præmio fuerunt affecti; ſub optimis verò Principibus potius ſupplicio, qui & aliis nominibus fuerunt ſignificati, vt* curioſi, frumentarij, irenarchæ, indices, & quadruplatores, *vt num.7.*

8 *Delatores, vt calumnia effugiatur, qua temperantia permiſſi? & num.9.*

9 *Fiſcalis, niſi delatore præcedente, ad accuſationem non proſilit.*

10 *Calumniatoris, & Delatoris differentia, quæ voces aliquando confunduntur, vt num 11. & 12.*

12 *Calumniatorum nomen ſicut, & delatorum fuit odioſum, & nu.13.*

13 *Calumniari etiam ad falſas criminum delationes refertur, & cum de re pecuniaria falſa lites intenduntur.*

14 Calumniator *à verbo* caluo *Græco, quod eſt idem, ac* fruſtrari, & illudere.

15 Inſtigator *quis, & qua pœna puniatur? ex Turpilliano; & idem reputatur, ac calumniator, num.16. 17. 18. 19. & num.20. vbi qui, &* ſolicitator *dicitur calumnioſus.*

20 *Iudex non puniens inſtigatorem punitur.*

21 *Inſtigator, ſiue accuſator, qui tenetur ad expenſas nequit declinare iuriſdictionem coram quo de accuſatione fuit litigatum.*

22 *Explorator vulgo* eſpia, *ſponte deferendo delicta plectitur, niſi faciat ex neceſſitate officij.*

23 *Delationis, & accuſationis effectus idem eſt quoad delicti punitionem, vide num. 25.*

24 *Delatores dicuntur qui ſecreto accedunt ad auriculam iudicis, & diffamant; alias dicti* ſuſurrones.

IVRA, quæ continentur ſub 1
hac Rubrica, & titulo, etſi prop-
ter eorum caſus ſpeciales ali-
quantulum diuerſitatem conti-
neant ab inſtituto Rubricæ: Tamen quia
ſubincludunt calumniam accuſationis, ſi-
ue denunciationis, de qua ibi falſi delato-
ris, ſiue accuſatoris calumnioſe, quæ eſt
propria tituli totius, hic peragi valet, &
quia *ſupra ſub Rubrica de iuramento, calum-
niæ*, nonnulla à nobis dicta ſunt, non
ſpernenda, legenda ibi *à num.*1. vbi *num.*4.
& 5. cum aliis, vbi quod dabantur præ-
mia antiquitus delatoribus, oe crimioa
manerent impunita & quare poſtea ad-
uerſus calumniatores fuerunt pænæ intro-
ductæ.

Et qnod ealumniari refertur ad falſam 2
criminis delationem, & ad improbum
quemque litigatorem, qui non debitè pe-
tit, & qui temere alicui controuerſiam mo-
uet, & *num.*8. quod calumniatores, & de-
latores bonis principibus odio habiti ſunt,
& quod *calumniandi*, vt ibi, *num.* 7. etiam
ad eriminales cauſas pertinet † ſicut *de-* 3
ferendi, verbnm ad capitalia iudicia, vbi
etiam *num.* 6. quid ſibi velint calumnia-
tor, & calumnia, iam nunc his præmiſſis
iterum ad propoſitum, etſi aliqna refrica-
tiooe delatorum, ac calumniatorum, &
de eorum materia, & punitione agemus,
& qualiter delzror non probans, ac ca-
lumniator parificentur, atque puniantur
falſa crimina aliis imponentes; & num
differat ab iſtis inſtigator? ſiue explora-
tor falſus?

Delator igitur dicebatur Ille, qui occul- 4
te clam, & maligne ob præmium, vel
aliam cauſam crimina commiſſa Principi-
bus denuntiabat multoties calumnioſe, &
ob inuidiam magis quam, ſi ſibi, aut Rei-
publicæ prodeſſet, *cap. delatori* 5. *quæſt.6.
iuncta l.* 4. *ff. hoc tit. leg. noſtris Codice eodem*

de calumniatoribus, & quod *deferre* idem ſit,
ac denunciare fiſco bona eſſe vacantia,
aut caduca, vel delictum denunciare, &
accuſare reum de crimine iuxta relata, *tit.
præced.* docent poſt Accurſ. *in Rub. de delator.*
Valenz. *num.*2. Rebuf. *in l. delata hæreditas
verſ. inſuper, ff. de verb. ſignif.* Schar. Calui,
& cæteri, *verbo deferre*, Decian. *lib.*3. *crimin.
cap.*2. *à num.*1. Petr. Gregor. *lib.* 32. *ſyntagm.
cap.*4. *num.*1. Peregrin. *de iure fiſci lib.* 2. *ti-
tulo* 1. *num.*1. Beroal, *ad Sueton. in Iulio cap.*30.
& in Auguſto, *cap.*10. probat textus, *in l.*4.
Cod. ad leg. Iul. Repetund. l. cum Patronum 10.
ff. de iure patron. l. deferre 18. *per tot. tit. ff.
de iure fiſci, leg. hi tamen* 12. *§. fin. ff. de*
5 *accuſ.* † & poſtquam delatores in princi-
pio permiſſi fuerunt inde ſolum, & poſt
adeo ceperunt eſſe execrabiles, & eo-
rum nomen odioſum, vt Conſtantin. Im-
perator, *in l. Cod. Theodoſ. de petitione, &
vltro datis*, vnum maximum humanæ vitæ,
malum dixerit, adeoque turpe, vt iniuria-
rum teneatur, qui alium delatorem appel-
lauerit: nam & famoſi ex delatione nota-
bantur, *l.*1. *in princ. ff. de iure fiſci*, *l.* 3. *ff.
hoc tit. de delatoribus.*

6 Et quamuis à crudelioribus Principibus
Tiberio Nerone, Domitiano præmio fue-
rint affecti, vt teſtatur Cornel. Tacit. *lib.*4.
*annal. ſic delatores genus hominum publico exi-
tio repertum, & pœnis quidem numquam ſatis
coercitum per præmia eliciebantur.* Tamen ſub
optimis Principibus non ſic, imo ſupplicio,
vt legitur apud Capitolin. Pertinacem de-
latores vinctos, grauiter punire iuſſiſſe, ſi
probarem delato pecuniæ præmio infames
demiſiſſe, & quantum odij in ſe concita-
rent delatores; probant voces Senatus Ro-
mani Imperatorem acclamantes, quas de-
ſcribit Lamprid. in Commodo, ibi: *nunc
ſecuri ſumus delatoribus, metum ſalui ſimus, de-
latores de Senatu, delatoribus fuſtem, te ſaluo de-
latores ad Leonem, te imperante, delatoribus fu-
ſtem*, & ex antiquitate, plura referens ex
bonis authoribus, & Poëtis nouiſſime D.
Franc. de Amaya, *in Rub. & tit. Codice de
delatorib. lib.*10. ex illis referens copiam ni-
miam fuiſſe delatorum, qui diuerſis pœ-
nis fuerunt affecti ex multis etiam anti-
quitatis, quos refert ibi, *num.*5. *&* 6. quod
7 eorum nomen fuit nimis odioſum. † Et
ob id alio nomine nuncupati, nam *curioſi*
dici ceperunt, qui crimina iudicibus nun-
ciabant, *l.* 1. *Cod. de curioſis*, *l. non patimur
Cod. de curſu publico*, vt notat Petr. Gregor.
*dicto lib.*32. *Syntagmat. cap.*4. *num.*2. de qui-
bus ipſe Amaya, *in dicto tit. de curioſis.*
Item & *frumentary*, quorum nomen, vt
exiſtimarunt Spartian. D. Hieronym. Ba-
ron. Balenger, & alij relati ab Amaya,
*num.*8. eſſe deductum à militibus, qui ad
perquirenda frumenta mittebantur; ob id-
que dicerentur frumentarij, quia inueſti-
gabant, quæ in ciuitatibus, aut prouinciis
fierent. *Irenarchæ*, etiam dicebantur, vt *in
tit. Cod. illo tit.* vbi qui illi ſint, latè idem
Amaya. Item quod dicti fuerunt *indices*,
qui facinoris cuius ſunt conſcij, latebras
indicant, *leg. indicaſſe*, 197. *ff. de verb.
ſignificat.* item & *quadruplatores*, quorum
officium ſcribunt auctores antiqui relati
ab Amaya, *in dicta Rub. num.*11. vt ſic his
nominibus honeſtius delatorum nimis
odioſum nomen obumbraretur.

Itaque adeo iam obnoxium nomen re- 8
putatum delatorum, quod à plurimis Prin-
cipibus exilio, deportatione, infamia, va-
riiſque aliis pœnis fuerunt coerciti, vt re-
ſtringeretur eorum licentia ad certum de-
lationis modum; vt ſic malitiis occurrere-
tur, & ne formidine pœnæ deficerent de-
latores, qui vere crimina detegerent alio-
rum permitterentur, ſi alias prohibiti non
eſſent, vt ſerui, mulieres, & alij, qui con-
numerantur, *in l.* 2. *§. Imperator* 6. *l. deferre*,
8. *ff. de iure fiſci*: cum multis Farinac. *in
praxi tomo* 1. *quæſt.*12. *ex num.*8. Valençue-
la, *in dicto titulo Cod. de delator.* Peregrin.
de iure fiſci, lib. 2. *tit.*1. *num.*2. Abſaro, *de
officio fiſcal. quæſt.*12. *à num.*8. quod bene
declarat, vt effugiatur calumnioſa, atque
doloſa delatio † de iure noſtro Regio, *lex.* 9
3. *tit.*13. *lib.*2. *recop.* qua cauetur, ne ſcili-
cet Regius Fiſcalis, non præcedente dela-
tore, ad accuſationem proſiliat, & vt de-
lator apud Tabellionem proponat delatio-
nem, ne eam poſſit negare, & ſi eam non
probat pœnis, quæ à iure ſtatuuntur,
coerceatur, *ex leg.*5. *dicto titulo* 13. de qui-
bus *infrà*, alia de delatoribus apud prædictos
requiras.

Calumniator, de quo noſter titulus in- 10
ſcribitur, potius videbatur dici debere de-
lator, & quod illa voce de calumniatori-
bus titulus noſter deſcriberetur; eo quod
in toto hoc *lib.*5. *decretalium* ſolum agatur
de delictis, & eorum punitione crimina-
li: quare cum inter differentias delatoris,
& calumniatoris ea nempe etiam ſit, quod
deferendi, verbum ad criminales accuſa-
tiones calumniatoris, ad pecuniarias, vt
quaſi probari videtur de calumniatore, *in
dicto tit. ſupra de iuram. calumniæ*, vbi late
dictum eſt in quibus caſibus iuramentum
de quo ibi calumniæ, ſit neceſſarium, vt
ſignificatur apud Sueton. in Caligula,
cap.

cap. 15. in illis veibis: *libellum de ſalute ſua
oblatum non recepit contendens nihil ſibi admiſ-
ſum cur cuiquam iuſſus eſſet; negauitque ſe de-
latoribus aures habere*: item ex *Tacito*, *vt re-
fert cum aliis in antiquitate* Anton. Pichard.
in principio inſtit. de pœna temere litig.
11 † qui eſt *num.* 13. hanc differentiam po-
ſuerit: tamen quia ſi *calumniandi* verbum,
etiam ad criminales cauſas, & publica
iudicia extenderetur, vt probat textus *in
l.* 1. *ff. ad Turpilian.* etſi pleruṁque ad pe-
cuniarias pertineret, ſicut dictum defe-
rendi verbum ad criminales cauſas, & ac-
cuſationes.

12 Quare cum promiſcua hæc nomina *de-
lator*, & *calumniator* videantur, ideo etiam
calumniatorum nomen, ſicut & delato-
rum fuit odioſum maximè bonis Principi-
bus, vel iis, qui boni videri voluerunt odio
fuiſſe genus hominum, vt Tacitus ſcribit
publica exitione plecti, & pœnis legum,
non ſatis coërcitum, qui vt Reipublicæ
maximè exitiales & execrabiles pœnis om-
nibus deterruiſſe; aliaque poſtea dicuntur;
& ſic videntur promiſcui delatores & ca-
13 lumniatores. † Cum calumniari ad falſas
criminum delationes referatur *in dicta l.* 1.
§. 1. *ff. ad Turpill.* cum & etiam calumnia-
torum appellatione apud bonos autbores
illi ſignificantur, qui falſas de re pecunia-
ria lites intendunt; eos autem qui crimi-
naliter falſo accuſant, delatorum nomine
exprimunt, vt ex Suetonio iam dictum eſt;
& ob hæc non minus propriè etiam im-
probum quemque litigatorem, & qui non
debitum petit, temereque alicui contro-
uerſiam mouet, calumniatorem appellari;
ſicut ex *l. ſi per alium* 5. §. 1. *ff. ne quis qui in
ius, l. cui neceſſitas* 39. §. 1. *ff. de liber. cauſa, l.* 4.
§. *calumniator l. non alias* 19. *ff. de his, qui
not. infam. l.* 1. §. *ſed & ſi quis ff. de vent. in
poſſeſſ. mit. & ex tit. de calumniat.* Vbeſem-
bech. *in Rub. hoc tit. nonnulla*, Barboſa, *in cap.
fin. hic* cum aliis.

14 Et benè de vtroque patet, de delatore
iam *ſuprà ex num.* 1. de calumniatore, quia
cum iſte dicatur à *Caluo* verbo antiquo,
quod eſt idem, quod *fruſtrari*, & *eludere
ex l. ſi caluitur* 233. *ff. de verb. ſignificat.* &
inde dicti calumniatores qui per fraudem,
& fruſtrationem alios vexarent litibus, *dict.
l. ſi caluitur*, quod vt dictum eſt propriè fa-
cere illi videntur, qui pecuniariis cauſis
lites ærarij mouebant, vel alterius vexan-
di *ex l.* 1. *ff. hoc tit.* Pichardus *ſupra ex n.* 10.
id colligens ex Suetonio in Domitiano
cap. 9. *in fine in illis verbis: Fiſcales calum-
nias magna calumniantium pœna repreſſit*: quam
plura de calumniatoribus, & cum multis
ſcribit Farinac. in praxi *tota quaſt.* 16. cam
inſcribens ſic: *Accuſator falſus quando, &
quomodo puniatur*, quorum crimen graue di-
cit *ibi*, *numer.* 2. & in tantum, quod ad
pœnam Talionis ſic calumnians, aut ac-
cuſans falſo, teneretur legibus, & Ca-
nonibus, de quo iam dixi *ſub Rub. de ac-
cuſat. in verſ. ad aliud*, & aliquid *ſub cap.* 16.
eo tit. & *infra* etiam dicetur hac *Rubrica q.* 1.
an etiam ea pœna plecteretur delator; &
ſic Barboſa *in dicto cap. fin. num* 2. dixit cum
Menochio, *conſ.* 2. *num.* 95. grauius eos pu-
niri, quam alij delinquentes.

Inſtigator vero quis ſit DD. agunt, per 15
textum *in l.* 1. *ff. ad Turpill.* de quo dicit
Riccius *collect.* 1218. ſuper illo text. dicen-
do cum Franciſco Marco. *in deciſ.* 902. *p.* 2.
quod inſtigator calumnioſè accuſationem
inſtigans incidit in Senatum illum Turpil.
quemadmodum ille, qui falſam accuſatio-
nem dictauit, & hoc etiam ſicut, & is, qui
accuſauit aliquem de proditione, ſi poſtea
in tortura dicit falſam eſſe accuſationem,
dicens ſe feciſſe, aliquo inſtigante, nam
plecti debet pœna mortis ſecundùm Ro-
tam Auinionen. *deciſ.* 18. *diuerſ.* eo quòd
pœna Turpiliani eſt ſimilitudo ſupplicij,
Franc. Marc. *deciſ.* 557. quæ in publicis de-
lictis eſt quinque librarum auri, & irroga-
tionis infamiæ: idem *deciſ.* 114. *p.* 2. quod
eſt in inſtigatione ſpeciali intelligendum,
non inquam in generali: idem Riccius
ſuprà verſ. intellige; & ſic Farin. cum gran-
di caterua DD. *in praxi quaſt.* 16. *num.* 14.
dixit eandem regulam, quæ de calumnia-
tore, procedere inſtigatore, ſolicitatore,
fiſco adhærente, vel vt alij dicunt promo-
tore, quos de calumnia tenere, & vti ta-
les ad damna expenſas, & intereſſe, ac
etiam ſtellionatus crimine extraordinaria
pœna, iudicis arbitrio plectendos fore per
textum *in dicta l.* 1. §. *incipit*, vbi gloſſa,
ff. ad Turpill. & in l. ſenatus §. *an ad eius eo
tit. & in l.* ob hæc verba, vbi Baldus, &
Angel. *ff. de his, qui not. infamia*, quod Pau-
lus Grilland. *in tract. de relatione Carcer. tit.
de calumniat. cap.* 1. † ampliat etiam in ſe- 16
creto inſtigatore, & Grammat. *deciſ.* 39.
num. 9. & 8. generaliter ampliat in quoli-
bet miniſtrante teſtes contra inquiſitum,
etiam quod fuerit proteſtatus, quod non
intendit facere partem, Riminald. *conſ.* 303.
per tot. præſertim num. 6. 9. 10. 18. & 25. vbi
ſæpius teſtatur de communi, & receptiſ-
ſima opinione: & ampliat Papon. *tit.* 1. *ar-
reſto* 2. *lib.* 24. vt ſequitur Riccius *ſuprà*, vt
procedat etiam in inſtigatore in actis non
nominato

Digitized by Google

nominato Doctrina relata de inſtigatore,
de quo item, ſeu denunciatore, ſcribit
Bayard. ad Clar. *in pract. quæſt*, 62. *num.* 37.
præter Boſſ. & Cunrad. cum Aſinio, & aliis
per Farinac. *ſuprà* limitatur primò ſi accu-
ſator, ſeu inſtigator haberet pro ſe aliqua
euidentia indicia, ſed quæ ſufficiant, ne
quis incidat in Turpillianum, Franc. Mar-
17 cus *deciſ.* 440. *p.* 2. † Secundò, in eo, qui
per modum exceptionis crimen propoſuit,
licet illud non probauerit, Capella Tho-
18 loſ. *in deciſ.* 410. † Tertiò inter perſonas
coniunctas, & an, & quando liceat de-
ſiſtere ab accuſatione? idem Franc. Marc.
deciſ. 414. de quo iam *ſub tit. de accuſat.* di-
19 ctum eſt. † Et in eo, qui ductus fuerit ca-
lore iracundiæ ad accuſandum: nam li-
cèt defecerit in probatione, vt non inci-
dat in pœnas illius *tit. ff. ad Turpill.* ſcribit
Franc. Marc. *deciſ.* 693. vbi de materia *de-
ciſ.* 293. *p.* 2. videndus, qui & *deciſ.* 199. *p.* 2.
ſcribit, vt nec talis faciat litem ſuam.

20 Et quia hæc de inſtigatore, ſiue denun-
ciatore calumnioſo, de quo qualiter in-
telligatur, cum multis *dict. quæſt.* 16. *ex
num.* 15. *ad* 19. amplians, & ſublimitans,
ample veſtiuntur per dicta ſupra, & am-
plius dicenda, hic *in cap.* 1. *&* 2. de delato-
ribus, & calumniatoribus, quibus inquam
pœnis ſubiaceant; ideo ſolum hic quoad
inſtigatorem, ſiue ſolicitatorem adiicimus,
quod iudex, qui non punit inſtigatorem,
ſiue denunciatorem ſuam denunciatio-
nem minimè probantem, punitur, vt dixit
Grammat. *deciſ.* 39. qui quandoque poteſt
in expenſis condemnari, Capella Toloſa-
21 na *in deciſ.* 7. † item quod accuſator, ſiue
inſtigator, qui tenetur ad expenſas, non
poſſit declinare iuriſdictionem iudicis, co-
ram quo fuit agitatum iudicium accuſa-
tionis, Papon. *lib.* 7. *tit.* 7. *arreſto* 10.

22 Explorator quidem, qui vulgo dicitur
Eſpia, in hac materia, ſi non ex neceſſi-
tate officij, ſed ſponte ad denunciandum,
ſiue in actis iudicialiter, ſiue etiam ad iu-
dicis aures extraiudicialiter accederet; pro-
vt hodie faciunt delatores, ſiue explorato-
res, qui in Vrbe Romana *eſpias* nuncupan-
tur. Iſtos inquam, ſiue in vera, ſiue in præ-
ſumpta calumnia, ſemper eſſe puniendos,
ſcribit Farinac. *dicta quæſt.* 16. *in praxi n.* 17.
& 18. ſic verius tenens, ac probans per
textum *in l. cum Patronum* §. 1. *ff. de iure Pa-
tron.* vbi expreſſè cauetur quod qui nomen
23 detulit, accuſare videtur. † Addens, quod
accuſationis, & delationis effectus, quoad
delicti punitionem, vnus eſt, & idem per
l. 1. *in fine ff.* quod quiſque iuris, & *in l.* 1.
§. *docetur ff. ne quis eum qui in ius*; idemque
iudicandum de vtroque probans cum Cla-
ro, Iſernia, Lucas de Penna, Grammat.
& aliis, & Angelus de Peruſio *in dicta l.
ob hac verba ff. de his, qui notantur infam.*
† Vocat eos delatores qui accedunt ad au- 24
riculam iudicis in ſecreto, & diffamant
alios Suſurrones, & curiæ vituperatores,
eoſque incurrere in crimine ſtellionatus.

Eos tamen delatores excuſant DD. à 25
pœna legis ordinaria, quando non probant
delationem, quia cum Talionis pœna ſo-
lum in falſo accuſatore procedat, non in-
quam in denunciatore per textum *in cap.
qualiter* 24. *in fine de accuſ.* ſed quod in alia
mitiori, ſiue extraordinaria ſit puniendus,
dicit cum aliis Farinac. *ſupra dicta quæſt.* 10.
num. 18. qui *ſub dicto num.* 17. *in fine*, limi-
tat pœnas contra iſtos denunciatores, ſiue
exploratores ſtatutas cum Bertazol. *conſ.*
212. & aliis quando, delatores priuati cum
legitimis indiciis deferrent ad iudicem cri-
men, etſi illud non probaſſent: nam, vt
eſt dictum, iam tunc non calumnioſè pro-
ceſſit, de quo *infrà*: & pro *Rub.* cætera di-
cuntur *in cap.* 1. *&* 2.

AD TEXTVM

In Cap. I. Hoc titulo. De Calumniatoribus.

PRÆMISSVM.

QVIA caſus huius textus eſt de 1
ſubdiacono calumnioſè accuſan-
te Diaconum puniendo priua-
tione Diaconatus, qui publicè
verberibus caſtigatur, & in exilium mitti-
tur; ſuppoſita differentia conſtituta inter
Subdiaconos, & Diaconos, & quem ordi-
nem Eccleſiaſticum habeant, de quibus
dixi latiſſimè ſub *Rub. de ætate, & qualita-
te ordin.* & alibi, & ſuppoſito etiam quod
falſus calumniator accuſans, punitur, vt
infrà dicimus, ac etiam eſt dictum *in Rub.*
vbi de delatore calumnioſo, ſiue explo-
ratore; & hic de pœna verberationis, &
exilij contra Subdiaconum calumnioſè ac-
cuſantem Diaconum, ſit ſermo; imò, &
de pœna priuationis ſubdiaconatus; ideo
oportet hic de pœnis inflictis contra dela-
tores & calumniatores agere. & quando non
probantes accuſationem, excuſentur? an
num arbitrariè punientur? ſeu legaliter, ha-
bita diſtinctione ſtatus perſonarum?

QVÆS

QVÆSTIO I.

An delator ſiue calumniator pœna Talionis aut pœna falſi, ſiue alia corporali, aut pecuniaria, puniatur? Et an hoc à dignitate perſonarum ſumatur, vel à frequentatione delatorum? Vel à qualitate dicti extraordinarij, ſeu ordinarij? Et quid de expenſarum condemnatione contra tales? Et quo officio peti debeant? Et an reaccuſatio liceat accuſato, contra falſum accuſatorem? Et num reaccuſatus debeat incarcerari?

SVMMARIVM.

1. *Delator falſus non probans, Talionis pœna vertus videtar, ſecundum aliquos, vt puniatur, ſi crimen eſſet grauiſſimum, num. 2.*
2. *Talionis pœna in calumnioſo delatore habet locam ſecundum plures, ſi delictum ſit atmis graue, iuxta leg. Regiam 3. tit. 3. lib. 2. Recopil. & de ratione, n. 3. vbi fit argumentum de teſte falſo capitali ad talem accuſatorem, qui plenius debet puniri. Vide n. 6. 10. 11.*
3 L. 83. tauti, alias l. 4. tit. 17. lib. 8. Recop. *teſtis falſas in cauſa capitali, eadem pœna punitur, ac reus puniretur.*
4 *Talionis pœna, etſi iam non ſit in vſa reſpecta paaa corporalis, quoad alias tamen pœnas mitiores, nondum ab aula receſſit, etiam in opinione eorum, qui eam ab aula exulatam eſſe dicunt, & & num. 10. & 11.*
5 *Calumniator in pœnam falſi ſolet damnari, & qua pœna ſab num. 7. & 8. præcipuè in caſibus relatis num. 13.*
6 *Delicti grauitas à qualitate perſonarum ſumitur.*
7 *Accaſans falſo officialem* de baratària *punitur amiſſione bonorum, in criminali confiſcatione, & in expenſis, etſi ex multis capitulis aliqaa probet, vſque ad pœnam Talionis aliqaando num. 3.*
9 *Calumniatores variis pœnis tempore antiquo puniebantur.*
10 *Talionis pœna ex Balla Pij V. durare videtur.*
11 *Calumniator frequens venit acrias puniendus, quam qui ſemel calumniauit.*
12 *Falſi pœaa tenetur calumniator in tribus præcipue caſibus, num. 14. & 15.*
15 *Falſi accaſatoris pœna, eſt arbitraria iuxta obiectum crimen.*
16 *Expenſas, damna, & intereſſe ex pœna teaentur ſoluere calumniatores reo.*
17 *Accuſator Romæ ſtatuto, non auditur, niſi datis fideiuſſoribas de ſoluendis expenſis dammis, & intereſſe, in caſa ſuccambentiæ, ſicqae procedere etiam in calumniatore præſumpto, vbi de ratione.*
18 *Accuſandi iuſta cauſa non liberat ab expenſarum condemnatione in ſaccumbentem*
19 *Expenſa contra calumniatorem, etiam iudicis officio peti poſſunt.*
21 *Accaſator calamnioſus, non ſolum reaccuſari valet, verum & illico incarcerari, qui & aliquando venit, corporaliter puniendus, vt num. 22.*

AD primam Talionis pœnam de accuſatore calumnioſo, num pœna Talionis veniat puniendus, dictum fuit *ſuprà in Rub. de accaſat. in verſ. ad aliud*, vbi quod hæc pœna in deſuetudinem abiit. Et licet de iure pœna talionis puniretur ad ſimilitudinem ſupplicij, ea ſcilicet, quam merebatur accuſatus, ſi delictum, de quo accuſabatur commiſiſſet iuxta, *leg. 1. §. calumniatores, ff. ad turpil. l. fin. §. 1. Cod. de accaſ. l. fin. Cod. de calamniatoribus, l. libellorum, & l. 3. Cod. qui accuſ. non poſſ. auth. ſed nouo iure Cod. de adult. cap. 1. & 2. quæſt. 5. cauſa 2. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. quæſt. 6. cap. qui crimen, 2. quæſt. 8.* ſic vt ſi accuſans aliquem de capitali crimine, ſuccumberet in accuſatione, tanquam calumniator, capitali etiam pœna puniendus eſſet, *l. 1. §. ſane, & gloſſa, in verbo capitali de famoſis libellis, & in l. omnes in fine*, vbi etiam Gloſſa, *fin. Cod. de delatoribus lib.* 10. DD. antiqui in prædictis locis, quos refert cum aliis recentioribus, Farinac. *in praxi quæſt.* 16. *ex num.* 1. tamen quia ipſe *num.* 3. poſtquam *num.* 2. dixit cum aliis eam talionis pœnam fuiſſe poſitam ad refrænandam accuſatorum temeritatem propter delicti grauitatem, & eueniret non de facili accuſatores inueniri timidos, ne ſi deficerent in probatione, ea pœna affligerentur nolentes ſe propriis manibus illi pœnæ ſubſcribere, dicendo eam ſubſcriptionem ab aula receſſiſſe, multis probando; imo & pœna illa etiam in Curia Romana, non ſolum de conſuetudine, ſed etiam de iure per textum, *in §. pœna inſtituta de iniuriis*; ideo de accuſatore calumnioſo quoad hanc pœnam

non plus dicimus, cum ſufficienter explanatum ſit *in dicto verſ. ad aliud dicta Rubricæ de accuſat.* aliquid *ſub cap. 16. eo tit.* & ſic ad delatorem calumnioſum deueniemus.

2 Igitur non deſunt qui affirment, falſum delatorem eſſe puniendum talionis pœna; & in terminis de delatore docet nouiſſime D. Franc. de Amaya, *in Rub. de delatoribus ex num.* 17. contra Pichard. *inſtit. de public. iudic. num.* 35. Couar. *lib. 1. var. cap.* 9. *num.* 1. Anton. Gomez. *in l. fin. Tauri. nu.* 7. Valenz. *in dicto titulo Cod. de delator.* Morlam, Bobadillam, & Clarum, ac Farinac. *in dicta quaſtion.* 16. exiſtimat enim idem Amaya, nun ſolum attentis legibus Regni, ſed & iure communi, ſi delator falſa crimina detulerit, & delicti grauitas id ex poſtulet, poſſe talionis pœnam exerceri, ita euincens ex textu, *in l. 2. §. Senatus* 15. *in principio*, *l. Arrianus* 42. *§. fin. ff. de iure fiſci*, & ex ea ratione, quia, ſi ratio propter quam in deſuetudinem abiiſſet ea talionis pœna, fuit, nempe, quia accuſator, ſi ſubſcribebat tali pœnæ, ſi in probando deficeret, quæ ſubſcriptio, ſiue inſcriptio adhuc de iure Reg. durat, vt *in l. 3. tit. 3. lib. 2. Recopil.* vbi quod accuſator tenetur in ſcriptis accuſationem proponere, quam ſi non probauerit, *in leg. 5. illius tituli*, condemnatur in omnibus illis pœnis, quæ à iure ſunt contra delatores calumniantes ſtatutæ, & etiam in expenſas per verba *ibi*, *Si alguno no probare la delecion que hico, ſe condene en todas aquellas penas, que el derecho diſpone, y en las coſtas*, vbi ait; verbum *todas* comprehendere pœnam talionis, cum ius ipſum ſimilitudinem ſupplicij in talia perpetrantes inducat.

3 Et comprobat ipſe D. Franc. de Amaya, ibi, *num.* 19. *ex caſu leg.* 83. *Tauri, quæ eſt l. 4. tit. 17. lib. 8. Recopil.* vbi teſtis falſo contra aliquem deponens in cauſa capitali, in qua ſi verum dixerit, pœna mortis reo imponeretur, eadem punitur, qua reus ipſe puniendus eſſet, dicens rationem præſtare DD. quod per talem teſtem non ſteterit, vt dixit etiam Azeued. *in dicta leg.* 4. *num.* 52. quod inſuper probat Amaya, quia non minus falſus eſt qui falſum teſtimonium dixerit, quam qui denunciationem falſam proponit, *l. 1. §. ſed ſi quis*, ob renunciandum, iuncto principio, *Cod. ad leg. Cornel. de falſis*, vbi tenetur Cornelia lege de falſis, qui pecuniam acceperit, vt denunciaret (ſic interpretans Amaya illa verba: *Si quis ob renunciandum* iuxta vulgatam lectionem, quæ ita explicat Gothofred. *ibidem*) quin & plus iniquitatis ait Amaya falſam delationem continere, quam teſtimonium, quia teſtis falſus, ſolum ſuum falſum iuramentum perhibet, etſi malo animo, & inique hoc faciat. Delator tamen calumnioſus non ſolum improbè ſe gerit, ſed etiam inducere, procurat teſtes, & in quantum in ſe fuit fecit, & per ſe non ſtetit, vt innocens condemnaretur; ſic vt crimen magis conſummauerit, quam falſus teſtis. † Igitur, etſi pœna talionis 4 non ſit iam in vſu reſpectu pœnæ corporalis afflictiuæ, tamen quoad alias pœnas mitiores, non eſt cur ab aula receſſiſſet, cùm alias incideremus in illo inconuenienti relato iam hic in principio, & *ſub Rub.* quod audaces falſi accuſatores, & teſtes prorumperent aduerſus homines, alias forte innocentes, calumniando in eos, quos perſequerentur cum odio: quare neceſſum eſt, quod etſi talionis pœna non veniat puniendus falſus delator, ſaltim cæteris, quæ in iure inueniantur, plectatur.

Vnde etſi dubium eſſet, numquid calumniator pœna falſi puniatur; & pro affirmatiua ſint illi, quos refert, ac probat Laurent. Tenin. *cap. 1. à num.* 6. Boſſius, *tract. de accuſ. num.* 17. cum aliis, & idem Laurent. Hypolitus, & Clarus, quos refert Farin. *dicta quæſt.* 16. *à num.* 4. dicant non teneri ad falſi pœnam: tamen tria adducens exempla *ſub num.* 5. in quibus falſi accuſatores fuerunt decapitati, & ſic, in pœnam talionis condemnati, & Boſſius *ſuprà* faſſus eſt, Claur. & Laurent. qui in grauiſſimis delictis falſo impoſitis, non eſſe omnino ſpretam talionis pœnam; imò & Farinacius, *ſub dicto num. 5. verſ. verum ego*, dicit quòd ſi iudex foret, non condemnaret ad mortem falſum accuſatorem, ſi ex falſa accuſatione, nullus mortuus foret, quamuis accuſatio eſſet de capitali crimine, concludens, vt ſi calumniatio fieret contra perſonas egregias, quod vſque ad pœnam mortis in falſum accuſatorem poſſet procedi. 5

Ob quod, vt à qualitate perſonarum hoc ſumatur, patet etiam: nam qui officiales, & iudices falſo querelatur, multo magis pariter puniri debet, quam qui priuatos accuſat ad plene tradita per Paris de Puteo, *in tract. de ſyndicatu in verbo iniuria officialis cap. 1. per totum*, & aliis, quos refert Farinacius, *dicta quæſtione* 16. *num.* 7. qui licet in hoc caſu pœnam talionis neget 6

neget capitalem in accuſantes falsò, di-
cendo tunc pœnam fore, vel corpora-
8 lem motu iudicis, vel pecuniariam † ſic
vt ſi verbi gratia, quis accuſaret falsò of-
ficialem *de baratarıa* in cauſa ciuili, pu-
niatur amiſſione bonorum, vel æſtimatio-
ne litis. In cauſa verò criminali confiſ-
catione bonorum. Tamen video in eo-
dem caſu ſyndicatus nouiſſimè Amayam
dicentem, *in dicta Rub.* de delatoribus, *ſub
num.* 19. *in fine verſiculo quid autem erit*, de
his delatoribus, qui in ſyodicatu iudices
ſolent perſequi, & accuſare, quos voca-
mus *capitulantes*, ſi non probant crimina,
quæ accuſant, vbi dicit, vt ſint condem-
nandi præter pœnas à iure ſtatutas, in ex-
penſis: ſic etiam procedere probans; eſto,
quod ſolùm aliqua ex capitulis non pro-
bauerint; eo quod nihilominus ſint ca-
lumnioſi, referens in Valliſoletano ſenatu
vidiſſe practicari iuxta doctrinam Boba-
9 dillæ, *lib.5. polit. ex num.92. ad 98.* † Qua-
re cùm dicat Boſſius, *vbi ſuprà* falsò in offi-
ciales querelantibus de publico, & capi-
tali crimine, capitalem quoque, & mor-
tis pœnam, vti parentum homicidis im-
ponendam fore, ad *textum in §. ex aduerſo*,
& ibi Gloſſa, *in authent. vt iudic.* ſine quo-
quo ſuffragio, ſed iam *ſuprà* dictum eſt ta-
lionis pœnam adhuc locum habere, quan-
do crimina capitalia mouentur falsò in in-
10 nocentes egregios præcipue. † Ergo etſi vſu
communi iam hodie inſcriptio ad pœnam
abolita ſit: tamen probari, poſſe practicari
adhuc in aliquibus caſibus eandemmet ta-
lionis pœnam, quam Sotus Diuino iure pro-
bari *Exod* 1. *& Deuteronom.cap.*20. ſcribit be-
ne *lib.5. de iuſt. qu.5. art.4.* & Ariſtotel. *lib.6.
polit. cap.5.* aſſeuerat grauiter calumniato-
res puniendos, quia non populares, ſed no-
biles in iudicium vocare conſueuerunt; &
ſic Demoſthen. *in oratione contra Aſtrolog.* ca-
lumniatores, crudeles appellat, veluti vipe-
rinam habentes naturam; & ſic puniendos
radicitus. Imò olim erat lex Memmia contra
illos, vt ait Cicero, *pro Sexto Roſcio*, ne lice-
ret in iudicio legibus, aut Maieſtate pupu-
lari abuti ad quæſtum, & libidinem, & ita
accuſare calumnioſe; ob quod vt refert ad-
diriu ad, Salced. *ſub verſ. illud*, ait quòd An-
guſelcus ſeuerius calumniantes, quàm fures
perſequebatur, & quod aliquando Romæ
calumniatores ab vrbe deiiciebantur, ſcribit
Corn. Tacit *lib.5. annal.* & lex antiqua Vviſi-
gothorum aduerſus calumniatores ſtatuit
talionis pœnam, vt *in l. 2. tit. de iudic. furt.
lib.7. Cod. vbi lege Gothorum, & ex l. Charendæ*,
in calumniam deprehenſi mirtho coronati,
per vrbem circumferebantur; erat enim
apud eos ſeuera pœna mirtho coronari, vt
refert Diodor. Sicul. *lib.12. Bibliot.* & expli-
catur talis pæna, *in cap.8. Eſther.* vbi Amam
calumniatorem laqueo fuiſſe ſuſpenſum, eo
quod totis viribus intenderet Mardocheum
ſuſpendi.

Ita conſequimur ex Bulla Pij V. *in ordine* 11
5. *in Bullario, p.2. verſ. monemus præterea*, vbi
per calumniam denunciantes ad pœnam
talionis teneri voluit, & mandauit Pius. In-
deque quantumuis *inſcriptio* ad pœnam ta-
lionis non fuerit in vſu, tamen quod ipſa ta-
lionis pœna ſit per Bullam hanc innouata,
negari non poteſt; & ſic Farin. dicit hodie
calumniatoris pœnam poſſe dici arbitra-
riam, modò ſcilicet pecuniariam, & modo
etiam corporalem iuxta facti, & perſonarum
qualitatem, & quantitatem, & inde iuxta
eam conſtitutionem, vt videbis ipſum Farin.
in dict. qu.16. n.5. verſ. ſed in propoſito, firman-
tem, & dicentem ita in curia Neapol. practi-
catum, ſcilicet iuxta ritum illius, quo caue-
tur, vt nemo ad accuſandum admittatur,
niſi ſe obligauerit ad probandum ſub certa
pœna; ſicque inſcriptionis, & talionis pœ-
nas iuxta conſtitutionem Pij V. adhuc du-
rare, quia renouatas.

Per quæ iam poſſumus dicere, quòd ſi re- 12
periretur aliquis frequens calumniator, ſit
acrius puniendus propter aſſiduitatem, quam
qui ſemel tantum calumniatus ſit, Boſſius,
dict. tit. de accuſ. n.17. in fine; argum. eorum
quæ dixi *ſub cap. fin. de conſuet.* & ſic dixerunt
Franc. Marc. *deciſ.738. p.1.* & alij relati à
Farin. *vbi ſuprà, dict. qu.16. nu.6.* talem poſſe
puniri in linguæ, & capitis amputationem;
quod etſi non admittat Farin. vti nimis acre;
ſed negari non poterit aliquando poſſe pra-
cticari per id, quod ex Bald. ipſe Boſſius com-
probat, *in l. data opera circa finem Cod. de accuſ.
per text. in l. omnes Cod de delatorib. lib.*12. & fa-
cit caſus relatus ab eodem Farin. *ibi dict. qu.
16. ſub dict. n.7. verſ. & rurſus*, vbi leges.

Ex quibus liquet calumniatorem, etiam 13
pœna falſi teneri, præcipue in ſequentibus
caſibus. Primò, quando accuſator interro-
gatus, reſpondet ſe velle vti querela, & pro-
bationibus ſuperinde factis, in probatione-
que defecerit, Boſſius, *vbi ſuprà à nu.24.* Clar.
in qu.62. verſ. ſed quid ſi accuſ. in fine. † Secun- 14
dò, quando accuſator, vti teſtis medioiura-
mento deponit examinatus, idem Boſſius,
dicto nu.17. vt eſt de mente Petri Duenas,
reg.27. prope fin. verſ. quod tamen in teſtib. † Ter- 15
tio, vt addit idem Boſſius, ſicut dixit idem
Farin. *n.7. in fine, & n.4. in fine*, quàndo ſcili-
cet ad accuſationis probationem falſos

teſtes introduxiſſet, aut aliquam falſitatem
immiſcuerit vltra accuſationem, per quæ
idem Farin. *in dict. qu. 16. dict. n. 5. in princ.* cum
16 Menochio *de arbitr. caſu* 322. *n.* 3. † Et Boſſio,
in tit. de prænaric. n. 8. pænam accuſatoris ſem-
per manere arbitrariam, ſiue in crimine
ordinario, aut extraordinario iuxta obiecti
criminis, & accuſatorum qualitates, aliaſ-
que debitas circunſtantias.

17 Ad ſecundam quæſtionis partem, de ex-
penſis, in quibus ſint condemnandi dela-
tores, accuſatoreſque falſi, & calumnia-
tores, dicitur *in l. fin. Cod. de fructib. & lit.*
expenſis, gloſſa magna *in cap. finem litibus*
de dolo, & contumacia, de quibus latiſſime di-
ximus per plures quæſtiones, ad quas recur-
res; & ſic quoad nos hic leges quæ cum in-
finitis ſcribit Farin. *dict. qu.* 16. *ex n.* 8. probans,
vt ſicut laicè diximus, *in dict. cap.* finem liti-
bus, victum victori in expenſis eſſe condem-
nandum in ciuilibus cauſis, ſic & in crimi-
nalibus ſit condemnandum in ipſis, & dam-
nis, ac intereſſe, in tantum quod iſta actio
ad expenſas, damna, & intereſſe detur, etiam
contra hæredes calumniatoris defuncti, lite
non conteſtata, Bertazol. *conſ.* 362. *per totum*,
Bajard. *ad Clar. in pract. q.* 62. *n.* 15. Farin. *dict.*
18 *n.* 8. *in fine*, qui *n.* 9. † dicit *in vrbe Romæ ex*
lib. 2. cap. 3. in nouiſ. reform. curiæ capitolij ſta-
tutorum, vt accuſator non audiatur antequam
vltra damna, & intereſſe accuſato ſoluenda
per idoneos fideiuſſores cauerit in caſu ſuc-
cumbentiæ, & hæc procedere etiam in ca-
lumniatore præſumpto, eo ſcilicet qui vel
accuſationem non probauit, vel ab ea deſti-
tit, qui proprie dicitur præſumptus, ita cum
infinitis Farin. *ſupra n.* 11. *&* 13. etſi *n.* 12. re-
ferat alios, numquam præſumptum calum-
niatorem viſum fuiſſe in expenſis condem-
natum: illum leges contra alios tenentes de
ſolo vero accuſatore calumnioſo; eo quod
inter vtrumque quoad expenſarum con-
demnationem non detur vlla differentiæ
ratio inter verum, aut præſumptum, cum in
vtroque eadem temeritas inuenitur, quæ
condemnationem expenſarum producit,
19 † addit Farin. *dicta q.* 16. *n.* 71. quod nec iuſta
accuſandi cauſa ab expenſis excuſabit,
quando extat ſtatutum, quod victus victori
in expenſis condemnetur, Gloſſa, *in auth. de*
exhibendis reis in §. ſancimus, eam plures ap-
probantes, quos ipſe refert, *dicto n.* 71. qui ta-
men, *n.* 72. id non admittit cum Baldo, Alex.
Fulgoſio, & aliis videndus Couar. *pract. cap.*
27. vbi diſtinguendo vult componere.

20 Et quo officio peti valeant tales expen-
ſæ, dicendum eſt non ſolum iudicis officiu
mercenario in eadem ſententia, in qua
accuſator abſoluitur, cùm certum ſit etiam
accuſatione pendente, accuſatum poſſe ac-
cuſatorem de calumnia, & falſitate accu-
ſate, ad plene tradita per Clarum, *in praxi*
§. fin. qu. 14. *verſ. tertius eſt caſus*, à Deciano,
lib. 3. crim. cap. 24. *nu.* 10. ſed etiam per viam
principalis actionis, & contrariæ accuſatio-
nis poſt ſententiam prolatam, ac termina-
tum principale negocium; cum multis aliis
idem Farin. *dicta qu.* 16. *ex n.* 30.

Quare, vt breuiter dictum eſt, non ſo- 21
lum poterit reaccuſari accuſator calum-
nioſus, & patet ex dictis *ſupra in Rub. qu.* 3.
verſ. ad quintam; verum etiam ſi accuſator,
ſiue ante ſententiam, aut poſt de calumnia,
& falſa accuſatione reconuenitur, & reac-
cuſatur ab accuſato, ſi indicium calumniæ
aliquod ſufficiens ad capturam præcedat;
tunc & ipſe accuſator calumnioſus valeat à
iudice in carceribus recludi; imò vt ſic de-
beat fieri ſcribunt Boſſius *in tit. de accuſat.*
n. 16. *& in tit. de tortur. & accuſat. n.* 1. *per tex-*
tum in l. fin. vbi DD. *Cod. de accuſat.* & hoc,
† quia etſi talionis pæna, ab aula receſſerit, 22
non inde defecerit vltiu in calumnioſum
accuſatorem, qui & aliquando corporaliter
eſt puniendus: imò addit idem Boſſius, *di-*
cto tit. de tortura num. 8. *&* 9. poſt Puteum,
& Farin. *ſupra num.* 31. *&* 32. quod ne dum
ille accuſator calumnioſus, legitimis præ-
cedentibus indiciis, in carceribus reman-
ſurus ſit; imò & quod dictis indiciis exi-
ſtentibus ad torturam ſufficientibus poteſt
torqueri.

QVÆSTIO II.

An fiſcus ad delationem procedens, vt calumnioſus, valeat puniri? quid de iudice? Et ad textum noſtrum, quid de Clerico falſas fabricante litteras, vt falſo aliquem impetrat? Et quid de impetrante beneficium per priuationem ex aliquo delicto, an ad Talionis pœnam teneatur? Et an etiam calumniator Clericus pœna verberum, ſeu relegationis valeat puniri? Et quando calumniator excuſetur?

SVMMARIVM.

1 *Fiſcalis juxta veriorem ſententiam numquam vt calumnioſus condemnatur, eo quod ex officio, & ſine ſpe lucri litiget, &*

& eum delatore, vt num. 2.

3 *L. non eſt ignotum codice in quibus cauſis tut.*

4 *Iudex verus calumnioſus in iudicando poteſt in expenſis condemnari, non ſic præſumptus.*

5 *Clericus accuſator calumnioſus priuatur officio, & publice verberatus in exilium mittitur, & vltra pœnam ordinariam, & num. 11.*

6 *Cap. fin. de calumniatoribus intelligitur cum cap. 1.*

7. *Clericus calumniator vſque ad pœnam mortis poteſt puniri, & quod in quatuor caſibus dicitur calumniare, n. 8. & 9.*

8. *Cap. 1. de elect. lib. 6. & num. 9.*

10. *Impetrans beneficium per priuationem ex aliquo crimine, num puniatur Talionis pœna?*

11. *Verberum pœna in clerico calumniatore pio modo ſumitur, & num. 12. & quid hodie, n. 13.*

12. *Verberum, & exilij pœna in calumniatores, etiam in vſu erat.*

14. *Calumniator excuſatur à calumniæ pœna duodecim de cauſis num. ſeq. ſed non vt iniuriarum actione poſſit condemnari, nec ab expenſis à n. 16.*

16. *Delatores ſi ex neceſſitate, aut iudicis præcepto accuſent, & excuſentur à pœna, etſi in probatione deficiant, de ratione num. 17. 18. & n. 30. vbi dicuntur defenſores.*

17. Delatores *vocat Tacitus lucroſos, & ſanguinarios.*

18. *Officium ſuum nulli debet eſſe damnoſum.*

19. *Conditionis melioris cenſetur, qui facit ex neceſſitate, quam ſponte.*

20. *Accuſator ſubrogatus, vt proſequatur pro mortuo accuſatore ex mandato iudicis, liberatur à pœna calumnia.*

21. *Aduocatus, ſi legitimè defendat, non vt calumniator punitur; ſecus ſi, vt inſtigator, vt exemplificatur, in quodam Mediolano exulato.*

22. *Calumniator non dicitur qui ex iuſta cauſa litigat, & accuſat, qui tunc etiam ab expenſis liberatur in probatione deficiens, & ſub n. 30.*

23. *Accuſator qui deceptus à teſtibus accuſat, à calumnia excuſatur, ſi poſtea non deponat, etiamſi probat ſe audiuiſſe à fide dignis, vt n. 24.*

25. *Conſanguineus accuſans, excuſatur à pœna calumniatoris ratione ſanguinis in calumnia præſumpta, etſi in probatione ſuccumbat, & num. 26. de proſequentibus ſuam, vel ſuorum iniuriam, qui potius eſt defenſor, numero 28.*

27. *Accuſans ſuum coniunctum, non præſumitur calumniandi animo feciſſe.*

29. *Crimen qui deterſit, cum ab alio argueretur non dicitur calumniari.*

30. *Accuſantes non pro præmio, ſed ex officio potius defenſores dicuntur.*

31. *Accuſans probando accuſationes per teſtes, qui vt idonei fuerunt obiecti, excuſatur à calumnia, ſi inſcienter illos adduxit, vt idoneos.*

32. *Mulier accuſatrix liberatur à præſumpta calumnia ob ſexum, non à vera, vel ſi illa eſſet meretrix.*

33. *Accuſans motus ex diffamatione, aut indiciis ad torquendum, excuſatur à calumnia.*

34. *Accuſator habens occiſi inculpationem deficiens in probatione, etiam à calumnia excuſatur.*

35. *Accuſans in delictis atrocibus, vt hæreſis, falſi monetarij, & aliis, excuſatur à calumnia in probatione deficiens.*

36. *Accuſans probans delictum cum vno teſte, non dicitur calumniator.*

37. *Calumniator præſumitur qui non probat, & qui ſemel tantum accuſauit, qui non excuſabitur etiamſi tempore propoſitæ accuſationis, iurauit de calumnia.*

38. *Accuſans, etſi excuſetur ex cauſa iuſta, non vero ex iniuſta.*

IAm de his, quæ etiam deſeruiunt pro vero intellectu textus, & *cap. fin.* noſtri tituli diſſeruimus, & aliqua hic dicemus; & ſic ad primas difficultates propoſitas de fiſco, & de iudice, ſuppoſitis quæ latiſſimè ſcribit in hoc puncto Farinac. cum infinitis legendus *in praxi quæſt. 16. à num. 20. ad 25.* quatenus probat fiſcum calumniatorem, etiam condemnari ad expenſas, damna, & intereſſe per *ſuprà* dicta *quæſt. 1. in verſ. ad ſecundam*, dicens ita procedere ſi Fiſcalis Procurator delinquat in vera calumnia, vt puta quando ſcienter, & doloſè contra aliquem inſtigat; ſecus in præſumpta ibi cum aliis multis, *num. 22.* ſic intelligens textum *in l. ſuccurritur, ff. de excuſat. tutor. l. non eſt ignotum Cod. in quibus cauſ. tut. hab.* licet rarò *in verſ. hanc ſe vidiſſe ſcribat*, & *in verſ. hancque*, raro Fiſcum in expenſis condemnatum, conſulendo *num. 23.* fiſcales ne pauperes incarceratos indebitè vexent. † Et ſecundùm conſuetudinem, nempe fiſcalem numquam in expenſis condemnandum acerrimè defendit cum aliis multis D.Franc. de Amaya *in Rub. de delat. num. 22. & 23.* contra eundem 1 2

R 3 Farinac.

Farinac.ſcribens Fiſcales non eſſe calumnia notandos, nec in expenſis condemnandos,tum quia delatores non ſunt; tum quia neque ſpe lucri, aut pecuniarij commodo ad accuſationem procedunt, nec præter conſuetum ſalarium, etſi in cauſa vincant, aliquid reportant, nec aliquo quæſtu, aut commodo mouentur, niſi bono publico, ad publicam vindictam, vt peccantium temeritas cohibeatur, & delicta punitione digna, plectantur, & quietè homines viuant petentes à delinquentibus pœnas, vel corporales, aut pecuniarias, vt probat textus *in l.* 4. *de delatorib. l.* 2. *de iure fiſci*; ſicque cum Alfaro, Petro Gregorio, Azeuedo, Ceuallos, Petro Barboſa, &
3 aliis † reſpondens, *ad dictam leg.* non eſt ignotum, quod cùm loquatur in tutore, ad rem non facit; eo quod tutor agens pro re pupilli, allegat proprio nomine, cuius calumnia, ſi ſit euidens punitur, *vt in l. poſtea* 2. *Cod. de his, quib. vt indign. l.* 2. *Cod. de his, qui accuſare, non poſſ.* è contra dicit de fiſco;qui etſi calumniosè egerit,numquam proprio nomine, nec commodum reportat, ſic ſecurè concludens ex *dicta l.* 2. *de iure fiſci*, Clarè ex *dicta l.* 4. *de delatoribus*, & expreſſius *de iure Regio in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 2. *Recopil.* quæ prohibet Fiſcalem accuſationem profilire ſiue delatore.

4 De iudice inquam calumnioſo, qui ſine fiſco, aut aliquo accuſatore inſtante ex officio contra aliquem calumniosè inquiſitionem formauerit, qui tunc tenebitur inquiſitor, ne dum ad damna, expenſas, & intereſſe, ſed & punietur criminaliter extra ordinem iudicis arbitrio, cum multis idem Farinac. *dicta quæſt.* 16. *num.* 25. qui *num.* 26. limitat ſecundum ſuam ſententiam iam relatam, ſicut in fiſco, nempe, vt procedat, ſcilicet, quando iudex eſt in vera, & euidenti calumnia; non vero in præſumpta, à qua ipſum excuſat officij neceſſitas: ſic cum Iaſone & aliis addens ibi *num.* 27. longe, quod tunc iudex verus iudicabitur calumniator,quando nullis præcedentibus indiciis ad inquiſitionem proceſſerit, quod nos intelligimus iuxta dicta *ſupra de accuſ. in cap. qualiter* 24. & ibi *quæſt. fin. in fine de indiciis*, ſcilicet cum fama de delicto, vt *ibi*, & per illum textum.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem quid de clerico calumniatore iuxta textum noſtrum, & *cap.* 2. *hic*; etenim clericus calumnioſus accuſator, priuatur officio, & verberatus publicè in exilium mittitur, vt hic in noſtro *cap.* 1. vt etiam fuit textus *in cap. quia iuxta* 5. *quæſt.* 6. quod declarat Salcedo *in ſua practica crim. Eccleſ. cap.* 65. *num.* 3. hanc non eſſe ordinariam pœnam clerici calumniatoris, ſed illam eandem, qua puniendus erat accuſatus; & ob id hic impoſitam illam fuiſſe priuationis, fuſtigationis, & exilij, quia non erat proportionabilis accuſatori pœna ſecundum Anton. & Abbatem, conſulendo iudicem, ne erret credens hanc eſſe pœnam calumniatoris; & ſic ſequendo Anton. ſententiam 4. *notab.* ait eatenus eſſe imponendam pœnam; quatenus pœna accuſati congruit accuſatori, & quatenus ei non proportionatur, vt alia corporalis loco eius ſubrogetur, † & addit *ex dicto cap. fin. hic*, quod 6
clericus denunciator criminis, & in probatione deficiens ab officio, & beneficio ſuſpenditur, donec innocentiam ſuam purget, & nec obſtat hæc deciſio iam relata, & dicto noſtro *cap.* 1. vbi maior pœna illi Diacono fuit impoſita, nempe priuationis, verberum, & exilij, ſatisfacit, Salcedo ex eo procedere *in dicto cap. fin.* quia loquitur de denunciatore, qui impropriè dicitur calumniator, qui alias ſimilitudine ſupplicij puniretur ſecundum gloſſam, & Antonium *ibi*, per quos notat Salced. conſiderandum fore qualiter tunc innocentia denunciatoris purgari debeat, iuxta dicenda etiam, quibus in caſibus calumniator excuſetur, addendo procedere dictam ſuſpenſionis pœnam, etiamſi denuncians intenderet pœnitentiam tantùm, & non pœnam imponendam eſſe, vt per Abb. *ibi in fine.*

Et quod etiam in Clerico calumniatore 7
poſſit extendi ſupplicium, vſque ad pœnam mortis dixit Gigas *in tract. crim. læſæ Maieſt. lib.* 1. *tit. qualiter in crim. læſæ Maieſt. quæſt.* 16. *num.* 2. vbi dixit vſque ad illam extenſam pœnam impoſitam contra certum ſceleratiſſimum Presbyterum Veronenſem qui falſas fabricauit litteras, vt falſo de crimine læſæ Maieſtatis contra Venetorum Rempublicam accuſaret quoſdam fratres nobiles Comites Veronenſes, qui præter pœnam falſi ad geminas columnas, laqueo ſuſpenſus fuit: legendus Bacard. *ad Clar. quæſt.*8.*num.*7. Laur. Tennin. *cant.*3. *num.* 10. Farinac. *dict. quæſt.* 16. *num.* 7. *verſ. quando in fine*, qui *ibi in verſ. verum* cum Bernard Diaz. *dicto cap.* 65. *num.* 6. ſecundum nouam impreſſionem ponit quatuor caſus, in † quibus clericus poteſt calumniari, videlicet accuſando, denunciando, excipiendo, & è contra electorem, crimen obiiciendo pones in vnoquoque caſu qua pœna quiſque calumniator clericus ſit puniendus 8

niendus ſecundum Canones; & ſic ex *cap. 1. de elect. lib. 6.* vbi cum multis Barboſa, & Gloſſa *ibi verbo calumnia*, deſcribens ex eo text. nempe quod ita calumniator à beneficiis Eccleſiaſticis triennio ſit ſuſpenſus ad quæ ſi intra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuo ſit priuatus, nam ſi manifeſtiſſimis conſtiterit documentis, quod ipſum à calumniæ vitio cauſa probabilis, & ſufficiens excuſaret. † Et iterum aduertit idem
9 Salced. quod cum ille textus imponat pœnam calumniatori obiicienti in perſonam electi non videretur extendenda ad quemcumque clericum calumniam committentem in excipiendo contra alium in alia materia; ſed tunc exiſtimat arbitrariè eſſe puniendum, eo præcipuè, quia crimina in modum exceptionis probata, non ſic nocent criminoſo iuxta plura, quæ nos diximus per textum *ibi in cap. 1. de exception.*

10 Hinc fluit diſquiſitio ad aliam quæſtionis partem, quid in imperrante beneficium per priuationem ex aliquo crimine, an ad relatam Talionis pœnam, de quo hic *quæſt.* 1. antequam ad agendum admittatur? de quo caſu Sigiſmundus Scaccia *in tract. de iudic. cauſar. crim. cap. 31. num. 3. verſ. limita modo cum allegatis per eos*, quem refert Farinac. *dicta quæſtion. 16. numer. 5. in fine.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, an calumniator clericus pœna verborum, & exilij puniri valeat? & liquet poſſe, ſed extraordinariè iuxta modum dicendi ſub *verſ. ad ſecundam ex text. noſtro*, & Barboſa cum multis hic *num.* 2. dicit pœnam verberum intelligi poſſe de illa, quæ fit, quando quis verberatur à pœnitentiariis, vt ſolet fieri per pœnitentiarios vrbis, quæ & imponi poteſt clericis, vel quod intelligi poteſt, vt clericus cauſa diſciplinæ poſſit verberari, prout intellexit Abbas *in cap. vniuerſitatis notab. 2. de ſent. excomm.* vel poſſit intelligi, vt fiat honeſtè intra ſepta Monaſterij, ſeu Eccleſiæ, ipſe Abbas *in cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* dicendo ibi publicè fieri, ſi intra ſepta ſint ſex perſonæ per textum *in cap.* quis aliquando §. *hac ergo de pœnitent. diſt.* 1. Probus *in cap. 2. de conſt. lib. 6. n. 67.* & addit Barboſa, vt quid ſit verum: tamen textum loqui de pœnitentia publica clericis infligi permiſſa abſque ignominia; non autem de fuſtigatione cum ignominia more laïcorum, quæ eſt grauior pœnitentia ſolemni, & confirmari valet deciſio textus noſtri quoad verbera, & exi-
12 lium, † quia etiam de iure ciuili relegatio, & fuſtigatio indicitur, vt probatur *in l. fin. §. vnuſquiſque Cod. de delat. lib.* 10. quam ex Baſilicis reſtituerunt Caſatius, & Gothofred. ibi *Grauiſſimis verberibus caſtigandum, & perpetuo fore relegandum*: Sic colligit D. Franc. de Amaya *in dicta Rub. de delat. ſub num.* 15. ex Accurſio, Didaco Perez, Couar Petr. Gregor. Iulio Claro Paz.Frecro, ex ratione æquiſſima, quam tradiderunt Honor. & Theodoſ. *in l. fin. Cod. de accuſ. & in l. fin. Cod. de calumniat. Quoniam non debet eſſe impunita licentia mentiendi, cum calumniantes poſcat ad vindictam ſimilitudo ſupplicij*, & æquum ſit, vt qui alteri inurere infamiam, & delictum conatur per calumniam, eam ipſe incurrat; *arg. leg. 1. & toto tit. ff. quod quiſque iuris*: † ſed hodie 13
prædictam pœnam verberum generali conſuetudine in clericis non ſeruari aſſerunt Clar. *quæſt. 7. §. fin. & etiam*, Bernard. Diaz. *in dicta pract. cap.* 137. imò, & Perez. in ſpecie dixit *in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin.* Clericis non eſſe imponendam pœnam ignominioſam, nec ipſos eſſe puniendos, ſicut alij plebeij dehoneſtantur: ſed qua pœna punierunt canones antiqui falſa crimina obiicientes, eſt videndum Concilium Arelatenſe *in Canone* 24. vt refert idem Bernard. Diaz. *dicto num 3. in fine cap.* 65.

Ad vltimam quæſtionis partem, vt nihil 14
intactũ relinquatur, breuiter dicetur ex vna vndecim cauſarum poſſe accuſatorem à pœna ordinaria calumniæ ſibi oppoſitæ excuſari, quas diligentiſſimè ſcripſit Menochius *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4.* & antequam ſpecialiter recenſeantur duxi aduertendum, quòd licèt calumniator ob cauſas referendas excuſetur; ſic vt non teneatur ſimilitudine ſupplicij, vel alia pœna, quæ in locum illius ſit ſubrogata, † non tamen ex- 15
cuſetur quin iniuriarum actione poſſit conueniri, vt cum multis probant Socin. ſenior *conſ. 118. col. fin. lib. 1.* Menoch. alios allegans *ſuprà num.* 33. ſicut nec excuſatur ab expenſarum condemnatione, vt ſcribit Abbas *conſ. 78. in fine lib. 1.* Boſſius, *in tract. cauſ. criminal. tit. de accuſ. num.* 28. qui hoc declarat, niſi magna, & pluſquam iuſta cauſa eſſet: ita additionator ad Salced. *littera C.* in qua idem *num.* 4. ex gloſſa *in dicto cap. 1. de elect. lib. 6.* ponit cauſas excuſantes à calumnia *in verbo ſufficiens*, quæ ponit duo exempla.

Quo præmiſſo, iam ad cauſas ſingulares 16
deueniendo dico, delatores excuſari à pœnis calumniantium, etiamſi in probatione defecerint, ſi ex neceſſitate officij, aut iudicis præcepto, detulerint *l. 2. de delator. l.*

ſiſcus

ſiſcus 38. §. *delatoris ff. de iure ſiſci*, quibus
adiungitur *l. poſt legatum* 5. §. *aduocatum*
13. *l. tutelam* 22. *ff. de his, quibus, vt indi-
gnis, l. pen. ff. de poſtulando, l. ſi pars* 10. *§. fin.
ff. de inofficioſo teſtam. l. ſi pignora* 50. *ff. de
euiction. l. in fraudem* 108. *in fine ff. de his
quib. vt indig. l. qui cum maior*, 14. *§. ſi patris*
7. *ff. de bonis libert. l. non eſt* 6. *l. cum qua-
dam* 26. *ff. de adminiſtr. tutor. l.* 2. *Cod. de
his, qui accuſ. non poſſ.* vt poſt DD. *in dictis
iuribus* obſeruant Alfaro *de officio fiſc. gloſ-
ſa* 17. *num.* 27. Azeued. *per textum ibi in
l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 2. *Recop. num.* 1. Farinac. cum
multis *dicta quæſt.* 16 *prox. crim. ex num.* 16.
Lucas de Pœna, & Valenz. & alij *in dicta
l.* 2. Amaya *in dicta Rub. de delat. num.* 20.
quod comprobatur, vt iam eſt dictum de
fiſco, qui ex neceſſitate officij tenetur ac-
17 cuſare cum delatore. † Et huius caſus ratio,
ea nempe eſt, quia cùm delator ſit qui of-
fert ſe ſpe lucri, & præmij, & hoc ſponte,
l. 1. *in princ. ff. de iure fiſci*, ſequitur aliud di-
cendum de illo, qui ſola neceſſitate officij
id facit, cum primo caſu, nulla poſſit ex-
cuſatio dari ſub ſpecie honeſti; propter
quod odio ſunt habiti tales delatores (vt
iam dictum eſt *ſub quæſt.* 1.) apud omnes, vt-
pote lucroſi, & ſanguinantes, vt loquitur
Tacitus de claris orator. ac obſeruat Decian.
lib. 3. *crimin. cap.* 4. *à num.* 6. ſed in noſtro
ſecundo caſu non ſic, eo quod nullus iu-
dicum calumnia notabit delatorem, qui
non ſuis ſimulationibus, non iniquo, &
prauo animo accuſationem inſtituit, ſed
coactus officio, & eius neceſſitate inſtante,
vt alias dixit de tutore Triphonianus *in di-
cta l. tutorem ff. de his, quibus, vt indign.*
18 † Non inquam cuique, aut vlli officium
ſuum debet eſſe damnoſum, *cap. cum non
deceat de elect. lib.* 6. *l. ſed ſi quis* 7. *Cod. quem-
admod. teſtam. aperiantur l. ſi ſeruus* 61. §.
quod verò ff. de furtis l. abſentia 40. *ff. de re-
gul. iur.* cum aliis adductis ab Accurſio *in
dicta l. ſed ſi quis §. damnoſum*, Amaya, *vbi
ſuprà num.* 21. qui præter Fiſcum exempli-
19 ficat *à num.* 24. *ad* 28. † vbi *dicto num.* 24.
concludit melioris conditionis cenſendum
eſſe eum, qui facit aliquid ex neceſſita-
te officij, quam ex voluntate, vt *in l. ſi
fideiuſſor* 7. *§. ſi neceſſaria ff. qui ſatis dare
cogantur, l.* 2. *§. vis fluminis, verſ. ſi quis ff.
ſi quis cautionibus*, vt notarunt Bart. *num.* 2.
Bald. Platea, & alij, Farinac. *dicta quæſt.* 16.
num. 52. *&* 53. vbi de Barbitonſore aliquid
exemplificat quod etiam in operante ex
vi voti verificatur ſub *tit. de voto, & voti re-
demptione.*
20 Ex quo fluit, quod ſi cauſa fuit cœpta
per delatorem, qui moritur, vel ſe ab-
ſentat, & tunc iudex conſtituat alium,
poſſit tunc ſic conſtitutus peragere, etſi
non probet, & in probatione ſuccumbat,
non teneatur pœnis delatorum, vt dixerat
Bart. Bald. Platea, & Amaya relati pro-
bantes per textum *in dicta l.* 2. *Cod. de delat.
lib.* 10. ſicut etiam ſequitur in optimo caſu
Otalora *de nobilitate* 3. *p. tertia partis princip.
cap.* 1. *num.* 10.
Item in aduocato, quando ex officij ne- 21
ceſſitate aliquid facit, vt tenent Pichard.
in §. ſi tutor de inofficioſo teſtament. Amaya
dict. Rubr. Codic. de delator. num. 29. & ambo
poſt Gregor. *in l.* 13. *verſ. fueras ende* per
textum, vbi gloſſa 28. *tit.* 7. *p.* 6. quod in-
telligo de aduocato legitimè ſuum aduo-
cationis officium impartiente: nam ſi in-
ſtigator eſſet, querelaſque formaret ſe-
ditiosè, exiſtimo iſtum, vt calumnio-
ſum ſaltim extraordinariè puniendum, ad
tradita per Boſſium *in tit. de accuſ. num.* 37.
& in tit. de præuaricat. numer. 8. *in fine*, qui,
& cum eo Farinac. *dict. quæſtion.* 16. *pract.
crimin. num.* 7. *ante verſ. rurſus* refert, quod
Mediolani quidam aduocatus, qui fuerat
inſtigator, vt plures querelæ contra bo-
num officialem exigerentur, vt non pro-
bauerat eas, cuius fuit exulare perpetuo ab
illius ſtatus domiuio, & ad omnia dam-
na, expenſas, & intereſſe per officialem
paſſa damnatus.
Cauſa ſecunda erit, quando videli- 22
cet accuſator habuiſſet iuſtam accuſandi
cauſam: nam ſicut in ciuilibus actor, qui
iuſtam litigandi habuit cauſam à calum-
nia excuſatur, & propterea in expen-
ſis non condemnatur, etiam quod in
actione per eum intentata ſuccubuerit,
*ad textum in l. qui ſolidum §. etiam ff. de
leg.* 2. *§. oportet*, & ibi gloſſa *in auth. de
iudicio*, vbi DD. & alibi ſæpè, ita ſimi-
liter in criminalibus ſit excuſandus à præ-
ſumpta calumnia accuſator, ſi iuſta cau-
ſa, erroreue ductus accuſauerit, quam-
uis, & ipſe in accuſatione ſuccubuerit
iuxta textum expreſſum *in l.* 1. *§. ſed non
vtique ff. ad ſenat. conſult. Turpil. textus in
l.* 3. *Codic. de calumniator.* vtrumque di-
ctum cum infinitis probat Farinac. *dicta
quæſt.* 16. *ex num.* 33. *vbi num.* 3. *ad* 40. ad-
dit, vt non ſolùm iuſta cauſa excuſet ab
expenſis, ſed etiam à pœna iuris ciui-
li, aut Canonici, & à pœna compro-
miſſi, & à pœna in contractu; ſic vt
non valeat accuſator aduerſus iſtam iu-
ris præſumptionem iuſtam accuſandi cau-
ſam deducere contrarium probando, quam
cauſam

cauſam legitimam eſſe oportere dicit ſecundum arbitrium iudicis, *& à numero* 41. diſputat Farinac. *ad* 47. an ſi accuſator delictum ſemiplene probaſſet excuſetur ab expenſis, & à pœna? ipſum cum multis leges.

23 Tertia cauſa, quæ videtur ſubſequi ex præcedenti in accuſatores, ſcilicet qui deceptus eſt à teſtibus, qui ei promiſerunt ſe in illa cauſa plenum teſtimonium laturos, & poſtmodum in iudicio ſe nihil ſcire, ſint atteſtati: ita DD. per *cap.* 2. *hic*, vbi Abbas *num.* 2. Felin. 3. *notab.* ex gloſſa *in cap.* Paulum 2. *quæſt.* 3. *DD. in l. properandum*, §. *ſin autem alterutra*, vbi præcipuè Alex. *num.* 13. & Iaſon. *num.* 8. cum aliis idem Farin. *n.* 49.

24 Quarta quæ videtur etiam inferri à præcedenti, ſi ipſe accuſator probat ſe audiuiſſe à perſonis fide dignis accuſatum commiſiſſe delictum, de quo Bart. *in d. Athletas* §. *calumniator num.* 3. *ff. de his, qui not. infamia*, Abbas hic, *in dicto cap.* 2. *num.* 5. Felin. *num.* 3. cum aliis pluribus, Farinac. *num.* 50. *&* 51. ſic tenens per textum, vbi gloſſa notabilis, & DD. *in l. Titio fundus ff. de cautionib.* & demonſtrat quatenus ex eo apparet dictum probi, & boni, virique fide digni credentem generaliter excuſari ab omni culpa, dolo, & pœna; eo quod in accuſantem indicit bonam fidem, & iuſtam credulitatem; imò addit ipſe, & *in tit. de pœnis temper. lib.* 2. cum Ioſepho Ludouico *lib.* 1. *ſuarum concluſ. concl.* 15. *verſ. penult. & fin.* quod talis credulitas excuſat etiam, quod non ſit probabilis, & etiam in crimine læſæ Maieſtatis.

25 Quinta in conſanguineo, qui ratione ſanguinis, & immenſo dolore ad accuſandum mouetur, vt puta, ſi patentes de morte filij, vel è contra ſi vir de morte vxotis, vel adulterio in eam commiſſo, & in his ſimilibus accuſent, de quo dicit Farin. cum multis, vt licet non excuſetur à vera calumnia, excuſatur tamen à præſumpta, ſic vt non puniatur aliquis illorum ex eo ſolùm, quod in accuſatione ſuccubuerit, vt probat textus *in l. quamuis Cod. de adulteriis, l.* 2. *Cod. hoc tit. gloſſa in dicta l. Athletas* § *calumniator*, Ioannes Baptiſta Aſinius *in pract. iudic.* §.

26 32. *cap.* 32. *num.* 1. † Vbi pariter loquitur in omnibus his, qui honoris cauſa ſuam, vel ſuorum iniutiam illatam proſequuntur per doctrinam gloſſæ *in dicto* §. calumniator, idem Farin. cum aliis multis *dicta quæſt.* 16. *num.* 56. cum Menochio *conſ.* 145. *num.* 34. *lib.* 2. vbi de eo, qui accuſat proprij honoris, & pudoris ſeruandi cauſa, & *num.* 28.

† Vbi contra de eo, qui accuſat ſuum coniunctum, qui non præſumitur accuſare animo calumniandi; quibus omnibus nouiſſimè accedit D. Franc. de Amaya cum aliis *in dicta Rubr. de delator. num.* 30. quatenus liberat à pœnis contra delatores ſtatutas eos, qui ſuam, vel ſuorum iniutiam proſequuntur per textum *in l. deferre* 28. §. *ſed ſi communem, l. fiſcus* 38. §. *fin. l. delator* 44. *ff. de iure fiſci: argum. etiam textus in l. qui ex libertate* 26. *ff. de liber. cauſa.* † Et in ſpecie textus *in l.* 3. *dicti tit. Cod. de delat.* vbi ſi aliquis ad ſuam defenſionem cum ab officialibus fiſci conueniretur alium talis fundi poſſeſſorem eſſe dixerit, non tam delator dicatur, quam ſui defenſor, nec vt videatur tam alium deferre, quam delationem contra ſe factam repellere, vt eleganter dixit Accurſ. ibi, ſic vt non ſit accuſatio, ſed defenſio. 27 28

Vnde Cujacius *lib.* 18. *obſeru. cap.* 22. Duaren. *ad tit. ad ſenat. conſult.* Sylan. *verſ. quantum capiti*, dicunt vt non videatur accuſaſſe, vt præmium conſequatur, qui in alium, cum argueretur crimen detexit *ex l.* 3. §. *vtrum* 4. *ff. ad Syllan.* vbi ait Amaya *ſupra dicto num.* 30. corrupte in vulgaribus codicibus legi, perperam vindicaſſe, pro indicaſſe, vt rectè animaduertunt Antou. Auguſt. *lib.* 2. *emend. cap.* 19. Cujacius, & Duaren. vbi proximè alia ſcribit videnda, & applicanda hic; idem Amaya *ex l.* 1. *Cod. pro quibus cauſ. ſeruus pro præm. & in l.* 25. *ff. de ſenat. conſult.* Sylan. † vbi de excuſantibus aliquos, quia accuſant, non pro præmio, ſed *coacti* à neceſſitate, qui potius dicuntur defendere, quam accuſate, concludens cum Farinac. *dicta quæſt.* 16. *ex num.* 33. *&* 56. excuſandos eſſe à pœna calumniantium accuſatores, qui ex iuſta cauſa prouocati accuſationem inſtituerunt per textum etiam de iure Regio *in l.* 5. *tit.* 13. *dict. lib.* 2. *Recopil.* vbi delator in expenſis, & pœnis condemnatur, ſi delationem non probet, niſi iuſtam habuit cauſam accuſandi. 29 30

Sexta, in eo, qui accuſationem ſuam probauit per teſtes, qui propter inhabilitatem eorum perſonæ reiecti fuerunt, vt puta, quia erant infames, falſarij, vel excommunicati per longe à nobis dicta *in cap. teſtimonium de teſtibus*, & per nonnulla relata *ſub tit. de accuſat.* quod fallit, quando contra accuſatorem vrgeret aliqua ſuſpicio, quod defectus eorum ipſi noti forent, cum multis Farinac. *ſuprà num.* 59. *dicta quæſt.* 16. nam de ſimpliciter accuſante per illos teſtes, dicit vt quamuis in probatione ſuccumbat excuſatur à pœna, & calumnia. 31

AD TEXTVM

In Cap. 11. Hoc titulo. De Calumniatoribus.

PRÆMISSVM.

1 TExtvs iſte ex dictis *ſupra in Rubr.* & *hoc cap.* 1. plenè valet diſcuti: nam quatenus ad pœnas calumniatorum accuſantium, de quibus hic poſſit ſcribi; item & de excuſationibus, & accenſatoribus præſtandis iam abunde proxima *quæſt.* 2. *verſ. ad vltimam*, & hoc per verba hic *donec Canonicè ſuam probauerint innocentiam, ſcilicet quod non calumniandi animo ad huiuſmodi crimina probanda proceſſit.*

Et quia textus hic videtur diuerſam pœnam ſuſpenſiouis, ſcilicet impoſuiſſe contra clericum calumniatorem, quando textus *in cap.* 1. hic illam priuationis impoſuit contra illum Diaconum calumniatorem; ideo de ratione diuerſitatis leges quæ dixi *ſupra in illo ſub q.* 2. *verſ. ad ſecundam.*

AD TITVLVM DE SIMONIA.

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1. *Simoniæ materiam qui tractent inter Theologos, & Canoniſtas?*
2. *Simonia eſt grauiſſimum peccatum à Simone Mago originem trahens, & à Gieſio famulo Eliſæi, num.* 3.
3. *Simonia dicitur ſacrilegium contra virtutem Religionis, quæ conſiſtit in tractando indigne res ſacras vendendo, aut emendo.*
4. *Res ſacræ, ſiue Religioſæ iure Cæſareo diſtrahi prohibentur propter magnam reuerentiam eis debitam, & quia non ſunt ſub bonis, n.* 5. *fallit, vt n.* 11.
6. *Simoniæ grauitas dignoſcitur; eo quod contra illam patrantes quæris procedi ſolis ſignis, & præſumptionibus euidentibus.*
7. *Simonia vocatur peſtis alia crimina, ſua magnitudine vincens.*
8. *Simoniaci dici poſſunt deteſtabiliores omni peccatore.*
9. *Simonia qualiter dicatur hæreſis?*
10. *Simonia poteſt eſſe peccatum veniale tantum, ex imperfectione actus, inconſideratione, ſeu ignoratia mixta cum negligentia veniali, non vero ex paruitate materiæ.*
11. *L. & liberi, l. ſed celſus, l. liberi* 7. *ff. de contrahenda emptione.*
12. *Simoniæ diffinitio quæ, cuius partes explanantur numeris ſequentibus.*
13. *Simonia conſiſtit in voluntate, & qualiter opere ſubſequuto, num.* 14. *& in contractu non gratuito, num.* 15 *vbi quis ſic dicatur?*
14. *Simonia excludit actus indeliberatos.*
16. *Simonia dicitur cum datur temporale pro ſpirituali, non ſi ſpirituale pro ſpirituali.*
17. *Pretia tria in ſimonia poſſunt inueniri, & qualia ſint enodantur ſub quæſt.* 1. *cap.* 1. *poſt verſ.* ad tertiam.
18. *Simonia communiter diuiditur in mentalem, conuentionalem, & realem, & qualibet ſumitur etiam dupliciter, vt num.* 19.

HÆc materia triuialis, ac multum vſualis eſt inter Theologos morales, quæ etſi poſſet à 1
nobis longo commentario peragi, attamen excogitauimus parum immorari, pleraque reſoluendo, quæ fortè alibi ad plenum ſuper hanc Rubricam, & iura non ſunt applicata. Et ſic præſupponendo qui de illa ſcribunt præter ordinarios antiquos, quos *hic num.* 1. congerit Barboſa; infinitos ex Neotericis, etiam hic *n.* 2. aggregans, inter quos Vela. *de delictis cap.* 32. Maſcard. *de probationibus. concluſione* 134. *&* 1310. *à num.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 8. Nauarr. *in manuali cap.* 32. *à num.* 9. & *ad textum in cap. fin. hoc. tit.* Cardinalis Tuſchus *litt. S. concluſ.* 249. *cum*

ſequentibus Rebuffus *in praxi de ſimonia in reſignatione*, Flamin. *de reſignatione*, *lib.* 14. *& tract. de confid.* Nicol. Garcia. *de benefic. p.* 8. Iacob. de Graff. *in deciſ. aur. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 98. Bernard. ad Salced. *in praxi cap.* 94. ſecundum nouam impreſſionem, Tyberius Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 77. Viuius Bonacoſ. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *titul.* 15. Campanil. *in diuerſ. iuris Canonic. Rubric.* 11. *cap.* 27. Ioannes Baptiſta Vanagel. Cartajena, Andreas Valenſ. & Franc. Lypeus *in hac Rub.* Clar. *lib.* 5. *ſentent.* §. *ſimonia*, & alij plures ex canoniſtis *infrà* referendi. Inter Theologos ſanct. Thom. 2. 2. *quæſtione* 10. vbi eius expoſitores Soto *de iuſt. lib.* 9. *quæſtione* 5. latè Suarez *de religione tom.* 1. *tractat.* 3. *lib.* 4. *de ſimonia*, Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *de ſimonia* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *numero* 108. Alderete *de Religioſa diſciplina tuend. lib.* 2. *cap.* 16. §. 5. *à numero* 41. Azor. *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 12. Cantarel. *in decem præcepta Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 52. cum ſequentibus, Bonacina *variar. tractat. titul. de ſimonia*, Raphaël de la Torre *de religione tom.* 2. *quæſtion.* 10. *de ſimonia*, Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma tom.* 2. *à cap.* 55. *ad* 66. Lorenzana *in compendio caſuum*, *titul. de ſimonia*, Ludouic. Lopez. *in inſtruct. conſcientiæ p.* 1. *cap.* 108. Candelabrum Aureum, *in appendice cap.* 1. Henriquez *in ſumma*, *lib.* 13. *cap.* 37. Petrus Ledeſma *in ſumma p.* 2. *tract.* 12. Henquez de Villalobos *in ſumma* 2. *p. tract.* 37. per plures difficultates Adrianus *quodlibet* 9. Gabriel. *ſect.* 28. *in Canonem* Altiſiodorenſis, *lib.* 5. *ſummæ tract.* 37. Nauarr. *in Conſiliis tit. de ſimonia*, Guttierrez *lib.* 2. *Canon. cap.* 23. Victoria *in relectione de ſimonia*, Sylueſter. & alij Summiſtæ, vt Sâ, etiam *verbo ſimonia*, Alex. ab Alex. 3. *p. quæſt.* 183. Baſſæus *in ſumma* 1. *&* 2. *p. verbo ſimonia*, & alij, quos relati referunt.

2 Nemo eſt qui dubitet ſimoniam grauiſſimum peccatum in ſe continere: ſic dicta ab illo illius primo inuentore, ſcilicet *Simon Magus*, actorum *cap.* 8. qui obtulit Diuo Petro pecuniam, vt ei S. Petr. dediſſet poteſtatem, vt Spiritus ſanctus daretur, ſiue communicaretur cuicumque, idem. Simon manus imponeret; eo quod vellet illam gratiam vendere, vt dixit D. Auguſtin. *tract.* 10. *in Ioannem*, vt etiam dicitur *in cap. quicumque*, *cap. qui ſtudet*, *cap. Petrus* 1. *quæſt.* 1. *cap. ſaluator* 1. *quæſt.* 3. ſed S. Petrus reſpondens ei verbis ſequentibus: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti pretio donum Dei poſſidere*: illum audacem à ſe repulit, idem etiam ex parte vendentis à Gieſio famulo Eliſæi, qui pro ſanitate ad preces eiuſdem Eliſæi collata Naaman Syro accepit munera 4. *Regum cap.* 5. & ex parte ementis à Simone Mago, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. Barboſa *per cap. ſicut*, 39. *num.* 2. vbi DD. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *à num.* 5. Leſſio *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 5. *dubio* 2. Calepin. *verb. ſimonia in lexic. iuris*, Prat. *eodem verb.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.... cap.* 10. *num.* 8.

Ex quo reſolutiuè notato, fluit, ideo ſi- 3
moniam eſſe grauiſſimum peccatum cum
ſit ſacrilegium contra virtutem religionis,
vt D. Thomas ait 2. 2. *dict. quæſtion.* 100.
articul. 1. vbi eius expoſitores etiam cum
Magiſtro ſentent. *in* 4. *diſt.* 25. vbi de ma-
teria, quod conſiſtit in tractando indi-
gne res ſacras eas vendendo, aut emen-
do, veluti, ſi res eſſent profanæ, † quæ pro- 4
hibitio confirmatur etiam iure Cæſareo,
etſi non ſimoniaco nomine: tamen pro-
pter magnam reuerentiam debitam rebus
ſacris ad textum *in l. ſed Celſus*, *l.* 6. *l.
liberi* 7. *ff de contrah. emptione*, *l.* 15. *cum
ſequentibus titul.* 5. *p.* 5. in quibus agitur,
& per DD. ibi quæ res emi, aut ven-
di poſſint; & ſic Iuſtinianus *in* §. *loc. fin.
inſtitut. de emptione*, *& venditione*, inter illas
poſuit loca ſacra, Religioſa, aut publica
non poſſe emi; proſequitur latiſſimè Co-
nan. *lib.* 7. Petr. Gregor. 3. *p. ſyntagm. lib.* 25.
cap. 4. *&* 7. *cum ſequentibus*; latè Anton. Pi-
chardus *in* §. 1. *ad* 1. 3. *&* 4. *argum. inſtit.
de inutilibus ſtipulat.* † Eſt enim alia ratio 5
efficax, quia ſacræ, & Religioſæ, ſanctæ-
que res non ſunt in bonis vllius, quæ iu-
ris Diuini dicuntur *l.* 1. *ff. eo tit. de rerum di-
uiſ. l. in tantum*, *l.* 12. *l.* 13. *cum ſeq. tit.* 28.
p. 3. exornant tradita à Macrobio, *lib.* 3.
ſaturn. cap. 3. Conan. *lib. cap.* 1. *num.* 2. Al-
ciatus *lib.* 9. *Parergon. cap.* 15. *&* 19. Alex.
lib. 6. *genial. cap.* 14. Sigonius *lib.* 5. *de an-
tiquit. iuris ciuilis*, *Rom. cap.* 8. & alij com-
muniter.

Quæ tanti peccati grauitas inſpicitur 6
ab ſpecialibus, quæ ius diſpoſuit circa illud; ſiquidem DD. per textum *in cap. ſicut de ſimonia*, vbi Abbas, Bernard. Diaz. *in practic. cap.* 85. Iulius Clarus *in pract. tit. de ſimonia*, & gloſſa *fin. in cap. inſinuatum hoc titulo*, vbi DD. etiam docent contra tale ſimoniæ crimen patrantes poſſe procedi ſolis ſignis, & præſumptionibus, ſicut etiam patet *ex conſt. Pij V.* anni 1568. & 4. ſui Pontificatus, quam refert Nauarr. *cap.* 13. *num.* 19. de verbo ad verbum; ſed vt aduertit gloſſa *in dicto cap. inſinuatum*,

illa

illa ſigna debent eſſe euidentia, & quæ conuincant ipſum ſimoniæ crimen, ſic etiam per illam probant Barboſa ibi *nu. fin.* Filamin. *de reſig. benefic. cap.* 14. *quaſt.* 8. *n.* 14. Clarus, *dicto §. ſimonia num.* 12. Maſcard. *de prob. concl.* 1304. *n.* 27. *&* 28. de quo latè *infra cap.* 3. *ſub qu.* 2.

7 Quod amplius comprobatur, eo quod *in dicto cap. ſicut* 6. Simonia vocatur peſtis, quia ratione auaritiæ, & ambitionis ſerpit, vt Cancer, vt per Gambar. *in extrauag. Iulij* 11. *de Simoniaca electione Papæ*, *num.* 50. Flamin. *de confidentia*, *quaſt.* 8. *num.* 21. Suarez, *de religione tomo* 2. *tract. de ſimonia lib.* 4. *num.* 3. eſſeque tam graue peccatum, vt dicat Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 162. *verſ. certe magnitudine ſua omnia alia crimina, & peccata vincere*; & quod ſit cæteris grauius, dicunt Anton. Roſel. *in cap. quidam Epiſcopus*, *num.* 1. 2 *qu.* 1. Gaſpar. de Peruſ. *de reſeruat. benefic. num.* 28. & ob id Redoan, *de ſimonia p.* 4. *cap.* 12. *num.* 14. Flamin. *dict. qu.* 8. *num.* 27. ſcripſere 8 † ſimoniacos dici poſſe deteſtabiliores omni peccatore.

9 Notandum verò eſt quòd licèt apud DD. Simoniacus vocetur hæreticus, vt videtur loqui textus, *in cap. eos*, qui per pecunias, 1. *quaſt.* 1. *cap. alia re* 1. *quaſt.* 3. tamen eam non dici propriè hæreſim, niſi in quantum ita videtur apparenter, & externè: nam ex eo, quod quis vendit ſpiritus ſancti donum, certo aliquo modo proteſtatur ſe eſſe Dominum illius muneris, vt ſcribit S. Thomas, 2. 2. *quaſt.* 10. *dicto art.* 1. Gloſſa & DD. *in cap. firmiſſimè infrà de hæreticis*, quæ ſimilitudo criminis poteſt inferri à relata grauitate; item quia ſimonia adeo de ſe mala eſt, vt nec poſſit aliqua circunſtantia cohoneſtari, Caiet. *quodlibeto* 1. *quaſt.* 9. non inquam facienda ſunt mala, vt inde veniant bona, Paul. ad Rom. *cap.* 3. *cap. ſuper eo de vſuris*, *cap. magnopere qui Clerici. vel Monachi*, *cap. faciat.* 32. *quaſt.* 2. vbi DD. alia tradit videnda Barboſa, *in cap. Baptizandis*, 1. *qu.* 1. *num.* 3. *&* 4. de quo modo accipiendi Simoniam, latè *in cap.* 5. *&* 6. *hoc tit.*

10 Et aduerti debet cum Suarez, *lib.* 1. *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap* 3. *num.* 5. & alijs, vt quamuis in hoc ſimoniæ vitio poſſit dari peccatum veniale ex imperfectione actus, in conſideratione, ſiue ignorantia mixta cum negligentia veniali: tamen non dari tale peccatum ex paruitate materiæ ex eo, quòd nulla res ſpiritualis quamtumuis parua poteſt eſſe vendibilis, quia huius generis res, ſunt admodum ſuperiores; quod & planum dicit etiam ex parte pretij: nam quantum pretium eſt minimum? tanto plus parui pendet res ipſa ſpiritualis de quo late *infra in cap.* 18.

Hæc tamen de condemnata venditione, aut emptione rerum ſacrarum, videntur non eſſe firma; ſi quidem per *l. & liberi* 4. *dict. l. ſed celſus* 6. *l. liberi* 7. *ff. de contrahenda empt.* per quæ iura probatur loci ſacri, ſiue religioſi venditionem valere, nec emptio rei ſacræ, ſiue religioſæ impeditur, *in l. in modicis*, *ff. eodem*: tamen reſpondetur diſtinguendo inter res merè ſpirituales, qualis erat gratia prætenſa à Simone Mago, & res ſacras, ſiue religioſas, quæ nonnullis modis poſſint ad profanas reddi. Inprimis inquam nulla poterit dari cauſa legitima, vt pretio transferantur; in ſecundis ſic; dum tamen non principaliter, ſed acceſſorie, & in conſequentiam cum re profana, cui adhæret ſacra, & religioſa vendatur ex cauſa onerosa, & cum vniuerſitate bonorum ex regula, *leg. quadam* 62. *ff. de acquirendo rerum dom*; *l. in modicis l. ſi mercedem*, 55. *§. ſi eum fundum ff. de actionib. empt. cap. litteris* 7. *cap. cum ſaculum* 13. *de iure patronat.* quod eſt verum, ad tradita per nos de iure Patronatus Eccleſiaſtici, *ſub cap. quanto* 3. *de iudiciis*, explicant late Hypolitus, *ex l.* 15. *ff. de officio eius* Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *nu.* 8. Molina, *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 14. *ex num.* 18. Lambertin. *de iure patron. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 5. *art.* 15. *nu.* 2. & alij *infrà* referendi, quando fiet plenior diſtinctio inter prædictas res. 11

Quibus breuiter ſuppoſitis iam eſt, vt dicamus quid ſit ſimonia, & quot ſunt eius ſpecies: igitur ea communiter ab omnibus definitur, vt ſit ſcilicet, *ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi res ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas*, iuxta Gloſſ. *in Rub. de ſimonia*, *cap. qui ſtudet*, *cap. Petrus. cap. ſaluatur*, 1. *quaſt.* 3. iuxta quæ, & alia iura ſic optimè definita, etiam iuxta Auguſtini authoritatem, *in lib. de hæreſibus in præfatione tom.* 2. *& Euang. Ioan. tract.* 10. *cap.* 2. *tom.* 9. *& homilia* 23. *cap.* 10. *hom.* 10. vbi videtur ſimonia conſiſtere in ſola voluntate emendi, vel vendendi: cuius definitionis partes communiter explicant iam adducti, & Theologi ex D. Thoma, *dicta quaſt.* 100. *art.* 1. *in* 2. 2. cum Azor. Reginaldo, Bonacina, Suarez, Claro, Nauarro, Menochio, Curiel, Lambertin. & aliis, Barboſa hic *num.* 3. † Quare etiam breuiter notandum eſt, vt ex quo dicitur conſiſtere in voluntate; ideo ſic dici, quia 12 13

religionis virtus eſt, poſita in voluntate, & ſimonia, quæ ei eſt contraria, & ſimiliter conſiſtit in voluntate, & ad ſignificandum ſimiliter, quod ſimonia mentalis, etiam eſt vere ſimonia, ſi cum ea vult ſimoniam realem committere, etiam nondum opere ſubſecuto, Villalobos, *vbi ſuprà diff.* 1. *num.* 4. vbi referendo cum Panormit. & Hoſtienſe, *in cap. nemo hoc ti-*
14 *tulo*, † dicunt relatæ diffinitioni addendum eſſe *opere ſubſecuto*, intelligi tantum quoad forum externum, de quo tantum iudicat Eccleſia. Et quod dicitur *ſtudioſa*, vt excludantur actus indeliberati; eo quod hic loquitur de ſimoniæ peccato delibe-
15 rato in ſua ſpecie. † Diciturque *emendi, vel vendendi* ad excludendam omnem voluntatem dandi, aut recipiendi rem quamque temporalem pro pretio rei ſpiritualis, modo ſit proprie emptio vel venditio, modo ſit locatio, aut permutatio; dum vero ſit contractus non gratuitus: ſic idem Villalobos, *dicto num.* 4. *in fine*, dicens omne id comprehendi, *ſub verb. emptio, & venditio*, Barboſa hic, *ſub dicto num.* 3. id probans *ex texta in l. ſtatu liber. ff. de ſtatu liber. & in l. ſicut §. venditiones, ff. quib. mod. pign.* quatenus *verb. emends* ſignificat omnem contractum non gratuitum, ſed onerosum, vt pactum etiam, & tranſactio, qui æquiualent emptioni: ſic cum Azor, Valerio Reginaldo, & Valentia, Baſſeus, *verbo, ſimonia p.* 1. *ſub num.* 1. dum etiam ait cum Syluio, Layman Crouſerſ.Filliucio,
16 & aliis. † Ideo dici pretio temporali; quia ſi datur ſpirituale pro ſpirituali, non erit proprie ſimonia; quia turpitudo huius peccati, conſiſtit in eo, quod ſpiritualia æſtimantur pretio humano, vel re aliqua humana, quæ ſit pretio æſtimabilis.

17 Quare bene potuerunt DD. nonnulli dicere in ſimonia poſſe tria pretia inueniri: ſic colligentes ex textu, *in cap. ſaluator* 1. *quæſt.* 3. nempe pretium *à munere*, pretium *à lingua*, pretium *ab obſequio à munere*, vt pecunia, veſtis, aut equus, & quælibet aliæ res vendibiles *à lingua*, vana gloria, laudatio, ſiue vituperium, patrocinium aduocati, & quod Principis fauor adiuuet, cum omne id ſit pretio æſtimabile. Ab *obſequio* miniſterium namque quod quis facit in rebus temporalibus, veluti ſeruire, aut œconomatum adminiſtrare: ſic Villalobos vbi ſupra, de quibus late dico, *infra ſub cap.* 1. *quæſt.* 2. *poſt verſ. ad tertiam, verſ. cumque de reali*, vſque *ad verſ. ad quartam*, vbi multis exemplis.

18 Igitur vt poſt ſuper hac materia Clarius procedamus, aduertendum eſt communiter diuidi ſimoniam in tres ſpecies, ſeu gradus, in mentalem, conuentionalem, & realem. Prima eſt, quæ ex ſola voluntate committitur, nondum redacta, ad actum externum, de qua *in cap. tua*, 2. *p. & cap. fin. hoc titul.* Conuentionalis, quæ in pactum à partibus deducitur, ſed traditio nulla ſit rei temporalis pro ſpirituali, de quo agitur, *in dicto cap. tua in* 1. *p. & in cap. cum eſſent hoc tit.* Realis, quæ rei traditione conſummatur, de qua agitur *in cap. cum eſſent hoc tit. & tota quæſt.* 5. *cauſa* 1. quæ trimembris diuiſio ab ſcriptoribus communiter admiſſa, colligitur *ex extrauag.* 2. *hoc tit.* de qua Felin. hic & hæc vltima perfectior eſt, quam mentalis, & conuentionalis, vt de ſe patet, cum non ſolum ſit inter partes in pactum deducta, verum ad actum traditionis rei ſpiritualis pro temporali redacta, Caietan. *in ſumma, verbo ſimonia.*

Quam diuiſionem communiter omnes admittunt; imò & addunt ſubdiuiſionem ſequentem; nempe quod quæque harum ſumitur duobus etiam modis, nempe vt mentalis vna ſit, cum quis vult emere, aut vendere rem ſpiritualem, ſed id non facit. Altera, quando dat aliquid, aut accipit externe pro re ſpirituali cum mala intentione, quam in ſecreto habet abſque aliquo contractu. Conuentionalis ſit etiam duplex, vna quando factus fuit contractus, qui nondum à partibus fuit executus. Alia quando ab vna tantum parte fuit executioni mandatus; quia dedit ſcilicet beneficium, cui ab alio pecunia in pactum deducta non fuit data. Realis inquam, vt vna ſit deceptoria, alia verò ficta. Deceptoria, quando quis externe promittit aliquid dare alteri pro re ſpirituali, de quo implendo nullum habet propoſitum, quod poteſt accidere in ea, quæ eſt tantum conuentionalis, & in reali, veluti ſi dixiſſet, quod dabat dragmas duas pro pretio Miſſæ, & illas non daret, niſi ad ſuſtentationem, de quo *ſub hoc titulo.* 19

QVÆSTIO I.

An omnis datio rei temporalis pro ſpirituali, ſit ſimonia? Et an illam committat qui res Eccleſiæ propter proprium lucrum vendidit? Et an ſimoniæ vitium ab auaritia procedat,

cedat, ſeu ab alio motiuo principaliter? Et an omnis ſimonia ideo prohibita, quia ex re mala eſt iure naturæ, & Diuino, vel detur aliqua, quæ tantum dicatur mala, eo ſolum, quod ſit iure tantum humano canonico prohibita?

SVMMARIVM.

1 *Res temporalis pro ſpirituali queit dari duobus modis, tamquam cauſa principalis, aut impulſiua: primæ non licet, aliter de ſecunda, num.2.*

2 *Simoniam non committit, qui adimplens ſuum officium propter amorem Dei ad id impellitur ab aliquo lucro temporali minus principaliter, num.3.4.5.6.*

3 *Simoniacus dicitur Clericus, qui pergit ad matutinum, & horas principaliter propter diſtributiones; ſecus ſi ſecundario.*

4 *Simoniacus non dicitur adminiſtrans res ſpirituales bono fine, & ſi minus principaliter propter ſtipendium, etſi ex illo moueatur ad celebrandum v.g. alias non celebraturus.*

5 *Simonia non eſt datio pecuniæ ex liberalitate, ſeu ratione eleemoſynæ, nec quando beneficium datur ratione ſanguinis, amicitiæ, ſiue timore.*

6 *Simoniacus non eſt qui alteri pretium promittit, vt conſequatur beneficium, ſi nec illud det, nec habuiſſet animum implendi, qui poterit tute retinere illud, etſi fefellerit collatorem n.7.*

8 Cap. ſaluaror 8. 1. quæſt. 3. *late enodatur numeris ſequentibus, & n.14. 17. & aliis.*

9 *Simonia vitium ab auaritia procedit, quam habuit Simon Magus huius deprauati vitij auctor, & à n.10.*

10 *Simoniæ vitium duo continet mala, auaritiam, & ſpiritualium æſtimationem, quod ex tribus, aut quatuor habet ſuam deformitatem n.11.12.& 13.*

14 *Simonia eſt omnis venditio rei Eccleſiaſticæ, execrabilis propter auaritiam, & cupiditatem pecuniæ, cuius radix eſt, & deteſtabilis, & num.21.*

15 *Auari rerum Eccleſiaſticarum eiſdem pœnis puniuntur, ac ſimoniaci.*

16 *Venditio illicita rerum Eccleſiæ eſt ſimoniaca.*

17 Cap. ſi forte 17. quæſtione 4. cap. res ibi.

18 *Eccleſiæ bona, quæ habent iuriſdictionem Eccleſiaſticam abſque ſimonia vendi non poſſunt.*

19 *Sacræ res vendi poſſunt abſque labe ſimoniæ, dum non plures æſtimentur, quam valent in ſe abſque ſpiritualitate nu.20. aliter ſub n.37.*

21 *Venditio iniuſta dicitur, non ſimoniaca facta vltra iuſtum pretium.*

22 *Simonia non ſolum procedit ab auaritia, ſed etiam ab aliis motiuis.*

23 *Spiritualis res duplici modo dicitur, vel quia incorporea, aut aliter.*

24 *Spiritum familiarem vendere, non eſt ſimonia.*

25 *Simonia, quando contrahetur in rebus ſpiritualibus annexis, n.26.*

27 *Simonia, vt plurimum prohibetur iure humano, quæ ideo dicitur mala, quia prohibita n.28.*

28 *Beneficia Eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo.*

29 *Simonia duplex dicitur prohibita, quia mala, & ſic de iure Diuino, vel mala, quia prohibita, & ſic de iure poſitiuo, vt exemplificatur, & ample in cap. 12. contra Durandum, num. 31. dicentem hanc non eſſe proprie ſimoniam.*

30 L. vnica Codice ſi lib. imp. Socius lib. 10.

32 *Spirituales res, vt non poſſint vendi, ipſum ius naturæ dictat.*

37 *Simon Magus fuit reprehenſus à D. Petro,* act. cap. 8. *non vt tranſgreſſor legis poſitiuæ ſed quia voluit donum Dei pecunia poſſidere.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeatur, dicendum eſt cum D. Thoma, *in quodlibeto* 8. *art.2.* & communi Theologorum cum eo, & cum Canoniſtis, *in cap. ſicut, & cap. non ſatis hoc titulo,* duobus quidem modis poſſe quemquam dare rem aliquam temporalem alteri pro re ſpirituali. Primo dando illam, tamquam pro cauſa principali, quo inquam modo nihil poſſe dari pro re ſpirituali probant ea iura, & Archidiacon. *in cap. ordinationes, & cap. indicis hoc titulo,* non enim licitum eſt ipſe lucri ad ſpiritualia inuitare, vt docent multi, quos refert Saochez, *de matrimon. lib.1. diſp.19.* 1 † Tamen ſi res temporalis detur pro re ſpirituali, vt pro cauſa impulſiua, & excitatiua, & ſi talis eſſet, vt ſine ea actus non fieret, tunc non inueniri ſimoniam, docent etiam Theologi cum D. Thoma, *vbi ſuprà* ponentes exemplum, 2

plum, in Præbendato, qui ad matutinam aſſurgit, & it, vt lucretur diſtributiones, quæ ſi aſſignatæ non eſſent non iret: quod exemplificans Aragon. *in* 2. 2. D. Thomæ, *quæſt.*100. *art.*2. in Medico curante infirmum ad petitionem ſui amici, in quo duplicem finem habere demonſtrat: Primus, vt adimpleatur ſuum officium procurando ſanitatem infirmi, & adimplere rogitum ſui amici, quod etiam in dicto Præbendato inueniri palam eſt, cum in eo cauſæ motiuæ, ſint diſtributiones quotidianæ; finalis vero cauſa ſit amor Dei & adimplere propriam obligationem, &, hoc ſecundo modo non committi ſimoniam docuerunt D. Thom. *dicta quæſt.*100. *art.*2. vbi Theologi, Sylueſter, *verbo ſimonia nu.*13. *tertia regula.* Aragon. *dicta qu.*100. *art.*2. *pag.*1109. *col.*1. Nauar. *conſ.*16. *&* 17. *hoc tit. de ſimonia.*

3 Ex qua diſtinctione infertur ad caſus nonnullos. Primus, quod Clericus, qui pergit ad matutinum principaliter, vt lucretur diſtributiones quotidianas, ſit ſimoniacus, ſed non ſic; ſi principaliter ea actione intendit ſeruire Deo, & ſecundario, vt percipiat dictas diſtributiones iuxta Gloſſam, *in cap.* 1. *de Cleric. non reſid. lib.*6. *& ex cap. ſi officio*, 59. *d.ct. cap. quia proderit* 61. *diſt.*

4 Secundus, nam qui res ſpirituales adminiſtrat bono fine, quamuis moueatur minus principaliter propter ſtipendium, non dicitur ſimoniacus, vt docent Ledeſma, *in ſumma* 2. *p. tract.*12. *concl.*7. *fol.*1341. Nauar. *conſ.*10. *num.* 3. & diſcipuli D. Thomæ, *vbi ſupra dicta quæſt.* 100. *in* 2.2. *art.*2. ob idque Nauarrus, *in loco relato*, ait plures ſanctè Miſſas celebrare, quia recepturi ſunt ſtipendium, qui alias non ſacrificarent; dum tamen non habuerint animum vendendi rem ſacram, & ſpiritualem per textum, *in cap. tua nos* 34. per quem Villalobos, *de ſimonia diff.* 1. *num.*8. qui id non probat clarè, potius valent applicanda quæ infra dicuntur de datis pro miniſterio Eccleſiæ, & vicariis *in cap. ad noſtram* 21. *& cap. conſulere* 38. quod corroboratur ex ſtipendiis, quæ dantur pro Miſſis dicendis, & Prædicatoribus ex D. Thoma, 2. 2. *dicta quæſt.*100. *art.* 2. *ad* 4. vbi expoſitores, *per cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*, vbi laudabiles conſuetudines in his rebus præcipiuntur obſeruari.

5 Tertius caſus, nam ſi quis dederit alteri pecuniam, non quidem pro re ſpirituali, ſed propter aliud, nempe ex liberalitate, ſiue ratione eleemoſynæ, non eſt ſimoniacus, D. Thomas, *ſuprà art.* 3. Caietan. *in ſumma verbo ſimonia* 3. Villalobos, *dicta diff.* 1. *num.*133. vbi addens nec ſimoniam eſſe, quando beneficium datur ratione ſanguinis, & cognationis, amicitia, ſeu timore, licet ſit quædam irreuerentia.

Quartus, vt non ſit ſimoniacus ille, qui 6
alteri pretium promittit, vt conſequatur beneficium, ſi tamen non habet animum promiſſum adimplendi, nec pecuniam vllam dederit, & ea promiſſione fuerit collator motus ad dandum illud ipſi promittenti; quia etſi reuera iſte promittens peccauerit; eo quod mouit collatorem ad conferendum; ſed non fuit irretitus crimine ſimoniaco, cuius eſt ratio, quia iſte nullam dandi voluntatem habendo, liberatur ab ſtudioſa voluntate iam addnctæ diffinitionis ſupra in præmiſſo. † Ex quo dicunt DD. poſſe ipſum 7
retinere beneficium ſic adeprum, quantumuis fefellerit collatorem: ita Caietanus, *opuſc.* 9. *quæſt.* 2. *art.* 2. Soto, *lib.*9. *de inſtit. quæſt.* 8. *artic.* 2. Villalobos, *ſuprà, art.*14. Ledeſma, *in ſumma lib.*2. *cap.* 5. *dubio* 3. *num* 11. & aliis, ex quibus poteſt fieri illatio ad plures alios caſus, qui aſſignantur ſub tit. noſtro.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an 8
ſimoniam committat qui res Eccleſiæ propter proprium lucrum vendidit? Et quia oritur ab intellectu textus, *in cap. ſaluator* 81. *quæſt.* 3. ideo, quia laborant interpretes plura reſeruando, breuiter explanare curabo, cum multum dependeat huius dubij reſolutio ab illico ſequenti, *An ſimoniæ vitium ab auaritia procedat, ſeu ab alio motiuo.* † Igitur omnibus omiſſis, ad illum 9
textum, quæ laconicè *infrà* repetentur dicendum eſt Pontificis Vrbani II. in ea deciſione ſenſum colligi ex eo, quia cum radix, ſeu fundamentum ſimoniacæ prauitatis ab auaritia, & cupiditate procederet, cum animus vendentis, ſeu ementis nihil alind videretur, quam vt pecnniam conſequeretur, eamque fuiſſe Simonis Magi intentionem tam deprauati vitij, author, vt docet Pontifex, *in cap. ex multis dicta cauſa* 1. *quæſt.* 3. *ad medium in verbis* ibi: *ex nimia concupiſcentia*, & paulo inferius, ibi: *Iniqua cupiditate ductus*, & *ex fin. eadem quæſt.* ibi: *execrabili ardore auaritia, cap. quidquid* 1. *quæſt.* 1. ibi: *Ambitione, cap. cum omnis auaritia eadem quæſtione cap.* 3. *de Magiſtris* ibi: *à cupiditatis radice, cap. ad Apoſtolicam hoc titulo*, ibi: *eorum cupiditati, cap. ſicut hoc titulo*,

titulo , ibi : *cupiditati huiuſmodi* , *cap.* 14.
Trid. de reform. ſeſſione 24. ibi : *Qua ſimo-*
niaca labis , *aut ſordida auaritia.* D. Thom.
2. 2. *dicta quaſtione* 100. *art.* 1. *ad* 4. & alij
expoſitotes.
10 Ex quo infert Barboſa , *in dicto cap. ſal-*
uator num. 6. in fine , in hoc crimine duo
reperiri mala. Alrerum auaritia , & cu-
piditas , alterum ſpiritualium æſtimatio ,
quod vtrumque rectè à Simone Mago
ſimoniacum dicitur , quia is vtrumque
habuit , addit tamen ſimoniæ crimen pto
vt ſuam habet diſtinctam ſpeciem ab aliis
dici poſſe , niſi ſpiritualia ſuper natuta-
lia pretio æſtimantut ; imo vt ego exi-
ſtimo hoc ctimen habere ſaltem ex tri-
bus , aut quatuor ſuam defotmitatem. Vi-
detut dicendum primam ex parte ven-
dentis , qui vt tem poſſet vendere , ſeu
quouis titulo in alium transfetre oportet,
vt Dominus ſit , vel à Domino ſuffi-
ciens mandatum habuerit ; per *leg. tradi-*
tio 20. *digeſt. de acquirendo rerum dom. leg.*
ſi filius 14. *digeſt. de donat.* & ſic cum
res ſpirituales in nullius dominio ſint ,
vt dictum fuit , ſequitur graue peccatum
fore in tali venditione , & eis , qui gra-
11 tis non diſpenſant † ſecundam ex com-
paratione rei ad pretium ; ſit vt pretium
rei , & res data acceptæ teſpondeat , ſic
plus iniuſtior contractus dicatur , ſi res
aliqua pretio detur , quæ nullam habeat
ad pretium comparationem. Vnde cum
res ſupernaturales , omne natutale pre-
tium ſuperent iuxta illud *Prouerb.* 3. *pre-*
tioſior eſt cunctis opibus , & iuxta ſignifi-
cationem *textus in leg. ſi emptione* §. *om-*
nium digeſt. de contrah. empt. & ratio tex-
tus in §. *fin. inſtit. eodem* , ſequitur , vt hæc
dicatur nimis præcipua , & ambitioſa cu-
12 piditas. † Tertiam ex natura contractus ,
& rerum ſpiritualium. Natura terum ſpi-
ritualium eſt , vt gratioſæ ſint , & gra-
tis dentur , iuxta præceptum Domini :
Gratis accepiſtis , *gratis date* , *actorum ca-*
pite 10.
13 Quibus , & quartam addit Batboſa ,
in Rubrica hic num. 4. *in fine* , per iura *in*
cap. Presbyter. & in cap. quisquis , *& in cap.*
reperiuntur 1. *quaſtione* 1. *& in cap.* 1. 1.
quaſtione 3. *& in capit. tanta hoc titulo* ,
nempe irreuerentiam , quæ his tebus fit,
dum temporalibus comparantur ; quaprop-
ter dicit ei iuri naturali , & ſupernatu-
rali , ſimoniam prohiberi Pontificio , ac
ciuili , quæ & aliquando hæreſis appella-
rut , aliiſque prauis nominibus demon-
ſtretut in dictis iuribus.

Itaque cum Vrbanus in *dicto capit. ſal-* 14
uator , appellet ſimoniacam omnem ven-
ditionem cuiusvis rei Eccleſiaſticæ tem-
poralis , ſi propter commodum proprium
venditionis facta ſit ; non quia ſpiritua-
lia pretio æſtimantur ; ſed quia execra-
bilis auaritia eſt , & pecuniæ cupiditas
circa res Eccleſiæ commiſſa : ſequitur
pro intelligentia illius textus , vt Ponti-
fex Vrbanus non conſidetaſſet ibi eſſen-
tiam ſimoniæ , ſed deteſtabilem eius ra-
dicem , quæ ſimonem in illud crimen
impulit , vt colligit idem Barboſa ex vet-
bis illius *ſub numero ſeptimo* , ibi : *ſed am-*
bitione quaſtus , *& auaritia* , & paulo infe-
rius , *ſola pecuniæ cauſa* , auaritia ſcilicet,
& ex verbis , *ad propria lucra* , dum col-
ligit ex illis non deprehendi culpam ali-
quam , cum res Eccleſiæ ad ipſius com-
modum , vt debent , diſtrahuntur iuxta
textum , *in capit. ſine exceptione* , *decimo ſe-*
cundo , *quaſtione ſecunda* , de quo *ſub titulo* ,
& capit. nulli de rebus Eccleſiaſt. alien. vel
non , ſed tum demum , cum in propium
vſum Prælati , de quo ibi lucrum id ſit,
eo quod tunc ſit auaritia , † ſicque eiſ- 15
dem pœnis auari tetum Eccleſiaſticarum
venditores afficiantur , quibus ſimonia-
ci , *ex capit. monemus cum ſequentibus deci-*
mo ſecundo , *quaſtione ſecunda* , *cap. nulli cap.*
ſi quis de rebus Eccleſiaſt. non alienand. ſicque
exaudiendum eſſe Rebuff. *in tractatu*
de rebus Eccleſ. non alien. numero 114. quaſi
exiſtimaret cum Archidiacono , & Præ-
poſito † illicitam venditionem rerum Ec- 16
cleſiæ eſſe ſimoniacam , quia prohibitam
ex lege canonica rales venditiones pro-
hibente , ac ſimoniacas conſtituente ,
quas & ſactilegas facit *in cap. omnes* , *deci-*
mo ſeptimo quaſtion. quarta cap. quod ergo 23.
quaſt. 4.
Vnde etſi antiqui DD. quos *in dicto* 17
cap. ſaluator , referr Archidiacon. *numero*
nono exiſtiment Pontificem Vrbanum *in*
dicto cap. ſaluator agere de rebus conſe-
cratis Eccleſiæ , quas in caſu illicito ven-
dere ſimoniacum eſt , iuxta *caput ſi forte*
decimo ſeptimo , *quaſtione quarta* , expendendo
ad id verba textus ibi : *circa venditores re-*
rum ſacrarum , & *ex cap. res eadem cauſa* ,
& quaſtion. quatenus alter Vrban. ſi gloſſæ
creditur videtur intelligere authoritatem
Vrbani II. *in dicto cap. ſaluator de rebus*
conſecratis. † vel vt idem Archidiacon. 18
ex aliis *in dicto cap. ſaluator per gloſſam* ,
ibi intelligi textum illum de rebus Eccle-
ſiæ , quæ adminiſtrationem ſpiritualem ,
ſeu officium habent annexum , qualia

ſunt beneficia, & iuriſdictiones Eccleſiaſticæ, quæ abſque ſimonia vendi non poſſunt iuxta *textum in cap. ſi quis Epiſcopus, & cap. quæſitum* 1 *quæſtion.* 3. Suarez, *de relig. tom.* 1. *tractat.* 3. *lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 29. *num.*18. Bonacina, *de ſimonia, quæſt.*3. *numero nono verſicul. obiciens*, vel vt alij autumant, tunc demum deciſionem in textu illo, locum obtinere, cum vltra iuſtum rei pretium Prælatus aliquid ſibi exigit pro ipſa venditione facienda, non pro re vendita colligentes ex iam adductis verbis ibi: *propter propria lucra*, eoque pacto ſimoniam committi, quia pro actu poteſtatis Eccleſiaſticæ, id eſt authoritate, quam à lege habet ad vendendum, Prælatus pretium exigit.

19 Tamen has omnes interpretationes explodens ad illum textum relatus Barboſa, *ibi* legendus omnino *ſub num.*1. 2. 3. 4. *&* 5. *num.* 1. *num.*7. *in fine*, dum primam explodit, ex eo quod intra ibi ſolum agitur ſimpliciter de rebus Eccleſiaſticis, quo verbo mobiles immobiles conſecratas, & profanas res Eccleſiæ contineri, colligens ex textu *in leg. rei appellatione de verb. ſignificat.* & ex verbis *dicti cap. Saluat.* ibi: *Dona Dei, quæ adeo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur*: quibus omnes res Eccleſiæ Pontifex
20 comprehendit † Item quia, & res ſacræ vendi poſſunt abſque labe ſimoniæ; dummodo ratione conſecrationis non pluris æſtimentur, de quo *infrà* dicemus. Et ſecundum *ſub numero tertio*, dum dicit illi non conuenire propter illa verba: Res Eccleſiæ: & quia agit de rebus oblatis à fidelibus, & de rebus temporalibus adminiſtrandis; non quidem de beneficiis addens aliam reſponſionem ibi *verſiculo*
21 *tandem.* † Item & tertiam; quia quando vltra iuſtum pretium Prælatus aliquid recipit, iniuſta venditio eſt, non ſimoniaca, in qua nihil ſpirituale æſtimatur pretio: alia referendo *ſub dicto numero quinto*, vltimo dicens nullatenus refragari authoritates dicti Pontificis inibi adductas, & *ſub numero primo*, implicatas, ſatisfaciens dicendo illas omnes à Pontifice relatas in deteſtationem tanti criminis, aſſumendo verba illa in latiſſima ſignificatione. De quo crimine, vt ſignificetur eius grauitas præter cætera alia crimina dixit gloſſator in principio noſtræ Rubricæ *ex leg. quæſtione vltima, in fine*, cætera reſpectu huius pro nihilo reputari, & ſic non mirum, vt Pontifex conſideraret eius grauitatem à radice auaritiæ, & cupiditatis ſic inordinatæ, quaſi non ſolum ratio ſimoniæ, ſed & alia quælibet mali ſub hoc crimine conſideretur: leges ad plura Suarez, *de religione tomo primo, tractatu tertio, libro quarto, capite vigeſimo nono, à numero* 15.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi- 22
monia procedat ab auaritia, ſeu ab alio motiuo principaliter? & quod eius radix fuerit auaritia, & cupiditas iam *ſuprà* dictum eſt: tamen ab alio etiam procedere negandum non eſt, cum eius ſubſtantia conſiſtat in vendendo tantum res ſpirituales, ſupernaturales, ſeu illis annexas, quæ vocantur donum Dei, iuxta quod *in actis Apoſtolorum, capite* 8. dictum eſt: *hoc Dei donum emere ſimoniam eſſe.* † Indeque vt 23
explicetur, conſiderare oportet duplici modo rem dici ſpiritualem, aut quia eſt incorporea, vt anima, Angelus, & ſcientiæ naturales, aut quia eſt ſupernaturalis, quæ pertinet ad gratiam, & gloriam, vt eſt animæ gratia, ſacramenta, ſacerdotium, & beneficia. † Et quod ſimo- 24
nia non reperiatur in ſpiritualibus primi generis, omnes fatentur, dicendo ſpiritum familiarem vendere, non eſſe ſimoniam, & ſi ſpiritus ſit; eſſe tamen vendere res ſecundi generis, quæ ſupernaturales ſunt: ita colligentes ex dicto Chriſti *Matthæi dicto capite decimo: gratis accepiſtis, gratis date*, vbi ſignificat ſimoniæ malitiam, & eius materiam, nempe gratias *gratis datas*, & dona Spiritus Sancti, quæ gratis dantur in ordine ad animæ ſalutem.

Nec implicat illud definitionis addu- 25
ctæ in principio huius Rubricæ *ſpirituali annexum*, quaſi non benè ſimoniæ vitium in rebus, quæ ſupernaturalia non ſunt ſignificetur, & ſic in rebus annexis ſpiritualibus ſupernaturalibus, non recte contrahi; ad quod declarandum, & vt integra verba definitionis ſimoniæ, etiam verificentur de ſpiritualibus annexis, diſtinguunt DD. dicendo alias res poſſe dici annexas antecedenter, aliàs concomitanter, alias conſequenter, primum caſum exemplificantes in iure Patronatus, de quo late dixi *ſub cap. quanto* 3. *de iudic.*
† ſecundum in labore adiuncto in admi- 26
niſtratione ſacramentorum, & prædicatione Euangelij. Tertium in iure recipiendi decimas, & prouentus Eccleſiaſticus, & quid ſimile, quæ conſequuntur ad ordinis poteſtatem, aut iuriſdictionis, de quibus omnibus infra, quædum connexa ſunt ſpiritualibus, ac illa iudicantur, indeque in earum venditione

ſimo

ſimoniam reperiri, vt poſtea explanabitur ſub integra noſtri tituli.

27 Ad quattam quæſtionis pattem, an ſimonia talis dicatur, quod ex ſe prohibita eſt iure naturæ, & Diuino, vel detur aliqua, quæ tantum dicatur mala, eo ſolum, quod ſit tantum iure canonico prohibita. Et in tantum hæc ſecunda pars videtur firmior, quod imo poſſit dici nullam ſimoniam dari, niſi quatenus prohibitam iure humano poſiriuo: ſic communis opinio legiſtarum docet ſecundum Carolum Molinæum, *in addit. ad Alex. conſilio* 93. *numero* 9. *volum.* 6. Durand. *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 5. Hojeda, *de beneficiis incompatib.* 1. *part. in præfat. numer.* 5. vbi dicit communem opinionem Flamin. Pariſius, *de reſignat. benefic.* 5. *part. quæſt. fin. num.* 126. ex doctrina textus *in cap.* 1. vbi
28 gloſſa 13. *quæſt.* 1. † ex ea ratione, quia beneficia Eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo, vt tradit Platina, *de vitis Pont. in vita Euariſtæ Papæ*, Gigas, *de penſion. quæſt.* 2. Selua, *de benefic.* 1. *p. quæſt.* 4. Caietan. *in tom.* 3. *opuſculor. quæſt.* 1. *hoc tit. fol.* 88. *col.* 3. Duennas, *reg.* 72.

29 Sed quia idem Caietan. & Carol. impius Molin. *vbi ſuprà*, ac Felin. *in cap.* 1. *hoc titulo*, dicunt ſimoniam eſſe prohibitam de iure Diuino; ideo claritatis gratia, & ex communi omnium ſententia dicendum eſt dupliciter ſimoniam dici. Vno modo vere, & realiter, quia prohibita, vt ex ſe mala. Alio modo tantum dici ſimoniam, quia prohibita, quæ ſi alias de iure poſitiuo non prohiberetur, numquam talis diceretur, cuius generis ſunt permutationes beneficiorum, factæ authoritate propria volentium ea permutare abſque Prælato, Sacriſtæ, officium Procuratoris, ac protectoris Eccleſiæ, quibus etſi vlla res ſpiritualis annexa non ſit; tamen in iure prohibitum eſt illa vendere, iuxta textum relatum *in dicto cap. Saluator*, 1. *quæſt.* 3. è contra vero prohibita, quia ſimoniaca ſunt, erant, ac ſunt omnia illa, quæ in veteri teſtamento, nouoque ſimoniaca erant in ſua natura, vt vendere ſacramenta, *cap. qui ſtudet*, *cap. ſicut Eunuchus*, 1. *quæſt.* 1. iuxta gloſſam, 1. *in cap. ex parte* 12. *de officio de iudicis deleg.* quam leges: eam ſequuntur Soto, *de iuſt. & iure lib.* 9. *art.* 2. *cap.* 5. Nauarr. *in manuali cap.* 23. *num.* 10. eamque diſtinctionem à canoniſtis admiſſam communiter tradunt Sylueſter, *in ſumma, verbo, ſimonia*, §. 4. Ceuallos, *in pract. quæſt.* 260. qui pro comprobatione adiuit *l.* 2. *tit.* 17. *p.* 1. Gutierrez, *lib.* 2. *Canon. quæſt.* 23. *num.* 11. D. Ioan Vela, *de delictis cap.* 32. & ex antiquis profeſſoribus Zynus, *in leg. vnica*, *Cod. quando, non pet. Iud.* Alex. *conſ.* 30. *lib.* 1. *nu.* 8. dicens hanc crebriorem
ſententiam. † Et quod ita ſit intelligendus 30
textus, *in l. vnica Cod. ſi lib. imp. Socius lib.* 10. legendus Molina, *de primog. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. & 15.

Et quamuis Durandus, & aliqui dicant 31
ſimoniam, quia prohibitam non eſſe vere ſimoniam, niſi quoad pœnas tantum, & quod peccatum in ea commiſſum ſolum eſt in obedientia; eo quod frangitur præceptum humanum, ſed verius eſt illam etiam dici proprie ſimoniam, quia prohibitam; poteſt enim lex humana Eccleſiaſtica, vt illud, quod ex ſua natura poſſet vendi pro parte temporali, non valeat vendi pro parte ſpirituali, cui annectitur, aut propter reuerentiam rei ſpiritualis, quam connexam habet abſque additione nouæ ſanctitatis, aut conſecrationis, *intuitu religionis*, vt pote facere poteſt, quod qui primam tonſuram habet, ſit liber à poteſtate iudicis Laici, vt dicunt Leſſius, *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 35. *lib.* 4. *num* 35. Villalobos, *in ſumma*, *p.* 7. *tract.* 57. *de ſimonia diff.* 2. *num.* 2.

Et licèt etiam alij dixiſſent hanc prohi 32
bitionem eſſe iuris Diuini præceptum poſitiuum per illa verba, *gratis accepiſtis*, *gratis date*. Math. *dict. cap.* 10. tamen, quia in his verbis nullum præceptum imponitur, eo quod in nouo teſtamento nullum eſt præceptum poſitiuum Diuinum præter præceptum fidei, & ſacramentorum, vt ſcripſit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *articulo ſecundo in corpore*; ideo neceſſum eſt dicere ſimoniam eſſe prohibitam omni iure naturali, Diuino, & Eccleſiaſtico; eo quod dicto iure naturali Diuino patet: nam ipſa naturalis ratio dictat, vt res quidem ſpirituales non poſſint emi pretio vllo temporali, vt habetur in *lib. ſapientiæ prouerbior. tertio*, ibi: *Pretioſior eſt cunctis opibus*; & quia etiam ipſa naturalis ratio dictat, bona ſpiritualia ſunt diſtribuenda gratis, ſicut omnia alia, quæ
ſunt boni publici. † Quare D. Petrus re- 33
prehendit 1. *Petri* 2. ex illo peccato, & ſi fuerit tempore legis naturalis, & etiam reprehendit Simonem Magum, *actor. cap.* 8. non vt tranſgreſſorem legis poſitiuæ, ſed quia voluit, ac exiſtimauit donum Dei pecunia poſſidere; & quod ſit prohibita de iure poſitiuo patet ex integra noſtri tituli, & ex cauſa 1. *quæſtione prima, & quæſtione tertia*, & ex aliis locis; & ob id

infert Pater Villalobos, vbi *ſuprà dicta differentia ſecunda numero quarto*, vt quando res ſpiritualis venditur, quæ habet illud eſſe ſpirituale tantum à conſecratione, aut benedictione Eccleſiæ, ſit ſimonia contra ius Diuinum naturale, veluti, ſi venderetur Calix conſecratus maiori quidem pretio, quia conſecratus exiſtit. Nam etſi res iſtæ habeant, eſſe ſpirituales à iure humano: tamen cum tales iam ſint, prouenit tunc ab ipſo iure Diuino, vt non poſſint vendi; ſub qua quidem vera diuiſione facilis erat congreſſus ad pertractanda omnia iura noſtri tituli.

QVÆSTIO II.

Simonia confidentialis, quæ dicatur? An probetur ſicut in ſimonia conuentionali, aut reali? Et an illa arguatur ex duobus mandatis correſpectiuis? quid in dubio? An ſit ſimonia dare pretium quidem tertio, vt intercedat apud collatorem beneficij, vt beneficium illi conferat? Et an ſit ſimonia, ſi Titius promittat Caïo ſe daturum eleemoſynam pauperi, vel loco pio, ſi Caius impetret Titio beneficium Eccleſiaſticum?

SVMMARIVM.

2 *Simonia confidentialis quibus conſtitutionibus Pontificiis prohibeatur, & circa quæ beneficia, & reſignationes? num. ſequentibus.*

3 *Confidentia tacita in beneficiis non eſt punibilis, vt ſimoniaca, & à numero 4. & 5.*

4 *Simoniacas non eſt, ſperans intra ſe aliquam gratitudinem ab illo, quem præſentauit ad beneficium.*

5 *Pij IV. conſtitutio declaratur circa confidentias in beneficiis, & conſtit. Pij V. in quibus nihil noui à iure antiquo diſponitur, vt ſub num. 7.*

6 *Confidentia ſimoniaca valet per coniecturas præſumi in foro exteriori.*

8 *Confidentialis ſimonia non eſt dare alicui beneficium animo, vt alij illud det, dum non interuenit pactum, modus, conditio, ſiue conuentio; vbi & exemplificatur in reſignatione, & præſentatione, ac impetratione.*

9 *Confidentialis contractus nondum completus, non eſt ſimoniacus; ſecus ſi de ea facto iam inſtrumento ab illo pœnitentia ducti diſcederent contrahentes numero 10.*

11 *Acceſſus, regreſſus, collationes, & reſeruationes annullantur per conſtit. Pij IV. & Pij V. de confidentia, quæ ſublata ſunt per Trid. etſi ante forent permiſſa.*

12 *Confidentiæ excommunicatio, non incurritur, dum eſt intentio occulta; ſecus ſi coniecturis probetur, & quibus illa probetur num. 13. vbi de arbitrio iudicis in fine, & num. 14. & ſequent.*

13 *Confidentia, vt ſit ſimonia, neceſſum eſt, vt incipiat à parte dantis, cuius intentio ſit nota per probationes, vt hic.*

14 *Confidentia, vt probetur coniecturis, debent eſſe vehementes.*

15 *Pœna ſimoniacæ* remiſſiue.

16 *Actus reciproci omnes in beneficialibus inducunt ſimoniam; & ſic procedere in reciprocis mandatis ad reſignationes.*

17 *Mandata correſpectiua ad inducendam ſimoniam, qualiter probentur? & quibus modis?*

18 *Confidentia ſimoniaca, etiam inſtrumento valet probari correſpectiuo præcipuè.*

19 *Confidentia ſimoniaca in dubio non præſumitur, & quare, etiam numero vigeſimo.*

20 *Confidentia ad ſimoniam eſt plene probanda, quando agitur ad effectum probationis beneficij; ſecus cum agitur ad repellendum aliquem ab executione numero 21.*

Vbi quod vnus teſtis ſimul cum præſumptione, non ſufficit ad probandum, nec ſola actuum correſpectiuitas, niſi expreſſa pactio probetur, ſi ad probandum agitur, dict. n. 21. & 22.

23 *Interceſſio mediata ad conſequenda beneficia, etſi per ſe non ſit ſimoniaca, ſecundum aliquos, non tamen caret ambitionis peccato.*

24 *Simonia non introducitur ex promiſſione alicuius, qui rogatus ſe offert conſequi gratiam beneficij, ſi aliqua pecunia non ei offeratur, ſed tantum actus charitatiuos, & religioſos, ac honeſtos, vt in exemplis, num. 25. 26. 27. vbi de multis modis.*

25 *Collator promittens beneficium, vt moneat aliquem ad faciendam eleemoſynam, non vt pretium, ſed vt actum honeſtum, an liberetur à ſimonia?*

Præmiſſis

1 PRæmiſſis quæ latè dixi *in cap.2.q.1.& 2.*
de reſtit. Spoliator. & inſtit. de renunc. c. 8.
& fin. per quæſtiones, quæ abundè pro hac
materia neceſſariſſimæ ſunt.

2 Ad primam quæſtionis partem, ſimonia
confidentialis, quæ dicatur? & quare pro-
hibita, quæ videtur dinſtincta à diuiſione,
ac ſubdiuiſione adducta ſupra in fine Ru-
bricæ de mentali, conuentionali, aut reali;
quæ ſi benè aduertatur potius ex illis ex-
plicatur; dico renouatam eſſe per conſti-
tutionem ſummi Pontificis Pij IV. quæ eſt
85.alias 109.editam anno 1564 incipiẽtem
ad Romanum, ad cuius imitationem Pius V.
in alia edita anno 1569. quæ eſt conſti-
tutio 85. olim 87. quæ incipit *intolerabilis*
relata de verbo ad verbum per Nauarr. *in*
man. cap. 23. *num.* 110. illam antiquam pro-
hibitionem omnium ſcilicet collationum,
reſignationum, & præſentationum de be-
neficiis, quæ ſub confidentia fiunt, po-
nendo modos, quibus illa probetur, &
quod tunc dicatur beneficium ſub illa re-
ſignari, quando ab obtinente reſignatur
in manus legitimi ſuperioris, ſperans ab
illo, in cuius gratiam illud reſignat, vt ſibi
det aliquid ex fructibus, aut aliquam pen-
ſionem ſuper eodem beneficio, aut aliud
quid: & ad hanc ſimilitudinem de colla-
tore ſeu Patrono ſperante aliquid ab ipſo
beneficiario, in quem facta fuit collatio,
ſiue præſentatio, ſiue ex alio capite; idem
Nauarr. *conſ.* 3. *de conſt.* Azor. *tom.* 3. *lib.* 12.
cap. 10. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 6. *num.* 15.
Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *dubio* 34. *n* 187.
& cap. 35. *dubio* 16. Vazquez 1. 2. *diſp.* 168.
cap. 4. Reginald. *num.* 24. *quæſt.* 3. *num.* 157.
Sayrus *lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 3. & in declaratio-
ne, quæ incipit: *hodie*, & *conſt.* 61. *olim* 66.
Sixti V.

3 Cumque poſſit dubitari, an prohibeatur
non tantum confidentia facta cum pacto
expreſſo, vel etiam quæ facta dignoſcitur
per ipſammet voluntatem tacita abſque
vlla conuentione. Et reſpondetur nullam
dari ſimoniam in hac vltima; licet aliter
concipi videatur ex relatis conſtitutioni-
bus; imò expreſsè cautum eſt in dicta conſt.
Pij, conſultoque additum cum occulta,
vel aperta conuentione, ſeu obligatione,
quia ex citatis Doctoribus, ſi nullum om-
nino interueniret pactum, vel obligatio,
licet quis confideret, & ſperaret collato-
rem promoturum, quem ille deſiderat, non
eſſet illicita confidentia, nec illa Bulla com-
prehenſa, cum tunc contractus ſit omnino
gratuitus: quippe cum licitè, & ordinate
quis ſperare, & confidere poſſit; ita etiam
docent Scortia *in conſt. Pontificum epitome* 81.
Theorem. 201. Fr. Eman. Lopez. 2. *p. inſtruct.*
cap. 9. *de fructibus in confid. & cap.* 5. *verſ. ter-*
tio decimus, Gutrierrez *Canonic. p.* 2. *quæſt.* 23.
à num. 57. Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37.
diſ. 31. & ibi *num.* 3. † explicantes ſic, vt 4
ſi quis præſentet conſanguineum, ſiue ami-
cum ad beneficium intra ſe ſperans gra-
titudinaliter per præſentatum ſuccurren-
dus; non inde ea ſimonia confidentialis
contrahatur: eo quod hic modus confi-
dendi nullo vnquam tempore de iure an-
tiquo fuit prohibitus, ſolumque dicunt pro-
hibitam eſſe déductam in pactum in mo-
dum, ſiue conditionem expreſſam, aut ta-
citam.

Obſtant tamen huic declarationi ſequen- 5
tia verba *dictæ conſt. Pij IV.* ibi: *vt quoties*
intuitu, & contemplatione alterius recipit quis
beneficium, etiamſi non exprimatur pactum, hic
habeatur confidentiarius, & illa conſtit. Pij V.
ibi: *Sola dimittentis intentione reſignaris quis*
beneficium: Et *licet ipſum confidentiæ crimen*
alterius tantum partis conſcientia ſit admiſ-
ſum: quibus inquam probari videtur ani-
mo, & voluntate ſola, concepta confiden-
tia, his conſtitutionibus comprehendi, † ſed 6
reſpondetur Pontifices non intendere ver-
bis illis aſſerere ſolam talem intentionem
conſtituere in foro exteriori ſimoniam; ſed
quod probatio eius per coniecturas faciat
in foro exteriori illam præſumi: quare non
debent eſſe, ſed haberi, & cenſeri ſimo-
niaci: ita Nauar. *vbi ſuprà dicto num.* 100.
verſ. 6. Azor. & Scortia citati, Villalobos
cum aliis, qui ſic videtur ſentire ſub *dicto*
num. 2. vbi dicit conſtitutionem Pij IV.
iuuari per aliam Pij V. vbi ponuntur di-
uerſi modi probandi talem confidentiam.
† Et quod in vtraque circa talem ſimoniam 7
confidentiarum, nihil noui additur iure
antiquo, quo diſpoſitum erat circa confi-
dentias beneficiorum: ſic probans per ver-
ba prima dictæ conſtit. Pij V I. ibi: *Sane li-*
cet dudum, cum certam ſimoniacæ prauitatis
ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vo-
caat; ex doctrina textus *in l. fin. ff. de hære-*
dibus inſtit. dum ait conſultus ex verbis
principij colligi intentionem diſponentis.

Ex quibus infertur cum Nauarro *conſ.* 15. 8
hoc tit. non eſſe ſimoniacam confidentiam
dare alteri beneficium cum intentione,
aut ſpe, vt alteri illud præſtet, quem no-
minauerit, vel quod ipſimet primo danti
reddet; dum tamen nullum interueniat
pactum, modus, ſiue conditio, ſiue con-
uentio, & quod nec erit ſimoniaca confi-
dentia, quando aliquis renunciat benefi-

cium liberè in manus ordinarij, ſperans, & confidens quod ille ordinarius dabit tale beneficium alteri, in quem deſiderat reſignans, aut quod Patronus præſentabit, quem ipſe reſignans vult, dum pactum, aut conuentio, circa id non interueniat: & addit Nauarr. idem dicendum fore de beneficium aliquod impetrante à ſede Apoſtolica, ſeu alia via illud adipiſcatur cum ſpe, quam habet, vt illud renuncians in fauorem alterius, diſmembrauit ex fructibus illius aliquam penſionem ſine pacto, aut conditione tacite, aut expreſſè, & idem etiam Nauarr. *conſ.* 16. *numero* 1. *&* *conſ.* 19. *&* 20. *hoc titul.* addit eandem doctrinam procedere in renunciante beneficium, vt conferatur digno, & minus principaliter ſperans gratitudinem aliquam, ſine qua illud non reſignaret.

9 Itaque ſi dubitetur quid ſi contractus quidem ſimoniacus ſit inter ipſos concluſus; ſed nondum ex vlla parte completus, vel quid ſi beneficium ea confidentia ſit receptum, ſed ambo ducti pœnitentia, vel alter decisa v.g. ſyngrapha non implicatur ex altera parte promiſſum. Et circa primum Leſſius *lib.* 2. *capit.* 35. *dubio* 26. *num.*148. Nauarr. *ſupra dicto num.*100. *verſ.*2. *&* 3. Scortia, *vbi ſuprà, verſ. quid ſi*, videntur docere nondum illarum conſtitutionum eſſe pœnas contractas, cum ex Bullis actis Pij IV. & Pij V. conſtet debere beneficium iam eſſe ſimoniace receptum: nam Pius IV. ait: *Cuiuſuis perſonæ contemplatione, vel intuitu recepta*, & Pius V. Eccleſiam, vel Monaſterium, aut aliud beneficium Eccleſiaſticum qualecumque ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcumque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit.

10 † In ſecundo autem caſu incidiſſe in pœnas illarum, non obſtante pœnitentia, aut reſciſſa ſyngrapha, & irritam, inanemque eſſe beneficij adeptionem, fructuſque reſtituendos, quia collatum iam eſt, & acceptum beneficium, ex ſimonia confidentiali patet, repetirique iam, quod dictis conſtitutionibus prohibetur: ita Scortia, *vbi ſupra dicto epitome* 81. *Theorem.* 201. *verſ.* *& quid*, Nauarr. *ſuprà dicto cap.* 23. *in man. verſ.* 2. & Azor. 3. *p. inſtit. moral. lib.* 12.*c.*10. *quæſt.* 5.

11 Ex quibus dictis conſtitutionibus, etiam liquet, vt ſub *num. præced.* inſinuatur, annullari quoque collationes, & reſeruationes fructuum, & penſionum, ac facultates eas transferendi, & receſſus, & acceſſus, & ingreſſus reſeruati quacumque authoritate confidentialis ad Eccleſias, & Monaſteria, quas retrogreſſiones dici quodammodo ius in dimittente repetendi priſtinum beneficium, & ex altera onus, & veluti ſeruitus quædam in beneficio, quæ etſi olim in vſu fuiſſent, & ſtylo curiæ à Pontifice toleratæ fuerunt: tamen poſtea ſublatæ per Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *de reformat.* ſolebant enim ſæpè qui beneficium habebant, illud, impetrata facultate, alteri reſignare, reſeruato ſibi iure ad illud redeundi, quod tripliciter contingebat, vt demonſtrabimus infrà ſub *cap.* 12. *&* 13. *& cap.* 26.*fin.* dum agemus de his reſignationibus cum facultate regreſſus, & acceſſus, &c. interim videbis de hac materia ſcribentes hic relatos.

Et quatenus ad probationem ſpectat reſpondetur cum Suarez, *dicta diſp.* 22. *de cenſ. ſect.*6. *num.*26. & Scortia *in dicto conſt.* Pij IV. *epitome* 81. non poſſe excommunicationem dictam conſtitutionum incurri, ſi intentio dantis ita ſit interna, & occulta, vt à recipiente nullatenus cognoſci queat: ideoque Pontifices prædictos verbis illis *ſola dimittentis intentione* ſubintelligere, quacumque ratione cognita à recipiente, quamuis inter eos non intercedat pactum, aut ſermo de ea re, ſed tantum ſe ſe coniecturis intelligant, quia confidentia neceſſario debeat incipere voluntate dantis, alias non ſit confidentia, etſi recipiens beneficium ſua ſponte habeat propoſitum reſtituere illud reſignanti, vel eius conſanguineo, & amico, quia eſt illi liberum hoc facere, & quamdiu ab alio non exigitur nullam dari deformitatem ſcribunt † addentes, neceſſum eſſe, vt confidentia incipiat à parte dantis, ſitque huiuſmodi dantis intentio nota recipienti aliquo modo. Et idem Scortia *Theorem.* 203. *verſ. nona, & decima* ex dicto Pij V. ponit octo coniecturas, quibus in iudicio huiuſmodi confidentia probetur. Prima probatio intentionis, & vnius tantum partis. Secunda ſi collator conferat, & Patronus præſentet, vt poſtea de fructibus beneficij ſic, vel ſic diſponatur. Tertia, ſi Cardinalis, aut alius exemptus à iurium Cameræ Apoſtolicæ ſolutione poſt ceſſionem ſibi factam, & etiam litteras Apoſtolicas expeditas, atque apprehenſam poſſeſſionem in eundem reſignantem, vel cedentem, modico interiecto ſpatio, vt duorum, aut trium menſium retroceſſiſſet; ſibi aliquo reſeruato in penſione, fructibus, regreſſu, &c. Quarta, ſi abſolutus à delicto, vel irregularitate, denuo accipit benefi

beneficium, quod renunciauit ante, vel poſt delictum, aut incurſam irregularitatem. Quinta, ſi quis poſt ceſſum beneficium authoritate ſuperioris, & apprehenſam à reſignatario poſſeſſionem beneficij, ſe in illud per ſe, vel alium ingerit, & fructus, vel partem illorum accipit, aut ſucceſſor remittit illi propinquis. Sexta ſi recipiens beneficium conſtituerit reſignantem, vel illius propinquos procuratores ad fructus beneficij percipiendos, vel locandos, vel de eis fecerit donationem. Septima, ſi vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ perſona dimittentis concernit proſequuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Octaua, ſi quis pro conceſſione alicui facta quacumque authoritate de beneficio Eccleſiaſtico, per ſe, vel alium interceſſerit, vel in negotio conceſſionis ſe immiſcuerit, & aliquid de fructibus talis beneficij, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris quomodocumque fuerit diſpoſitum. Et inſuper quod Pius V. vult etiam per ſingulares teſtes ſingulas probationes, & coniecturas poſſe probari & in hoc etiam caſu teſtes criminoſos eſſe admittendos, qui admitti ſolent in caſibus ſimoniæ, ad dicta *infrà, in cap. 3. & cap. tanta* 7. pluresque coniecturas plenam facere probationem; quia etſi in criminalibus, vt ibi dicimus regulariter requirantur probationes claræ in ſimonia; tamen etiam ſigna, & coniecturæ, præſertim: plures probant: ſic Scortia *dicto verſ. decima*, cum Crauera videndus *concluſ.* 122. *num.* 8. Clarus §. *ſimonia num.* 11. colligique ait *ex cap. ſicut* 1. *hoc tit.* & gloſſa ibi; eo quod occulta ſoleat committi, vt dicitur *in dicto cap.* 3. *& cap.* 7. qua omnes pœnitentiam: Nauarr. *in man. cap.* 23. *verſ. nota* 8. & *verſ. ſeptimo num.* 100. Villalobos *ſignat. p.* 2. *ſummæ tract.* 37. *diſ.* 38. *num.* 4. dicens cum eo, non ſufficere vnam coniecturam, vt ſit plena probatio, relinquendo illam arbitrio iudicis, vt determinet quando eſt plena, vel non: ſic ſumens: *argum. textus in l.* 1. *ff. de iure deliber. & cap. de cauſis* §. 1. *de officio deleg.*

14 Et quatenti quam certa, vel probabilis debeat eſſe cognitio dantis beneficium in recipiente, reſpondent ambo Suarez, & Scortia, *vbi ſuprà* debere eſſe adeo moraliter certum, vt ſine temeritate iudicari poſſit hanc eſſe dantis intentionem. Quapropter ſi coniecturæ adeo eſſent vehementes, vt ſufficerent ad id probabiliter credendum, ſufficiat cogitatio illa, vt vitanda ſit illa receptio beneficij ſub cenſuris dictarum conſtitutionum: argum. eorum, quæ de præſumptionibus vehementibus coniecturis, & indicijs, latè diximus ſub *Rubr. & cap. afferte de præſumpt. & ſub cap. qualiter* 24. *de accuſat. ſub quæſt. fin.* vbi de indicijs. Tamen, ſi conſiderata dantis conditione, poſſit probabilibus coniecturis credi, eum non habere talem intentionem; licet occurrant etiam aliquæ rationes ſuſpicandi, debent deponi, & non incurrentur cenſuræ à recipiente ab illo beneficium, cum nemo debeat temere ſuſpicari malum de proximo: argum. *textus in l. marito, ff. pro ſocio cum vulgatis.*

De pœnis alijs, quæ incurruntur agemus infra ſub integra, cum egerimus de illis, quæ in omni ſimonia contrahuntur, *& hoc tit ſub cap. fin. etiam latè.* 15

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ea ſimonia ex duobus mandatis correſpectiuis, & repertis proximè adductis hic *in verſ. & quatenus*, circa probationem, etiam coniecturis probabilibus iam breuiter in puncto hoc, quod videtur ex caſo, ad ibi dicta reſpondetur ex his, quæ ſcripſit Riccius *collect.* 1705. *deciſion. Creſc. ang* 1. *huius noſtri tituli*; quæ etſi iam alibi in noſtris tractatibus ſint deducta; nunc autem quia deſeruiunt pro probatione ſimoniæ, oportet vt repetantur. Igitur ex illis duobus mandatis dictam ſimoniam probari exiſtimat Riccius, Creſcent. *in deciſ.* 75. Paleott. *in deciſ.* 150. dicentes quod omnes actus reciproci in beneficialibus inducunt ſimoniam; & ſic prædictas reſignationes ex reciprocis mandatis, vt v. g. reſigno in fauorem filij tui, vt reſignes in fauorem filij mei, & iuxta hunc modum ſimoniam fuiſſe probatam, vt fuit in Rota reſolutum 13. Ianuarij 1584. coram Gypſio *in vna huius noſtræ Diœceſis Auſturicenſ.* 16

Et vt probari valeant huiuſmodi correſpectiuitates, leges Peregrin. *in deciſ.* 83. *lib.* 1. Rotam *diuerſ. p.* 1. *in deciſ.* 234. dum dicunt ex mandatis vni, & eidem procuratori. Secundo ex fama, Caputaq. *in deciſ.* 299. Riccius *ſupra in fine*, dicens ſic fuiſſe deciſum *in vna Calaguritana* 14. *Decembris* 1595. coram Blanqueto. Tertio, etſi mandata non fuerint data eodem die; dum tamen induceretur correſpectiuitas, Puteus *deciſ.* 525. *lib.* 2. Mohedan. *deciſ.* 224. Achilles de Graſſis *in deciſ.* 4. *de renunciat.* Et quando fuerunt data, modico tempore intericcto, 17

interiecto, & ſic ex interuallo, Caputaquenſ. *deciſ.* 197. *p.* 2. Rota *diuerſ. in deciſ.* 234. *p.* 2. ſicque fuiſſe per Rotam reſolutum, & ſignanter *in vna Placentina* 11. *May* 1583. *coram illuſtriſſim. Seraphino* & iterum *in vna Reatina penſionis* 10. *Iuny* 1588. *coram Pamphilio*, dicit idem Riccius *ſuprà verſ. quinto*, qui etiam id comprobat *ex deciſ.* Caputaq. 235. *p.* 2. Item etiam ex quo ambæ ſupplicationes fuiſſent eodem tempore datæ, conſenſus præſtiti, Cardinal. Puteus *in deciſ.* 490. *lib.* 2. Achilles de Graſſis *in deciſ.* 1. *hoc titul.* Peregrin. *in deciſ.* 83. Rota *diuerſor. p.* 1. *in deciſ.* 446. Item quia ſi correſpectiuæ reſignationes factæ fuerint in filiis vtriuſque, & ſic in fraudem *cap.* 2. *de filiis Presbyter. lib.* 6. & Concilij Tridem. *cap.* 15. *ſeſſ.* 25. ſequitur vt data talis probabilis cauſa ſic ſimulandi de facili, præſumatur talis fraus, Rota *in deciſ.* 20. *de donation.* in nouis, & Rota *diuerſ. in deciſ.* 234. *p.* 2.

18 Huc vſque nihil dictum eſt, an probetur hæc confidentialis ſimonia inſtrumentis, ſicut de aliis dicemus *infrà hoc titul. ſub cap. tanta* 7. *& cap. per tuas* 32. *hoc titul.* & exiſtimaui affirmatiuè reſpondendum; quia confidentia eſt ſpecies ſimoniæ, quæ dicitur ſimonia conuentionalis, Caputaq. *in deciſione* 201. *p.* 2. ſed ſimonia probatur inſtrumentis, vt *ibi* dicatur; igitur, & confidentia, & dicunt Creſcent. *in dictà deciſ.* 1. *hoc titul.* & latè Verallus *in deciſ.* 242. *p.* 2. hoc dictum præſertim oſtendi poſſe, quando ſunt inſtrumenta correſpectiua, ex proximè dictis *in verſ. ad ſecundam*: ſic docent pluries iudicatum per Rotam Creſcent. *in deciſ.* 78. Mohedan. *in deciſ.* 114. Samen. *in deciſ.* 4. *lib.* 2. Peregrin. *in deciſ.* 81. idem *in deciſ.* 82. Riccius *collect.* 1709. *ad textum in cap. placuit* 16 *quæſt.* 3. & iuxta hanc dicit Verall. *in deciſ.* 142. reſolutum in Rota.

19 Sed an in dubio præſumatur confidentia? dicendum eſt non præſumi, vt colligitur ex iam dictis, cum ad eam probandam, ſaltim ſint neceſſariæ probabiliſſimæ coniecturæ, vt dictum eſt hic *in verſ. & quatenus*, quod etiam probetur, quia cum confidentia ſit delictum, Caputaq. *in deciſ.* 202. *num.* 5. *p.* 1. *& in deciſ.* 238. *p.* 3. Caſſador. *in deciſ.* 4. *num.* 5. ſequitur, vt ſemper debeat capi interpretatio excluſiua confidentiæ, Cardinalis Puteus *in deciſ.* 385. *lib.* 1. quod eſt regulare, in quibuſcumque caſibus, vt capiatur præſumptio, ob quam delictum excludatur: idem Puteus *deciſ.* 489. *lib.* 2. Boërius *in deciſ.* 188. Et quia verba ſemper ſunt interpretanda pro non ſimonia; & confidentia, vt fuit in Rota *deciſum in vna Firmana Capellaniæ* 10. *May* 1582. *coram Aldobrandino*, & Rota *in vna Lucana Canonic.* 19. *Decembris* 1557. *coram Cardinali ſanctæ Crucis.*

Et vlterius comprobatur, quia etiam fuit reſolutum in Rota crimen confidentiæ plenè, eſſe probandum, *in vna Imolenſ. confidentiæ* 14. *February* 1592. *coram Pamphilio.* Sed quia hoc dubitabile eſt ex dictis *ſuprà*, nempe coniecturis hoc delictum probari; quod ſi plena probatio deſideretur in crimine tanto, ſicut in aliis requiretetur lucidiſſima, ac clariſſima illa probatio, de qua loquitur textus *in l. fin. Codic. de probation.* ſed ne obſtet hæc replicatio, aduertendum eſt dictam deciſ. Imolen. quatenus dicit plenè, & euidenter confidentiæ crimen, probandum, intelligi Rotæ deciſionem, tunc tantummodo prouidiſſe, vbi agitur ad effectum priuationis beneficij, Coma *deciſ.* 195. Mohedan. *in deciſ.* 184. Rota *in vna Firmana Capellan.* 7. *May* 188. & iterum *in vna Britonori Commendæ* 12. *Decemb.* 1588. *coram Gypſio*: † Secus tamen quando agitur ad 20 repellendum aliquem ab executione beneficij, nondum obtenti; quoniam tunc ſufficient probatinnes leuiores, Fabius *in deciſione* 47. *lib.* 2. Rota *in vna Caurienſi Canonicatus* 10. *May* 1581. *coram Seraphino. Et in alia Calagurrit. de Naro* 10. *May* 1590. *coram Comitolo*; *& in vna ciuitatem confidentiæ* 23. *Ianuary* 1593. *Mantua*, fuit reſolutum dictum vnius teſtis non ſufficere, etiam cum præſumptione, quæ oritur ex dicto alterius: & ſecundùm hæc in dubio non eſſe præſumendum, confidentiam tenuerunt Puteus *in deciſ.* 185. *lib.* 1. Caputaq. *in deciſ.* 702. *numero* 26. Riccius *collect.* 1714. *ad Conſilium*, Gabrel. 171. † Et ſic videmus fortiorem proba- 21 tionem deſiderari ad priuandum quem de beneficio obtento ſimoniace; quam vt probetur ipſa confidentialis ſimonia, iuxta quod veniunt intelligenda adducta *ſupra ſub dicto verſ. & quatenus, & quatenus*; & ſic intelligo gloſſam, *cap. tua nos* 34. *hoc titul. verbo pura*, vbi notatur, quòd niſi præcedens pactio probetur ſola actuum correſpectiuitas non ſufficiat ad veram ſimoniam, vt per Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 75. *num.* 11. & quod probetur ſequuta effectuatio, vt refert Ferentil. *in annotation. ad deciſ.* Burat. 445. *num* 13. ſed hoc cum pluribus deciſionibus intelligit Barboſa *in dicto cap. tua num. fin.* cum Seraphin.

raphin. *deciſione* 516. *num.* 3. *&* 4. & Marescot. *variar. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 19. ſi agatur, nempe ad effectum priuationis; ſecus autem ad repellendum ab executione beneficij obtinenti, vel in iudicio Prælationis, loquentes ſic in priuatione ſimoniæ, etiam confidentialis.

23 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit ſimonia dare Titio, vt intercedat apud alterum, vt ipſe intercedat apud collatorem beneficij, vt beneficium illi conferat? duplex eſt opinio, vna Thomæ Sanchez *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 26. *num.* 7. *opuſcular.* qui cum Vaſquez in diſputato caſu Matriti, & cum aliis iunioribus negantibus hic ſimoniam inueniri, ſi intercesſio facienda ſit apud illum, vt intercedat apud alium, cui non incumbit conferre, nec eligere, nec præſentare; eo quod in hoc caſu non eſt illicitum, & nullo modo eſt ſimonia, quia ex dato pro re mere temporali non paratur immediatè, & proximè ad beneficium; & ob id nec eſſe ſimoniam dare famulo Auditoris, vt obſecret ſuum herum, vt me, v.g. proponat Regi ad beneficium, quia Auditores non præſentant ad beneficia, ſed Rex, eorumque ſuffragium tantum eſſe conſultiuum, quo non paratur immediatè via ad beneficium: ſententiam verò affirmatiuam tenet Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 151. ex Turriano *in ſelectis diſput. cent.* 2. *Theolog. dubio* 75. per verba illius: *An ſit probabile aſſerere, quod pro interceſſione beneficij ſpiritualis comparandi, poteſt dari pretium, aliqui referuntur ita ſentire; mihi tamen hæc doctrina diſplicet, nec audeo dicere eſſe probabile placitum.* Et licèt idem Diana totum relinquat iudicandum Doctoribus; tamen, etſi ſaluetur à ſimonia talis intercesſio mediata, quod non ſaluetur, à peccato ambitionis nihil videtur certum, cum hoc modo intercedendi inueniretur quædam ampla via ad adipiſcenda plura beneficia, pecunia ſolicitatiuè.

24 Ad quartam quæſtionis partem, an ſit ſimonia, ſi Titius promittat Caio ſe daturum eleemoſynam pauperi, vel loco pio, ſi Caius impetret Titio beneficium Eccleſiaſticum? & ex dictis videtur, vt ſit ſimonia; quia illa promiſſio mouet Caium, vt adipiſcatur beneficium ſua interceſſione, quod eſt pretio æſtimabile, & quaſi, obſequium. Tamen idem Turrianus *in ſelect. diſput. p.* 2. *diſput.* 16. quem non impugnat Diana *p.* 5. *tractat.* 16. *miſcel.* 2. *reſolut.* 75. eius verba referens, negando reſpondet; quia qui offert impetrationem beneficij nihil accipit temporale pro beneficio, aut inter-ceſſione: ſed Titius mouet Caium illum ad benè operandum per obligationem pecuniæ ad actum honeſtum, ſicut, ſi pater daret filio, vt miſſam audiret, & ad benè operandum aliud quodlibet. At in caſu præſenti non promittit Titius Caio pecuniam, ſed ſe facturum actum honeſtum, & gratum Caium, vt moueat illum ad impetrandum beneficium ergo: † & plu- 25 ribus comprobans exemplis, ſaluat etiam à ſimonia Turrianus ipſummet collatorem, ſi ipſe collator promitteret beneficium alicui, vt moueret illum ad faciendam eleemoſynam, non vt pretium beneficij, ſed vt actum honeſtum, & Deo gratum. Additque idem iudicium fore ſi offerretur eleemoſyna alicui loco pio, vt aliquis moueretur ad impetrandum, vel conferendum habitum Religionis militaris; & ſic, vt obiectio relata non impediat, videtur illum reſpondere ad Bullam Curiæ Romanæ, qua cauetur, & prohibetur aliquid dandum pretio æſtimabili pro impetratione beneficij Eccleſiaſtici, & dictum hic *à num.* 1. *de confidentia*, quia reſpondet per illam Bullam non prohiberi caſum præſentis dubij, cum hic re vera non detur aliquid pro interceſſione; ſed pro actu honeſto oblatam eſſe pecuniam, vt alius moueatur ad impetrandum, vel offerendum beneficium.

Quod videtur ſatis adſtrui ex eo, quod 26 docet Ioannes de Soria, quem refert, ac ſequitur Diana *p.* 11. *tractat.* 6. *miſcel. reſolut.* 31. *in principio*, qui ex prædicta proximè relata reſolutione, idem dicit de illo, qui promittit alteri magnam quantitatem pecuniæ, quam erogabit pro eleemoſyna alicuius Monaſterij, ſi ei impetret beneficium: ſic & inter alios titulos excuſantes à ſimonia apponi eleemoſynam.

Quare Ioſeph Roca agens de modis, 27 quibus pecunia dari poteſt, & accipi in beneficiis abſque ſimonia, ſic aſſerit *in praxi Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 3. *de* 7. *præcepto Decalogi ſect.* 4. *cap.* 2. *num.* 1087. primo ratione conſuetudinis, de qua dico *infra in cap. ad Apoſtolicam*, quando ſcilicet ea recepta eſt, vt dato, vel accepto, ſpirituali detur, vel accipiatur aliquod temporale, qui probabilius cenſetur huiuſmodi vſum non eſſe benè introductum ex Azorio *lib.* 12. *capit.* 12. *inſtitut. moral.* Secundò in ſuſtentationem vitæ. Tertiò in ſtipendium laboris extrinſeci coniuncti cum re ſpirituali. Quartò tanquam gratis oblatum. Quintò, vt eleemoſyna ex proximè dictis. Sextò in pœnam: etenim ſic

ſic imponi ſolet mulcta pecuniaria, cum abſoluitur à cenſura. Septimò, tanquam id, in quo aliud permutatur, vt cum votum, vel iuramentum pecunia redimitur. Octauo, quando pecuniam, vel paciſcimur, vel largimur, non directè ad rem ſpiritualem obtinendam, ſed quaſi per accidens ad remouenda impedimenta, quæ per vexationem, & litem accidere ſolent; de qua *infra ſub cap.* 18.

QVÆSTIO III.

An ſi quis gratis promittat aliquid pro beneficio obtinendo, poſſit de hoc paciſci? An qui promiſit aliquam ſummam pecuniæ pro beneficio obtinendo proteſtans ſe illam daturum gratitudinis cauſa, & non ex debito iuſtitiæ, incurrat ſimoniam? An ſi quis pro beneficio obtinendo iniret pactum non rigoroſum, ſed ex gratitudine, committeret ſimoniam? Et an qui obtinuit beneficium cum promiſſione dandi magnam quantitatem, incurrat pœnas impoſitas contra ſimoniacos, ſi poſtea pretium non fuerit ſolutum? An ſit ſimonia ſi quis det pecuniam Titio, vt ipſius merita apud collatorem beneficij exponat?

SVMMARIVM.

1. *Paciſci poteſt de beneficio, ſi ex ſola gratitudine quis dat ante, vel poſt, vt fulcitur exemplis, num.* 2. *&* 3. *ſed num.*4. *improbatur.*
2. *Donatio merè gratuita, & ſic exiſtimata, liberat à ſimonia.*
3. *Vſura non committitur, quando ex gratitudine aliquid datur, in quo non æquiparatur benè ſimonia, vt num.* 4. *in fine, contra aliquos hic.*
4. *Simonia præſumitur in foro exteriori, cum ex formalitatibus inuoluitur intentio.*
5. *Simoniacus potius eſt, vt cenſeatur promittens pecuniæ ſummam pro obtinendo beneficio, etſi proteſtetur illam gratitudinaliter daturus, & non ex titulo iuſtitiæ, & quare, n.* 6. *fallit, vt n.*7.
7. *Remuneratio merè gratuita ſaluat à ſimonia.*
8. *Reſignare beneficium ſpe aliquid aſſequendi ab ipſo collatore, etſi tacite potius eſt vt intelligatur ſimonia, vt n.* 9.
9. *Pactio gratitudinalis, aut recompenſationis laboris difficulter ſeparatur, ac diſtinguitur in materia, quæ poteſt parere ſimoniam.*
10. *Simonia non committitur, quando ineretur pactum merè gratuitum, nec rigoroſum, pro obtinendo beneficio modo dicto, num.* 11. *ſub quo diſtinguitur.*
12. *Obtinens beneficium cum promiſſione dandi, etſi promiſſio non impleatur contra aliquos, exiſtimant alij in pœnas ſimoniæ incurrere, vt num.* 13. *vbi plura* remiſſiuè.
14. *Simoniacus non eſt qui dat pecuniam alicui, vt apud alium acquirat bonam opinionem, etſi conſequenter contingat, vt ex illo bono nomine beneficium à collatore inſtructo conſequatur, vt n.* 15.

AD primam quæſtionis partem videtur vt valeat de hoc paciſci; quia ex 1 quibus titulis licet aliquid dare, vel recipere, de quibus *ſupra quæſt. præced. in fine verſ. quod videtur*, licebit etiam paciſci in omni re ſpirituali: ſic Ioannes de Sorio *in epitome ſummar. p.* 2. *tit.* 1. *ſect.* 4. *diſp.* 5. *ſol.* 457. per dicta in relata *q.* 1. *verſ. ad quartam* ex Vaſquez, & Sanchez, idemque contingere pro labore ſuſcepto, eundo, & redeundo ad beneficij collationem, vel in compenſationem alicuius damni, quod inde patitur, aut alicuius lucri, quod amittit, concludens probabile eſſe eo modo, quo licet temporale accipere pro ſpirituali ſine ſimonia, licere etiam de hoc ipſo paciſci. Sed ſic eſt, quod titulus gratitudinis excuſat à ſimonia, Quintanadueñas *in tract.* 6. *ſingul.* 15. *num.* 7. dum ait, vt qui tradit aliquid temporale intendens, vt ſibi aliquid ſpirituale conferatur titulo gratitudiuis, ſimoniam non committat, cum liceat ab alio petere, quod ex naturali obligatione præſtare tenetur.

Quæ doctrina videtur confirmari, eo 2 quod non eſt ſimonia donare aliquid temporale, vel ante, vel poſtea, qui exhiber aliquod ſpirituale, etiam cum intentione, quod donatarius moueatur ad dandum ſpirituale ex gratitudine, & è contra dare ſpirituale cum intentione, quod recipiens ex virtute gratitudinis donet poſtea temporale, ex ea quidem ratione, quia donum opponitur pretio, & elicitur ex *capit. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſtione* 2. *cap. etſi quæſtiones*,

quaſtiones, *capit. dilectus* 2. *capit. tua hoc titulo*, Sotus *lib.* 9. *de inſtit. quæſtione* 7. *articul.* 3. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *capit.*46. *numero* 4. Innocent. *in capit. tuam de ætate*, *& qualit. ordin.* ita Sanctorius *de pœnis p.* 2. *capit.* 15. indeque etiam benè poterit accipi quod ſcripſit Marcan. Vidal. *in arca Theolog. moralis hoc titul. inquiſit. numero* 45. vt eo modo, quo licet ſine labe ſimoniæ dare temporale pro ſpirituali: etiam licet de hoc ipſo conuentionem facere; nempe tanquam dando, vel ex gratitudine, vel ex beneuolentia, vel ex iuſtitia; non quidem pro re ſpirituali; prout ſpiritualis eſt, nec tanquam pretium; ſed ob aliquam aliam rationem licitam, & à iure conceſſam.

3 Quod, & confirmari etiam videtur iterum, quia ſicut vſura excluditur reducendo contractum ad aliquem iuſtum titulum percipiendi lucrum; ita etiam excludetur ſimonia reducendo exhibitionem pecuniæ ad aliquem honeſtum titulum pro quo exhiberi poſſit; & qui ſit ſufficiens, vt intentio dantis remoueatur à ſpirituali; itavt faciat quod pecunia non exhibeatur pro ſpirituali, aut ipſi annexo: nam quando intentio dantis non reſpicit ad ſpirituale, non venit in contractum ſpirituale, atque adeo non committetur ſimonia: ita Paſqualigius *in quæſtionibus Canonic. cent.* 4. *quæſt.* 378. *n.*6. dicens eſſe ferè eandem rationem de ſimonia, ac vſura, comprobans ex alio caſu ordinis, de quo latè ſub *cap.*1. *hic*, *ibi quæſt.* 339. *num.*5. vbi leges: Ergo qui poteſt intendere finem, valet inquam media adhibere, vt ſibi conferatur beneficium ob gratitudinem alicuius obſequij temporalis: Ergo & poterit id ipſum in pactum deducere, tanquam medium ad ſuam intentionem aſſequendam, cum & tale pactum non cadat ſupra ſpiritualia, aut aliquid ipſis annexum, ſed ſuper aliquid conſequens ad collationem ſpiritualem, quod contingenter ſe habet; itavt poſſit conſequi: ſpiritualia enim ſola, & ipſi annexa prohibentur deduci in pactum, quia ſola prohibentur ſubiici venditioni.

4 Sed quia idem Sanctorius *vbi ſuprà* duo adnotauerit, alterum, vt qui faceret quod ipſi dixit *dict. cap.*15. in foro exteriori præſumeretur ſimoniacus. Alterum, quod difficile eſſet in præfatis formalitatibus ſub præciſa doni ratione conſiſtere, quod impoſſibile non eſt. Ideo benè, meo videri Rocaffull. *ſupra in praxi Theol. moral. tomo* 2. *dicto lib.* 3. *ſect.* 4. *cap.* 2. *num.* 1082. cum Diana, quem, & ipſe Diana ſequitur *p.* 1 *tractat.* 6. *miſcell. reſ.* 31. *verſ. quæro ſecundo*, & *verſ. his igitur in fine*, in praxi relatum, Quintanadueñas, Sanctorij, & Paſqualigij, Sorio, & Vidal. doctrinam non eſſe approbandam, quod ſic videtur amplectendum; eo quod multis ſubterfugiis ſimoniæ materia, quæ in ſe valde periculoſa eſt, ſaluaretur, abſque quod ſimilitudo de vſura præſtet, ſiquidem illa interueniat ex mutuo ſuper re ab vtraque parte temporali, quæ multis modis honeſtatur, vt dicemus ſub *eo titul.* aliquid *ſub cap.*7. *de iniur.* vt confirmatur, *infrà* proximè *in verſ. ad ſecundam.*

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur etiam dicendum, vt non committatur 5 ſimonia ex iam adductis latè hic *in verſ. ad primam*; item quia etſi talis promiſſio illicita ſit. Quando tanquam ex iuſtitia debita exigatur; at ſi poſtulatur ſolum ex beneuolentia, non apparet aliquid mali; nam vt gratis promiſſio fieri poteſt; ita etiam poſtulari, tanquam gratis ex beneuolentia conferenda. Sub qua diſtinctione ferè iiſdem verbis ſequuntur Celeſtinus *in compendio Theologiæ moralis tract* 7.*cap.*4.*num.*3. Chilinus *in practica reſol. caſ. conſcientiæ*, *verbo beneficium num.*7. cum Valentia, & Tannero, quos citauit Diana *p.* 2. *tract.* 2. *miſcell. reſ.* 39. firmantes poſſe gratitudinem deduci in pactum, ſi ſolum petatur, vt debita iure naturæ ratione beneficij collati, quia ſi finis eſt licitus, etiam media ad finem erunt licita; & quod licet paciſci de aliquo temporali retribuendo, tanquam motiuo, ſeu pro recompenſatione gratuita abſque labe ſimoniæ, ſicut quod datur, ſpectato labore; prout ex obligatione oneroſa ſuſcipitur ſecundum communem rationem, & etiamſi detur aliquid notabile vltra æſtimationem laboris, non eſſe peccatum ſimoniæ, nec iniuſtitiæ, dando illud plus, quod labor ille non meretur liberaliter, & gratis, vt dixit Chilinus *ſuprà* cum dicto Valentia, & Tannero.

Tamen ex vltima reſolutione Dianæ 6 relati *ſupra in verſ. Quod & confirmari*, *in fine*, etiam cum eo, & cum aliis ab eo relatis *dict. p.* 2. *tractat.* 2. *miſc. reſolut.* 39. dico quod etſi relata ſententia probabilis exiſtimetur ſpeculatiuè, vt ipſe etiam refert: tamen in praxi non eſſe admittendam patet: nam vt ait Syluius, talis promiſſio eſt pactio quædam, & contractus non gratuitus, *faciam*, *ſi feceris*, cuius verba refert idem Diana *p.* 6. *tract.* 7. *miſcel. reſ.* 42. referens Syluij verba, quem iuuant Bonacina *tom.* 1. *diſputatione prima*,

hoc titulo quaſt. 6. puncto 1. *num.*7. Fillitceius
tomo 3. *tractat.*45. *capit.* 10. *num.* 24. dum
dicit, vt ſi poſtuletur poſt factum gratis,
beneficium non eſſe illicitum, ſecluſa
palliatione iniquæ intentionis, etſi ordi-
nariè ad id non obliget gratitudo; at ſi
peteretur ante præſtitum obſequium, &
vt conditio neceſſaria, ſine qua bene-
ficium non dabitur, etiamſi liberaliter
poſtuletur, eſſe apertam ſimoniam ſcri-
bit, cum ſit pactio, & contractus, *fa-
ciam ſi feceris*, & licet addatur, *niſi fa-
cias* liberaliter, eſſe falſam propoſitionem,
quæ ſeipſam deſtruit cum illo inquam pa-
cto aperiretur via ſimoniis omnibus &
vſuris, de quo etiam videbitur Raphaël
de la Torre *diſp.*3. *in* 2.2. *D.Thomæ. diſp.*100.
num. 6.

7 Et iuxta hæc crediderim accipiendum
eſſe Valentiam *vbi ſupra*, & *infra* hic, cu-
ius verba referens Diana *dicta p.* 2. *tract.*2.
miſcel. reſ. 39. qui poſtquam improbant pa-
ctum ſimile pro obtinendis beneficiis,
dando temporale ratione rei ſpiritualis, il-
lud approbauit, ſi pactum fieret eo mo-
do, quo licet dare, & recipere, videli-
cet tanquam ſtipendium, vel remunera-
tionem quandam cuiuſdam operis, & offi-
cij, quod ſecundum communem æſtima-
tionem, meretur recompenſationem iu-
ſtitiæ, cum & officium ſpirituale me-
reatur remunerationem gratuitam; vt ſic
de temporali pro ſpirituali paciſci, non
prout res ſpiritualis eſt, ſed ſpectata ſe-
cundum communem rationem laboris;
prout ex obligatione oneroſa ſuſcipitur;
& ſic dixit Suarez *de religione tomo* 1. *lib.*4.
cum Nauarro non eſſe ſimoniam, ſi ali-
quid detur pro labore ſuſcepto eundo,
& redeundo ad beneficij collatorem, vel
in recompenſationem alicuius damni, ſi
non excedatur in pecuniæ quantitate cor-
reſpectiuè labori, vt ex Rodriguez *in ſum-
ma tom.* 4. *cap.* 133. *num.* 19. probat *dicta
reſ.* 39. *in fine*, Diana legendus.

8 Vnde, etſi Valentia *tomo ſecundo diſpu-
tatione ſexta, quaſt.* 16. *p.* 3. *verſ. ſicut tamen*
cum Soto *quaſt.* 7. *artic.* 7. colligens *ex cap.
vnico de rerum permut. lib.* 6. Manoel Ro-
drig. *tom.* 2. *ſumm. capit.* 56. *num.* 8. *in fine*,
Farinac. aliis relatis *lib.* 1. *conſ.* 75. *num.* 3.
44.48. *&* 53. *poſt medium, &* 62. *& num.*82.
in fine, & Caſtrus Palao *tom.* 3. *tract. vlti-
mo, puncto* 4. *num.* 2. exiſtimant, quod ſi re-
ſignes beneficium ex intentione, & ſpe,
vt alterum tibi à ſuperiore detur, alias
non reſignaturus, non ſis ſimoniacus, ſi
non intendas obligare ſuperiorem obliga-
tione aliqua præter antidoro talem; imò
addit Valentia hoc etiam eſſe verum, etſi
prædictam ſpem verbis, aut ſcripto expri-
mas ſuperiori; quia quod licet optare, li-
cet etiam exprimere, in iureque nullibi re-
periri prohibitum, ne talis ſpes exprima-
tur. † Tamen cum ex iam dictis hic inuol- 9
uatur machina, & ad minus pactum im-
plicitum iuſte alij, vt Diana concludit di-
cta *Reſ.* 42. *in fine*, *dicta* 6. *p.* erit ab hoc in-
uolucro, & *ſuprà* dictorum hic, nimis ca-
uendum, quod ſic exiſtimo propter iura *in
cap. fin. de pactis*, vbi verba habentur ſe-
quentia: *omnis pactio, omniſque conuentio ceſ-
ſare debet*, in cap. quæſitum de rerum per-
mut. vbi adnotatur huiuſmodi pacta con-
tinere ſemper labem ſimoniæ; ad quod
faciunt *cap. tua nos, hoc titul. cap. quam pio* 1.
quaſt. 2. quæ iura, & ſic Valentia, *vbi ſuprà
dicto puncto* 3. procedere, quando tempo-
rale promiſſum peteretur pro re ſpirituali,
cum hoc ſit ſimonia prohibita, vel iure na-
turæ, vel iure poſitiuo, vt refert idem Dia-
na *dicta reſ.* 39. *p.* 2. tamen quia difficulter
pactio gratitudinalis, aut recompenſatio-
nis laboris in hac ſic periculoſa materia
ſimoniæ, ſubdiſtingui poterit interne, &
externe ſimul, re vera debent eſſe mul-
tum circumſpecti ſic paciſci volentes pro-
pter inconueniens iam adductum.

Ad tertiam quæſtionis partem ſatis ex 10
iam adductis præſtat reſponſio, etſi non
rigoroſè paciſceretur, quia Rocoffoll. *in
praxi Theologia moral. lib.* 3. *de precept. deca-
logi*, 7. *cap.* 6. *num.* 980. & Gaſpar. Hurta-
do, *de iuſtit. & iure diſput.* 3. *de vſura dif.* 7.
Villalobos cum Nauarro 2. *p. ſummæ tract.*
37. *diff.* 17. idem Roſill. legendus etiam
num. 983. Fragoſus *de republic. tomo* 2. *lib.*5.
diſput. 13. §. 11. *num.* 5. Machad. *de perfecto
confeſſ. tomo* 1. *lib.* 3. *p.* 3. *tractat.* 5. *docum.* 2.
*num.*4. noſter amicus Eſcobar de Mendoza
Ieſuita *in Theologia morali tract.* 6. *examine* 2.
cap. 6. *num.* 43. cum Sanchez, Suarez, &
Vaſquez, admittunt ſimile pactum. † Ta- 11
men ſi v.g. iuxta Rocoffoll. Nauarr. & Vil-
lalobos, & Hurtad. volens obtinere benefi-
cium tantum diceret, vel Patrono, vel col-
latori ſe futurum gratum, vel habiturum
gratiam, non intendens inducere obliga-
tionem; ſed tantum vrbanitatem, gra-
tum animum ſignificando, credo ſimo-
niam non contrahi; quia cum hæc grati-
tudo ſit exhibitio, & ſignificatio animi
grati, creditur, vt non ſit prohibita à Pon-
tificibus, niſi quæ deducta ſunt in vim
pacti rigoroſi iuxta relata, præcipuè, ſi
vt ait Fragoſo ex D. Thom. 2.2. *quaſt.* 78.
art. 20.

*art.*20.*dicta* 3.*p.* per ſe loquendo non ſit malum petere animum gratum in recipiente donum, vel obſequium, quando aliquid gratis donatur ante receptum donum ſpirituale. Tamen non licere deducere in pactum antidorotalem obligationem, nouamque addere promiſſionem ad illam adimplendam, vt dixit Felin. *in cap. ad audientiam* 2. *de reſcript. num.* 10. *in verbis ſeqq. deducere in pactum obligatorium antidorotalem obligationem, eſt ſimonia; ſecus, vbi ſola obligatio naturalis deducitur in pactum, quo debitor eſt obligatus; quia non videtur illicitum*, præſtatque rationem Fragoſ. quia hoc ſecundum pactum, non eſt aliud, quam pactum oſtendendi ſe gratum, quod non eſt pactum nouum, ſed memoria, ſeu recordatio beneficij accepti, quæ ineſt accipienti beneficium. Et iuxta hæc exiſtimo componendas diuerſorum ſententias, illorum, quos refert Diana, *p.* 2. *tractatu* 16. *reſ.* 37. vbi agit de illa: *an ſint habendi tractatus ante electionem?* ſed proprius ibi: *dicta reſ.* 39. dum agit de illa: *an in obtinendis beneficiis, liceat paciſci de aliquo temporali, retribuendo, tanquam motiuo, ſeu pro compenſatione gratuita? & part.*4. *tractat.* 4. *reſol.* 45. vbi de ſimonia reali, & completa: *& p.* 6. *tractat.*7. *dict. reſ.* 42. *& p.* 7. *tract.* 4. qui longè agens, de Bulla Gregorij XIII. de datis, & promiſſis in toto *tractatu reſol.* 2. agit de illa: *An in dicta Bulla ſint prohibitæ omnes promiſſiones, maxime cum verbis generalibus?* quem omnino ibi leges *per reſol.* 14. ad claram explanationem dictæ Bullæ, quæ ſpectat ad hanc noſtram materiam; item & de hac Bulla idem *dicta part.*6. *tractat.* 7. *miſcel. reſolu.* 16. vbi etiam agit *de datis, & promiſſis in curia ſub nomine gratiarum*, & *ſub part.* 9. *in diuerſis reſolut.* ac aliis *ſub p.* 11. qui in quantum ſpectat ad noſtrum dubium faſſus eſt ſe pluries eandem quæſtionem repetiſſe; ſolum refert verba Doctorum proxime, quædam amplectendo, quædam non, *part.* 10. *tractat.* 15. *miſcel.* 5. *reſol.* 5. vbi leges cuiuſque ſententiam, & dicendi modos: quare non immoramur. Videbis tamen Petr. Marchant. *in Tribunali ſacrament. tomo tertio, part. prima tractat.* 10. *titul. ſexto, quæſtione nona, concluſione prima*, omnino legendum cum Patre Vidali, *in arca Theolog. moralis, hoc tit. inquiſit.* 1. *à num.* 34.

12 Ad quartam quæſtionis partem, an qui obtinuit beneficium cum promiſſione dandi magnam quantitatem, incurrat ſimoniæ pœnas, cum poſtea pretium non fuerit ſolutum? Duplex eſt ſententia negatiua corroboratur per 28. DD. quos refert Garcia, *de beneficiis tom.* 2. *part.* 8. *cap.* 16. *num.* 28. inter quos Nauarr. Couarr. Gutierrez, Leſſius, Auila, Vouins, Suarez, Ledeſma, & alii aſſerentes nullam conuentionalem ſimoniam committi, excepta ea, quæ confidentialis dicitur, de qua loquuti ſumus, *ſuprà quæſtione* 2. *à num.* 1. eo quòd pœnæ iuxta ſtylum Curiæ, non cenſentur incurſæ, niſi per ſimoniam realem vtrimque completam, vt teſtatur Nauarrus non obſtante Bulla Pij V. cum pœnæ etiam ſint reſtringendæ; & quia vt ait Pontifex in extrauag. cum deteſtabile *hoc titulo*, pœnæ non ſtatuuntur, niſi in eos, qui conuentione facta quomodolibet dando, vel accipiendo, ſimoniam commiſerunt; & ſic pœnas illas fore reſtringendas ad emptionem, vel venditionem completam, niſi expreſſe contrarium ſignificetur, quod in ſola conuentionali non reperitur, niſi ad actum dandi, vel accipiendi reducatur.

Qui affirmant ſimoniam committi, pœnasque incurrri ex ſola promiſſione, ſunt 13
Abbas *in cap. nobis, numer.* 3. vbi Felinus, *hoc titulo*, Lambert. *de iure Patron.* 1. *p. lib.*2. *quæſt.*9. *articul.*11. *&* 2. *part. lib.* 2. *quæſt.*9. *articul.*3. *numer.* 8. Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.* 14. *quæſt* 7. *à numero* 31. & pluribus aliis tenet idem Garcia, *dicta p.*8. *cap.*16. *num.* 28. & omnes per textum, *in cap. ea, quæ* 1. *queſtion.*3. vbi Vrban. II. *in concilio Placent.* ſic ait: *Ea, quæ à ſanctis Patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt, nos quoque, & iudicio ſancti ſpiritus, & Apoſtolica authoritate firmamus. Quidquid ergo in ſacris ordinibus, vel in Eccleſiaſticis rebus, vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas inquam vires habere cenſemus*, & ex *cap. cum Clerici de pactis, cap. nobis hoc titulo, & ex conſtit.* Pij V. incipit *cùm primum*; Ex quibus colligunt ad priuationem beneficij, ſeu nullitatem prouiſionis ſimoniacè acquiſiti, ſatis eſſe, ſi verificetur promiſſio temporalis rei, ſeu conuentio, nondum completa, & executa; quia non datur gratis, & liberè beneficium; & quia emptio, & venditio videtur perfecta, ſi res tradatur, etiam ſi pretium nondum ſit ſolutum: & hanc amplectitur Diana, *part.*10. *tract.*16. *reſolu.* 15. *in verſ. quid ergo*, exiſtimans probabilem eſſe primam negantem per tradita à Leſſio, *de iuſtit. cap.*35. *dubio* 27. *num* 151. *&* 155. Petr. de Nauarra, *de reſtit. lib.*2. *cap.*2. *numero* 428. Caſtrus Palaus, *tom.* 3. *tract.* 17.

p. 3. *puncto* 22. *num.* 3. Villalobos, *in ſumma tomo* 2. *tractat.* 37. *diff.* 37. *num.* 3. Machad. *tom.* 1. *lib.* 3. *de perfecto confeſſ. p.* 3. *tract.* 3. *diff.* 5. *num.* 8. Suarez, *lib.* 4. *de relig. in hoc tractat. cap.* 56. *num.* 37. & 53. & *num.* 56. quorum verba idem Diana refert legenda quidem; ſed quia *infrà* Vberius, *in dicto cap. nobis de pœnis ſimoniaci agimus*; ideo non amplius hic.

14 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit ſimonia, ſi quis det pecuniam Titio, vt ipſe eius merita apud collatorem repræſentet? Et repetiris quæ dicta ſunt *ſuprà dicta quæſt.* 2. *verſ. ad tertiam*, & *ad quartam*; in quo dubio duplex eſt ſententia: affirmatiuam defendit Carthagena, in diſputatione; an liceat dare munera interceſſori pro beneficio, *cap. deſic.* 1. quam & videntur amplecti Caſtrus Palaus, *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 3. *p.* 11. *num.* 5. Diana, *p.* 11. *tract.* 6. *miſcell. dicta reſ.* 31. *verſ. quaro tertio*; quia ſæpe mediator excedit officium informantis, aſſumens officium exhortantis, & inducentis plus quàm merita perſonæ ſimpliciter repreſentata, poſſent inclinare, quod ſatis periculoſum inſpicitur ex ſe per dicta hic *à num.* 1.

15 Tamen ſi prædicta repreſentatio remaneret in terminis cuiuſdam ſignificationis, & notitiæ, meritorum prætendentis, vt ea ſciendo collator, inclinaretur, Credo cum Adriano *quodlibeto* 9. Angelo, *verbo ſimonia, num.* 25. Syluestro, *quæſt.* 6. Azorio, 3. *p. inſtit. mor. lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 4. Suarez, *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia cap.* 35. *numer.* 17. Filliucio, *tract.* 45. *cap.* 12. *quæſito* 7. *num.* 12. *in fine*, Bonacina, *diſputatione* 1. de ſimonia, *quæſt.* 1. §. 1. *num.* 16. quid tunc non incurreretur ſimonia, cum non interueniat in illa actione, quæ ſolum ſpectat ad mouendum collatorem, vt illi conferat beneficium iuſte; eo quod ad inducendam ſimoniam requiritur quod detur temporale pro ſpirituali, aut è contra, quod in præſenti non inuenitur, modo detur pecunia pro ſolo exponendi merita iuſta à collatore; alias ignorata, cum finis proximus ſit acquirendi bonum nomen, & opinionem apud collatorem beneficij; & inſuper quia, vt interueniat ſimonia, neceſſum eſt, quod quando datur pecunia, finis immediatus ſit requiſitio alicuius ſpiritualis mediante illa pecunia; non inquam ſufficiet, vt ſit quid conſequens ex alio mediato fine, vt iſte, in quo non intenditur, mediante pecunia, beneficium, ſed expoſitio meritorum ad bonam opinionem adquirendam, & acquiſitio beneficij ſolum inſpicitur, vt quid conſequens; ageret enim ſolum ille interceſſor officium Aduocati, repreſentando merita perſonæ: quæ doctrina toleratur, ſecluſo periculo, *numero praced.* ex alia D. Thomæ, 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 5. *ad* 3. Nauarr. *in man. cap.* 23. *numer.* 101. Suarez, *de relig. tom.* 1. *cap.* 36. *num.* 7. Nicol. Garcia, *de beneſic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 170. Molfeſij, *part.* 1. *ſumma tractat.* 6. *cap.* 15. *numero* 56.

QVÆSTIO IV.

An Papa poſſit contrahere ſimoniæ culpam iure Diuino? quid de iure canonico? Et an contrahens cum Papa, vel eius Miniſtris de re ſpirituali ex ipſius Pontificis conſenſu, illam incurrat? Et num cenſeatur cum illo diſpenſare quoad pœnas? Et quid ſi Papa expreſſe cum illo non diſpenſaret? Vel an excuſentur à culpa, qui ſciente, & diſſimulante, Pontifice, ſimoniam exercent ſolo iure poſitiuo prohibitam? Et an peccet qui propter bona temporalia, vel ambitum, Epiſcopatum deſiderat? Et an omnes infideles, pagani, hæretici, &c. labem ſimoniæ iure naturali, & Diuino vetitæ contrahere poſſint?

SVMMARIVM.

1 *Papa contrahit ſimoniam in his quæ ſunt prohibita, quia mala, vt ſi det ſacramenta, aut adminiſtret doctrinam fidei pro pretio num.* 2.

3 *Pontifex vendens beneficia, aut officia Eccleſiaſtica ſine legitima cauſa, aut vtilitate, peccat peccato ſimoniæ, vt num. ſequentib.*

4 *Pontificis obligatio circa obſeruandam legem ſuam, oritur ab ipſa rei natura, ſeu conditione Principis, & Reipublicæ.*

5 *Pontifex beneficia, & officia Eccleſiaſtica vendens multis iuſtis titulis valet excuſari à peccato ſimoniæ: alij contra, vt num.* 6. & 7.

8 Pon

8 *Pontifex etſi obligetur peccata ſimoniæ, non tamen eſt obnoxius pænis ſimoniæ.*
9 *Simoniam non incurrit contrahens cum Papa in prohibitis iure poſitiuo, quia ab eo cenſetur diſpenſatus; ſecus ſi contrahat in prohibitis iure naturæ, aut diuino.*
10 *Diſpenſatio inducitur ex ſola patientia Papæ, non vero alterius Prælati.*
11 *Papa ſaltem quoad pænas iuris vendendo alicui beneficium, cenſetur cum illo diſpenſaſſe: explicatur, num.* 12. *&* 13.
14 *Papa, etſi non cenſeatur ex patientia, aliquoties diſpenſaſſe, aut abſtuliſſe culpam ſimoniæ in eam committente: tamen eius patientia excuſat à pænis iuris propter id impoſitis numero* 15. *&* 16.
17 *Tranſlationes ad Epiſcopatus pinguiores, quæ frequenter appetuntur debent plena conſideratione fieri, vt liberentur à ſimonia, vel ambitione num.* 18. *&* 19.
20 *Simonia peccato comprehenduntur infideles, & Iudæi in prohibitis vendi iure Diuino, & naturali, ſed non incurruntur cenſuræ, cum hæc ſint de iure poſitiuo, quæ & cenſura non comprehendunt non Baptizatos, numero* 21. *Vide numero* 22. *&* 23.
22 *Gentilis poteſt peccare emendo Baptiſmum pro filio, & infidelis Epiſcopatum pro amico; ſed ſi hæc faceret Iudæus Baptizatus pænas, & cenſuras incurreret numero* 23.

1 AD primam quæſtionis partem, applicatis hic, quæ dixi *in cap.* 12. *de Iudæis ſub quæſt.* 8. *&* 9. vbi, *an Papa ab aliis iudicari valeat? quid in foro conſcientiæ?* & *an ſecum diſpenſare, ſicut poteſt cum ſubditis?* & alibi; iam ad difficultatem reſolutiue reſpondetur Pontificem peccare eo genere peccati, vt ſi verbi gratia venderet ſacramenta, dona ſpiritus, & alia, quæ ſunt prohibita, quia mala, de quibus iam ſub principio Rubricæ. Et ſic, vt in omni materia ſpirituali, in qua committitur ſimonia contra ius Diuinum, illud genus peccati committat, ſi illam pro re temporali vendiderit ex ea inquam ratione, quia Pontifex eſt ſubditus iuri Diuino; ad tradita, *in cap.* 3. *de conſtit.* cum & illa actio intrinſece mala ſit: ita docent Redoan, *de ſimonia part.* 1. *cap.* 10. Sotus, *de iuſtitia, & iure, lib.* 7. *quæſt.* 9. *artic.* 2. Iulius Clarus, *lib.* 1. *ſentent.* §. *ſimonia*, Leſſius, *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 5. Vaſquez, *de benefic. cap.* 2. §. 4. *dubio* 3. Baſſeus, *part.* 2. *ſummæ, verbo ſimonia num.* 20. exemplificantes, vt ſi ſacramenta, vel ordines conferat pro pretio temporali, aut ſi reliquias, vel Agnus Dei benedictos vendat, ſi plus exigat, habita ratione benedictionis, quam alioquin valeant ratione materiæ; quia etſi illa ſpiritualis ſit ex poſitiua inſtitutione & diſpoſitione: tamen hac ſuppoſita ſimonia, quæ in illa committitur contra ius Diuinum, eſt cui ſubeſt ſummus Eccleſiæ Præſul.

Item ſi doctrinam fidei, vel illius definitionem vendat, vel dignitatem Pontificiam pro Regno temporali, tanquam pro pretio renunciaret applicando ſuper argumenta adducta *in cap.* 1. *de ſumma Trinitate, & fide cath. & ſub cap.* 2. *quæſtion.* 1. & alibi, *de elect. quæſt.* 9. *& in cap. venerabilem* 34. *quæſt.* 1. *& in cap. fin. de renunciat. quæſt.* 4. *An Papa poſſit renunciare Papatui?* & in omni ſimili materia, quæ de ſe, & ſui natura, ſeu Diuina inſtitutione, ſpiritualis eſt iuxta relata hic *ſub præmiſſo Rubrica, & quæſtione* 1. ſic *ſuprà* adducti, & alij. 2

Ad ſecundam quæſtionis partem, quid in ſimonia, quia à iure canonico inſtituta, & inuenta, de qua aliquid *ſupra in dicto præmiſſo Rubrica*, & reperitur hic *quæſtione dicta cap.* 12. *de iudeis: An Papa poſſit ſecum diſpenſare, ſicut cum ſubditis?* & quæ dixi *ſub cap.* 1. *de probat. in p.* 2. *quæſtione* 9. vbi: *An Papa ſit ſolutus legibus, ſicut & Princeps ſecularis, aut ſtare contractui cum ſubditis celebrato?* Iam ad difficultatem videtur dicendum, vt ſi natura rei ſpectetur, Papa poteſt culpam ſimoniæ iure canonico prohibitæ contrahere, niſi rationabilis cauſa ſubſit; ob quam illa lege cenſeatur exemptus, vel in ea ſecum diſpenſet. Nam quamuis Pontifex ſuis legibus non ſubiiciatur ex relatis, *in dicto cap.* 1. *de probat. dicta quæſt.* 9. & aliquid, *ſub Rubrica & titulo ſuprà de conſtit.* quoad vim, ſcilicet coactiuam; ſubiicitur tamen quoad vim directiuam, quoties materia legis eſt communis Papæ, & ſubditis † & hoc ex ea ratione, quia obligatio, qua Princeps tenetur obſeruare legem ſuam, non oritur immediatè à voluntate, & poteſtate Principis volentis ſe obligare, ſicut ea obligatio, quæ eſt in ſubdito (cum Princeps non ſit ſibi ſuperior, & ſe ipſum poſſit immediatè ſuo præcepto obſtringere,) ſed oritur ex ipſa rei natura; id eſt ex conditione Principis, & Reipublicæ, ex qua prouenit, vt ius naturale dictet Principem debere pati legem, quam ipſe ſubditis 3 4

impo

imponit, ſi ratio legis æque in vtriſque locum habeat, iuxta doctrinam textus *cap. in cum omnes de conſtit.* ad verba ibi: *quod quiſque iuris*, & ibi: *Patere legem, quam ipſe tuleris*, & iuxta quæ dixi, *ſub cap.1. eo tit.* vbi, *ſub quæſt.* 5. egi de illa: *An ſi Princeps legibus ſolutus ſit peccet contraueniendo legi ſuæ?* vbi de aliis, vbi *à num.* 7. ſic docent referendi.

5 Vnde ſequitur primo ex natura rei, vt ſi Pontifex vendat officia Eccleſiæ, vel beneficia, poſſit peccare peccato ſimoniæ, cum obligatio illa, qua tenetur ſe conformare cum ſubditis, ſit generalis, quæ contrahitur ſecundùm variam materiam, & ſpecies virtutum, ad quam ſubditi obligantur. Verùm ſi iuſta cauſa vendendi ſubeſt, ceſſabit illa obligatio per ſe; eo quod deſinat ea ratio, ob quam ſe ſubditis debebat conformare, vel quod ſecundum alios, videtur ſecum diſpenſare; non enim in facto Principis præſumitur delictum, ob quod licet communis dicendi modus ſit; quod ſi Pontifex vendat ius ſpirituale beneficij pecunia, & illam accipiat pretio rei ſpiritualis, ſimoniam committat, quamquam circa hoc in Romanum Pontificem vix, aut vllo modo poſſit ſuſpicio cadere ſimoniæ, quia poteſt multis iuſtis titulis, & modis pecuniam accipere, vel aliis applicare, cum dat alicui beneficium, ad dicta de penſionibus *ſub titulo, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, & ad textum in cap. niſi eſſent, de præbend.* dum ſit ſine benedictione illius, & ſine intentione pretij: ita Redoan, Sotus, Leſſius, Vaſquez, & alij iam adducti, & in terminis Baſſius, *dicta 2. part. verbo ſimonia, num.*21. *& 20. in fine*; ſicut & de reſignatione, aut permutatione cum penſione, licet Pontifici, vt frequenter contingit, ipſe *dicto numero* 21. *in fine*, Leſſius, *dicto lib. 2. de iuſtitia cap.* 35. *numero* 33. Suarez, *tom.* 1. *de relig. lib.*4. *cap.* 52. *hoc titulo à numero* 4. Layman, *lib.* 4. *tract.* 10. *cap.fin. num.*64. Filiucius, *tract.* 45. *cap.* 12. *quæſt.* 2. & alij.

6 Video alios dicendi modos per Suarez *dicta diſputatione* 52. *num.* 4. dum ait Pontificem, non poſſe ſimoniæ vitium incurrere, etiam ſi venditiones, vel contractus faciat circa res ſpirituales, qui iure tantum Eccleſiaſtico ſimoniaci effecti ſunt; indeque aliquos potuiſſe exiſtimare peccatum ſimoniæ, non poſſe in Pontificem cadere; & quia vt ait Suarez materia canonum non æquè concernat Pontificem, & inferiores alios Prælatos, ac fideles; ſed quia ipſe docet hoc verum vniuerſaliter non videri, cum non appareat quare materia, quæ cadit ſub prohibitione de non vendendis beneficiis, & ſpiritualibus officiis; non æque concernat ſummum Pontificem, quando neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ id non requirit, ac inferiores Prælatos (ad textum *in cap.* 2. *de donat.* cum vulgatis;) imo magis in eo dicit militare ſanam diſtributionem beneficiorum; à qua pendet commune bonum.

Ob idque etſi Bonacina, *in hoc tractat. quæſt.*5. *num.*5. dicendo, vt poſſit Pontifex culpam ſimoniæ iure canonico prohibitam contrahere, ſi rei naturam præciſe ſpectemus. Sed vlterius ſignificat illam de facto non contrahere, confirmans ex eo inquam, quod nullus ſupremus Reipublicæ Princeps prohibetur vendere officia vendibilia ſuæ Reipublicæ: tamen reſpondet Diana, *p.* 10. *tract.*16. *miſcel.*6. *reſ.* 15. *in verſ. ſed ſi aliquis* circa finem cum Leſſio, *vbi ſuprà*, & Vvigers, *de iuſtit. tract.*7. *cap.*4. *dubio* 5. *num.*23. Binsfeldio, *in cap.*1. *hoc tit. quæſt.* 2. per totam, videndus, & Maldero, *tract.* 9. *cap.*3. *dubio* 4. quod ſi id verum eſſet, ſuppoſita omni prohibitione poſitiua; ſi tamen ipſe Princeps cum Senatu Regni iudicaſſet eſſe contra bonum Regni talia vendere; & ſic vniuerſalem prohibitionem feciſſet, teneretur ipſe quoque lege illa, vt directiua, & delinqueret, ſi abſque rationabili cauſa contrarium faceret, quemadmodum in aliis legibus æquè Principes, & ſubditos concernentibus, ad plura etiam, quæ dixi de obligatione directiua Clericorum, *ſub cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ* 10. *de conſtit. à quæſt.*1. cum aliis. 7

8 Sed pro complemento notatur, quod etſi Pontifex peccato ſimoniæ irretiri valeat ex iure Canonum inuentæ, ſed non inde obligari ad pœnas illo iure, alioue poſitiuo inuentas, quas nunquam Pontifex incurrit, ad dicta vt non teneatur vi coactiuæ legis, *ſub dicto cap.*1. *de probat. quæſtione* 8. *& 9. & ſub dicto cap.* 1. *de conſtit. quæſt.*5. *à num.*7. cum aliis iam in hoc dubio notatis, & ſic nec incurrere pœnas poſitas eo iure contra ſimoniacos, vt excommunicationem, ſuſpenſionem, & inhabilitates, &c. vt communiter docent DD. & Diana, atque Binsfeldius, *vbi ſuprà*.

Ad tertiam quæſtionis partem, an contrahens cum Papa, vel eius Miniſtris de re ſpirituali ex ipſius Pontificis conſenſu, illam 9

illam incurrat ? Et ex dicendis reſolutiuè reſpondetur, quòd ſi illa ſit introducta tantùm iure canonico ; illam non incurrit, ſecus ſi in ſimoniæ materia contrahat, quæ iure Diuino, & naturali vetita eſt; quia cenſetur Papa cum eo diſpenſare. In ſecundo autem caſu, non ita; ſiquidem tam Pontifex, quàm ipſe incurrit ſimoniæ culpam ex dictis *hic numero* 1. eo quòd vterque iure naturali, & Diuino ſubiacet, in quibus nequit Papa diſpenſare, exceptis quibuſdam caſibus, (de quibus alibi, & quare dixi :) ſic in terminis diſtinguunt, ac docent Azorius, *parte* 3. *lib.* 12. *inſtit. mor. cap.* 25. *quæſtione* 2. Nauarr. *de datis, & promiſſis, notabili* 9. *numero* 14. Baſſeus, *in ſumma dicta p.* 2. *verbo ſimonia num.* 23. Layman, *lib.*4. *dicto tractat.* 10. *fin. nume-*
10 *ro* 64. † Et ob id Diana cum Angelo, contra Abbatem, *cap.* 1. *hoc titulo num.*8. *p.*8. *tractat.* 3. *de diſpenſ. reſ.*17. dum agit de eo dubio ; *An ſola patientia Prælati, ſufficiat pro diſpenſatione ?* ibi circa finem, *in verſiculo notandum* dicit, etſi in aliis Prælatis inferioribus, non procedere in ſummo Pontifice, accipiente pecuniam pro collatione beneficij cùm cenſeatur diſpenſaſſe cum illo dante abſque ſimonia, ſic vt poſſit retinere tute beneficium cum eo ſolo facto purget illud vitium.

11 Ad quartam quæſtionis partem, an Pontifex vendendo alicui beneficium, & committens cum eo ſimoniam, cenſeatur cum illo diſpenſare, ſaltem quoad pœnas iuris ? & multi reſpondent affirmando ; eo quòd non cenſetur Pontifex fruſtra beneficium conferre ; eo quod fruſtra daret illi, quem agnouit inhabilem, niſi ſimul vellet illum habilem reddere : ita *infrà* referendi *ſub verſ. ad quintam.*

12 Ad quintam quæſtionis partem, an ſi Papa cum illo expreſſe non diſpenſaret, incurreret ipſe ſimoniam ? Et cum affirmatiuam ſententiam doceant Paludan, *in* 4. *diſt.*25. *quæſt.* 4. Syluester, *verba ſimonia quæſt.* 4. Auila, *eodem verbo in fine*, Sotus, *lib.*9. *de iuſtitia quæſtion.*5. *art.* 2. Aragon. *in* 2. 2. *S. Thomæ, quæſt.*100. *art.*1. *verſus finem*, Gregor. de Valentia, *in eadem quæſt. puncto vltimo*, Angelus, *verbo ſimonia*, 5. §. 7. & 8. S. Anton. *in* 2. *p. tit.*1. *cap.* 5. §. 2. Felin. *in cap. de cætero col. fin. de re iudic.* Nauarr. *de ſim.* Didacus Couarr. *in cap. peccatum de reg. iuris lib.*6. *p.*2. §.8. *num.*9. Coſmus Philianus, Theologus, Florentin. *tom.* 2. *de offic. ſacerd. lib.*6. *cap.*3. *col.* 5. quare videtur proximè dictum *in verſiculo ad quartam*, vbi tacita diſpenſatio ſufficit, vt legitimè impugnetur ; & *ex clem. ſi ſummus Pontifex, de ſentent. excommunic.* ex qua definitur, vt ſi Papa ſalutet excommunicatum verbo, oſculo, litteris, aut alio quoquo modo cum ipſo communicet, non propterea eum cenſetur abſoluere.

Sed alij docent illum non incurrere ta- 13
les ſimoniæ pœnas, ſi Pontifice ſciente, ſimoniam committeret, etiam ſi expreſſe non diſpenſaret : ita in terminis Adrian. *quodlibeto* 9. *art. vltimo, ad* 4. *principale, maioris, in* 4. *diſt.* 25. *quæſtion.*3. Ioannes Andreas, *in reg. cui licet, de reg. iuris in* 6. *in Mercurialibus*, Cardinalis Caietan. 2. 2. *quæſtione* 100. D. Thom. *art. fin.* qui anceps eſt : in hac dubitatione fundamenta ſunt, quæ ipſe ponit, omnia pro vtraque referendo, & illis reſpondendo ; pro qua vt tenet Diana, *dicta p.* 10. *tract.* 16. *miſcel.*6. *reſ.* 15. *in principio* ; *& verſ. ſed vt verum facit*, quia ſcientia Principis purgat hoc crimen, quantum ad pœnas, quæ ſunt iuris poſitiui : nam quoties Princeps aliquem inhabilem ad dignitatem, quam ei conferre intendit ipſo facto, quo ei confert tacite, impliciteque videtur cum eo diſpenſare ; & capacem reddere, ad tradita *ſub cap.*1. *de filiis Presbyt.* & per Barthol. *in l. Barbarius, ff. de offic. Prat. num.*12. Felin. *in cap. præterea de teſtibus cogend. nu.*9. Panorm. *in cap. cum in cunctis*, §. *inferiora*, *& cap. innotuit, col.*4. *de elect.* Roman. *conſ.* 327. quia alias actus redderetur illuſorius nullumque effectum ſortiretur, quod eſt abſurdum : alia refert idem Diana, *ſub dicto nu.*1. *& verſ. ſed vt verum*, quod ſic teneo : & confirmatur potius in caſu *dicti verſ. ad quartam*, eo quod in illo caſu, non ſolùm Papa ſciente ; imò vna cum ipſo contrahens excuſatur à pœnis ſimoniæ ; non enim vero ſimile eſt vt velit Princeps punire opus, quod ipſe efficit, vel fortaſſe, ad illud inuitat, vt in terminis de illo inquam caſu, docent Couarr. *in dicta reg. peccatum*, 2. *p.* §.8. *num.*9. Sylueſter, *verbo ſimonia, qu.*4. *&* 19. Panormit. *in dicto cap. cum in cunctis*, §. *inferiora de elect. num.*9. Felin. *in dicto cap. præterea, num.* 7. Sotus, *lib.*9. *de inſt. quæſt.*5. *art.*2. *& quæſt.*8. *art.* 2. Suarez, *lib.*4. *de relig. cap.*61. *num.*14. *&* 15. Baſſeus, *in dicta part.*2. *verbo ſimonia num. fin.*

Ad ſextam quæſtionis partem, an qui 14
ſimoniam ſolo iure poſitiuo prohibitam exercent, ſciente, & diſſimulante Pontifice, à ſimoniæ culpa contra ius canonicum excuſentur ? Et præmiſſis quæ dixi *ſub Rub. & tit. de confirmat. vtili, vel inutili*, vbi latè de ſcientia Pontificis, circa actuum confirma-

tiones, & qnid ex ſe operetur, & quænam dicta ſunt *à num.* 1. quorum hæc difficultas eſt appendix, pıæcipuè ex dictis *à verſ. ad ſecundam*, & ex ıeſolutis *in verſ. ad quintam*, videtur vt excuſeıur à ſimonia; ſiquidem illa ſcientia excuſatur à pœnis; & quia illa ſcientia, & patientia habetur pro legitima licentia; & quia Pontifex non præſumitur delioquere, qui delinqueret diſſimulando ſimoniam, niſi in ea diſpenſaret: ita docent Sanchez, *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 35. *nu.* 20. & Salas, *de legibus diſp.* 24. *ſect.* 9. *n.* 85. in ſimili loquentes.

15 Sed quia non immerito exiſtimant alij tolerantiam Pontificis non ſemper excuſare, quia non eſt ſufficiens ſignum diſpenſationis, quod Papa hanc tranſgreſſionem legis Eccleſiaſticæ vniuerſalis, ſciat fieri in Curia ſua, ac toleret; & quia in dubio obligationis legis eſt iudicandum pro lege, cum ipſa poſſideat, ac de eius obligatione conſtet, & de abrogatione non conſtet, Bonacina, *de ſimonia, quæſt.* 5. *num.* 9. cum Menochio, Sayro, & aliis, Layman, *ſuprà num.* 65. Suarez, *dicto cap.* 52. *num.* 11. *in fine*, Baſſeo, *dicto verbo ſimonia*, 2. *p. ſum. num.* 23. *verſ. ſed difficultas*; ideo cum aliud ſit tolerare, quoad conferendam pœnam, de quo dictum eſt *ſub dicto verſ. ad quartam*, quia forte non denunciatur, vel quia non expedit omnes delinquentes punire, vel certe, quia in hoc poteſt eſſe aliqua negligentia, & non propterea factum, eueniet, vt excuſatus à pœnis ſimoniæ iuxta relatam *in dicto verſ. ad quartam, & ad quintam*, non excuſetur propterea ab ipſo ſimoniæ peccato, & ſi Pontifex ſciuiſſet, niſi talis ſcientia, & patientia Pontificis, taliſque conſuetudo communi iudicio prudentum, cenſeatur ibi lex abrogata.

16 Et iuxra hoc eſt intelligendus, *part.* 8. *tract.* 3. *reſ.* 17. *verſiculo notandum in fine*, dum ait ſic contingere, etſi ſimonia ſit iuris Diuini; quia quoad pœnas eſt de iure poſitiuo, in quas mirum non eſſe, vt eas non incurrat, committens eas cum Papa; & qnod dictum eſt de Papa, ait procedere quoad tacitam diſpenſationem, etiam cum aliis Prælatis inferioribus quoad propria eorum ſtatuta: ſic Salas, *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 3. *numero* 34. Valerus, *verbo diſpenſatio differ.* 3. *numero* 4. qui hæc & alia tradit.

17 Ad ſeptimam quæſtionis partem, an peccet qui propter bona temporalia, vel ambitum, Epiſcopatum deſiderat? & repetitis his quæ dixi *de tranſlatione Epiſcopor.* vbi etiam: *An ea tranſlatio fieri valeat ob maiores redditus Eccleſiæ, ad quam fit?* vbi *in cap. fin. quæſt.* 1. dicitur de illa: *An Pontifex poſſit transferre Epiſcopum de vna Eccleſia ad aliam ob pinguiores redditus?* Et ibi *qu.* 3. vbi latè dictum eſt de ea: *An Epiſcopus nuper nominatus à Rege, & electus poſſit à Dominis Conſiliariis, tuta conſcientia, ad aliam propons* (pinguiorem ſcilicet,) vbi latiſſimè, actum eſt de cauſis tıanſlaıionis, & de euitandis tranſlationibus ob haoc cauſam, niſi ex ſola cauſa neceſſaria, & bono publico, vt ibi dictum eſt latiſſimè, ideo in hoc dubio, quod non difficulter ex ibi dictis reſoluetur, Laconice reſpondemus referendo nonnullorum modos dicendi. †Igitur Bartholom. Medina, *in ſumma lib.* 1. 18
cap. 16. §. 2. *in ſequentib. verbis*, alloquitur *el obiſpo, que deſpues que tiene vn obiſpado procura otro maiormente por medios humanos y ſeglares, regularmente es mortal, y eſcandeloſo*; & Nauarr. etiam *miſcel.* 42. *de oratione num.* 2. & Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi, p.* 1. *tit.* 2. *gloſſa* 1. *num.* 10. docent in tali caſu ſupradictum Epiſcopum peccare grauiter, ſed fraıer Eman. Rodrig. vt notat Homobonus, *in examine Eccleſiaſt part.* 3. *tract.* 15. *cap.* 7. *quæſt.* 24. *reſol.* 1. putant ſolùm venialem culpam talem Epiſcopum committere.

Ego inquam, etſi Epiſcopus Aſturicen- 19
ſis non quidem diues rediıuum, ſed in aliis Epiſcopatus officiis, & beneficiis aliis dandis, & conferendis, non parum diues, vehementer dolendo ſuper me, & alios, qui ſic cupidi procederemus, non poſſum non mirari de illa anxietate, qua tranſlationes fiunt, ſiue imperatæ à ſuperioribus, ſiue ab ambitu Epiſcoporum, cum non poſſint deſinere incurſus tot damnorum, quæ ex illa frequenti tranſlarione damnata eſt *ſub dicta quæſt.* 3. *cap. fin. de tranſlatione*, omnino legenda, & hic applicanda; & ſic Diana referens relatos Doctores incipit, *parte* 4. *tractatu* 4. *miſcel. reſolut.* 100. illis verbis exclamat, *vtinam hic caſus frequenter non accideret*; ob quæ alia non repetimus.

Ad vltimam quæſtionis partem, an om- 20
nes infideles, Pagani, hæretici, &c. labem ſimoniæ iure naturali, & Diuino vetitæ contrahere poſſint? Et adiunctis hic quæ ſub alleg. fiſcalibus dixi de puniendo Iudæo non Baptizato dogmaticante, de quo infra *ſub titulo de Iudæis*, & de obligatione, quam Iudæus habet implendi quod iurauit iuxta ſuos ritus. In quo dubio breuiter illis ſuppoſitis, & quæ dixi hic *à num.* 1. itèm *ſub dicto cap. tranſlato* 3. *de conſtit.* & alibi

alibi *ſub Rubr.* & nigro illius tituli, quatenus quod lex naturalis omnes obligat etiam infideles *ad §. ius naturale inſtit. de iure naturali, gent. & ciuili*, cum vulgatis iuribus, iam nunc ſub diſtinctione dicendum putamus, quoad peccatum ſimoniæ iuris Diuini, & naturalis prohibitæ, quia mala, vt in ſacramentis, fide chriſtiana, dono Spiritus ſancti iuxta adnotatum *ſupra in Rubrica*, omnes quidem homines, etiam infideles illo peccato ſimo-
21 niæ irretiri. † Tamen quoad cenſuras, & pœnas impoſitas iure poſitiuo canonico contra tales ſimoniacos, in quibus incurrunt Baptizati, infideles quidem, & Paganos non irretiri, licet poſſint puniri à Principibus Chriſtianis, ſi illis temporaliter ſubiecti ſunt, iuxta aliqua, quæ etiam dixi, *ſub dicto lib. alleg. fiſcal. ſancti officij.*

22 Quare gentilis peccare poterit emendo Baptiſmum pro filio, & Princeps infidelis emendo Epiſcupatum pro amico fideli, veram ſimoniam per ſe loquendo committeret, licet per ignorantiam excuſari poſſet. Et eſt ratio, quia vnuſquiſque, quatenus eſt capax recipiendi ſpiritualia ab aliis hominibus, vel illa eis tradendi, eatenus eſſe poteſt capax ſimoniæ, quia libertatem habet ad vtrumque faciendum pro pretio, vel gratis, ſi ſit adultus. Et ſecluſis impedimentis, quod ſic ſentio de paganis, & infidelibus, cum Suarez, *tom.1. de relig. lib.4. cap.54. num.5. & 8.* Filliucio, *tractatu 45. cap. 12. quæſt. 10.* & Baſeo, *dicta 2. p. ſummæ, verbo ſimonia num. 19.* De hæreticis inquam idem, ac de infidelibus, quoad incurrendum peccatum ſimoniæ
23 prohibitæ dictu iure. † Imò, & vt incurrat etiam cenſuras, cæteraſque pœnas impoſitas iure Pontificio, cum iſte ſit intra Eccleſiam ratione Baptiſmi ſuſcepti, vt eſt quilibet Iudæus Baptizatus, qui quotidie in ſancto officio puniuntur pœnis à iure poſitiuo decretis, vt dixi latè diuerſis in locis in noſtris ſcriptis, & *ſub dicto lib. alleg. fiſcal.* & *infrà* dicimus *ſub titulo de Iudæis, hæreticis, & apoſtatis.* Et cum his etiam decernimus vltimam huic Rubricæ manum imponere (cætera tractanda ſub Rubro.)

AD TEXTVM

In Cap. I. Cap. XIIX. XX. XXXV. Cap. XXXVII. XXXIX. & Cap. XLV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simonia, quæ committitur in ſacramentis, & ſacramentalibus, in quibus capitibus de illo tit. inſinuatur, num. 2.*

2 *Ordinis ſacramentum late tractatum eſt ſub ſuis titulis, de temp. ordin. cum ſequentibus.*

APPLICATIS ad hæc iura, 1
his quæ generaliter *infrà* dicentur, *in cap. 14. 16. 37. & 42. de ſimonia commiſſa in receptione, ſiue adminiſtratione ſacramentorum. Et in cap. decimo octauo, & trigeſimo nono, pro conſecratione.* Et *in cap. decimo ſexto, vigeſimo primo, & trigeſimo ſexto, pro chriſmate, & in cap. vigeſimo nono, & quadrageſimo primo*, pro benedictionibus nubentium, vt pote omnia illa iura ſpectantia ad plenam materiam de ſimonia, quæ committitur in ſacramentis, ſeu ſacramentalibus, iam nunc ad propoſitum textus noſtri, & *dictis cap. etſi quæſtiones* 18. *cap. ex tua*, 20. *cap. per tuas* 35. *&* 37. *cap. ſicut* 39. *& cap. ſi quis* 45. *infra hoc titulo.* † Cir- 2
ca ſimoniam, quæ committi poteſt in ſacramento ordinis, tam ex parte recipientis, quàm adminiſtrantis, & cæterorum Epiſcopi miniſtrorum, hic agendum eſt, & hic adiunctis, quæ pleniſſimè diximus de hoc ſacramento *à titulo de temporibus ordination.* vſque *ad titul. de ætate, & qualite ordinandor.* Vbi de requiſitis ad bonam eorum ordinationem, & de pœnis male, & non rite ſuſcipientium, iam nunc per ſequentes quæſtiones ſatis explanabuntur quæ ad materiam ſimoniæ commiſſæ in ordinibus agent.

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus recipiens pro ordine conferendo aliquid temporale, ſit ſimoniacus, & vt talis puniendus? Quid ſi ſolam primam tonſuram pretio motus, munere, lingua, aut obſequio contuliſſet? Et quid de ordinando promittente, & dante ordinatori, etiam pro datione primæ tonſuræ, num non ſolum committat ſimoniam, verum, & pœnis ſit obſtrictus.

SVMMARIVM.

1 *Simonia iudicatur, quoties pro re ſpirituali, temporalis intercedit, niſi aliquo titulo, elaro, nec dubio excuſetur, numero 2.*

2 *Simonia præſumitur in ordine, chriſmate, & aliis etiam ex coniecturis, cum non adeſt liberalitas, cum illa ſoleat crebro ſimulate committi.*

3 Cap. 1. ſeſſ. 21. de reform. cap. 23. late intelligitur, & in quæſt. 2. 3. & 4. & à num. 10.

4 *Simonia, vt in donis datis concipiatur, aut non, tria conſiderantur, qualitas perſonæ dantis, & accipientis, quantitas, tempus.*

5 *Ordinans quæ nequeat, aut valeat recipere ab ordinato? quid de litteris dimiſſoriis, aut aliis, vt num. 6.*

7 *Donatum liberaliter non præſumitur datum ab ordinato, aut ab alio pro eo, vel ab Epiſcopo ordinante, ſeu alio acceptum: quid ſi paulo poſt num. 8. 9. 10. 11.*

9 *Donatio liberalis in dubio circa ordines præſumitur.*

11 *Ordinans recipiens aliquid punitur ex Trid. non æque donans.*

12 Cap. ſicut Epiſcopum 1. q. 2. cum cap. 1. ſeſſ. 21. & cum cap. 18. ſeſſ. 24. *& infra* qu. 4. n. 4. cap. ſtatutum §. inſuper de reſcript. lib. 6. cap. 1. §. penult. cap. exigit de cenſib. lib. 6.

13 *Ordinans ſimoniacè ſuſpenditur, & à quibus Bullis Pontificum. Et quid de ordinando num. 14. vbi de interdicto ab ingreſſu.*

Ordinans prima tonſura, ſimoniacè etiam punitur num. 16.

17 *Simonia dicitur tripliciter committi, vel à munere, aut à lingua, vel ab obſequio, & numero ſequentib. exemplificatur.*

20 *Bona fortunæ multis modis ad ſimoniam conſiderantur, vt exemplis patet, tam à munere vt num. 21. & ab obſequio numero 22. & à lingua, vt hic numero 20.*

23 *Simonia non probatur ex datis familiaribus Prælatorum, vt additum ad illum patefaciant, à qua etiam excuſantur alij preces fundendo pro amicitia.*

24 *Ordinati ſimoniacè incurrunt ſuſpenſionem, certo in ordinibus maioribus. Quid in minoribus, num. 25.*

25 *Ordines minores non eſſe ſacramentum, præſtantiſſimi Theologi dixerunt, ſed tantum ſacramentalia, aliter videtur ex Tridentino cap. 1. ſeſſ. 21. vt numero 26.*

VT ad has, & alias difficultates reſpondeamus, præmittere iudicaui, quod ſi ſpiritualia miniſtrentur, eo caſu, quòd nulla honeſta cauſa dandi conſiderari poſſit, vt ratione eleemoſynæ, piæ obligationis, ſtipendij, ſuſtentationis, mercedis, laboris accidentalis, & oblationis ſuſceptæ, alteriuſue conſuetudinis honeſtæ, de quibus latè dicimus *infra in cap.* 14. *&* 29. *& cap. ad Apoſtolicam* 42. quarum nulla ex prædictis conſiderati poteſt honeſtè, vt in Epiſcopo ordinante, confirmante, conſecrante, alioue Prælato, cui illud ſpirituale munus iure incumbit; ſed illud demum in dubio veniat, an liberali, aut pio animo, an vero prauo temporalia data, aut recepta ſint, ſimoniam merito fore iudicandam, ſi pactio, conditio, taxatio, aut exactio interuenient; ſed hæc ſunt manifeſtiſſimæ coniecturæ ſimoniæ; eo quod indicant pro ſpiritualibus temporalia dari, & recipi, quia venditionis imaginem, & non gratuiti contractus præſeferunt, quando eo caſu interueniunt, quo nulla temporalis cauſa reperitur, de qua liceat paciſci, vel ob quam taxatio, aut exactio præmitti debeat: ergo ex his ſimonia rectè indicabitur, & ex eo inquam, quia vbi aliquid iure prohibitum committitur, vel quod mali ſpeciem habeat, prauus animus in faciente iudicatur, *l. 1. Cod. de ſicariis*, Barthol. *recept. in l. ſi quis ex argentariis, §. an verò ff. de edendo* Alexand. *conſilio 37. numero ſecundo lib. 6.* 1

Atqui prædicta omnia in ſpiritualibus iure prohibentur, vbi interuenit temporale

15

potale, & liberalitatis præſumptio remouetur, nec temporalis cauſa extar, ad quam referri poſſint iuxta textum *in cap. fin. de pactis*; igitur cum ſimonia ſir difficilis probarionis;ob idque eam coniecturis legirimis probari dixerimus *ſuprà ſub Rub.* & in his vrgeant,ſimiles coniçcturæ mali appareanr; indeque præſumi delictum, ſiue ad aliquam pœnam; ſequirur vr cum relata omnia probentur *ex capit. dictum & in capit. quam pro 1. quæſt. 2. cap. tua nos hoc tit.* ibi: *Sine pacto, & conditione* extra *num. 1. hoc tit. inter commun.* ibi: *Petere, aut exigere*, vbi declaranr D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 110. vbi DD. Bonacin. *variar. tract. tom. 1. tract. 1. de ſimonia quæſt. 1. §. 2. num. 1.* ſequirur in materia noſtri texrus, circa ordines, aut pro chriſmate, ſiue conſecratione, aliquid dari, aut recipi eſſe ſimoniam eriam in dubio proprer præfatas coniecturas, *ex reg. textus in cap. afferte, cap. litteris* 12. *cap. tertio loco de præſumpt.* cap. dixit Dominus, & ibi Gloſſa *verbo ſuſpicio* 32. *quæſt. 1. cum contumacia 7. de hæret. lib.* 6. ſic in terminis Boër. *deciſ.* 164. Tyraquell. *de pœnis temper. cauſa* 27. Menochius *de arbitr. caſu* 416. *num.* 14. Sarmient. *ſelect. lib. 1. cap. 1.* Barboſa *in cap. ſicut Epiſcopus* 41. *quæſt. 2. num.* 12. 13. *&* 14. & id ſine difficultate quia cum hæc doctrina procedat magis quoties delictum ex natura ſua eſt difficilis probarionis, quod ſolet occultè, & cautè fieri, & talis perpetratio in ſimonia ſir quotidiana; indeque quod dicimus verum eſſe, ab omnibus viderur amplectendum per DD. *ex l. dolum Codic. de dolo, & ex text. in cap. veniens* 38. *& teſtib.* & per illa, quæ ſcribunt Decius *conſ.* 342. *num.* 4. Boſſius *in practica tit. de partu ſuppoſito à num.* 35.

3 Ad primam ergo difficultatis partem, ſuppoſito hoc, dicendum eſt cuiuſlibet ordinis collationem gratis eſſe faciendam iuxta præceptum *in cap. 1. ſeſſ. 21. de reformat.* vr pares ex primis illius verbis ibi: *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum Epiſcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum Miniſtri quouis prætextu accipiant, &c.* quæ concluſio confirmarur ex adductis *ſuper Rubr. noſtri tituli.*

4 Huic ramen concluſioni videtur obſtare rexrus *infra in cap.* etſi quæſtiones, vbi quod rria ſunt conſideranda in donis datis, vel acceptis à conferente aliquid ſpirituale, vt cognoſcatur, an ſit ſimonia, nempe qualitas perſonæ dantis, & accipientis, an dans diuiti ſit pauper, vel diues. Secundò qualitas quantitatis muneris, an ſit magni, vel minoris pretij: Tertiò rempus donationis, vt ſi inſtante neceſſitate, vel alio rempore opportuno. At ex præmiſſo hic adiecto omnis dario pro ordinibus prohibetur; ergo in dubio non eſt cur præſumarur donatio, ſeu liberalitas; præcipuè ſi conſiderentur alia verba *dicti cap. 1. Trid. ſeſſ.* 23. quibus quælibet conſuetudo in contrarium improbatur, ibi: *contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniaci prauitati, fauentes nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo; & qui ſecus fecerint, vltra diuinam vltionem, dantes, & accipientes pœnas à iure inflictas, ipſo facto incurrant.* † Et ſic Suarez *de* 5 *relig. lib. 4. tom. 1. hoc tit. cap.* 53. *num.* 5. & Barboſa *in dict. Trid. cap. 1. & in text. noſtro, dict. Trid.* decretum ſcribunt comprehendere quamcumque vocem, vel actionem miniſtrantium collationi ordinum: Quare potuit dicere Piaſetius *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. num.* 55. non poſſe ordinatorem accipere ab ordinaro aliquam mercedem, munera, nec quidem forcipes, mappas, pectines, vel ſimilia; ſed tantum cereum, qui refert ita deciſum, & ex eo Barboſa *dict. cap. 1. Trident. ſeſſ.* 21. *num. 1. in fine & num.* 2. qui, *& ibi num. 8. ex dict. cap. 1. Trid.* addit ordinum collatores, ſiue illorum Miniſtros, nihil accipere poſſe, aut debere ab illis, qui ordinanrur, etiam pro litteris dimiſſoriis, nec non pro ſigillo, etiamſi ab immemoriabili tempore fuerit obſeruatum, vt certum quid accipiatur.

Quare potuit Sel. in ſelectis Canonicis 6 *cap. 10. num.* 20. referendo fuiſſe deciſum *in vna Vicen. Martij 8. anni* 1602. dicere, non licere Epiſcopo quidquam accipere, vel percipere, directè, vel indirectè, ratione litterarum, quæ expediuntur ab ipſo pro ordinibus, videlicet pro litteris dimiſſorialibus, ſeu teſtimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, ſeu Clericis ad alias Diæceſes tranſituris; irem pro litteris recipiendi ordines ab alienis Epiſcopis, quæ vulgo dicuntur Reuerendæ, nec pro licentia dicendi miſſas, nec pro licentia ordinandi ſe ad titulum Patrimonij, ſeu pro approbationibus huiuſmodi titulorum, etiamſi ſponte offeratur, Suarez *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. hoc tit. cap.* 49. *num.* 1. nec pro aliis litteris, quas referunt ipſe Sel. & ex eo Barboſa *in dicto cap. 1. Trident. ſeſſ.* 21. *ſub*

num.9.poſt.verſ.Epiſcopo, vbi tecenſent litteras, licentias, ac diſpenſationes 19. & hic ſolum de ſpectantibus ad ordines dicimus iuxta noſtrum textum, de aliis dicturi *infrà* iuxta competentia iura.

7 Nec enim ſcribit Reginalibus *in praxi fori pænit. lib.* 23. *cap.* 14. *num.* 201. cenſebitur donatum liberaliter quod immediatè datur pro ordinatione, ſiue ante, ſiue poſt eam detur, & ſiue Epiſcopus fuerit alioquin gratis collaturus ordinem, ſiue non, & ſiue accipiens ſit ipſe Epiſcopus collator, ſiue alius, & ſiue dans ſit is, qui ordinatur, ſiue alius, eo ſciente, & ſic Bonacina *in hoc tract. quæſt.* 4. §. 3. *num.* 3. referens Concilij Trident. *dict. cap.* 1. *ſuper eo*, ſactam congregationem declaraſſe abrogatam fuiſſe per *dict. concil.* conſuetudinem percipiendi ab ordinariis forcipes, pectines, & mappas præter facultates.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit puniendus Epiſcopus accipiens etiam à ſponte dante? videtur quod non, vtpote qui non incurrit, vt patet ex Gregorio *in cap. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. vbi datum Epiſcopo, ſiue miniſtro poſt ſuſcepta ſacramenta, non inducere ſimoniam, quia tunc videtur magis liberalis datio, & ſpontanea, quæ nulla neceſſitate cogente fit, quam vbi temporalia dantur, tempore, quo ſpiritualia percipiuntur; etſi aliqua videatur aſſumi ſuſpicio, non tam liberalis dationis.

9 Secundò, quia non videtur prohibita datio miniſtranti ſacramenta, ſiue ante, ſiue poſt, aut ex interuallo, aut incontinenti, ſtante tamen re dubia, quia ex vtraque parte extant æquales boni, aut mali coniecturæ; ſic, vt nec inducatur ſimonia; imo potius honeſta reputetur datio, vt apertè probant textus *in cap. de eulogiis diſt.* 18. *& in cap. placuit* 1. *quæſt.* 1. *in cap. dictum in fine dicta diſt.* 18. *cap. dilectus* 30. *cap. tua nos, hoc titul.* quibus probatur, licitum eſſe gratis datum accipere, etiamſi immediatè detur ante perceptionem ſacramenti, vt etiam colligitur *ex dicto cap.* etſi quæſtiones *hoc titul.* per quæ iura probat gloſſa *in dicto cap. tua nos*, aſſerens tempore perceptionis ſpiritualium, licitùm eſſe tempo ralia dare pacto, & conuentione ceſſante, quia non minus liberalis donatio præſumitur, quod eo tempore facta ſit: ita Abbas *num.* 4. Anania *num.* 5. Innocent. *in cap. cum M. de conſtit.* vbi Abbas *num.* 26. & Felin. 19. Decius 33. teſtatur communem Ripa, *ibidem num.* 179. Præpoſit. *in cap. emendari ad finem* 1. *quæſt.* 1. & ex aliis.

10 Nihilominus quia Trid. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 21. *de reform.* punit ordinantes (loquendo nos quidem de reali ſimonia) cum illi in iure excommunicentur, *cap. quicumque* 1. *quæſt.* 1. *& cap. placuit* 1. *ibi*, *& in Bulla Eugenij* 4. edita anno 1434. incipit *cum deteſtabile* 7. in ordine, alia Pauli II. & Martini V. *& in extrauag.* 2. *hoc tit.* & Sixti V. *Bulla* 91. cum dicunt: *Atque vniuerſos, & ſingulos, qui quomodolibet*, etiam reſeruantes abſolutionem Papæ, cumque *in dicto cap.* 1. *Trident. dicta ſeſſ.* 21. *de reform.* dicatur prohibitum, etiam ſponte oblatum Epiſcopis, & aliis collatoribus, & quouis prætextu accipi; ideo Scortia *in dict. Eugenij IV. conſtit. epitome* 32. *theorem.* 85. *verſ. ſimoniace*, potuit dicere eo Concilij decreto derogatum eſſe iuri communi *in dicto cap. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. quod id permittebat, ſi poſt collationem ſponte offerretur.

11 At quia Trid. non æque loquatur ſponte oblatum, condemnando, vt ex illius verbis liquet: nam etſi gratis miniſtri Epiſcoporum teneantur litteris ordinatis ſubminiſtrare; at quia nihil dicit de datis ab illis, qui ordinantur ſponte, videtur pro intellectu illius *cap. Trid.* cum text. noſtro, *& dict. cap.* ſicut Epiſcopum, ſub ſequenti modo dicenda, eas deciſiones explanandas, nempe vt ſi temporalia gratis data, lex recipi prohibeat, vel eo caſu, quo nulla iuris committitur ſimonia, niſi aut ex verbis, aut ex titulo contrarium colligatur, non ſimoniæ, ſed inobedientiæ crimen committi dicendum eſt, quod vel arbitrariis pœnis, vel taxatis ab ipſa lege mulctabitur, & ex eo probant Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 23. *num.* 155. Suarez *tomo* 1. *de relig. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 35. *dubio* 4. cum multis, & ex eo inquam, quia ſimonia, aut eſt vera legibus Diuinis contraria, aut prohibita legibus Eccleſiaſticis tantum; atqui in hoc caſu vere non eſt ſimonia, quia tanquam pretium ſpiritualium nihil datur, nec eſt etiam prohibita lege Canonica; quia non poteſt hæc dari, niſi in caſibus expreſſis. Ergo, niſi lex exprimat ſola, prohibitio humana his in caſibus ſimoniam non facit: ita Auguſtin. Barboſa *in dicto cap. ſicut Epiſcopum num.* 16.

12 Vnde infertur ad intellectum textus noſtri, *& dicti cap ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. *cum dicto c.* 1. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* quod vbicumque ex illis miniſtris gratum oblatum, aliquis acceperit temporale ante ſpiritualia, de ſimonia veniat condemnandus, ſi ex verbis legis, & ex titulo id colligitur, vt in

dictis

dictis iuribus, *& cap. 1. Trid.* contra verò *in cap. ſtatutum, de reſcriptis, §. inſuper lib. 6. & in cap. 1. §. penult. & in cap. exigit de cenſibus eodem lib.* vbi quamuis etiam illi miniſtri ſpirituale miniſterium exerceant, niſi temporala ſpiritualibus, licet prohibita recipiant, quia lex id non exprimit, ſimoniam non committunt, & aliis mitioribus pœnis afficientur, quod etiam dicit procedere Barboſa *in dicto cap. ſicut Epiſcopum num. 16. in fine*, circa decretum Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* & ſic concludit, vt licet Doctores ad hunc modum dicendi, non multum attendant in hac materia, attendi debeat ad verba legum, & quod his in caſibus eorum tituli ſint diligenter inſpiciendi.

13 Et quia ſatius agemus de nonnullis præmiſſis, cum agemus *infrà* de datione temporali in adminiſtratione ſacramentorum, *in capit. 14. 16. 37. & 42. huius tituli*; ideo nunc proſequendo circa pœnas Epiſcopi, aut Prælati ordinantis, addo illum ſuſpendi etiam ab ordinum collatione, & primæ tonſuræ ex citata Bulla 91. Sixti V. quæ incipit *Sanctum*; quæ licet in cæteris punctis fuerit à Clem V. per Bullam eius 40. incipit *Romanum*, redacta ad terminos iuris communis: tamen ſimoniacè promotis, & promouentibus eſt ab eodem confirmata, ſicut probat Scortia *ſuprà, de conſtit. Pontific. epitome 32. theorem. 85. verſ. deinde num. 2.* qui & pariter *num. 3.* dicit, ſuſpendi ab executione omnium munerum Pontificalium, vt templorum, & altarium, conſecratione, benedictione ſacrarum veſtium Virginum ex eadem Sixti *conſtit. §. 1. & 6.* dicens id etiam viſum colligi *ex cap. penult. hoc titul. de iure antiquo*, vbi *in verſ. ſi quis ordinauerit* duo Pontifex exprimendo, nempe de ordinando conueniente, cum ordinante ipſum poſt ſuſceptos ordines non moleſtare ſuper beneficio, ſeu alimentis, ſuſpenſus ſanè fiat ab ordine ſic ſuſcepto; & quod ordinator à collatione per triennium: ita Auila *de cenſuris, p. 3. diſt. 5. dubio 4. concluſione 1.* Henriquez *in ſumm. lib. 13. de excommunic. cap. 37. in princ.* Gonzalez *ad reg. 8. cancel. gloſſa 5. §. 10. n. 27.* Valler. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 23. n. 199. & lib. 32. tract. 2. num. 72. in fine*, Sanctarel. *var. quæſt. 40. num. 20.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub. 8. cap. 5. n. 31.*

14 Deinde ordinatores interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, *ex dicta conſtit. Sixti §. 2. ex quo §.* patet, vt ſi ſpreta ſuſpenſione, & interdicto temerè ſe in præmiſſis ingeſſerint, ſuſpenduntur ab adminiſtratione Eccleſiarum ſuarum, & perceptione fructuum ſuorum beneficiorum, quarum etiam ſuſpenſionum, & interdicti relaxationem, Papa ſibi reſeruat cum clauſula derogatoria omnium priuilegiorum Regularibus conceſſorum, & conceſſionis factæ Epiſcopis à Concilio Trident. *ſeſſ. 24. capit. 6.* tradit Scortia *ſupra, num. 4. 5. & 6.* & videtur aliquo modo comprobari *ex dicto cap. penult. 45. hoc titul. in gloſſa verſ. ſedem Apoſtolicam*; quatenus ex ea Barboſa *ibi num. 4.* cum Reginaldo *ſupra dicto lib. 23. num. 186. verſ. in ſexta*, & Azorio, *inſtit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 23. à princip.* probat quòd cum inhabili ad beneficium ſimoniacè promotum, qui talem ſimoniam ſciuit ſolus Papa diſpenſet.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid ſi 15
tantùm primam tonſuram Epiſcopus, ſiue Prælatus pretio motus, munere, lingua, aut obſequio contuliſſet. † Et quia per Trid. *in dicto cap. 1. ſeſſ. 21. de reform.* dum prohibetur omnis ſuſpicio auaritiæ ab Eccleſiaſtico ordine; & quod pro collatione ordinum quorumcumque, *etiam clericalis tonſuræ*: ideo legitimè nunc inquiratur; an pœna contra ordinatorem etiam procedat, eum de ordinatis *infrà* dicemus *ſub verſ. ad quartam.* Igitur quia *in extrauag. 1. hoc tit.* cauetur quod attinet ad ſimoniam realem, & completam in ordine, in primis excommunicationem Papæ reſeruatam, tam ordinanti, quam ordinato imponit, quod vt ſcribunt Layman. *lib. 4. tract. 10. cap. fin. §. 7. num. 11.* Vgolin. *tab. 4. cap. 3. num. 2. & capit. 4. num. 1.* Suarez *de ſimonia cap. 56. num. 5.* Nauarr. *lib. 5. conſ. 59. ſuper hoc. titulo edit. 1.* Auila *p. 3. de cenſur. diſp. 5. dubio 9.* dum dicunt ſimoniam commiſſam in Reuerendis, ſeu dimiſſoriis, commiſſam cenſeri in ordine, quandoquidem Reuerendæ, ſeu dimiſſoriæ litteræ ordinantur ad ordines, tanquam media ad finem. Ergo cum textus *in dicto cap. 1. Trid.* de tonſura etiam loquendo in vltimis eius verbis, de pœnis loquatur: ibi, *tam dantes, quam accipientes vltra Diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant*: † Sequi- 16
tur vt pro collatione primæ tonſuræ, etiam mulctetur collator; ſiquidem, vt refert Scortia, *in conſtit. Pontif. dicto epitome 32. theorem. 85. ſuper dicta conſtit. Eugenij IV.* vbi referendo *in verſ. porro Trid.* verba dicit in hac materia ſimoniæ appellatione ordinum, intelligi etiam minores, & primam tonſuram, cum hæc etiam in iure ordo appelletur, *in cap. cum contingat, de ætate & qualit. ordin.* de quo Suarez *dicto cap. 56. n. 5.* & con-

firmatur

firmatur ex citata Bulla 91. Sixti V. §. 6. quatenus ex ea refert idem Scortia *num.* 2. *in verſ. deinde* ſuſpenduntur inter alias pœnas ordinatores ab ordinum collatione, & primæ tonſuræ: hæc quidem multum vrgent contra ordinatorem, ſed an cum aliquo temperamento? colliges latè ex traditis *ſub dicto verſ. ad quartam.*

17 Cumque de reali ſimonia quoad pœnas ſermo ſit ſecundum Barboſam *ſupra*, *& in cap.* Saluator 1. *quaſt.* 3. dicatur illam triplicem eſſe *à manu*, *à lingua*, *& ab obſequio*; iodeque pretium poſſit procedere à manu, à lingua, & ab obſequio ſecundùm Toletum *lib.* 5. *cap.* 84. *num.* 5. Suarez *de relig. in hoc tract. cap.* 38. *n.* 7. Nauarr. *in man. cap.* 23. *num.* 101. *cap. tua nos*, *hoc titul.* Filliucius *in ſumma hoc titulo cap.* 9. *num.* 12. Syluius 2.2. *quaſt.* 100. *artic.* 5. Baſſeus 1. *p. ſummæ verbo ſimonia* 2. *num.* 1. vbi de diuiſione pretij ſimoniaci, DD. *in dicto cap.* Saluator, *& in dicto cap tua*; ideo operæpretium eſt breuiter videre qualiter hoc triplex pretium æſtimetur; & ſic conſiderando *munus*, non ita in materia noſtra accipiendum, vt ſignificet donum liberale, ac gratuitum; ſed potius debitum iuſtitiæ commutatiuæ, atque ex eo grauamen aliquod, ac onus inde eſt, vt *per munus à manu*, intelligatur non tantum pecunia, quod eſt propriè dictum pretium, ſed etiam omnis alia res materialis, tum mobilis, tum immobilis, quæ quomodocumque pretio, æſtimabilis eſt; item debiti remiſſio, & ſolutionis dilatio.

18 Per *munus*, inquam *à lingua* intelligitur laus, adulatio, preces pro aliquo interponendæ ex vi pacti expreſſa, vel taciti, vt res aliqua ſpiritualis viciſſim conferatur, veluti ſi quis det beneficium Titio, vt oret Principem pro ſe, applicando nonnulla ex dictis *ſupra in Rubr. ſub quaſt.* 1. 2. 3. *&* 4. nam ſi nullum pactum præceſſit, vel ſi preces poſtulatæ non fuerunt à collatore beneficij, ſiue rei ſpiritualis, cenſentur factæ gratis, quæ ſimoniæ culpam non admittunt: ita relati, ex D.Thom. 2. 2. *dicta quaſt.* 100. *artic.* 5. *ad tertium*, Suarez *ſuprà capit.* 40. *num.* 12. Leſſius *de iuſtit. capit.* 25. *numero* 118. Nauarr. *dict. cap.* 23. *num.* 102. *&* 107. Layman. *in cap. vltimo de ſimonia numero* 26.

19 Per *munus* ab *obſequio* intelliguntur quæcumque alia obſequia, ſeu ſeruitia alicui præſtita, vel præſtanda ſub obligatione conferendi beneficium Eccleſiaſticum, vel aliam quampiam rem ſpiritualem, vt v.g. ſi quis collatori, ſine alio ſalario inſeruire velit cum expreſſo, vel tacito pacto conferendi beneficium; quod ſi gratis alicui ſeruiret abſque aliqua pacti interuentione, ſed præſtaret obſequia cum ſpe, vt in eorum remunerationem ad Eccleſiaſticum beneficium quis præſentetur, aut inſtituatur, modo abſit pactum implicitum, vt communiter contingit; non eſt cur hoc in caſu ſimoniæ vitium incurratur, quod inquam in foro conſcientiæ poteſt eſſe verum: tamen in praxi, & foro externo maxima ſuſpicio oritur contra ſeruitorem, & illum, cui obſequia præſtantur ſine aliquo ſtipendio, vel ſalario ratione ſeruitij præſtando: nam ſi beneficium tunc daretur, cenſeretur ſic datum in partem pretij pro ſeruitio à famulo, Epiſcopo, ſeu Prælato impenſo; quæ præſumptio dicitur ceſſare, quando iuſta ſtipendia famulo ſoluuntur: ſic Bonacina *de ſimonia diſputatione* 1. *quaſt.* 1. §. 1. *num.* 8. Filliuc. *dicto cap.* 9. *num.* 6. Syluester *verbo ſimonia quaſtione* 16. *diff.* 9. Suarez *de ſimonia capit.* 39. *numero* 7. Baſſeus *dicto verbo ſimonia* 2. *ſub num.* 1. poſt medium.

Cum ergo hac diuiſione *in munus à manu*, *à lingua*, *& ab obſequio*, ſatis ſignificetur quo pretio ſimonia realis committatur, illo interueniente, nec neceſſum ſit aliud membrum adiicere poſt diuiſiones poſitas ſupra ſub principio Rubricæ circa finem, cum omnia bona temporalia, & externa, quæ in communicationem, aut commutationem venire poſſunt, vel ad bona fortunæ ſpectant, vel per verba vocis, aut ſcripturæ præſtari poſſunt, vel denique per alia corporis membra, Layman. *ſuprà n.* 16. Bonacina *num.* 2. Baſſeus *dicto num.* 1. *in fine*; inde ex dictis ſequitur dicendum primo ſimoniam committi, dum quis beneficium, vel rem ſpiritualem alicui confert ob rem aliquam pretio æſtimabilem, aut ob pecuniam, ob remiſſionem debiti, vel ob promiſſionem illud remittendi, ſiue debitum ſit proprium, ſiue Eccleſiæ: Suarez *ſupra cap.* 38. *num.* 5. Layman. *num.* 25. item ſimoniam committi, dum quis promittit penſionem, vel pecuniam conferenti, vel procuranti beneficium, vel collatori, vel præſentatori, vt colligitur ex dictis *ſub quaſtionibus Rubrica.* Azor. 3. *p. inſtit. moral. lib.* 11. *cap.* 11. Suarez *ſupra num.* 10. item committitur ab eo, qui præſentatur ad beneficium promittens præſentaturo, ſe decimas ab illo non petiturum, aut promittens Canonicis electoribus ſe remiſſurum partem Præbendæ, aut qui petit ordinari ad titulum bonorum ſibi ab alio aſſignatorum promittens ſe ab eo nihil poſtulaturum ad dicta 20

de

de hoc tit. ad ordines per nos latè *in cap.* 11. *de temporibus ordin.* vel ſi quis beneficium conferat ſub conditione pecuniæ ſibi mutuandæ, aut pecuniam mutuo tradat pro accipiendo beneficio, aut alia re ſpirituali: etenim hæc omnia cadunt ſub bona externa, quæ vocantur *munus à manu*, Sylvius *in* 2. 2. *D. Thomæ quæſt.* 100. *art.* 5. Baſſeus, *dicto verbo ſimonia* 2. *num.* 2. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 158. Bonacina *dicta quæſt.* 1. §. 1. *num.* 6. Suarez *num.* 5. *ſupra*, *&* 7. Filliuc. *in tract.* 45. *quæſt.* 3. *num.* 12. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 64. qui de his duobus vltimis exemplis ſcribunt.

21 In *munere à lingua* exemplificatur modis ſequentibus, quia ſi v. g. Epiſcopus beneficium alicui promittit, vt pro ſe intercedat apud Principem, ſeu pro ſe petat aliquam gratiam: Azor. *ſuprà*, *cap.* 18. *quæſtione* 3. Filliuc. *dicto tractat.* 45. *capit.* 9. *numero* 19. *&* *capit.* 20. *numero* 17. Suarez *de ſimonia*, *capit.* 40. Nauarr. *dicto capit.* 23. *numero* 106. Syluester *verbo ſimonia quæſt.* 6. Item dum collator beneficij promittit alicui beneficium, ſi de ſe honeſtè loquutus fuerit coram aliis, vel ſigna honoris exhibuerit, vel ſe ipſius conſanguineum profeſſus fuerit, cum hoc omne ſit munus à lingua factum ex præuio pacto expreſſo, vel tacito. Item etiam erit ſimonia, ſi collator intendens aliquem obligare, ſibi promittat, ſe beneficium ei collaturum, ſi ab eo petatur. Item, quod ſimoniam committit ille, qui familiarem inducit pecunia, vel amicum Epiſcopi, ad petendum pro ſe, vel pro alio beneficium; & hoc verum dici, ſi pecunia tradatur ſolum mediatori, ſeu interceſſori; non vero Epiſcopo, ſeu collatori, ſed collator gratis omnino, & purè beneficium conferat; quia in hoc caſu beneficium pro pecunia recipitur: ita adducti.

22 In *munere* inquam *ab obſequio*, erit ſimonia alicui beneficium tradere, vel aliquid aliud cum pacto, ſeu cum onere præſtandi aliquod obſequium temporale, quia exigitur munus ab obſequio pro re ſpirituali: & in beneficiis vetantur omnes pactiones, quod limitatur, niſi obſequium temporale, quod exigitur, ſit annexum beneficio, ſeu rei ſpirituali, v. g. docere Grammaticam, vel Theologiam, tunc enim non committitur ſimonia, quia non exigitur, quid indebitum: ita Baſſeus *dicto verbo ſimonia* 2. *p.* *numero* 4. videndi, Filliuc. *ſupra capit.* 9. *quæſtione* 10. Suarez *capit.* 39. *numero* 7. *&* 8. Victoria *de ſimonia*, qui & Azor. 3. *p. capit.* 11. *&* 12. Nauarr. *dicto capit.* 23. *numero* 106. Couarru. 2. *variar. capit.* 20. *numero* 4. dicunt ſimoniam contrahi, cum beneficium confertur, vel impetratur alicui, propter obſequia ante præſtita in compenſationem ipſorum obſequiorum, id eſt ad ſatisfaciendum debitum ex iuſtitia contractum ob illa obſequia; ſecus tamen ſi tradatur titulo gratitudinis, ſeu debiti antidoralis conſurgentis ex obſequio facto ſine pacto expreſſo, vel tacito recipiendi aliquid ſpirituale.

Tamen, ſi pecunia traderetur familiaribus Prælatorum, non vt intercedant, & procurent beneficium; ſed ſolum, vt ſibi aditum, vel facilem ingreſſum ad Prælatum concedant, vel vt certiorem faciant Prælatum de meritis oratoris, ſimoniam non committi dicendum eſt, cum hoc non ſit obſequium temporale pretio æſtimabile; nec committere ſimoniam, qui abſque pacto, vel promiſſione preces fundit apud Prælatum, vt ſibi, vel alteri beneficium conferat, vel dum quis precibus inducit aliquem ad rogandum Epiſcopum, vel Papam, vt ſibi beneficium conferat, vel dum quis laudibus extollit quemdam Prælatum, vt eius beneuolentiam, & amicitiam acquirat, ſperans inde beneficium abſque conuentione, Filliuc. *ſupra dicto capit.* 12. *quæſt.* 12. *num.* 12. Baſſeus, *dicto verbo ſimonia* 2. *p.* 1. *num.* 3. *in verſ. aduertendum*, Bonacina *quæſt.* 1. §. 1. *num.* 17. Suarez *cap.* 53. *num.* 17. Azorius 3. *p. lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 4. Sylueſter, *ſupra verb. ſimonia* 5. *concluſ.* ſicut etiam exemplificantur hæc ex dictis *ſuprà ſub quæſtionibus dictæ Rubricæ*. Quibus ſic breuiter poſitis ſit aditus ad longam reſponſionem plurimorum caſuum, qui etiam in toto *hoc tit.* ſunt explanandi, ſicut ex *infra dicendis* apparebit. Quæ etiam præter alios antiquos, & iam adductos, explicant Sotus *lib.* 9. *de iuſtit. quæſt.* 7. *artic.* 3. Aragon. *in* 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 5. Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *poſt* 40. *concluſ.* Villalobos *in ſumma*, *tom.* 2. *p. tract.* 37. *difficult.* 26. & omnes per verba *dicti cap. ſaluator* 1. *quæſt.* 3. *ibi: quiſquis res Eccleſiaſticas non ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ, vel obſequij, vel pecuniæ largitur, vt adipiſcatur, ſimoniacus eſt.* 23

Ad quartam quæſtionis partem, quid de ordinato dante aliquid ordinatori iuxta ſpeciem textus noſtri, *&* *ſupra adductorum ex dicto capit.* 1. Trid. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* & quod ſimonia contrahatur etiam, ſi illa poſita ſit tantum in collatione primæ tonſuræ, patet ex dictis hic *ſub verſ. ad tertiam in principio*: vbi etiam de colla- 24

Digitized by Google

tore ipſius. Quibus repetitis, dum etiam de ordinando aliquid dicitur. Et loquendo de ordinibus maioribus certum eſt ſic illos ſuſcipientem incurrere pœnas in ſimoniacos iure, conſtitutionibus Pontificiis ſignatas: quare ex illis videmus ſic ordinatos incurrere eo ipſo ab ordinibus ſuſpenſionem ex *dicta conſtitut. Eugeny IV.* ibi: *Apoſtolicaque authoritate declaras omnes, qui ſimoniace ordinati fuerint, eſſe ab ordinibus ſuſpenſos, & Extrauag. cum deteſtabile hoc titul. & ex Bulla Martini V.* quæ incipit *multa*, cum ibi dicatur: *Declaramus, quod ordinati ſimoniacè, ab executione ſuorum ordinum, ſint ipſo iure ſuſpenſi,* & Sixti V. quæ incipit, *ſanctum ac ſalutare*, & Clem. VIII. *Bulla* 40. quæ incipit: *Romanum*, & ex Trident. *dicta ſeſſ.* 21. *de reformat. dict. cap.* 1. *& ex capit. ſi quis Epiſcopus* 1. *quæſt.* 1. *capit. qui per pecunias, capit. ſanctorum, capit. qui ſtudet, capit. quicumque, capit. eos, qui capit. ſtatuimus* 2. *ibidem, & in cap. quoties, cap. ſicut, capit. tanta, capit. per tuas, capit. ſi quis ordinauerit, capit. ex tua, hoc titulo.* D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 100. *articul.* 6 Panormit. *in capit. per litteras* 2. *hoc titulo*, Syluester *verbo ſuſpenſio quæſtione* 7. Suarez *de relig. tractat.* 3. *lib.* 4 *capit.* 56. & omnes alij relati *in principio hic*, Sconia *in dicta conſtitut. Eugen. dicto epitome* 32. *Theorem.* 85. *in principio.*

25 Quid autem de ordinatis in quatuor minoribus, aut prima tonſura? Et iuxta dicta in dicto *verſ. ad tertiam*, idem fore dicendum videtur. Sed video nonnullos aſſerere quoad punctum ſuſpenſionis prædictæ, illam pœnam eos non obſtringere, quia re vera poſita eſt contra maiores ordines ſuſcipientes. Sed quia præſtantiſſimi Theologi dixerunt ordines minores non eſſe ſacramentum, de quo refert Diana *p.* 11. *tractat.* 5. *miſcellan. reſ.* 17. *verſ. & quidem*, & nos aliquid *ſub Rubr. de temporibus ordin. & in eo. titulo*: ergo cum de pœna agitur, videtur quod cum hæc non cadat, niſi in id, cui propriè nomen, reſque conuenit ſignificata, ac vetita per canonem, & ordines minores, ex quorundam ſententia, ſint tantum ſacramentalia, non quidem ſacramentum; ergo, vt arguit Diana *ſupra in verſ. cauſa* receptio horum ordinum extorta, pretio, non erit pœna ſuſpenſionis punienda, quia in pœnis eſt ſequenda interpretatio minor; at mitius eſt eum, qui minoribus eſt initiatus, per ſimoniam, ſuſpenſum non eſſe ab eorum executione, & receptione, ergo in eam partem inclinandum eſt in fauorem pœnitentium: ſic probabile dicunt Reginald. *tom.* 2. *lib.* 23. *in praxi fori pœnitent. cap.* 12. *ſect.* 1. *numero* 124. & videntur docere Diana *ſuprà*, & Baunius *in praxi beneſic. diſputatione* 16. *quæſtione* 62. *dubio* 1. qui loquens de prima tonſura idem tenet; quia cum verba legis pœnalis propriè, ac ſtrictè capi debeant, & tonſura non ſit ordo, ſed diſpoſitio ad illum, ſequitur, vt quæ pœnæ contra ſimoniacè ordinatos ſunt ſtatutæ, non ſint extendendæ ad tonſuratos: ſic etiam Leſſius *lib.* 2. *de iuſtit. capit.* 25. *dubio* 24. *numero* 133. vbi aſſerit non eſſe probabile velle Eccleſiam, vt incurratur excommunicatio dando aliquid pro ſigillo, aut litteris teſtimonialibus, cum hoc ſit mera redemptio vexationis; & ſic Caſtrus Palao *tom.* 3. *tractat.* 17. *diſputatione* 3. *puncto* 24. *num.* 1. cuius verba refert Diana *dicta reſ.* 17. *tract.* 5. *p.* 11. *verſ. & hæc omnia*, expendens verba Trident. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 21. ibi: *dantes, & accipientes vltra Diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant*, ait fore intelligenda, ſeu referenda tantum, ad dantes, & accipientes ordines, non ad alias actiones *in illo capite* enumeratas; quia ſolùm pro dantibus, & recipientibus ordines ſimoniacè, aut illorum mediatoribus pœnæ ipſo iure latæ ſunt.

Hæc inquam poſſent tolerari, ſi tam 26
aperta non eſſet Trident. deciſio, quæ ſpecialiter etiam comprehendens primam tonſuram, ſimoniacè pœnas iuris renouando in verbis relatis, loquaturque non ſolùm contra ordinatorem, vt *ſuprà* dictum eſt *ſub verſ. ad tertiam*, ac pariter de ordinato, ſequitur, vt ſicut ibi reſolutum fuit iuxta doctrinam textus noſtri, ſic, & contra ordinatos ſimoniacè de quatuor minoribus ordinibus; verùm de prima tonſura pœnæ ſint etiam ſtabilitæ, ſuſpenſionis ad minus, præcipuè ſi conſideretur Bulla ibi relata 40. *dicti Clem. VIII.* quæ incipit, *ad Romanum*; quatenus reduxit ad terminos iuris communis Bullam Sixti V. incipit, *Sanctum* §. 6. quæ ſuſpendit non ſolùm ſimoniacè promouentes, ſed etiam promotos, & ex eadem Bulla Sixti, quæ quatenus ad hoc non eſt limitata, dum comprehendit primam tonſuram; ſicut dicit Scortia citatus *dict. conſtit. Eugen. epitome* 32. *theorem.* 83. *numero primo*, ſequitur, vt iuxta ibi dicta, & quæ refert idem Diana *dicta p.* 11. *tract.* 5. *reſ.* 17. cum Layman. Vgolin. Suarez *dicto cap.* 56. *numero* 5. eo quod per primam tonſuram modo viſitato loquendi aliquis ordinari dicitur; id eſt in ordine clerico

clericorum conſtitui, vt patet ex Pontificali Romano, vbi tonſura Ordo nuncupatur, ſaltim quoad eximendum tonſuratum à iuriſdictione laicali, de qua qualiter contingat, dixi latè *ſub cap. 2. de foro comp.* ob quæ non obſtat, quod in pœnis mitior pœna eſt conſideranda; quia cùm in dicto Trid. decreto, & dicta Bulla Sixti expreſsè de tonſurante, ea tonſurato loquatur, etiam quoad pœnas ſimoniæ non poſſumus ſubterfugere, (etſi alias deberemus mitiorem conſiderare) pœnas excommunicationis, & ſuſpenſionis in tonſuratis, & in aliis minoribus ordinibus conſtitutis ſimoniacè, quàm in illis, qui maioribus ordinati fuerint; eo quòd iſti contra ſacramentum ordinis plus deliquerint. Et ad pœnas ordinum videbis *infra cap. fin. quæſt. 3. verſ. & quoad.*

QVÆSTIO II.

An ſi Caius dederit ordinatori pecuniam, vt Titio ordines conferret, ſi Titius ſciuit, & non contradixit, ſit ſuſpenſus ab omnibus ordinibus? Et an qui per ſimoniam eſt ordinatus, ſit etiam irregularis? Et quid in eo caſu, quando aliquis v.g. irregularis ſumpſit primam tonſuram, & poſtea obtinuit beneficium, dando mediatorem magnam pecuniarum ſummam? Et an ordinatus ſimoniacè, ſit non tantum ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto, ſed etiam ab aliis antea legitimè ſuſceptis?

SVMMARIVM.

1. *Ordinatus, data pecunia per tertium, ſi ſciens, aut non, qualiter puniatur, & num. 2.*
3. *Ordinatus ſimoniacè, etiam dicitur irregularis, ſi miniſtret, tunc non alias, vt num. 4. & 5.*
5. *Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ſi celebret excommunicatus, ſiue ſuſpenſus, n. 6.*
7. *Irregularis verius eſt, vt nec primam valeat recipere tonſuram, aut vllum beneficium, vt num. 8. vbi quod incidit in pœnas, niſi diſpenſetur, vt ſub num. 9. in fine, & 10.*
8. *Irregularitas omnis, eſt Canonicum impedimentum ad tonſuram recipiendam.*
9. *Tonſuratus ſit beneficij capax.*
10. *Irregularis ad beneficium conſequendum eget diſpenſatione in qualibet ſimonia prohibita de iure Diuino, aut poſitiuo contra aliquos.*
11. *Simonia vera dicitur quæ ſolo iure Canonico prohibetur, etſi ſaluetur à pœnis, quæ ob ſimoniam iuris Diuini ſunt impoſita ſecundum aliquos, qui improbantur.*
12. *Ordinatus ſimoniacè potius videtur ab omnibus ordinibus ſuſpenſus: quid in ordinato ante legitimam ætatem, numero 13. & 14.*

AD primam quæſtionis partem reſoluunt DD. vt ſi fuerit Titius ſimoniacæ conſcius, & tacuerit in ſimoniam conſentiendo ſit ab omnibus ordinibus ſuſceptis, tunc ſuſpenſus; ſin autem eo neſciente, vel renuente, tunc ſit ſuſpenſus ab ordine tantum ſuſcepto, Panormit. *in cap. per litteras hoc tit.* Archidiaconus *in cap. ſi quis à ſimoniacis, cum gloſſa ibi*, & Innocent. *in text. noſtro*, Syluester *verbo ſuſpenſio quæſtione 7.* Azor. *inſtit. mor. lib. 1. tit. 1. quæſt. 47.* S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *dubio....* qui colligi id volunt *ex cap. ſi quis à ſimoniacis 1. quæſt. 1.* quia ibi non diſtinguitur inter ordinatum à ſimoniaco, & manifeſto, ac notorio, Felin. *in dicto cap. per tuas hoc tit. num.* 8. vbi hanc eſſe communem ſententiam. 1

At contra hoc dicunt Nauarr. *in man. capit. 25. numero* 68. citans Bellameram *in dicto cap. ſi quis à ſimoniacis 1. quæſtione 1.* Cardinalem *in cap. ſtatuimus eadem cauſa*, quos etiam ſequitur Leſſius *lib. 2. cap. 35. numero* 136. tenentes nequaquam eſſe ab ordinis executione ſuſpenſum, tum quia in iure id expreſſum non ſit: nam dicitur *in citato capit. ſtatuimus 2. & in capit. ſi quis: miſericorditer ſuſtinemus, & contrarium nimis durum videretur*; ad quod facit idem textus *in dicto cap. per tuas litteras hoc titulo*, vbi de ſimoniacè ordinatis verba ſunt ſequentia: *cum quidam licet ſecundum quandam ſpeciem ſimoniæ, vtpote ipſis ignorantibus ſimoniacè ordinentur, poſſunt (quia ſimoniaci non ſunt) in ſuis ordinibus remanere.* Tum quia æquum non videtur, vt per alterius iniquitatem ei prohibeatur vſus ordinationis validæ, cum non commeruerit, vt ei pœna hæc irrogatur. Tum quia non incurret excommunicationem, & ſuſpenſionem, ſi poſt 2

ordinationem id, quod ſe inſcio datum eſt ab amico pro ordinatione, eidem reſtituat, aut compenſet, vt docent idem Nauarr. ſupra contra Syluestr. ſi non habet gratam, aut ratam ipſam donationem; erit inquam deinde excommunicatus ex iam adductis conſtitutionibus Martini V. Eugenij IV. Pauli II. Sixti V. Clem. VIII. & Concil. Trident. *dict. capit. 1. ſeſſ. 21. & capit. 7. dicta cauſa prima quæſtione* 1. vt dicit Scortia, *dict. conſtit. Eugeny, epitome* 32. *Theorem.* 85. *in verſ. quid ſi verbi gratia in fine.* Et ita ſequimur, vt de inſcientibus *infrà* dicetur, etiam in aliis caſibus ſpectantibus ad ſimoniæ labem.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, an qui per ſimoniam eſt ordinatus, ſit etiam irregularis? Et inter veteres Theologos affirmant Alenſis *in 2. p. quæſt.* 167. *membro* 2. Scotus *in 4. ſent. diſt.* 25. *quæſtione* 1. *articul.* 1. Richard. *in eadem diſt. articul.* 2. *quæſtione* 3. *in verbis ſequentibus: Reſpondeo, quod ſimoniacus propter ordinis ſuſceptionem ſimoniacè ſuſcepti, ſiue propter beneficy conſecutionem, eſt irregularis:* item alij, vt tacito nomine refert Scortia *ſupra in verſ. dubium*; eo quod affirmant iſtos ſuſcipere

4 ordinem in excommunicatione. † Cui ſententiæ fauent Valentia 2. 2. *diſputatione 6. quæſtione* 16. *p.* 6. & Azor. *p. 3. lib.* 12. *capit.* 20. dicentes quod ſimoniacus in ordine, & beneficio ſit publicus, ſit etiam ipſo iure infamis; eo quod ſimoniaca peſtis, ſua magnitudine cæteros morbos vincit, *capit. ſicut hoc titul.* ſitque crimen depoſitione dignum, *cap. ſanè* 15. *quæſtione* 8. *& capit. inquiſitionis de accuſat.* & merito eum habeat auaritiam malorum omnium radicem, & iniuſtitiam, cùm vendat rem Domini ſui contra eius voluntatem: *gratis accepiſtis, gratis date: Matth.* 10. & ſacrilegium, cum iniuriam irroget rebus ſacris non præferens temporali pretio rem ſpiritualem, *actor. capit.* 8. *quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere*, & ſit contra charitatem, vt docet Gregor. *lib. 7. epiſt.* 114. & vt habetur *in cap. fertur* 1. *quæſt.* 1. & propter hæc docuit Panormit. *in capit. per litteras* 2. *hoc titulo numero* 8. *& capit. tanta numero* 5. Azor. *ſupra quæſt.* 5. Scortia *in conſtitut. Pontific. epiſt.* 32. *theorem.* 84. *verſ. nihil tamen, & epitome* 90. *theorem.* 121. quod infamis ex ſimonia, ſi fuerit de crimine conuictus, vel ſententia iudicis, aut euidentia facti, Azor. *tom. 3. lib.* 12. *capit.* 27. *quæſt.* 7. Angelus *verbo ſimonia* 6. Roſella *num.* 13. Sylueſter *quæſt.* 12. ſit irregularis, vt etiam colligunt *ex cap. accuſatus, & cap. quoties hoc tit. & dict.* 32. *§. verum.*

At in hoc puncto exiſtimamus contrarium eſſe dicendum, quia per ordinis ſuſceptionem incurritur excommunicatio, ac proinde non poſſit per eandem ſuſceptionem incurri irregularitas, quia iam quis exiſtens in excommunicatione, audet ordinem ſuſcipere: ſic Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *capit.* 35. *dubio* 24. *num.* 36. contra Nauarr. *conſ.* 61. *hoc titul. quæſt.* 6. & tenent Auila *de cenſ. 3. p. diſput.* 5. *dubio* 7. Scortia *ad dict. Bullam Eugeny IV. theorem.* 32 *epitome* 83. *verſ. dubium eſt*, quibus addo Suarez *de relig. tom.* 1. *lib. 4. cap.* 56. *num.* 20. Baunio *in praxi beneficiali diſput.* 16. *quæſt.* 62. *dubio* 2. Diana *dicta p.* 11. *tract.* 5. *reſ.* 17. *ſub verſ. notandum eſt*, ex ea ratione vulgari interpretum iuris, irregularitatem ſcilicet extra caſus in iure expreſſos non dari, *cap. is qui de cent. excommunic. lib.* 6. cum aliis; ſed non inuenitur in ſacrorum canonum voluminibus, eum irregularem eſſe, qui pecunia ſacrum ordinem, aut beneficium nundinatur: Ergo: quam tamen ſententiam ſic tenendam limitat idem Scortia *ſupra dicto verſ. dubium in fide*, niſi ſimul miniſtret, vt ſi v.g. in eadem miſſa Subdiaconus Cantet Epiſtolam, vel Diaconus Euangelium, cum iam ſic eſſet nouus actus exercitus in excommunicatione, non negatur ex infamia publica poſſe fieri irregularem. 5

Additque Diana *in propoſito dicta reſ.* 17. *in fine ex Sixti V. conſtitutione contra clericos male promotos*, in qua non habetur, niſi ſola pœna ſuſpenſionis (vt iam eſt dictum *ſub verſ. ad primam, & ſub quæſt.* 1. aliquid,) quæ ſola poteſt à Romano Pontifice tolli, ac adiecta admonitione, ſi poſt ſuſceptionem hic male promoti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare præſumpſerint, futuros irregulares, qui tales non ſunt, iure factoque; ſed tunc eſſe irregulares, ſi excommunicati, aut ſuſpenſi, celebrauerint. 6

Ad tertiam quæſtionis partem, an in illo caſu, quando quis irregularis ſumpſit primam tonſuram, & poſtea obtinuit beneficium, dando mediatori magnam pecuniarum ſummam. Et quoad primum de recipiente primam tonſuram, licet Thom. Hurtad. *variar. tractat.* 12. *cap.* 1. *num.* 114. cum Sayro, Bariola, & Bonacina acerrimè defendat poſſe illum irregularem prima tonſura initiari, quia hæc non eſt ordo, ſed tantum quoddam principium ad ordines, & perinde poſſe acceptare beneficium, illud retinere, & eius fructus percipere: non enim dicunt prima tonſura eſt propriè 7

proprie, nec habet miniſterium in ordine ad ſacramentum Euchariſtiæ, & ſacrificium Miſſæ cum ſola ſit quædam diſputatio, ſeu præparatio ad Ordines ſuſcipiendos; indeque hanc irregularitatem, præcipuè ſi non ſit ex delicto homicidij voluntarij, nec eſſe extendendam, cum in pœnis non valeat argumentum à ſimili, vt pœna extendatur, *cap. pœna de pœnit. diſt.*1. in quibus, non veriſimilitudo, ſed verba, legis proprie ſint accipienda, hoc argumento ex Nauarro, & Petro Anton. de Eſcobar, *in pract. confeſſor. p.* 2. *lib.*6. *cap.*5. *num.*31. reſpondendo ad Trid. *in cap.* 2. *in fine, ſeſſ.*14. *de reform.* vbi habetur, quod tonſuratus ab alieno Epiſcopo ſuſpenditur, ne ad vlteriorem gradum poſſit procedere; eo quod iſta prohibitio, ac pœna eſt expreſſa in Trid.

8 Sed ſi bene aduertantur, *ſuprà* dicta hic *à num.*1. verius eſt, vt nec talis irregularis poſſit primam accipere tonſuram, quin incidat in pœnas, & etiam ſi poſt accipiat beneficium; ratio eſt, quia omnis irregularitas à quacumque radice orta eſt canonicum impedimentum ad licitam tonſuræ receptionem; quia cum ea ſit diſpoſitio ad ordines, ſequitur ex bona philoſophia, vt quemadmodum nequit irregularis cæteros ordines recipere, nec diſpoſitionem ad illos per primam tonſuram,
9 † quia ſi tonſuratus ſit beneficij capax illo initio, ſicut alij in ſuperioribus ordinibus conſtituitur, euenit, vt quemadmodum illi irregulares ad maiores ordines, nec ad beneficium, aſcendere non valent, ſic nec tonſuretur: multis aliis hanc partem, quam puto tenendam probant Suarez docens, *diſp.*40. *ſect.*1. *num.*11. *&* *ſect.*2. *num.*2. dicens, vt recipiendo tonſuram irregularis, lethaliter peccet, Sayrus, *lib.* 6. *de cenſur. cap.*1. *numero* 19. Manchin. *tract.*2. *de ordine p.*1. *de prima tonſura cap.*14. *num.* 2. *&* 3. in illis verbis locutus: *Quomodo eſt veroſimile Eccleſiam velle admittere illegitimum, vel energumenum, ſi ad vlteriores gradus, iſti poſtea aſcendere non valebunt,* & *infra num.*4. *&* 5. *tonſuratus eſt capax beneficij, & commemoratur inter Eccleſiaſticos miniſtros, gaudetque priuilegio canonis, & fori, ſed irregularitas arcet à gradu clericali, & priuat capacitate beneficij Eccleſiaſtici*: Et ita moltis aliis fundamentis probat Diana cum Duardo, & Gibalino, *dicta part.*11. *tract.* 5. *miſcel. reſol.*1. omnino legendus ad ſaturitatem, Ver. à plurimorum referens, vbi *in fine*, dicit, quod conſultus ex Germania ſuper hoc caſu admonuit, vt in ſacra pœnitentiaria conſulens, adipiſceretur diſpenſationem ad bene retinendum beneficium, tali pecunia mediante obtentum: alia addens ex Baunio, Eſcobar, Fagundez, Quaranta, Buſembao & aliis.

Vnde ad ſecundam partem, etſi non 10
defuerint magni nominis DD. collationem beneficij factam irregulari, validam eſſe; impetrandam tamen eſſe diſpenſationem irregularitatis, facereque fructus ſuos, aliosque actus facere; inter quos acutè defendit Gibalinus, *de irregularit. cap.* 2. *part.* 4. *Corol.* 4. *num.* 16. legendus etiam apud Dianam, *dicta reſ.*1. *ſub verſ. dico ſecundo*: tamen verius per dicta *numero præced.* & ex eodem Hurtado *ſupra* §. 22. *num.* 1044. & eodem Diana, Buſembao, & aliis *ex textu in cap.* 2. *de Cleric. pugn. in duello, & cap.*2. *de Cleric. non ordin. miniſtr.* quibus cauetur irregularitatem egere diſpenſatione ad obſtinendum beneficium; tum quia beneficium datur propter officium; ſed irregularis non poteſt exercere officium: ergo nec poterit conſequi beneficium, nec ius habere ad fructus, vt dixit etiam Paroletus, *p.* 2. *ſect.* 2. *condit.*2. *num.* 2. itaque quamtumuis Baſſeus dicat *in medulla theolog. moral.* 1. *p.* quem refert Diana, *ſupra in verſiculo dico tertio*, non fore impeditum irregularem in noſtro caſu, quando ſimonia eſt prohibita tantum de iure poſitiuo, qualis eſt ea, quæ ſpectat ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica pecuniis, diſtinguendo hanc ab illa, quæ oritur à iure Diuino, & naturali, ſed cum eodem Diana, *ſub dicto verſiculo in medio.* in alio *verſiculo cum munus ſententia eſt*, quatenus probans excommunicationem, quæ contra ſimoniacos in ordine, & beneficio impoſita eſt, incurri non ſolum ob ſimoniam iuris Diuini, & naturalis; verum etiam ob ſimoniam iuris humani, vt eſt permutatio beneficiorum inter duos beneficiatos facta propria authoritate, reſeruatio penſionis ſine authoritate Papæ, promiſſio beneficij, pro ſuffragio in electione ad Epiſcopatum.

Deinde legitime infert, vt cùm ſit vera 11
ſimonia, quæ ſolùm iure canonico prohibita eſt, inde ſequi, vt ex ea factus ſimoniacus afficiatur pœnis contra ſimoniam generaliter latis, parificans quoad eas cum Maldeto, Valencia, Filiocio, Nauarro, Suarez, ſimoniam iuris poſitiui, ac iuris Diuini; non tamen negat probabilem eſſe idem Diana ſententiam dicentium ſimoniam iuris poſitiui ſaluari à

pœnis impoſitis contra ſimoniacos iuris Diuini, vt refert Baſeus ſupra, cui addit Diana, Machadum, Tancred. Giragun. Rocafful. Soriam, Eſcobar, & Sanchez, qui tamen noſtræ ſententiæ pedes figens, prorſus dicit ſtandum eſſe noſtræ ſententiæ, ſtante ſtylo Curiæ, & praxi Romana, non agnoſcentibus differentiam quoad pœnas inter ſimoniam prohibitam à iure Diuino, & inter ſimoniam prohibitam à iure Eccleſiaſtico, de quo amplius agetur *infrà*, dum generaliter agemus de pœnis contra quoſlibet ſimoniacos.

12 Ad quartam quæſtionis partem, an ordinatus ſimoniacè ſit non tantum ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto, ſed etiam ab aliis antea legitimè ſuſceptis? Et adiunctis hic quæ adduxi latiſſime de ſuſpenſione, in qu am incurrunt ordinatores in aliena diœceſi, ſeu alienos ſubditos ordinans ſine licentia proprij Prælati, & ordinatos ab illis, *ſub cap.* 11. *de temporib. ordin. ſub quæſt.* 10. *&* 11 item, & *in cap. non eſt compoſ.* 14. contra ordinantes, ſeu tonſurantes ante legitimam ætatem, aut extra tempora. Et *quæſtione* 2. Vbi *num faciant irregulares ſuſcipientes?* Et *quæſt.* 3. quæ aptius hic valet applicari, dum agitur; *Numquid ſuſpenſus propter ordines ſuſceptos ante legitimum ætatem, poſſit exercere alios iam rite ſuſceptos?* Et ad alia *ibi*, *& quæſt.* 4. omnino legenda; iam nunc ad difficultatem in terminis ſimoniæ reſpondent Panormit. *in cap. per litteras* 2. *hoc titulo.* Innocent. *in cap. tanta*, ibi Angel. *verbo ſimonia, num.* 6. Syluester, *verbo ſuſpenſio, quæſtione* 7. Azor. *tom.* 3. *inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 21. Leſſio *lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 24. *num.* 135. Auila, *p.* 3. *de cenſ. diſp.* 5. *dubio* 9. Henriquez, *in ſummu lib.* 13. *cap.* 37. *num.* 3. Scottia, *in dictu conſt. Eugenij IV. epitome* 32. *theorem.* 85. *verſ. quæres*, non ſolum ſuſpenſum eſſe ab ordine ſimoniace ſuſcepto, verum ab aliis iam rite ſuſceptis: ſic per Bullas dicti Eugen. IV. Martini V. & Pauli II. in quibus dicitur: *ſimoniacè ordinati ab executione ſuorum ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.*

13 Et ita contra illos, qui ordines ſuſceperunt ante legitimam ætatem, vt non valeant exercere ordines rite iam ſuſceptos, dixit Villalobos, *in ſumma tom.* 1. *tract.* 18. *diff.* 11. *num.* 2. cum Nauarr. & frater Eman. Rodrigo. ex extrauag. adducta, Sixti V. in ſequentibus verbis: *eoſdem Clericos poſt hac male promotos ab executione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperio-*

14 *res perpetuo ſuſpenſos declaramus:* † tamen quia in terminis ordinati ante legitimam ætatem; idem Scortia *in conſtit. Pontific. theorem.* 109. *epitome* 39. quem ſequitur Diana, *p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 35. cum Henriquez, & Auila, dicentibus illam ſuſpenſionem ſolum impedire exercitium ordinis male ſuſcepti, non aliorum rite ſuſceptorum ex iam adducto *cap.* 2. *Trid. ſeſſ.* 14. *de reform.* vt ego retuli, *ſub dicto cap.* 14. *de temporib. ordin. dicta quæſt.* 3. *num.* 1. *&* 2. tamen in caſu ſimoniæ, non eſt recedendum à iam adducta eiuſdem Scortiæ, Henriquez, & Auilæ opinione, contrarium in ordinatis ante legitimam ætatem, quia prædictæ Bullæ Eugenij, Martini, & Pauli voluerunt in noſtro caſu forte in pœnam tam grauis delicti ſimoniæ mulctare ſic ordinatos pœna ſuſpenſionis, tam ordinis male ſuſcepti & ordinum iam rite ſuſceptorum; & ſic diſſoluendum dubium exiſtimo.

QVÆSTIO III.

An ordinandus conueniens cum ordinatore, non illum moleſtaturum poſt ordines ſuper beneficio, aut alimentis, ſit ſimoniacus, pœnis ſubiectus? Et quis diſpenſet? Quid ſi cum Patrono, aut cum illo, qui Epiſcopo ordinaturo, ordinandum præſentat? Quid ſi pactum, ſiue conuentio interponeretur cum ſolo donatore, aut Patre ordinandi, aliſue? vbi quid de offerente patrimonium pro titulo, vt quis ordinetur? Et an officiales, ſeu Epiſcoporum Miniſtri, vt ſecretarius, Notarius, perſcrutatores, & alij in ordinatione Miniſtri offerendo pretium, aut conuentio, aut ſponte, aut pro ſigillo, litteriſve aliis ordinando præſtandis, incurrant ſimoniam noſtri textus, & cap. 1. Trid. ſeſſ. 21. de reformat. Et quid de examinatoribus?

SVMMARIVM.

1 Cap. per totas 37. cap. penult. hoc tit. *num. ſequentibus.*

2 *Ordi*

2 *Ordinatus ſimoniace, vltra excommunicationem, punitur carcere, & ſuſpenſione decennali nu. 3. ac de difficili diſpenſatione nu.4. vide nu.8.*

5 *Ordinandus conueniens cum ordinante in caſu dicti cap. penult. eſt ſuſpenſus offerens; vt non moleſtabit.*

6 *Ordinandus offerens à Patrono, & præſentante nihil petere, eſt ſuſpenſus, etiam ad alios ordines aſcendere, etſi ex igno rantia, vt nu.7.*

9 *Archidiaconus, qui appellatur oculus Epiſcopi, debens examinare titulos ordinandorum, eoſque Epiſcopo præſentare, facit ſuſpenſum fieri conuenientem ordinandum cum illo.*

10 *Epiſcopus dimiſſorias dans ſubdito, vt ab alio ordinetur, præmiſſa conuentione, punitur.*

11 *Ordinandus paciſcens cum dante illi titulum Patrimonij ad ordines, quod nihil petet, aut reddet acceptum, ſuſpenſus eſt.*

12 *Notarius, ſiue ſecretarius Epiſcopi ſuſtentationem recipiens ab Epiſcopo, nihil poteſt accipere, aliàs ſecus pro inſtrumentis ordinum, niſi poſt ab ſponte offerentibus. Et quid de Epiſcopo ſic accipiente ſub nu.14. aut ex ſuſtentatione, n.13. & quod non dicitur reus excommunicationis, vt num 16.*

15 *Cancellarius Epiſcopi pro ordinum inſtrumentis, non recipit emolumentum, ſi non adſit conſuetudo.*

17 *Examinator ſimoniam incurrit, ſi pro approbatione recipit aliquid; quique nihil ex fructibus beneficij accipere valet pro labore examinis, vt nu.18.*

19 *Examinatori poteſt aliquid concedere Epiſcopus.*

20 *Examinatores in concurſu ad beneficia iuxta praxim vbique recipiunt pro labore certa ſtipendia iuxta laborem abſumptum.*

1 AD primam quæſtionis partem cum cæteris quæ etiam deſeruiunt pro vero intellectu textus *in cap. per tuas* 37. *& cap. penult. hoc titulo*, qui ſupra ante *princip.* ſignati ſunt. Et antequam ad explicationem cuiuſque dubij pergamus, cùm poſſet eſſe dubium, an ſimoniæ labes in ſpeciebus *dicti cap.*37. *& penult.* rigoroſa conſideretur. Et vt breuiter reſpondeatur, etſi dici valeat propriam, & rigoroſam contrahi ſimoniam pœnis ſubiectam, de quibus hic eſt iam dictum *ſub quæſt.* 1.*&* 2. Tamen Anania, *in dicto cap. penult. num.* 3. Butr. *num.* 5. Abbas etiam *num.*5. Barboſa, *in dicto cap. per tuas, num.*4. Vgolin. *de ſimonia tabula* 4. *cap.* 4. *num.*3. Quaranta, *in ſumma Bullar. verbo ordo, verſ. erit igitur, pag.*493. *in noua edit.* Campanillus, *in diuerſ. iuris can. Rub.*8. *cap.*5. *num.* 52. docent ſimoniæ labem contrahi, ac conſiderari in illis ſpeciebus, ſed cum aliqua reſtrictione, nec tamen illa ſit ſimonia, quæ ſub ſtricto, ſed largo ſumpto vocabulo comprehenditur.

Imò, & addunt *ſuprà* relati aſſumptum ad ordines, pro vt *in dicto cap. per tuas* 37. *& dict. cap. penult.* non eſſe afficiendum aliis pœnis à reliquis canonibus, Pontificiiſque conſtitutionibus ſtatutis in ipſos ſimoniacos, & nominatim illis præſertim, quas Paulus II. comminatur *in ſua extrauag. cum deteſtabile, hoc titulo*, ſcilicet excommunicationis, ſuſpenſionis, priuationis, & interdicti, &c. De quibus fit narratio, quam conſtitutionem obſeruari, ad vnguem mandauit alia conſtitutio Pij V. incipit, *Cùm primum*, §. 8. quam refert Scortia, *epitome* 90. *Theorem.* 121. quatenus circa promotum ad Ordines ſimoniacè, eo ipſo ſit ſuſpenſus ab ordinum executione ad 10. annos ſine ſpe diſpenſationis, & per annum in carcere, quæ & alia, quæ continentur *in dicto* §. 8. explanauit Scortia, *theorem.* 84. 85. *&* 86. & vt habentur in Bulla Eugenij IV. *& in dicta extrauag. cum deteſtabile.* Paul. II. & *in conſt. multæ.* Martini V. Concilio Conſtant. *ſeſſ.*43. *conſtit.* 13. quæ incipit *ſuperne*, Leonis X. *in Concil. Lateran.* vbi innouantur omnes pœnæ, ſiue per concilia latæ in ſimoniacos, vt etiam facit D.Pontifex Pius V. Sixtus V. *nu.*51. & Clem.VIII. *num.* 40. 2

Quare ſimoniacè promotus ad Ordines eſt excommunicatus, & ſuſpenſus ex Trid. *ſeſſ.*21. *cap.*1. iuxta iura etiam, & conſtitutiones adductas *ſupra ſub quæſt.*1. & ſic ab omnibus ordinibus, & non tantum ab ordine ſimoniace ſuſcepto, ex Panormitano, & aliis *ſupra quæſtione* 2. *verſiculo ad quartam*, vt repetit etiam Scortia, *dict. theorem.* 121. *epitome* 90. addens eo loco, vt ante aduertit *theorem.*84. ex Valentia, & Azor. deprehenſum ad 10. annos fore ſine ſpe diſpenſationis, & carceri mancipetur per annum; imò & tunc ſit infamis, & irregularis, ſi fuerit de crimine conuictus. Vide aliqua apud Caſſador, *tit.* 5. *de conſtit.* 3

Ad difficultatem de diſpenſatione circa caſus *à dicto cap. per tuas* 37. *& dict. cap.* 4

cap. penult. & iuxta conſtitutionem relatam Pij V. dicunt Azor, *lib. inſtit. moral.* 12. *tit.* 3. *cap.* 21. *quæſt.* 7. Leſſius, Angel. & Syluester, *verbo ſimonia*, quos ſequitur Scortia, *dicto epitome* 90. *theor.* 121. à ſolo Papa abſoluendum, & diſpenſandum ex prædictis extrauag. imò cum in relatis conſtitutionibus agatur etiam de promotis ad beneficia, ac de pœnis illis correſpondentibus, addit Barboſa, *in dicto cap. penult. nu. fin.* cum inhabili ad beneficium ſimoniacè acquiſitum, qui talem ſimoniam ſciuit, ſolum Papam diſpenſare: ſic cum Reginaldo, & Azorio, quos *ſuprà ſub quæſt.* 1. retuli; & iterum idem Scortia, *ex dict. conſt.* Pij V. *dict. theorem.* 221. *ſub verſ. promouens*, dicens per ſimoniam realem, ſiue ad ordines, ſiue ad dignitates promotum, & gradus puniri pœnis iure ſtatutis, *in cap. de hoc §. fin. hoc tit. & in cap. quicumque*, 1. *qu.* 1. *& in cap. placuit ibi el* 1. *cap. ea, quæ* 1. *qu.* 3. Concil. Bracharenſ. 2. *cap.* 3. *Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *& dict. extrauag. cum deteſtabile hoc tit.* & aliis citatis; & ſic excommunicatum à Papa, abſoluendum, tenerique acceptum reſtituere.

5 Ex quibus iam liquet iuxta textum, *in cap. penult. hoc tit.* quod ordinandus conueniens cum ordinante ipſum poſt ſuſceptos ordines non moleſtare ſuper beneficio, ſeu alimentis, ſuſpenſus ſane fiat ab ordine ſic ſuſcepto, & ordinator à collatione per triennium, vt iam ſupra adduxi *in hoc cap. ſub q.* 1. cum Auila, Henriqu. Gonçalez, Reginald. Sanctarello, Campanil. & aliis, quos ſequitur Barboſa, *in dicto cap. penult. num.* 3.

6 Ex quo, an idem dicendum ſit de Patrono, aut præſentante? Et quatenus ſpectat ad Patronum, qui illum ordinandum præſentat ad beneficium cum pacto, quod numquam ordinatus ſic ad preſentationes beneficij cum pacto petierit, nihil à præſentante ratione præſentationis, non poterit ad ſuperiores ordines aſcendere, nec in ſuſcepto miniſtrare, Nauar. *in tit. de tempor. ordin. conſ.* 17. *nu.* 1. *in nouis.* Auila, *de cenſuris, p.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 5. *concluſ.* 1. *ad* 1. *argum.* Bonacina, *eo tract. diſp.* 3. *qu.* 6. *p.* 5. *num.* 4. *verſ. eadem ſuſpenſione*, Sanctarell. *verſ. reſ. qu.* 49. *num.* 20. *in medio*, qui dicit in ſpecie, *dict. cap. per tuas* 37. *hoc tit.* ſermonem eſſe de pacto inito cum eo, qui ad titulum Eccleſiæ aliquem præſentauit, vt ſuſciperet ordines; in quo caſu ſuſpenſionem incurrere, & ſimoniam committere reſoluit; & in hoc caſu etiam accipit lucem textus *in cap. ex tua* 20. *hoc tit.* & ex dicendis quatenus ex antiquis Borboſa, *ibi num.* 1. & ex Reginaldo, *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *nu.* 199. *in fine*, colligit ordinandum committere ſimoniam, ſi præſentatori ſuo aliquid temporale promittat, vel det, vt ad ordines ab ipſo præſentetur.

Imò addit idem Sanctarel. *ſuprà* cum Suarez, *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 34. quos refert Barboſa, *in dicto cap. per tuas ſub num.* 3. in ſpecie illius textus, incurrere præſentatum ſuſpenſionem propter pactam initum cum præſentante, ſe nullam petiturum portionem ab eodem præſentante, quamuis ex ignorantia iuris pactum illud fecerit: ex illis verbis probat: *Etiam ſi in hoc nihilo illicitum ſe agere intellexerit*: Eſſeque hoc intelligendum in foro externo; quia talis ignorantia non præſumitur iuſta, & probabilis, cum ſit iuris, & in re clara iuxta iura vulgaria. 7

Et amplius iuxta caſum proxime relatum *dicti cap. per tuas*, ſolet dubitari, vt fecit Barboſa, *ibi nu.* 5. an in caſu illo propter interpoſitam fidem ab ordinando de non petenda portione à Rectore illius Eccleſiæ, ad quam fuit aggregatus, vt ſub illius titulo ordinari poſſit, inducta eſſet ſaltem ſimonia confidentialis, ſeu beneficialis confidentia, vt locum habeant pœnæ, & cenſuræ extrauag. Pij V. de qua iam late dixi *ſub Rub. qu.* 2. & reſpondet negatiuè ex Quaranta, *in ſumma Bull. verbo ordo verſ. ſed res dubia*, & hoc quamuis ex pluribus, Flaminius Pariſius, *in tractat. de confident. beneficior.* conetur affirmatiuam partem defendere. 8

Ad ſecundam difficultatis partem, quæ propria eſt *dicti cap. penult.* loquentis de præſentante, hoc quidem intelligitur de Archidiacono ſcilicet, qui cum appelletur oculus Epiſcopi iuxta ea, quæ longiſſime dixi *ſub Rub. & titulo de offic. Archid.* vel alia perſona in ſimili dignitate conſtituta, cuius officium eſt examinare ordinandos, inquirere an habeant ſufficientem titulum, & poſtea illos præſentare Epiſcopo ordinatori, *ad textum in cap. vt noſtram*, *& cap. ad hac eo tit. de officio Archid.* vbi latè, & de ſic præſentante dicitur, quod ſi ordinandus cum illo conueniat iuxta poſitum hic in quæſtione, ſuſpenſus etiam ſane fiat ab ordine ſuſcepto: ita Auila, *de cenſur. part.* 3. *diſt.* 5. *dubio* 4. *concl.* 1. & in ſpecie Campanil. *in diuerſorio iuris can. Rub.* 8. *cap.* 5. *nu.* 31. *verſ. ideo*, quem ſequitur Barboſa, *in dicto cap. penult. ſub num.* 3. 9

Et idem Campanill. exemplificat etiam in Epiſcopo ordinario faciente litteras dimiſſorias ſuo ſubdito, vt promoueri poſſit ab alio Antiſtite; per quas ille approbatum, & examinatum ex mandato Concil. 10

Trid.

Trident. *cap. 3. ſeſſ.24. de reform.* dimittere debens, præſentate videtur, de quo etiam Quaranta, *in ſumma Bullarij verb. ordo verſiculo ſubſequenter pag.* 385. alias 494. *in nouis edit.* vt refert Barboſa, *ſub dicto num.* 3. *in fine.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſita quidem differentia caſus, *dicti cap. per tuas, cum dicto cap. penult.* nempe inter præſentatorem nominatum *in dicto cap. per tuas*, qui tantum dicitur præſentator ad Eccleſiam, & *in dicto cap. penultimo*, vbi præſentator, de quo ibi dicitur tantum ad ordines, vt aduertunt Campanil. *in dicta Rub.8. cap.5. in diuerſ. iuris canon. numero 31. ſub dicto verſ. ideo*, Barboſa, *in dicto cap. penult. numero 3. in fine*, iam eſt, vt inquiratur, an ambo prædicta iura complectantur paciſcentem, cum donatore patre, & aliis. In quo dubio Nauarr. *conſ.17. num. 2. verſ. non inquam de temporib. ordin. in nouis*, alias *conſ.42.* in antiquis Toletus, *inſtruct. ſacerdot. lib. 1. cap. 15. poſt num.5.* Henriquez, *in ſumma lib.10. cap.17.* §. 3. *in commento litt. O.* cum pluribus ex Theologis conſultis, Nicol. Garcia, *de beneficiis part.2. cap.5. numero* 118. Barboſa, *in dicto cap.57. hoc titulo num.6.* tenent vt verius opinionem negatiuam, dicentes ſub illis iuribus tantum comprehendi caſus inibi expreſſos de paciſcente ſcilicet cum ordinatore, vel præſentatore, & hoc quamuis Suarez, *de relig. tom.1. tractat. 3. lib. 3. cap.38. num.4. & 5.* Azor. *inſtit. mor. lib.12. p.3. cap 15. quæſt.1.* dicant prædicta iura habere etiam locum, quoties aliquis ex ſuis bonis alteri conſtituit titulum, ad quem ordinatur, ab illo recipiens promiſſionem, quod nihil poſtulabit, qui etiam male reſoluunt hoc in caſu non ſolum committi peccatum indebitæ ordinationis, ſed etiam ſimoniam, de quo patrimonio ad ordines conſtituto dixi latiſſime *ſub cap. 11. de temporibus ordin.* ſcribens eſſe titulum ſufficieos, vt etiam docent Ledeſma, Homobonus, Comitol. Marius Cutel. Sanchez, Filiuc. Reginald. Scortia, Cruz. Ægid. Conink, Squilante, Nicol. Garc. & alij relati à Barboſa, *in dicto cap.39. num.7.* & à Diana, *p. 2. reſ. moral tract. miſcell. reſ. 5.* Bonacina, *de ſacram. diſp.8. quæſt. vnica puncto 5.* Spino, *in ſpeculo teſtam. gloſſa* 18. *numero* 35. Gonzalez, *in reg.8. cancel. gloſſa* 5. §.10. Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.2. quæſtione 6. num.* 18. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.1. cap.1. art. 7. nu.5.* Quaranta, *in ſumma Bullarij, verbo ordo, verſ. quod intellige*, Saytus, *de cenſuris lib.4. cap.14. numero 16.* docentes ordinatum cum patrimonio ſibi donato, eo tamen pacto, ſeu conditione de illo reddendo, & reſtituendo poſt ordinationem, non poſſe dici ordinatum ſine titulo, ac proinde non incurrere vllam pœnam, ſeu ſuſpenſionem etiam ſtante conſtitutione Sixti V. contra male promptos, quæ in hac parte ex Clem. VIII. fuit redacta ad terminos iuris communis, etſi contra ſit Nauarr. *in man. cap.27. num.157.* Tamen ſi quis ordinaretur cum patrimonio ficto exiſtimant relati ad ſacros ordinatum, incurrere ſuſpenſionem, & poſtea celebrando irregularitatem, de quo patrimonio, *in dicto cap.11. de temp. ordin. ſub quæſt.7. & 8.* vbi de illa: *An ſufficiat patrimonium ab alio donatum ſub conditione, vt ceſſet ſtatim, ac ordinando, de ſuſtentatione prouiſum eſt.*

Ad quartam quæſtionis partem de ſecretario, ſiue Notario Epiſcopi, aliiſue poſitis in quæſtione recipientibus aliquid ante, vel poſt ſponte, aut ex pacto ab ordinatis. Igitur de ſecretario ſiue Notario Epiſcopi pro ordinibus deſtinatis iuxta verba textus noſtri *in verſiculo, vel Notarius in ordinatione*, & *dicti cap. 1. Trid. ſeſſ. 21. de reformat. in verſiculo Notarj vero*, in his tantum locis, cuius verba retuli, *ſub qu.1. ſuprà* dicendum eſt, quod ſi iſti aliquid accipiant, ſi aliunde ſalarium habeant ab Epiſcopo pro munere, & officio exercendo, peccare, ſimoniamque committere, quia hoc eſt vetitum intuitu Religionis, & ad præcauendum ſimoniæ periculum, Sotus, *de iuſtit. lib.9. qu.6. art.1.* Suarez, *de relig. lib. de ſimonia, cap.35. num.8.* Filliucius, *tract.45. cap.12. qu.5. nu.6.* vtrobique cum Reginaldo, Azotio, Leſſio, Zerolla, Bonacina, & Barboſa; Cened. *ad decretal. collect.177. num.1.* vbi dubius reſoluit, quod poſt confecta inſtrumenta, & tradita partibus poſſunt Notarij quod ab ordinatis, ſponte offertur recipere. 12

Sed non eſt cur reticeamus quæ iuxta textum noſtrum in hoc puncto ex Innocentio, & Abbate hic & iuxta textum, *in cap. ad Apoſtolicam hoc tit.* vbi de conſuetudine circa recipiendas oblationes pias, & *ex cap. cum Eccleſiis, hoc tit. in verbis* ibi: *Non attendentes quod tantum ſunt grauiora crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerant:* (de qua plura dixi: *ſub cap. fin. de conſuet. quæſt.1. & 2.* quomodo peccati diuturnitas grauet) Villalobos, *in ſumma, p. 2. tractat. 37. diff. 20.* qui dum ait *ex dicto cap.* eſſe prohibitum dictis perſonis aliquid accipere ex charta, voce, calamo, aut ſigillo, poſſe tamen aliquid accipere ratione ſuſtenta- 13

tionis ; eò quod ſic excuſentur in curia
Romana Notarij ; vt dixerunt Abbas , &
Innocent. hic per illa, quæ etiam dicit idem
Villalobos, *diff.9.* dum agit , ſi ratione ad-
miniſtrationis ſacramenti poteſt aliquid ac-
cipi , de quo ſuo loco infra dicimus *cap.*14.
at ſi tamen ſalarium non habeant , adhuc
ſuſtineri conſuetudinem , ſicut illa excu-
ſat Parochos aliquid accipientes , cum mi-
niſtrant ſacramentum extremæ vnctionis
iuxta textum , *in dicto cap. ad Apoſtolicam
in verbis : Pias conſuetudines præcipimus ob-
ſeruari* , & in propoſito Villalobos , *dicta*
14 *diff.* 20. *numero tertio.* † Addit quod ſi poſt
ordines acciperent aliquid Epiſcopus , aut
eius notarius , ſiue ſecretarius ſine peccato,
aut conuentione antecedenti , non eſſent
ſimoniaci , cum hoc nec eſſet vendere ,
nec emere.

15 Et ob id licet Sellius referat decisum
*in ſelectis cap.*10. *num.*21. *in vna Vincent.*18.
Martij 1602. Notario, vel Cancellario, ni-
hil licere accipere , nec ratione ſcripturæ,
nec ſigilli, nec labore, aut alio , titulo, ſed
gratis his , quorum intereſt debere præſta-
re , ſcilicet licentias , quas enumerat Bar-
boſa , *in dicto cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 21. *num.* 14.
qui & *numero* 15. ponit ſigillatim alias plu-
res licentias , litterasue , pro quibus non
prohibetur aliquid recipere pro congrua
laboris, ſi nullum ſtipendium, aut ſalarium
ſit conſtitutum ab Epiſcopo , aut aliunde,
vt etiam cum multis probat ibi *num.*16. vbi
vltra hoc ponit conditiones alias duas, nem-
pe vt nihil ex eo emolumento redundet ad
Epiſcopum ; & quod non adſit conſuetudo:
tamen ſi illa adſit , admittunt, illam modi-
ficantes Trid. ſi ſit laudabilis , vt præter
alios tenuit Suarez, *de relig. tom.*1. *lib.*8. *de
ſimonia cap.*51. *n.*16.

16 Quare idem, & Bonacina *in hoc tract.
qu.*4.*§.*3.*n.*4. cum Leſſio, & Filiucio , & re-
fert Barboſa , hic *dicto numer.* 3. *in fine* ,
non dici reum excommunicationis Nota-
rium aliquid accipiendo pro dimiſſuriis,
vel ſigillo contra prohibitionem concilij
Trid. *in dicto cap.*1. *ſeſſ.*21. etenim *ex cap.
ſicut Epiſcopum* , 1.*quaſt.*2. dicit idem Barbo-
ſa, *num.* 5. vt quatenus textus ille probibet
Notarium quidquam temporale percipere,
antequam ſit abſolutum ordinis miniſte-
rium ; poſtea tamen gratis datum permit-
tit intelligendo , iuxta textum noſtrum ,
agi de Notario , ſtipendium non haben-
te, quaſi oblatum antea ; etſi gratis pro-
hiberetur , vt omnis exactionis ſuſpicio
ceſſaret , quæ plane ceſſat , quando poſtea
gratis datum recipitur , cum nulla extet
dandi neceſſitas, hoc pacto textum noſtrum
interpretando ex Innocent. & Abbate *n.*3.
ex Anania , *num.* 22. & ex Cardinali , &
Præpoſito , *in cap. ſicut hoc titul.* ſed quia hoc
ad intellectum *dicti cap. ſicut Epiſcopum* ,
non ſatis liquet infra *ſub quaſtione ſequenti*
dicetur.

Ad aliam partem , de procuratoribus , 17
ſiue examinatoribus ordinandorum *ex
gloſſa hic verbo miniſter* , vbi Barboſa , *num.* 4.
cum Suarez , *de relig. lib.*4. *cap.*22. *num.* 17.
notat examinatorem ſimoniam committe-
re, ſi pro danda approbatione pretium reci-
piat : nam vt refert deciſum Nicol. Garcia,
ex ſancta Congreg. *de benef. p.*8. *cap.*1 *nu.*77.
verſ. ſeptimo , examinatores , de quibus latè
ſcribit Bonacina, *de ſimonia, quaſt.*7. *puncto* 2.
differ. 1. *ex num.* 5. non debent occaſione
examinis, aliquid recipere ; alioquin pu-
niendos arbitrio ordinarij , quod & caue-
tur , *in Trid. ſeſſ.*24. *cap.* 18. *de reform. in verſ.
quidquam prorſus* , vbi *num.*107. *&* 108. Bar-
boſa cum Nicolao Garcia , *p.*5. *cap.*7. *nu.*11.
*& p.*9. *cap.*2 *num.*374.

Bonacina, & Riccio , ait non poſſe exa- 18
minatores quidquam pro labore , vel titulo
ſtipendij ad ſuſtentationem ex fructibus
beneficij vacantis, vel alia ratione accipere,
nec poſſe ordinarium ſtatuere aliquod ſti-
pendium , etiam minimum examinatoribus
deputatis in ſynodo pro concurſu Parro-
chialis , etſi ſynodus diæceſana ſecus ſta-
tueret, cum tale decretum , eſſe irritum , &
nullum referat deciſum Garcia , *dicta p.*9.
*cap.*2. *num.*374. Maſobr. *in praxi requiſit.* 15.
dubio 1. Steph. Weyms , *ad conſtitutiones* 24.
ex antiquo iure deſumptas , & per Trid.
Concil. innouatas , *conſtit.*13. *nu.fin.pag.*124.
idem Barboſa, *in paſtor. alleg.*60. *num.*35. † Et- 19
ſi fateantur poſſe tamen Epiſcopum aliquid
de ſuo his examinatoribus concedere titulo
præmij , aut ſuſtentationis. Si ergo in exa-
minatoribus ad beneficia talis conſtitutio
Trid. vrget , quanto inquam plus in exa-
minatoribus ad ordines debebit obſerua-
ri ? *ex textu noſtro* , *& dict. cap.*1. *Trid.* con-
tra quos militat ratio miniſtrandi circa Di-
uina ſacramenta ; in caſu beneficiorum,
non niſi circa quandam prohibitionem
iuris humani conſtituentis contra dan-
tes, & accipientes ſimoniam ex ſolo po-
ſitiuo iure.

At quia praxis vbique diæceſum viget, 20
vt ex burſa illorum , quibus beneficia aſſig-
nantur poſt concurſum , vt in noſtra hac
diæceſi videmus practicari , etſi in minori
ſumma quam huc vſque à prædeceſſoribus ,
practicatum audiuimus à Notariis curiæ ;
imò,

imò, & ab examinatoribus aliquandn de nos querelantibus; eo quod reduxerimus ad minorem, quam antea vſus admittebat illo partieipantibus, ac ex *ſuprà* dictis de Notatiis, aliiſque officialibus conſuetudinem fortè admiſſam in ordinationibus aliquid recipiendi, vigere modo ſupra dicto, laudabilemque poſſe dici; eſſeque difficile eam radicitus auellere, non eſt eur reticeamus quod ex communi DD. placito, ſcribit de his examinatoribus ad ordines Villalobos in ſumma, *p.2. tract.37. reſol.21.* dum ait Concilium Trid. non prohibere parcellas, quæ communiter ſolent examinatoribus dari, ratione examinis, ſed tantum donationes; quæ dantur, vt ea via male beneficia prouideantur, & ſimoniacè, addens in aliquibus diæceſibus ſolere ex redditibus iam impletis beneficiorum vacantium hanc pro examinatoribus ſolutionem fieri, & ſi meliorem dicat ſolutionem, quam de propriis bonis perſoluunt illi, quibus beneficia adiudicantur; item addens, quod ſi aliquæ donationes fuiſſent gratioſæ, & liberales, non videantur eſſe contra Concilij mentem; præſtat tamen conſilium, vt quilibet propriam conſcientiam conſulat: nam etſi in foro exteriori non præſumatur ſimonia per textum, *in cap. etſi quæſtiones, hoc tit.* vbi Pontifex, non damnat minimas elargitiones: tamen in foro interno aliud poſſe contingere ex intentione dantium, & accipientium.

QVÆSTIO IV.

An datio gratuita reſpectu omnium ſpiritualium adminiſtrationis, ſit ſimoniaca, ſeu tantum reſpectu examinis, & iudicij, quod in ſe includunt, vt in ſacramento ordinis, & pœnitentiæ, vel è contra? Et an hoc æquè practicetur in Epiſcopo conferente, & in eius officialibus? Quid vbi honeſta, & pia ratio vrget dandi, & recipiendi temporalia pro ſpiritualibus? Et an in dubio ſuper donatione gratuita nec ne intret conſideratio quantitatis rei donatæ, perſonæ, qualitatis, & temporis circunſtantia? Ad textum in cap. & ſi quæſtiones 18. hoc tit.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta requirentia examen, vt iudicium pariunt adminiſtrata pro temporali ante perceptionem, ſimoniam, vt num.2. vbi aliter poſtea data in aliis ſacramentis non ſic, vt n.3. & 4.*

3 *Auaritia peccatum oritur ex datione ante, vel poſt ſuſceptos ordines.*

5 *Epiſcopus ordinans ſimoniacè aliter punitur, ac illius miniſtri, accipendo temporale pro ſuo miniſterio, vt n.6.*

7 *Simoniam excuſant cauſæ honeſtæ, & piæ in recipiente temporale, etſi ſub dubio: caſus, quo titulo fiant, verbi gratia eleemoſynæ, vt n.8.*

8 *Culpa leuior, etiam quoad pœnas eſt in dubio iudicanda n.9.*

10 *Dubia res quando exemplificetur ad excuſandam ſimoniam? & num. 11. vbi de quantitate, & aliis circunſtantiis ad hoc inſpiciendum, & n.12. de qualitate perſonæ, vt ſi Cardinali equus daretur, n.13.*

12 *Beneficiorum multiplicitas nobili permittitur, non ſic ignobili.*

13 Cap. etſi quæſtiones 18. hoc titulo & num. 15.

14 *Res temporalis data ante traditiones rei ſpiritualis, vel poſt quoad ſimoniam inducendam, non eſt idem.*

15 *Parua res data ſolet excuſare à ſimonia, dum non detur pro pretio rei ſpiritualis; eo quod præſumitur data ex beneuolentia n.16. in fine.*

16 *Iudicem parua munuſcula non dicuntur corrumpere.*

17 *Quantitas parua reputatur data à diuite pauperi. Et quid de circumſtantia conſanguinitatis, & amicitiæ ad excuſandam ſimoniam.*

AD primam igitur quæſtionis partem, ſub diſtinctione reſpondendum iudicamus, nam præmittendo quædam eſſe ſpiritualia, quæ aliquod examen, & iudicium de perſonis, ac rebus admixtum habent, vel ſaltem illud requirunt, pro vt eſt ſacramentum ordinis (de quo in præſenti agimus) quod prærequirit ordinandorum examen, provt dictum eſt *quæſt. præced* circa finem *in verſ. quoad altam partem*, in qua de examinatoribus, & ante *ſub verſiculo ad ſecundam*, & ante *à num.1.* vbi de Archidiacono examinatore, qui Epiſcopo ordinandum præſentat; item & iudicium, vt ſint moribus, & ſcientia, & ætate idonei iuxta quæ longe dixi *ſub tit. de* 1

temporib. ordin. & de ætate, & qualitate ordinandorum, vbi præcipue *in cap. penult. & fin.* plene adduxi, & ex Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. à cap.* 5. & pro vt etiam ſacramentum pœnitentiæ, in quo adhibetur iudicium interius circa peccata, & ſatisfactionem, & inſuper viſitatio, prouiſio beneficiorum, & omnes alij actus iuriſdictionis ſpiritualis, alia verò dici ſpiritualia, quæ nullum examen, aut iudicium adiunctum habent, pro vt ſacramentum Baptiſmi, confirmationis, & reliqua.

2 Inter quæ diſcrimen videtur obſeruandum ſubſequens, quod in ſpiritualibus prioris ordinis miniſtrandis, non licebit temporale aliquid, etiam gratis datum recipere ante ipſorum perceptionem; non quia tunc ſimonia committatur, quæ nulla eſſe poteſt, quando temporalia gratis dantur, aut recipiuntur; ſed quia aduertitur integritas omnis iudicij, quæ maxime in illis ſpiritualibus deſideratur, vt rectè fiant: ſic in ſpecie Barboſa in cap. ſicut Epiſcopum 1. *quæſtione* 2. *num.* 7. manifeſte colligens *ex textu in cap. exigit, de cenſibus lib.* 6. & ex Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. addens poſtea gratis data recipi poſſe, quia omnis probi-

3 bendi cauſa, & ſiniſtra ſuſpicio ceſſat. † At in ſpiritualibus poſterioris ordinis, in quibus nullum iudicium exercetur, antea, & poſt gratis data iuſte recipi colligit idem Barboſa ex authoritatibus, quas ibi *à numero* 1. cum aliis refert; & ſic ait in dicto cap. ſicut Epiſcopum *numero* 8. prohiberi, etiam gratis data, quia non ſolum ibi confertur ſpirituale, ſed etiam iudicium adhibetur, quod magis liberalibus donis euertitur, ſic colligendo, *ex cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 21. *de reform.* de cuius intellectu plura dixi *ſupra ſub quæſt.* 1. 2. *&* 3. vbi *dict. cap. ſicut Epiſcopum* innouatur, & declaratur, vbi explanando Barboſa addit Trid. decretum illud ad prohibitionem non reddere cauſam ſimoniæ euitandæ, ſed vt omnis auaritiæ ſuſpicio remoueatur. Quo ſuppoſito iam clare videmus nec ex illo textu, nec ex noſtro *cap. nec ex aliis conſtit.* Eugenij, Pauli, Martini, Sixti, & aliorum Pontificum, quas ibi adduximus, nullam ex gratuita datione, ſiue datione ante, aut poſt, ordinationem, oriri ſimoniam, ſed ſolum peccatum auaritiæ, quod prohibetur.

4 Itaque *ex dicto cap.* 1. Trid. & *ex dicto, cap. ſicut Epiſcopum*, dicendum eſt illa iura non trahi ad ſpiritualia, in quibus eadem non viget ratio; è contra tamen in ſpiritualibus, in quibus iudicium non exercetur, non inferri ex temporis circunſtantia ſola, ſimoniæ præſumptionem, vel alterius culpæ, ſicque procedere ait Barboſa iura ab eo relata *ſub numero tertio, & quarto*, hocque modo interpretandum Innocentium; ſed contrariam ſententiam textus, *in dicto cap. ſicut Epiſcopum*, locum habere in ſacramento ordinis miniſtrando, & aliis ſpiritualibus, quibus iudicium adiunctum eſt; tunc enim ſcribit illicitam fore receptionem illorum, quæ gratis dantur, ſed non committi ſimoniam, niſi lex id exprimat, etiam quoad pœnas, pro vt expreſſit *in dicto cap. primo*, Trident. ſed alia erit culpa, non ſimoniæ, ſed diuerſis afficienda, & licet in verbis ibi: Trid. *Quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, &c.* Sed non quidem de vera ſimonia agi; ſolum vero de auaritia, & patet ex primis verbis ibi: *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritia ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcumque ordinum, &c. etiam ſponte oblatum Epiſcopi, nec alij ordinum collatores, aut eorum Miniſtri quouis prætextu accipiant:* Ad quam pœnas iuris applicandas eſſe ex hac intelligentia cenſetur, ne Barboſa implicetur.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an hoc æque practicetur in Epiſcopo conferente, & in eius officialibus? & video quod Pater Villalobos *in ſumma parte* 2. *tract.* 37. *diff.* 20. *numero* 2. abſolutè dicit planè Epiſcopos ſimoniam committere, ſi aliquid temporale pro ordinando ſuſciperent, probans ex noſtro textu; ſic vt nulla conſuetudine iuuarentur; probans etiam *ex cap. cum in Eccleſ.* 9. *hoc titulo*, contra prauas conſuetudines in verbis ſequentibus loquens: *non attendentes, quod tantò ſunt grauiora crimina, quantò diutius infelicem animam tenuerunt alligatam:* addens non eſſe licitum Epiſcopis accipere pecuniam, cum candelis, quam conſuetudinem Trid. *in dicto cap. primo', ſeſſione vigeſima prima*, improbare videtur, non ſolum in Epiſcopis, verum, & in eorum Miniſtris in verbis ibi: *tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit contrarias taxas, & ſtatuta, & conſuetudines etiam immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniæ prauitati fauentes*, &c. tamen quia non omnino improbatur aliqua honeſta, & pia conſuetudo; tum ex dictis *ſub verſiculo ad primam*; tum ex dicendis *infrà in cap.* ad Apoſtolicam, & *in cap.* 19. *&* 14. & ex proximè 5

proximè *infrà* referendis, etſi ſolum in miniſtris non aſalariatis illa decima vnius auri permittatur, de qua *in dicto capit.* 1. Trident. *ſeſſ.* 21. ſic vt nec tam ſtrictè in iſtis, ac in Epiſcopis, talis etiam gratuita perceptio prohibeatur, adhuc leges hic aſſignata prolata enodatione.

6 Quæ quidem differentia ſatis colligitur ex eo *cap.* 1. Trident. *ſeſſ.* 21. etſi eos æquiparet textus noſter in illis verbis: *ſicut igitur non debet Epiſcopus manum, quam imponit, ita nec Miniſter, vel Notarius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere.* Plures enim perſonæ in his iuribus prohibentur, ſicut etiam *in dicto cap. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. ſed vt ibi ſcribit Barboſa *n.* 6. non eſt eadem ratio prohibendi in omnibus: etenim ait, Epiſcopi, & alij miniſtri cooperantes accipiendo temporalia pro ſpiritualibus, ſimoniam committunt, vel ſaltem committere creduntur, quia non gratis data, ſed exacta munera accipiebant, vt ex eo *cap.* conſtat, non ſic ſcribit in Notario rem ſe habere, cuius munus temporale eſt: indeque qui ad illum, non ſimonia, aut præſumpta iudicetur, ſed ſola ſit prohibitio humana, quæ diuerſis pœnis illum afficit (*vt infrà in verſ. ad vltimam* dicitur de illis;) & ob id in eo text. quia cum aliis Notarius inuolueretur, conſuetudo, quæ omnes immiſcebat, erat vt reprobaretur: ita Barboſa.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, quid vbi honeſta, & pia ratio vrget? in quo articulo videtur dicendum, vt quotieſcumque in aliquo actu, vbi honeſta dandi, & recipiendi cauſa vrget, temporalia dantur ſpiritualium Miniſtris ex data, & recepta, iudicandum ſit: nam ſi tenemur in dubio mali præſumptionem euitare, & bonum credere, multo magis in his caſibus cogemur iudicare homines honeſtos, & fideles ex illa honeſta cauſa dediſſe, quæ in eo actu repetitur; nec non putare fas eſt, eum, qui ſanctè dare potuit, & recipere nefarie, tanquam pretium dediſſe, & recepiſſe, niſi contrarium euidenter appareat, cumque honeſtæ dicantur cauſæ dandi. & recipiendi *eleemoſyna, pia oblatio, ſtipendium ſuſtentationis, merces laboris accidentalis & oblationis ſuſceptæ, lex iuſta, conſuetudo rationabilis, & præſcripta:* potuerunt quidem hanc doctrinam, vt ſanam ſtabilire, Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *c.* 3. *q.* 6. Valent. *tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 16. *puncto* 3. Bonacina *variar. tractation. tract.* 1. *de ſimonia quæſt.* 6. *puncto* 2. in ſpecie probantes de eleemoſyno, & oblatione *in cap. placuit el* 2. *cap. dictum* 1. *qu.* 1. *& ex capit. dilectus* 30. *hoc tit.* ſtipendio, & ſuſtentatione *ex capit. penul. eadem cauſa, & quæſt. cap. cum ſecundum de Præbend.* De conſuetudine inquam DD. Canoniſtæ *ex dicto cap. ad Apoſtolicam hoc tit.* vbi dicetur in effectu Theologi cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 2. *&* 3. *& in* 4. *dict.* 25. Scotus *lib.* 9. *de iuſt. quæſt.* 6. *artic.* 1. *cum ſequentibus*, Nauarr. *in man. cap.* 23. *num.* 100. Barboſa cum Azor. Bonacina, & aliis *in dicto cap. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. *num.* 10. Viguer. *de inſtit. cap.* 5. §. 6. *verſ.* 9. *col.* 3.

Ad quartam quæſtionis partem, an in 8 dubio ſuper donatione gratuita; *& ex dictis num. præced.* ſine difficultate affirmandum videtur: nam ſi non apparet, an velut pretium, an ex cauſa honeſta datum ſit temporale miniſtro ſpirituali, ſi cauſa honeſta aliqua in eo actu repetitur, ex illa præſumendum eſſe temporalia fuiſſe data, aut recepta, non vero per ſimoniam, quin imò, etiamſi iuſta cauſa dandi, aut recipiendi, in eo actu non recipiatur; quia lex ſcilicet prohibet omnem receptionem temporalium, etiam à ſponte offerente; prout *in cap.* 1. §. *penult. de cenſib. lib.* 6. † Tamen ſi 9 adhuc, aut grauior, aut leuior in eo actu culpa dati poteſt, ſemper ſit leuior iudicanda, etiam quoad pœnas, vt minor imponatur: nam quemadmodum in dubio bonum eſt iudicandum, ſic & eodem præcepto tenebimur minorem culpam credere, vt obſeruant Bald. *in l. vltima num.* 17. *ff. de ad. action.* Alciatus *reg.* 3. *præſump.* 6. *per textum in l. præſes, ff. de pœnis.*

Erit tamen res in dubio, non ſolum 10 quando aperte rei quid certum ſit, non apparet & ex vtrinque æquales extant coniecturæ, ſed etiam quando lex humana in eo dubio nihil definit: nam ſi definiat, iudicans in eo actu ſimoniam, id in foro exteriori iudicandum eſt, quamuis à parte rei, res videatur dubia eſſe, quotieſcumque enim lex diffinitiuè præſumit malum, iam quoad forum exterius res deſinit eſſe dubia, cum ſit credendum dari pro lege ſufficientes mali coniecturas; atque ideo concludit Barboſa *in dicto cap. ſicut Epiſcopum*, aut veram ſimoniam iudicari poſſe, ſaltem prohibitam iure humano prout ſit in Concilio Trident. *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

Ad quintam quæſtionis partem, dato in- 11 quam, quod iuxta dicta *hic in verſ. ad tertiam, & verſ. ad quartam*, nulla cauſa honeſta, aut coniecturæ ex prædictis darentur; iam eſt, vt ad aliam inquiſitionem porrigatur conſideratio: igitur, vt tunc inſpiciatur,

ciatur, an datio pro ſpiritualibus gratioſa ſit necne recepta, tunc deueniatur ad quærendum ſuper quantitate rei datæ, item ſuper qualitate perſonarum, & ſuper temporis circunſtantia, vt ex eis, aut liberalis, & pia donatio, aut praua commutatio iudicetur: ita diſcutrit Barboſa *in dicto cap. ſicut Epiſcopum num.* 15. vbi de quantitate rei donatæ dicit eam imprimis eſſe conſiderandam, quia ſi magna ſit, itavt liberalis finem videatur excedere, non ſit donatio præſumenda *argum. textus in l. cum de indebito ff. de prob. cap. ſuper hoc 5. de renunciat.* cum his, quæ congerit Tyraquell. *in l. ſi vnquam verb. donatione largitur à n.*206. *Cod. de reuocandis donationibus.*

12 Qualitatem perſonæ conſiderauit Barboſa *vbi ſuprà*, & benè: nam ſi conſideramus diſpoſitionem capituli de multa, prohibentem multiplicitatem beneficiorum, illam in nobilibus admittit, dicendum aliter cum illis, & litteratis *in verſ. circa ſublimes.* Etenim conſiderata qualitate perſonæ, quantitas data, aut liberalis donatio, aut è contrario iudicabitur cum perſonæ dignitas, nobilitas, & diuitiæ in cauſa ſint, vt maiora munera gratis data præſumantur: *argum. textus in cap.* 1. *de donat.* Bald. *in l. aduerſus in fine, Cod. mandati*: latè Bulla *de decim. tutor. capit.* 9. *numero* 7. Tyraquell. *de nobilit. capit.* 29. *num.* 37. Azeued. *in l.*21. *num.* 5. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recopil.* docentes rectè ex nobilitate, & dignitate perſonæ donationem præſumi.

13 Quare iuxta textum *in dicto cap. etſi quæſtiones* 18. vbi parua res data ſaluatur à ſimonia, & paruam dixit rem fuiſſe dationem cuiuſdam equi per quemdam nobilem factam certo Principi Cardinali, non parturiiſſe ſimoniam. Primò, quia qui dedit erat nobilis, & diues, qui & equum daret gratis Cardinali, & abſque vlla petitione. Item quia elargitus fuit tempore neceſſitatis; & ob id fuiſſe plus credibile illum donaſſe Cardinali, vt ei gratus fieret. Item quia illa datio vnius equi, non erat ſufficiens ad mouendum Cardinalem: concludens Pontifex ibi, in verbis ſequentibus: *non tamen Eccleſia Romana interpretari conſueuit in his delinquere, vel donantem*: & Villalobos *in ſumma p.* 2. *tractat.* 37. *diff.* 16. ſic tenendo ad illum textum, dicit in foro exteriori eſſe attendendam perſonam dantis, & accipientis, ad quantitatem; item & ad occaſionem, vt valeat, aut non, ſimonia præſumi.

14 Quare Barboſa *in dicto capit. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. *ſub dicto num.* 15. *verſ. tandem,* tandem poſuit temporis circunſtantiam, quam cum Villalobos voco occaſionem videlicet, an data ſit res temporalis ante traditionem rei ſpiritualis, vel in ipſa traditione rei ſpiritualis, vel poſt, dicens huiuſmodi circunſtantiam prodeſſe, ad coniiciendum, an res temporalis liberaliter tradatur, licet non ſit ex ſe ſufficiens ad iudicium firmiter ferendum, nec æque iubet ad præſumendum; quia ſi res temporalis datur, dum res ſpiritualis conferatur, inducit aliquam ſuſpicionem commutationis, ſeu recompenſationis pro re ſpirituali; ob idque *in cap. emendari* 1. *q.* 1. ſtatutum eſſe, vt qui baptizantur nummos in Concham non mittant, vt fieri ſolebat, ne Sacerdos quod gratis accipit, pretio diſtrahere videatur, quod ex tempore poſſe licitum eſſe ſcribit Barboſa *ſuprà*, velut ſi ſpiritualium miniſtri indigeant temporalibus, quæ non poſſunt pretio comparare, ſcilicet ob loca ſterilia, vbi neceſſaria quocumque pretio obtineri non valent; tunc enim ait ſecundùm DD. ad textum *in dicto cap.* etſi quæſtiones 18. *hoc tit.* quidquid illis donatum fuerit, piam donationem merito iudicari.

Et ſic infertur ad intellectum *dicti* 15
cap. etſi quæſtiones in eo non dici paruam pecuniam minimè ſufficere ad ſimoniam, ſi pro pretio detur rei ſpiritualis; ſed ex illo probari, vt quando datur paruum munus, nec conſtat datum eſſe pro pretio, tunc non præſumi tali intentione datum; præſertim, quando aliæ circunſtantiæ, non iuuant ad præſumptionem; & ideo in foro exteriori non reputari ſimoniacum qui parua munuſcula offert Prælatis, Fr. Eman. Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 2. *quæſt.* 47. *artic.* 3. *ad finem*: vnde dixit Bonacina *de ſimonia qu.* 3. quod vt plurimum paruitas pretij excuſare ſolet à ſimonia, quia modicum non ſolet dari pro pretio rei ſpiritualis, ſed cauſa beneuolentiæ, vel titulo gratitudinis, & quod aliter ſimonia ratione ſpiritualis materiæ, non poteſt eſſe veniale peccatum, vt per Vgolinum *de ſimonia tab.* 1. *cap.* 16. *& cap.* 54. *numero* 3. Suarez *de relig. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Filliuc. *tom.* 3. *tractat.* 45. *capit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 13.
† argum. *dicti cap. etſi quæſtiones*, Tyraquell. 16
in tractat. de iudic. in rebus exiguis verſ. 82. quod licet iudex ab omnibus omnino muneribus abſtinere debeat, vt cum omni puritate iudicum, illius procedat; non tamen prohiberi accipere modica quædam talia ſcilicet, quæ iudicantis animum non immutent iuxta quæ latiſſimè dico per textum

textum *in cap. cum ab omni* 10. *de vita, & honeſt.cleric.* & ſic nec ſimoniam, niſi conſtet datam fuiſſe pro pretio rei ſpiritualis; quia tunc vt dixi *ſuprà ſub princ. Rubricæ,* maior fieret iniuria rei ſpiritualis: ſic intelligendos eſſe Barboſam *in dicto cap. etſi quæſtiones num.* 3. Buratt. *in deciſ.* 445. *num.* 3. vbi eius additionator, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 166. *&* 219. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep.Neapol. deciſ.*208. *à num.* 6. Suarez *de relig. tom.* 1. *tract. de ſimonia, lib.* 3. *à num.* 4. *dubio* 5. qui dum dicit *cap.* 38. *num.* 2. *in dicto capit. etſi quæſtiones,* non dici paruam pecuniam minimè ſufficere ad ſimoniam, fatetur quidem, vt ſi ea daretur pro pretio rei ſpiritualis, illa committeretur propter tantam irreuerentiam, quæ rei ſpiritualis fieri intenderetur cum parua re temporali pro pretio rei ſpiritualis data, vt conſiderauerunt D.Th. *in* 4. *deciſ.* 25. *quæſt.* 3. 1. Nauarr. *conſ.* 52. *num.* 1. *&* 3. *hoc titul. lib.* 5. Villalobos *dicta p.* 2. *ſumma tract.* 37. *diff.* 16. *num.* 2. vbi & addit ita audaces eſſe aliquos homines ignobiles, qui cum rebus admodum paruis ſe ſubornari ſinunt.

17 Omnibus relatis circumſtantiis, quantitatis, de qua dixit Barboſa *in dicto cap. etſi quæſtiones numero ſecundo* ex doctrina Gomezij *tomo ſecundo, variar. capite quarto, numero quinto in fine, & in l.* 45. *Tauri num.* 59. *in verſ. forte donaret,* hæc verba notari, ad hoc quod donatio præſumitur, ſi quantitas ſimpliciter data ſit parua, & tradens erat diues, accipiens pauper, vel coniuncta perſona, qualitatis perſonæ; item & temporis, etiam addendam eſſe conſanguinitatem, & antiquam amicitiam propter quas *à numero primo,* vnam ex illis optimam eſſe coniecturam donationis, iuxta tradita per DD. *in capit. requiſiti, de teſtament.* dixerunt Alciatus *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 32. quas etiam addit Barboſa *in dicto capit. ſicut Epiſcopum dicto numero* 15. *in fine,* & probant concluſionem, Bonacina *de ſimonia dicta quæſtione prima, §. ſecundo, verſ. tertium,* Filliucius *dicto tractat.* 45. *quæſtione tertia, numero quarto & quinto,* Suarez *tomo primo de relig. libro quarto, capite trigeſimo ſexto, numero octauo.* Et cum his finitur textus hic.

AD TEXTVM

In Cap. Qui alium II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Simoniam quis committit recipiendo pecuniam, vt aliquem de Eccleſia ordinatum ab ea deponat. Et quod pluribus pœnis valet puniri, num.* 3.
2. *Peccatum duplex vna pœna puniri valet.*
4. *Spoliari valet de facto, & abſque citatione ille, qui de facto, & ab Eccleſia expellit per Epiſcopum, ſi notoriè conſtat de ſpolio, alias citatio requiratur, num.* 5.
6. *Spoliatus de facto, de facto eſt reſtituendus.*
7. *Tenuta ſine iuſto titulo, aut cognitione iudicis eſt repellenda.*

1 VERBA textus hic ad vexationem pertinent, nempe deponendo illum, qui de Eccleſia alium ordinatum per pecuniam expulerit, eamque taliter vindicauerit. Deſumitur quidem ex Concilio Moguntino ſub Rauano Archiepiſcopo, *cap.* 12. vt refertur à Burchar. *lib.* 3. *decretor. capit.* 110. ab Antonio Auguſtin. *collect.* 1. *decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2. & Ioan. *p.* 3. *cap.* 86. multos ex ordinariis hic refert Barboſa, & Gloſſa *hic in verbo expulerit,* notat dupliciter peccare, in dando ſcilicet pecuniam, & quia locum viuentis occupat *ex text. in capit. nemo hic, & in cap. cum* 7. *quæſt.* 1. *& in cap.* 1. *ſuprà de conceſſ.* Præbendæ, & inſuper notat ſub principio gloſſator ex hoc text. colligi quod aliquis tantum punitur pro duplici peccato, quantum pro ſimplici, cum & hic ſpoliauerit, & commiſerit ſimoniam.

2 Quare pro plena tractatione de duplici peccato vna pœna punitio qualiter valeat intelligi; adiunges quod dixi *ſuprà in cap. de his* 6. *de accuſation.* & alibi de duplci pœna, & quatenus de beneficiato ſpoliato adiunges plura, quæ dixi *ſub cap. ex litteris* 5. & alibi *de reſtit. ſpoliat.* & quæ notaui *ſupra de accuſat. in cap. accedens* 23.

3 Et quia ex hoc delicto venit deponendus alterum eiiciens à beneficio, etſi de ſola pœna hac hic exprimatur, data inquam ſimonia, non videtur ex qua cauſa effugiet, alias inquam pœnas per canones, & conſtitutio

ſtitutiones impoſitas contra ſimoniacos, de quibus diximus non pauca *ſupra ſub noſtra Rub. & ſub cap.* 1. *hic*, & in genere dicimus *infra in cap.*17. *& in cap.fin.hoc titulo.* Et quatenus ad vexationem attinet, poſſunt applicari *infrà* dicenda *in capit. dilectus* 28. *hoc tit.*

4 Vnde ad propoſitum hic poteſt adiici reſolutio ſequens, nempe quod ſi quis notorie tenet iniuſte Eccleſiam, non ſit neceſſarium, vt Epiſcopus hunc citet, aut vocet in iudicium; eo quod poſſit illum de facto ſpoliare, quatenus de facto ſe inieciт, ad doctrinam Panormit. *in capit. quia clerici de iurepatronat.* cuius doctrinam multum commendat Felin. *in capit. qualiter el* 1. *de accuſat.* Hypolit. *ſing.* 195. Bernard. Diez *in ſuis doctrinis magiſtralibus, doctrina* 6. incipiente; *factum de facto*: Marſilius *in l. Patre, vel marito, numero* 58. *ff. de quæſtion.* † Et quia contrarium multi tenuere dicendo, quod in notoriis, neceſſaria ſit citatio, quorum principalis eſt

5 Bartol. *in l. ſcriptus ff. de religioſis, & ſumptibus funer.* Guido Papa *in ſing.* 419. §. *an in notorio.* Ideo videtur in propoſito diſtinguendum, videlicet quod quando conſtat notoriè, citandum, defenſionem non habere, citatio non requiritur, ſed quando non ita notoriè conſtat, ſemper citatio neceſſaria ſit, cum infinitis Gratian. *reg.*63. *ex num.* 8. *&* 9. quos non referimus; eo quod de hac citatione neceſſaria, vel non in notoriis delinquentibus plenè ſupra dictum, *in cap. euidentia* 9. *de accuſat.*

6 Et ſic facit alia doctrina generalis, de qua plenè diximus *in cap. conquerente de reſtitut. ſpoliat.* & alibi *in eo tit.* nempe quod quando quis de facto eſt ſpoliatus, tum etiam de facto ſit reſtituendus: nam ea, quæ de facto ſunt, itidem de facto ſunt reuocanda, Hypolitus *in l.* 1. *ff. de quaſt. in princip. numero* 31. Coſetus, *in verbo ſententia in ſuis ſingul.* Hoſtienſis *in ſumma de reſtit. ſpoliat.* §. *quando facienda*, Decius *in l. fin. Cod. de edicto D. Adrian. toll. num.* 37.

7 † Alia de tenuta ſine iuſto titulo, aut cognitione iudicis repellenda cum Baldo, Romano, Tyraquello, Iaſone, Marſilio, & aliis dicit idem Gratian. *dict. reg.* 63. *num.* 12. *&* 13. *per gloſſam in l. ſi minor ff. de euiction.*

AD TEXTVM

In Cap. Si Dominus III. & Cap. Tanta VII. Cap. Dilectus XXX. Cap. Licet Hely XXXI. Cap. Per tuas XXXII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Simoniæ probatio per quas perſonas?* remiſſiuè.

IN his omnibus iuribus agitur de modis probandi ſimoniam, & quæ perſonæ ad eam probandam admittantur, etiam contra perſonas Religioſas. Quare ad hoc ſic generaliter ſumptum, viſum nobis eſt, vt applicentur dicta *in cap. quoties* 5. *cap. teſtimonium de teſtibus*; & quæ inſuper dicta ſunt, & notata *in cap. repellantur* 7. *de accuſat.* vbi de teſtibus inimicis, & de cohabitantibus cum illis, *& in cap. meminimus* 13. *& in capit. cum dilectus* 20. vbi quod à denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus, & conſpirator, &c. & licet ex annotatis in dictis iuribus quoad probandam ſimoniam, plenè pro probanda ſimonia ſufficerent addendo, quod illa, quia difficilis eſt probationis, etiam per coniecturas probabiles, & vehementes probetur, vt dixi *ſub Rubr. & ſub cap.* 1. *hoc tit.* tamen nonnulla in ſpecie adducemus: vide *ſuprà in Rubr. de probatione ſimoniæ confidentialis*, & quibus coniecturis, & teſtibus, *quæſt.* 2. *verſ. ad primam ſub verſ.* ad quatenus. 1

QVÆSTIO I.

An quilibet Catholicus ad ſimoniam probandam admittatur, etiam laïcus contra clericum, & fœmina? An ſeruus, meretrix, & criminoſus? Et an teſtes inimici capitales, vel non, etiam ſi ſint reconciliati? Et numquid ſufficienter per coniecturas ſimonia probetur?

SVMMA

S. V M M A R I V M.

1. *Simonia in occulto inter paſciſcentes ſolet celebrari.*
2. *Simoniæ probatio fit per quoſlibet Catholicos, etiam laicos aduerſus clericum, & fœminam, quia ſimonia eſt magnum crimen, & difficilis probationis, vt num.3. etiam ſerui in Dominos, & Meretrices, & criminoſi, vt num.4. admittuntur.*
5. *Inimici non admittuntur ad ſimoniam probandam ſi ſint capitales, nec retro. Et quare criminoſi admittantur?*
6. *Coniectura ad probandam ſimoniam & ſigna ſufficiunt, ſi concludenter probentur.*

1 HÆ omnes difficultates, eo quòd ex aliis aſſignatis valent intelligi non longè agentur; ſed tantum laconicè, quatenus probationis facultas contra ſimoniacos patere valeat. Igitur quoad materiam dicti noſtri textus, & primam partem difficultatis reſpondetur, quod cùm ſimonia ſit difficilis probationis; eo quod in occulto inter paſciſcentes ſolet celebrari, vt *ſuprà ſub Rubrica, & cap.* 1. notatum eſt, ac docent Menochius *de arbitr. caſu* 116. *n.*12. *& conſ.* 67. *num.*7. Tamburin. *de iure Abbat.*
2 *tom.* 1. *diſput.* 20. *quæſt.* 5. *num.* 12. † ad illius probationem quemlibet Catholicum admittendum fore, in tantum, vt etiam Laïcus aduersùs Clericum, non obſtante quod à nobis latè dictum ſit, laïcum in criminalibus teſtem eſſe non poſſe contra clericum, de quo latè *in cap. de cætero* 16. *de teſtibus quæſt.* 1. vbi etiam actum eſt de illa quæſtione: *An laïcus in criminalibus poſſit accuſare clericum non infamatum?* & in terminis Maſcard. *de prob. concluſione* 962. *num.* 11. Barboſa *in textu noſtro num.* 3. Imò & fœmina quantumuis obſtent multa, quæ adduxi *in cap. ſuper eo* 22. *de teſtibus quæſt.* 4. *fin.* vbi actum eſt de illa quæſtione: *An mulier poſſit eſſe teſtis in cauſis matrimonialibus? Et quid in aliis, & quæſt.* 1. *&* 3. vbi: *An mater ſit teſtis idoneus, vbi vir excedit in vno, & mulier in alio?* & *ſub cap. tam litteris* 32. *de teſtibus quæſt.* 3. *An mulieres admittantur in teſtes ad teſtificandum vtcumque?* Et *an ipſe, aut viri, vt teſtes ſingulares probent plenè indicem ſubornatum?* Alia notaui *in cap. repellantur de accuſat.* & in terminis hic propter
3 adductam, rationem † eo quòd ſit ſimonia magnum crimen, & difficilis probationis, vt relatum eſt *ſub Rubr. & dicto cap.* 1. in terminis, vt fœmina poſſit eſſe teſtis contra ſimoniacos, probant Dueñas *reg.* 315. *limitat.* 3. Martin. del Rio *diſquiſit. magicar. lib.* 5. *quæſt.* 12. Bajardus ad Clarum *quæſt.* 24. *num.* 11. *& quæſt.* 14. *§. fin. num.* 41. vtrobique Barboſa hic, *& in cap. tanta n.* 5. *&* 6.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ad- 4
mittantur meretrix, ſeruus, & criminoſus? in ſpecie probant verba textus *in dicto capit. tanta* 7. *hoc tit.* quia cum tanta ſit illius criminis labes, *vt omnis peccator miſſam cantare poſſit præter ſimoniacum*, vt ſunt verba illius textus: indè iuſtè ſeruos aduerſus Dominos, & quoslibet criminoſos; item & meretricem ad accuſandum de hoc crimine dixit Pontifex Deodatus *in dicto cap. tanta*, vt de ſeruo aduerſus Dominum, ſicut de Monacho aduerſus Abbatem dixi *in capit. ex parte tua* 11. *& in cap. fin. de accuſat.* per rationem ibi adductam; item & teſtis criminoſus admittitur, quantumuis repellatur *in cap. teſtimonium* 84. *de teſtibus*, vbi latiſſimè dixi de criminoſo admittendo, aut repellendo à teſtificando, quod idem de meretrice probat Pontifex ibi *in fine*, cuius rei ea quidem ratio eſt, quia propter criminis grauitatem iura tranſgrediuntur, vt dixit Tyraquell. *de pœn. temper. cap.* 49. *n.* 20. vbi *num.* 23. & citat illum textum ibi Barboſa.

Ad tertiam quæſtionis partem, an te- 5
ſtes inimici capitales, vel non? quin de iſtis longe dictum eſt *in dicto cap. quoties* 5. *de teſtibus*; item & de illis, *& in cap. repellantur de accuſat.* vbi quod non admittuntur, niſi inimicitia capitalis non fuerit, & reconciliatio præceſſerit à tempore retro, non recenter, ac in terminis de ſimonia ſit textus capitalis *in dicto capit. per tuas* 32. & ratio quare cæteri criminoſi, & inhabiles admittantur in hoc crimine ſimoniæ, & in aliis maioribus priuilegiatis, & exceptis, præter adducta *ſub dicto cap. teſtimonium, & dicto cap.* repellantur, ex eo inquam contingit, vt nec hoc crimine ſimoniæ non admittantur inimici, nec alij de inimicitia capitali ſuſpecti, quales etiam poſſunt dici cohabitantes cum inimicis, vt dictum eſt per textum ibi, *in dicto cap. repellantur de accuſationibus*, eſt, quia ex odio venirent ad teſtificandum qui contra veritatem dicti præſumentur, vt eſt ratio dicti *cap. per tuas*, vbi cum Hypolito, del Rio, Farinacio, Felin. Gram. Oſaſco, & Maſcardo aduertit, & aliis ex antiquis, Barboſa *in dicto cap. per tuas num.* 1. 2. *&* 3.

Ad quartam quæſtionis partem, num- 6
quid ſufficienter per coniecturas probetur ſimonia? quia iam dixi probari, & per præ-

ſumptiones vehementes, ſi legitimæ inquam ſint; eo quod hoc crimen eſt difficilis probationis *in Rubr. n. 6.* vbi quod ſignis etiam probetur, & *ſub q. 1. cap. 1.* hic, & alibi; ideo breuiter repetendo, ita dico cum Barboſa *in text. noſtro ſub numero* 4. cum Butrio *in cap. ſicut infrà 6.* vbi Abbas *num.* 3. Ayman. *conſ.* 122. *num.* 7. Claro *in §. ſimonia num.* 11. Flaminio Pariſio *de reſign. lib.* 14. *q.* 8. Seraphino *decis.* 129. *num.* 2. Caualerio *deciſ.* 352. *n.* 3. Rota *in Balucorigien. ſimoniæ* 17. *Maij* 1624. *coram Coccino Decano*; dum tamen dicta ſigna, coniecturæ, & præſumptiones concludenter probentur, ſintque adeo vrgentes, quod reum de hoc crimine conuincant.

QVÆSTIO II.

An contractus ſimoniacus probari valeat per criminis ſocios? Et an ſi per ſuam confeſſionem conſtaret de tali ſocietate admitteretur, non ſolum in hoc crimine, verum, & alio quolibet non exceptuato, aut ſaltim ſi de crimine ageretur ciuiliter? An Iudæi ſeu infideles poſſint admitti ad hoc crimen probandum? Et an ſimonia ad effectum probationis, ſit plenè probanda? Et quomodo ſcientia probetur ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1. *Probatio delictorum debet eſſe clarior luce meridiana, teſteſque debent concludere neceſſario, non contingenter.*
2. *Socius cum agitur de re communi, nequit eſſe teſtis.*
3. *Socius poteſt eſſe teſtis in crimine ſimoniæ, & de ratione.*
4. *Mediatores ſimoniæ poſſunt eſſe teſtes in eo crimine.*
5. *Hæreſis crimen valet probari per coniecturas, & per criminis ſocios.*
6. *Probari valent quæ conſiſtunt in animo per coniecturas, & præſumptiones; & ſic ſimonia, etſi ſit confidentialis, vt n. 7.*
8. *Simonia per quatuor alios modos extra poſitos in iure, valet probari ex extrauag. Pij IV. & Pij V quoad forum externum, in quo iudicatur per præſumptiones, & argumenta.*
9. *Socij criminis ſimoniæ teſtes eſſe non poſſunt, etſi nihil receperint, ſi eis fuiſſet promiſſum, etſi etiam ciuiliter ageretur, & n. 10. vide num.* 11.
11. *Socius criminis ciuiliter intentati admittitur vt teſtis, vide n.* 12.
12. *Socius criminis, etiam in aliis criminibus grauiſſimis exceptuatis admittitur teſtis, vt conſpiratione in Papam, aut Principem, falſa moneta, aſſaſſinatu, & hæreſi.*
13. *Iudæi, quando admittuntur teſtificare contra ſimoniacos,* remiſſiuè.
14. *Simonia ad effectum probationis, quali ſcientia probetur?* remiſſiuè.

AD primam quæſtionis partem, quia 1
plenè admodum dixi de teſtibus complicibus, & ſociis criminis admittendis, vel non *in cap. venerabilis* 11 *de teſtib. cogend. q.* 1. *&* 2. quare, etſi delictorum probatio debeat eſſe clarior luce meridiana *ex text. in l. ſciant cuncti, Cod. de probat. l. neque natales eodem, l. nam hoc Cod.* vnde legitimi, *l.* 12. *tit.* 14. *p.* 3. teſteſque debeant concludere de neceſſario, non de contingenti, *cap. in præſentia, §. fin. de probat.* & ſocius criminis non ſit omni exceptione maior, videaturque, vt nec concludenter, nec pro ſocio, nec contra ſocium poſſit deponere, ſic nec vt eius teſtificatio plenam inducat probationem *ex l. quoniam, Cod. de teſtibus, l. ſicuti Cod. de quæſt. l. fin. Cod. de accuſat. l.* 1. *§. cum latrones, ff. de quæſt. l. ſi filium in fine, ff. de liberali cauſa, cap. veniens, el* 1. *de teſtibus cap. perſonas, eodem tit.* vbi notaui, *cap.* 1. *de confeſſ. cap. nemini* 15. *quæſt.* 3. *l.* 21. *tit.* 1. 6 *p.* 3. itavt procedat, nedum in cauſis criminalibus, verum, & in ciuilibus in quibus ſocius cum agitur de re
communi non poteſt eſſe teſtis ex Bart. & 2
DD. *in dicta l. quoniam liberi, Cod. de teſtib.* Abbas *in cap. inſuper eodem tit.* Menoch. *de arbitr. caſu* 474. *num.* 1. vbi quod nec in criminalibus ſatius, ſicuti Anton. Gomez. Clar. Burſatus, Rolandus, Decian. Peguera, Pariſ. Natta. Corneus, Cephal. Decius, Boërius, & alij relati à Ceuallôs *in pract. q.* 280. à Maſcardo *de probation. concluſ.* 1312. cum aliis.

Tamen etſi hæc concluſio certa ſit, de 3
qua dixi etiam *ſub tit. de accuſat.* & ibi *ſub cap. euidentia*, notaui: tamen *ex noſtro dict. cap. santa*, & aliis adductis hic *ſub quæſt.* 1. aliter dicendum eſt ex ea ratione fundamentali, quia vt *ibi, & in Rubrica, ac cap.* 1. *hic*, ſimonia ſit de criminibus, quæ occultè ſolent committi, Maſcard. *concluſ.* 1035. *num.* 11. *cum aliis*; inde eſt vt in ea probanda leuiores ſufficiant probationes, vt *in dicto cap. per tuas, hoc tit. cap.* 1. *de teſtib. lib.* 6.
† vbi Geminianus dicit ſpeciale eſſe in 4
hoc

hoc caſu, vt mediatores ſcilicet admittantur in teſtes propter criminis atrocitatem & ex eo etiam, quia crimen ſimoniæ dicitur hæreſis, vel ſaltim æquiparatur ipſi hæreſis ſceleri, *vt in cap. quoties, cap. 1. de teſtibus lib. 6.* vbi notat gloſſa *fin.* vbi DD. & nos diximus *ſub dicta Rubrica, & ſub di-*
5 *cto capit. 1.* † Ergo quemadmodum in crimine hæreſis proceditur per coniecturas, præſumptiones, & veriſimiles probationes, vt copioſè tradit Maſcardus *de probat.* cum pluribus, *concluſ.* 661. ſic, & in crimine ſimoniæ, vt iam diximus *in Rubrica, & dicto capit.* & hic *quaſt. 1. verſ. ad quartam*, & ſic per criminis ſocios, vt cum multis probat idem Ceuallos legendus *ex n. 6.* qui *num.* 12. ponderat ad hoc verba *leg.* 11. *tit.* 17. *p.* 2. ibi: *E deſpues que el Obiſpo que lo vbieſe de iuzgar, ſupieſe ciertamente que tal pecado abia fecho, puedelo deponer*; Interpretando verbum illud, *ciertamente*, non per plenas probationes, ſed per argumenta, coniecturas, per liquidiſſimas præſumptiones, & etiam per teſtes huius criminis ſocios: ita in terminis etiam noſtri dubij probant gloſſa *in dicta lege Regia, verb. mediatores*, Geminian. Ancharran. Franc. & alij *in dicto cap. 1. de teſtibus l. 6.* Gregor. Lopez *in dicta l. Regia*, Ruinus *conſ.* 158. *num.* 3. *vol.* 5. Boërius *deciſione* 319. *numero* 2. Redoan. *in tract. de ſimonia p. 4. cap. 9. num.* 15. & 18. Flamin. *lib. 14. de reſign. benef. quaſt.* 10. *numero* 9.

6 Et hanc opinionem veram eſſe, à qua in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe dicit Ceuallos *dicta quaſt.* 180. *ex num.* 15. ex eo etiam, cum ea, quæ in animo conſiſtunt, & occulta fiunt, probentur, & cognoſcantur per præſumptiones facti, vel verbis, talémque animum præſumi, qualia ſunt verba, aut facta, *l. is, qui §. Diuus ff. de tutor. & curator. datis ab his, l. labeo, ff. de ſupellectili legata, l. reprehendenda, Cod. de inſtit. & ſubſtitution. l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicariis*; & cùm hoc delictum ſimoniæ ſecretè, & occultè, imò, & intrinſecè committatur, & perpetretur per actus intrinſecos, & minus concludentes, debebit probari per textum *in l. fin. in fine, ff. de diuort. l. quidam in ſuo ff. de condit. inſtit. §. ſeruus inſtit. de rerum diuiſ.* Redoan. *ſupra capit. 1. num.* 9. Maſcard. *concluſ.* 94. cum aliis *de probat.* qui, & *concluſ.* 1306. *per totam*, poſuit multos modos, & circunſtantias probandi ſimoniam; ſicque ad inueſtigandum, & coniecturandum animum, & prauam mentem committendi ſimoniam, nos debere profectò circunſtantias actus, & coniecturas inſpicere, & ſecundum eas iudicare, vt *in cap. etſi quaſtione* 18. *hoc tit.* de quo dixi *in cap. 1. quaſt. fin. in fine.*

Et confirmatur ex extrauag. Pij IV. & 7
Pij V. anni 1569. Kalend. Iunij, de qua iam dixi *ſub Rubr. quaſt.* 2. quatenus ponit formam, & modum probandi ſimoniæ ſpeciem in confidentia beneficiorum in verbis ſequentibus loquitur: *Teſtes autem de quaque re ſingulares probare valeant præſumptiones, & coniecturas, pluresque huiuſmodi præſumptiones, & coniectura, plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminoſi, & cæteri omnes, qui ad prohibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt ad prædicta omnia admittentur*, ad cuius conſtitutionis litteram duodecim declarationes refert Nauarr. *in man. capit.* 23. *numero* 110. & *conſ. 27. hoc titulo lib. 5. & in tit. de renunc. conſ.* 1. Maſcard. *concluſione* 1307. *ex num.* 15. & 24. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 9. numero* 2. vbi refert coniecturas probandi confidentiam in foro exteriori deductas *ex dictis extrauag.* Ioannes Gutierr. 2. *p. Canonic. capit.* 23. *num.* 78. cum aliis † dicens quòd 8
dictæ extrauagantes nihil de nouo prohibent, quod prius non fuiſſet prohibitum, & quod ſolum addunt quatuor modos præſumendi ſimoniam in foro exteriori, ſed non diſponunt per hoc fieri confidentiam, ſed quod cenſeatur, & præſumatur, quod intelligit Ceuallos *dicta quaſt.* 180. *à num.* 20. quoad forum ſcilicet exterius, in quo iudicatur per præſumptiones, & argumenta, vt *in cap. ſicut hoc tit. l. non omnes §. à Barbaris, ff. de re militari*, non in foro interiori, in quo ſola veritas inſpicitur, vt fuit de mente Nauarri, *tit. de ſimonia, conſ. 6. n. 8. & in man. c. 23. num.* 109. & 111. & hoc verum dicit Ceuallos, licet Maſcard. *ſuprà concluſione* 1037. *num. fin.* & Flamin. *tract. de confidentia capit. 13. & 26. & cap.* 27. contrarium teneat, in quos inſurgit Gutierr. *ſupra num. fin. dicto cap. 23. lib. 2. Canon.* de qua confidentia conſtituit exemplum *ibi numero* 78.

Hanc concluſionem certam quidem limitant, ſeu temperant alij, vt non procedat, 9
quando teſtis, non ſolùm eſt ſocius criminis, ſed etiam muneris, quia tunc non admittitur in crimine ſimoniæ, nec confidentiæ ex verbis *dicti cap. 1. de teſtibus* ibi: *Et emolumentum exinde non fuerint aſſecuti*, & ex *dicto cap. veniens el* 1. extra eadem ibi: *Et noſtram ſententiam commendamus eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine, idem contra eum teſtificare non poſſet*, & vtrobi-

que DD.Maſcard. *ſupra concluſ.*1311. *num.*26. Flamin. *de reſign. beneficior. lib.* 14. *num.* 28. dicens ita fuiſſe iudicatum *in Rota anno* 1532. idemque ipſe reſoluit *in tract. de confidentia quæſt.* 66. *num.* 22. vbi refert eandem deciſionem, & determinationem, quam in vtroque loco explicat, etiamſi teſtes ſocij criminis, & muneris nihil receperunt; dum tamen illis fecerit promiſſum, & Ceuallos *ſuprà dicta quæſt.* 280. *num.* 35. *&* 36. dicit fuiſſe de mente gloſſæ *in dicto capit.* 1. & pro hac opinione refert iudicatum fuiſſe; idem Flamin. *de confidentia beneficiorum n.*23. & ſic veriſſimum fore, cum in delictis voluntas conſumata pro facto reputatur iuxta textum *in l. ſi quis*, non dicam rapere
10 *Cod. de ſacroſanctiſ. Eccleſ.* † Quibus addo Riccium *collect.* 1715. *ad textum in dicto capit. per tuas* 32. *hoc titulo*, vbi videtur dicere ex pluribus deciſionibus Rotæ, ſocium criminis nec in ſimonia poſſe teſtem eſſe, ſed declarat, vt hic, quando nempe eſſent ſocij criminis, & muneris; tunc enim abſque dubio non admitti ait in confidentia, vti in ſimonia fuit deciſum *in Rota in vna Papinol. Parrochialis de Paterna* 13. *Iuly* 1552. *coram Fabio* expendens ad id *deciſion. Caputaq.* 244. *p.* 3. *deciſione* 47. Fab. *p.* 2. amplians, etiamſi ageretur de ſimonia ciuiliter cum Lanfranco *in deciſione* 199. & etiam, vt dictum eſt, ſi teſtes ſocij criminis, & muneris nihil receperunt, quia ſufficit eis fuiſſe promiſſum: ita Riccius cum Verallo *in deciſ.* 244. *p.* 2.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſi per ſuam confeſſionem conſtaret de tali ſocietate admitteretur non ſolùm in hoc crimine, verùm, & alio quolibet exceptuato, aut ſaltim ſi de crimine ageretur ciuiliter. Et quatenus ad hanc partem ſi ageretur ciuiliter, talem ſocium fore audiendum aduersùs ſocium, probat in affecta gloſſa *in cap. per tuas* 32. *hoc tit. in verbo ciuiliter*, Abbas *ibi num.* 8. Barboſa *numero* 4. Decius *in cap. quoniam in fine de teſtibus*, Ruin. *conſ.*105. *lib.*4. Menoch. *de arbitr. dicto caſu* 474. *n.*66. vt ſic non obſtent rationes relatæ *in l. fin. verſ. nemo Cod. de accuſ.* quia omnia ibi dicta proponuntur de crimine criminaliter intentato, non ſic ſi ciuiliter, in quo ſolum agitur de re familiari, & partis ſatisfactione, & ſic teſtimonium, hoc eſt reſponſio ſocij delinquentis facta in iudicio ciuili, reciperetur, & faceret probationem ad faciendam condemnationem; nihilominus tamen attento iure; talem effectum habere non poſſe in iudicio criminali aduerſus ſocium, contra quam recepta eſt, dixerunt Bartol. *in l.* 2. §. 1. *de vi bonor. receptor.* Felin. *in cap. at ſi Clerici num.* 11. vbi Decius *n.* 29. *de iudicijs*: multos refert Boſſius *in praxi tit. de plur. violent. num.* 43.

Per hoc inquam videntur deſtrui dicta de 12
crimine ſimoniæ, vbi certum eſt ſemper, præcipuè criminaliter agi: ergo videntur relata *ſupra qu.*1. *& hic à n.*1. admodum impugnati. Tamen reſpondetur, vt *ſuprà* nempe idem in crimine ſimoniæ ſocium criminis admitti ad accuſandum propter rationes *ſupra hic à n.*1. *& in dicta q.*1. *verſ. ad quartam*, manet reſolutum; & ſic licet in aliis criminibus minoribus criminoſus, & ſocius criminis non admittantur ad accuſandum, vel teſtificandum: attamen in hoc quia grauiſſimum, & horrendum, & quia ſecreto perpetratur, neceſſum eſt vt criminoſi, etiam ſocij admittantur. Nec putandum eſt hoc tantum ſpecialiter, fore practicandum in ſolo crimine ſimoniæ; quia cum ſint alia crimina, etiam in quibus præparatio fit occultè, & ſimiliter ſerpendo, & ſunt tantæ grauitatis, & magnitudinis mirum non eſt vt hæc doctrina de ſimoniæ probatione contingat in illis, quæ fuerint etiam atrociſſima, vt ſunt crimen conſpirationis contra Papam, Regem, vel Rempublicam, vt tradit Felin. *in cap fin. de confeſſ.* & in crimine falſæ monetæ, vt *in l.* 1. *Cod. de falſa moneta*, in crimine aſſaſſini, *in l.* 2. *ff. de cuſtodia reor. l. prouinciarum*, *Cod. de ſicariis cap.* 1. *de homicidio lib.* 2. de quo dixi latè *in alleg. fiſcal. p.* 2. *alleg.* 5. in probatione hæreſis, *cap. tanta de hæreticis*, *cap. ſi quis Papa diſt.* 79. *cap. quemquam Cod. de Epiſcopis*, *& Cleric.* vtrobique DD. & cum multis idem Ceuallos *dicta quæſt.* 280. *ſub num.* 12.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Iudæi, 13
ſeu infideles admittantur ad teſtificandum contra ſimoniacos, etiam in criminibus exceptis? reſolues ex his quæ latè dixi *in cap. Iudæi el.* 1. *de teſtibus*, *quæſt.* 1. *&* 2. vbi leges ad ſaturitatem.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſi- 14
monia ad effectum probationis ſit plenè probanda? & quomodo ſcientia probetur ad hunc effectum: quia ſatis reſpondetur ex dictis *ſupra hic quæſt.* 1. & alibi *dicta qu.*1. *verſ. ad quartam*, *& ſub Rubr. num.* 6. *& ſub cap.*1. *hoc tit.* & plenè, ac in ſpecie ego ſcripſerim *in dicto cap. veniens* 10. *hoc titul. tota quæſt.* 1. ideo nihil aliud repetimus, cum plenè ex ibi dictis comprehendatur hoc dubium. Et cum his finitur hæc repetitio.

A D

AD TEXTVM
In Cap. Accuſatum IV. & in Cap. Quotiens V.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de ſimonia, pendente accuſatione, prohibetur celebrare, & num. 2. præcedente diffamatione, vt numero 3. 4. & 5.*

2 *Ordinatus per ſimoniam prohibetur celebrare Miſſarum ſolemnia, donec veritas cognoſcatur.*

4 *Accuſatus de delicto commiſſo in officio, adminiſtratione, lite pendente, poteſt interdici, & num. 5.*

1 HÆc duo capita vnicam ſummationem habent, & tantum differunt in eo, nempe, quod *dict. cap. accuſatum*, loquitur in accuſatione, *dicti cap. quotiens*, 5. *in denunciatione*, & quod illud loquitur de ſimoniaco in genere, *dict. cap. 5. de ſimoniaco in ordine*, de quo plenè dictum eſt iam *ſub cap. 1. hic de ſimoniaco in genere:* aliqua *ſub Rubrica*, & plura *ſub Rubro*, & in quo differant proceſſus per accuſationem, aut denunciationem, plenè dictum eſt *in Rubrica & titulo, ſuprà de accuſat. in capit. qualiter, & quando vigeſimo quarto*, & in aliis iuribus ibi, & aliquid ſub eius Rubrica.

2 Et quia in his iuribus prohibetur, ne celebret accuſatus de ſimonia, pendente accuſatione, & ab adminiſtratione Diuinorum officiorum; & ſic etiam ordinato per ſimoniam, prohibeatur Miſſarum ſolemnia celebrare, donec veritas cognoſcatur; ſic vt videatur lite pendente priuari quaſi poſſeſſione officij, quando ſcilicet accuſatus erat infamatus de ſimonia, vt ſentit Corſetus, *in ſing. appell. t. in fine.* Barboſa cum multis, *in dictis iuribus*, vbi poſt Hoſtienſem, hic *in dicto cap. 4. num. 2.* & Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. titulo de diſciplina Clericali*, §. 10. *num. 38.* idem dicit de accuſato, ſeu infamato de aliis delictis, pendente infamia, ſeu accuſatione. † Quare cum hac occaſione poſſent pleraque tractari de ratione, quare pendente iudicio nihil ſit innouandum, ad ea, quæ dixi late ſub titulo, ne lite pendente aliquid innouetur, vbi de intellectu textus noſtri, *in cap. 1. quæſt. 1. num. 7.* quatenus ad hæc duo iura reſpondi procedere in accuſato, & ſimul diffamato de ſimonia, iuxta materiam, *dicti cap. qualiter 24. de accuſat.* ſola enim accuſatio non ſufficeret; & quod in hoc crimine ſimoniæ propter eius atrocitatem poſſit illico ſuſpendi, vt notauit Gloſſa *ibi*, & Abbas, Ancharran. *per textum in cap. accuſatus, 2. qu. 5. argum. textus in cap. inter ſolitudinem de purg. Canonica*, vbi *dicto num. 7.* † interpretatus 4 fui textum, *in l. eum, quem 7. Cod. de ſuſpectis tutor. & § ſi quis autem, inſtit. eodem*, vbi quod accuſatus de delicto in officio commiſſo, ſi publica præceſſit diffamatio, lite pendente, poteſt interdici ab officij adminiſtratione: alia poſſunt congeri, *ex dicto cap. 1. & tit.* ne lite pendente, & ex pluribus, quæ adduxi *ad tit.* ne ſede vacante aliquid innouetur.

Et quia plura conducibilia dixi ad textum, *in cap. omnipotens, 4. de accuſat.* quatenus in illo dicitur, vt qui de aliquo crimine accuſatur, vel denunciatur, interim promoueri non poſſit; ideo ad ibi dicta, & ad alia, quæ dixi *in cap. 3. de ſentent. & re iudic.* pro plena tractatione te remitto; interim etiam applicabis Barboſam, *in cap. 1. de except.* quatenus agit de illa quæſtione: *An de delicto accuſatus, antequam conuincatur, prohibendus ſit in ſibi antea permiſſis?* & quæ DD. congerunt ad explicationem textus, *in l. ſi à latronibus, §. 1. ff. qui teſtament. facere poſſ.* 5

AD TEXTVM
In Cap. Quotiens, V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simonia dicitur etiam hæreſis propter eius immanitatem, ſed largo modo; non enim ab inquiſitoribus, valet ſimoniacus puniri, vt hæreticus numero ſecundo & tertio.*

3 *Simonia vocatur peculiare, etiam flagitium, vt num. 4.*

1 DE vera explanatione huius capituli dictum eſt *in cap.* 4. hic proxime relato, etiam per remiſſiones; ſed quia *in hoc textu*, Pontifex *in verſiculo per ſimoniacam hæreſim*, videtur appellare ſimoniam hæreſim, de quo aliquid dixi iam *ſuprà in Rubrica*, nec propriè, ſed largu modu explanetur, vt eum Maſcardo, Menochio, Henriquez, Suarez, & alij, Barboſa *hic declarat. nu.* 2. *&* 3. imò Emanuel de Valle, *de empſalmis, & incant. ſect.* 3. *cap.* 22. quem ipſe refert, aſſerat quod ille, qui committit crimen ſimoniæ, eo ipſo quod impretiabile dicitur, veriſſimile ſit illum malè ſentire de ſanctitate Eccleſiæ, quaſi credat eam velle ſpiritualia licere, vel ſpirituale non eſſe impretiabile; addatque ſanctum Tribunal inquiſitionis non eſſe intromittere de hoc grauiſſimo delicto; ideo exiſtimamus hoc ſic contingere, quia, vt ait Vmbert. Locatus *verbo, ſimonia*; ideo illam dici tantum hæreſim propter immanitatem criminis, & quod eſt maximum peccatum.

2 Tamen, quia ſcribit Corinus *actorum* 6. *verſiculo* 18. §. *ſimonia*, quod grauitas ſimoniæ tanta eſt, vt illa tolerabilior ſit hæreſis Macedonij, & eorum, qui errarunt contra ipſum ſpiritum ſanctum, quod habetur, *in cap. eos* 1. *quæſt.* 1. propter quod poſſet forte, vt hæreſis puniri à Dominis inquiſitoribus, quod non eſt adhuc viſum, nec auditum.

3 Vnde ea quidem poteſt eſſe ratio, quia etſi reuera pluribus in iuribus ſimonia nuncupetur hæreſis, vt *in cap. quiſquis, cap. Presbyter. cap. cum liqueat, cap. ſtatuimus* 1. *quæſt.* 1. & grauiſſimè *in dicto cap. eos qui*, vbi *in dicto cap. quiſquis* 5. Gregorius, *Si agro Epiſcopo Auguſtodunenſi, lib.* 7. *epiſt.* 110. ibi relatus, *& in aliis præced.* in quibus vitium ſimoniæ vocat ſimoniam hæreſim; item & *in dicto cap. quiſquis vocet neophytorum hæreſim*; non quia ab aliquo homine ſic appellato originem traxerit (eum nullum talem Hiſtoriæ referant;) ſed quia Simon Magus, adhuc neophytus, id eſt recens Baptizatus illam inuenit, vt ex gloſſa, & aliis notant Suarez, *de religione tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de ſimonia, num* 5. *in fine*, & aliis nihil hic *in principio Rubricæ*, nec tale vitium per ſe, & formaliter non ſit contrarium fidei, cum per ſe non requirat errorem in intellectu contrarium fidei, qui rem ſpiritualem, & ſacram vendit, eam tanquam venalem, ſe æſtimare ſignificat, ac proinde iudicat eſſe rem pretio æſtimab. e.n quod ſpeculatione iudicatum hæreſis eſſet, hoc quidem reſpectu, tantum poſſe ſimoniam dici hæreſim; ſic vt hoc ſenſu, *largo inquam*, modo, ſimonia dicatur hæreſis, & aliis inquam modis, de quibus Caraf. *de ſimonia num.* 41. Vmberto, *dicto verbo ſimonia*, Iacob, *in tract. de concil. lib.* 4. *cap.* 4. Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rubrica* 13. *cap.* 27. *num.* 1. Ripa, *in tract. de ſimonia, p.* 1. *art.* 1. *num.* 2. cum aliis ex relatis hic idem Barboſa, *in dicto cap. quiſquis,* 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 2. vbi *numero* 3. cum eodem Ripa, *dict. art.* 1. *num.* 7. Suarez, *dicto lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 2. † Et Reduano, *de ſimonia p.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. *& part.* 4. *cap* 3. *num.* 16. vocando hoc crimen peculiare flagitium ex Gregor. *in dicto cap. quiſquis*: ita dicunt illud ſic nuncupari, quia comparatur ei, quod morte expiatur, & quod ſic ſimonia dicitur crimen capitale, ſicut, & alia crimina maiora, & atrociora, de quibus dixi, *ſub dicto titulo de accuſ.* 4

AD TEXTVM

In Cap. Sicut ſimonia VI.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simonia peſtis appellatur.*
2 *Remedium applicandum incontinenti ſimoniæ.*
3 *Simoniacus ſolet pæna depoſitionis puniri.*

TExtvs iſte, quatenus agit de magnitudine criminis ſimoniæ, de quo dicit Pontifex, quod alios morbos excedit, vocatque illud peſtem ibi: *Sicut ſimoniaca peſtis*; ideo adiunges proximè dicta *in cap. quotiens* 5. quibus probatur hæreſim vocati, aliiſque acerbis nominibus nuncupari. 1
† Et quatenus ibi: *Sine delatione mox, vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint*, poſſunt applicari quæ de incontinenti remedio latè locutus fui de diuortio propter adulterium, *in cap. litteras* 13. *de reſtit. ſpoliat. ſub quæſt.* 1. applicando ad verbum *mox*, hic propter periculum inſtans alicuius ſubuerſionis, & vt euitetur grauitas maxima, quæ de duratione in peccato damnatur, de qua latè dixi *in cap. fin. de conſuetudine*: aliquid *ſupra ſub cap.* 1. † Et 2
ad 3

Digitized by Google

ad *verſiculum hic : vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint* : Applicantur etiam quæ de probatione tanti delicti, etiam per coniecturas dixi *ſuprà in cap. 3. hoc titulo, & in Rubrica, & ſub dicto cap.*1. in quibus, & de aliis modis, & ibi : *de Eccleſia Dei debet eliminari, atque repelli* : agit inquam de depoſitionis pœna, qua inter alias punitur ſimoniacus, vt *ſuprà* dictum eſt *ſub dicto cap. 1.* & dicetur late in aliis iuribus, *& cap. fin.*

AD TEXTVM

In Cap. Tanta, VII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Peccator omnis Miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum.*

1 DE ſimonia probanda per quos, & quibus latè dixi ; & adnotaui, *in cap. quotiens 5. hoc titulo.* Et quatenus ait Pontifex, quod omnis peccator miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum, adiunges proxime notata, *in cap. accuſatum 4. hoc titulo*, & *in verſ. vt ab ordine male accepto remoueatur* ; item etiam de pœna depoſitionis, *vt in cap. præcedenti*, & aliis *infrà*.

AD TEXTVM

In Cap. Non ſatis, VIII. Cap. cum in Eccleſia IX. Cap. veniens, XIX. Cap. De regularibus, XXV. Cap. Dilectus, XXX. Cap. Quoniam, XL. Cap. Ne Dei, XLIII. Cap. fin. hoc tit. De ſimonia.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simonia, quæ contrahitur pretio, à lingua, munere, aut obſequio in ingreſſu religionis num.*1.

3 *Chriſmatis, olei, & ſepulturæ quoad ſimoniam* remiſſiue.

4 *Conſuetudo, & diuturnitas quoad ſimoniam* remiſſiue.

IN his omnibus iuribus agitur de ſimonia, quæ inter Monachos ſuperiores Monaſteriorum, & volentium ingredi religionem, ac aliorum ſollicitantium media pecunia, ſiue munere, etiam à lingua, & obſequio, vt pretio temporali religionis tranſitus negotietur. Quare erit nobis ſermo de ſimonia, quæ hac via contrahitur, & de pœnis illius. † Ad hunc textum præter ordinarios, plures congerit Cenedo, *collect.*16. *ad Decretales ſub num.*1. & ad plures caſus Riccius, *collect.*448. De materia aliqua leges *infrà cap. fin. ſub quæſt.*3. *verſ. quoad pœnas vero Religionis.* 1 2

Et quia *in verſ. noſtri textus. Pro ſepultura quoque, & Chriſmatis, & olei receptione nulla cuiuſquam pretij exactio attentatur* : Applicabis quæ dico *infrà* de miniſterio Eccleſiæ, *in cap.*21. *&* 28. & proprius de exequiis *in cap.* 29. vbi & de ſepultura. De chriſmate, *in cap.* 16. 21. *&* 36. de olei receptione, quatenus poteſt ſpectare ad ſacramentum vnctionis, *ſub cap.* 14. 16. 37. *&* 42. & quatenus ibi agitur de recipiendo pro adminiſtratione ſacramentorum in genere. Et quia chriſma ſpectat, propriè ad ſacramentum confirmationis, adiunges quæ de hoc ſacramento dixi latiſſimè, *in cap.*1. §. 1. *de ſacra vnctione.* Et oleum ſpectet propriè ad ſacramentum vnctionis, de illo ſacramento egi latiſſime, *in eo cap. in principio*, per plures quæſtiones. 3

Et ad verba hic nec ſub obtentu cuiuſquam conſuetudinis, reatum ſuum quis tueatur. Plura de hac conſuetudine improbanda, dixi *ſub cap.*1. *hoc titulo*, & dico latè, *infra in cap.* ad Apoſtolicam, & vtrobique quando ſit licita, non obſtante Trid. *in cap.* 1. *ſeſſ.*21. *de reformat.* de cuius intellectu latiſſimè, *ſub cap.* 1. *hic à quæſt.*1. cum alis, & ibi : *quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, ſed auget* : adiunges dicta, *in cap. ſicut 6. hic* : aliquid *ſub dicto cap.* 1. latiſſimè de hoc problem. *in cap. fin. de conſuetudine*, præcipuè *quæſt.*1. *&* 2. videbis quæ ſcripſit Faquineus, *lib.*9. *controu. cap.*38. 4

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An ſit ſimonia pro ingreſſu religionis pecuniam dare, aut accipere? Et an profeſſio in religione facta per ſimoniam, ſit valida? Et an ſit ſimonia petere à Monialibus dotem, quando Monaſterium eſt diues?

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum eſt aliquid recipere pro ingreſſu Religionis, niſi aliquid reciperetur à Monaſterio pro alimentis.*

2 *Religioſus ingreſſus per ignorantiam, data pecunià; debet renunciare, ſed poteſt iterum recipi.*

3 *Simonia non eſt accipere aliquid à Monaſterio paupere in ingreſſu pro alimonia, quid ſi reducatur ad pactum alimonia? num.4.*

5 *Ingreſſus Religionis facilius eſt propter deuotionem, quam propter elargitionem.*

6 *Profeſſio ſimoniacè facta in Monaſterio, quare ſit valida, & ingreſſus improbetur?*

7 *Simonia non eſt petere à Monialibus dotem.*

8 *Monaſterium monialium valet compellere coram iudice patrem filia ſua monialis, ſi ei neget alimenta, & patre mortuo, petere partem hereditatis, niſi ipſa ante, illam renunciaſſet.*

9 *Simoniam non committit Monaſterium monialium, etſi ſit diues recipiendo dotem pro moniali, niſi pecunia extra victum, pro aliis cauſis recipiatur nu.* 10. *vbi quid ſi plus, quia Puella recipienda ſit vilis.*

10 *Conſuetudo ſaluat à ſimonia moniales maiores dotes recipiendo: contra alij, numero* 11. & 12.

12 *Iocalia, & alia in receptione dari pro monialibus prohibet Vrban. IV. fallit & ſub num.*13. & 14. *vbi quid de propinis.*

13 *Suſtentationis titulo pro qualibet puella licet recipere à moniali aliquid.*

1 AD primam quæſtionis partem, vt ſimonia committatur, reſpondit cum [illegible] Cened. *collect.*16. *num.*1. idem dixit [illegible] Riccius, *dict. collect.* 448. *in princ.* vbi dicit ſimoniacum eſſe pretium recipere pro ingreſſu Religionis, vt deciſum ex capella Tholoſ. *deciſ.*31. refert limitans, niſi aliquid à Monaſterio reciperetur pro alimentis: hæc cum Humada, Nauarro, Azor, Tuſcho, Zerolla, Viuiano, Bonacina, & aliis, dicit Barboſa, *hic num.*2. qui cum antiquis ibi, *num.*1. idem profitetur; quibus addo Theologos cum D. Thoma, 2. 2. *quæſt.* 100. *art.*3. *ad* 5. Villalobos, *in ſumma part.*2. *tract.*37. *diff.*13. *num.*1. vbi *num.*2. *per textum in cap. de Regularibus*, † hic ait quod ſi ali- 2
quis fuit receptus pecunia cum ignorantia; tamen debet habitum renunciare, qui poſtea, purgata ſimonia, valet iterum recipi in eodem conuentu, ſi ſine ſcandalo valet fieri; ſin autem poſſit in alio Monaſterio eiuſdem ordinis recipi; immo addit Sanchez de matrimonio cum aliis quod licet Monachus ob ſimoniam receptus, detrudendus ſit in arctius Monaſterium tamen, vt poſſit ibi profiteri.

Corroboratur concluſio, vt ait Suarez, *de* 3
*relig. tom.*1. *lib.*4. *hoc titulo, cap.*17. *num.* 13. quia in venditione ipſius ingreſſus conſiſtit ſimonia, cum pro ingreſſu Monaſterij, vt dictum eſt, non liceat aliquid exigere, vel accipere quaſi pretium: limitat tamen ex D. Thoma, 2. 2. *quæſt.*100. *art.* 3. *ad* 4. & *in* 4. *diſt.*25. *quæſt.*2. *ad* 7. & Barboſa, *in dicto cap. de regularibus num.* 2. cum Merlino, *de legitima tit.*1. *lib.*2. *quæſt.*14. *num.*6. Vechis, *in praxi obſeruanda in admittendis ad religionis ſtatutum nouitiis p.*1. *dub.*3. Azor, *inſtit. moral. p.*3. *lib.*12. *cap.*16. *quæſt.*2. vt liceat ſi Monaſterium ſit tenue, quod non ſufficiat ad tot perſonas nutriendas; gratis quidem ingreſſum Monaſterij exhibere, ſed accipere aliquid pro victu perſonæ quæ in Monaſterium fuerit recipienda, ſi ad hoc non ſufficiant Monaſterij opes; non enim hoc erit ſimonia, vt dicit D. Thomas, *ſuprà*, quem ſequitur Villalobos, *dicta diff.*13. *num.*4. eo quod id non eſt quid ſpirituale, ſed quoddam elargitum, vt commode à Monaſterio ſuſtentetur.

Et in tantum eſt verum, vt ſic rite pro- 4
cedat, & ſi illa datio alimoniæ pro commoda ſuſtentatione reducatur ad pactum, cum non ſit quid ſpirituale, vt dixit Suarez, *ſuprà cap.*17. *num.*11. & 12. Villalobos, *ſub dicto num.*4. cum Caietano, Nauarro, & Soto aduerſus aliquos Canoniſtas, quod inquam quotidie fit inter moniales, vt poſtea dicetur, & ſi non ſic viderim practicatum inter nos Hiſpanos in Monaſteriis virorum cum pacto, aut ſine illo, † additque D. Thomas, *ſuprà*, & Villa-
lobos, 5

lobos, cum eo *numero fin. dict. diff.* 13. licitum etiam fore recipere aliquam facilius in Monaſterio propter deuotionem, quàm monſtraſſet, plures elargiendo eleemoſynas, quemadmodum licet, vt quis opera bona exerceat reſpectu alicuius, vt magis ipſe inclinetur ad exercendam deuotionem cum Monaſterio, habitumque aſſumat.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an profeſſio in religione facta per ſimoniam ſit valida? & ex iam dictis videtur quod non, quemadmodum nec ingreſſus, vt *numero* 1. dictum eſt. Tamen verius ex communi Doctorum, vt ſit valida, quia cum *in dicto cap. de regularibus* 25. dicatur ſimoniacè profeſſum, non debere manere in eodem Monaſterio, ſed in aliud eiuſdem Religionis detrudi, in quo pœnitentiam agat, ſi non reperiatur debere, ibi manere, iam probat profeſſionem fuiſſe validam, ſicut tenent Nauarr. *in comment.* 4. *de Regul. num.* 15. Barboſa, *in eo textu num.* 1. *verſ. collige*, cum Fr. Eman. Rodrig. Barthol. de ſancto Fauſto, & Peregrino Sanchez, *in præcepta Decalogi*, cum aliis, *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 49. Et ne obſtet dictum de ingreſſu inualido, erit quidem reſpectu eiuſdem Monaſterij, ſi ibi profeſſionem emitteret pecunia ſimoniace receptus.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit ſimonia petere à monialibus dotem, quando Monaſterium eſt diues? ex hic dicendis poſſet impugnari admodum deciſio *noſtri textus & dicti cap. de regularibus*, ex quibus elicita eſt negatiua concluſio. Et præmittendo reſpectu monialium prædictam ſimoniam non incurri, vt dixit Syluester *verbo ſimonia, num.* 15. quam ſequitur Villalobns, *dicta p.* 2. *tract.* 37. *diff.* 13. *ſub num.* 4.
8 † Dicentes, quod ſi ſponte, & ſine vlla elargitione rei temporalis aliqua in monialem fuerit recepta, non habens Monaſterium qualiter illam alat, quia pauper eſt, nec eius parentes velint virgini receptæ aliquid dare, poſſe moniales coram iudice à parentibus alimenta petere; & quod ſi mortui fuiſſent, petere ab illis hæreditatis partem per textum, *in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *multi collat.* 9. à qua non eſt excluſa propter Religionis ingreſſum, niſi illa propria voluntate partem hæreditatis ſibi obtingentem renunciaret *ex cap. penult.* 19. *quæſt.* 3. in tantum quod ſi ipſa quidem monialis impedita eſt, vt ſeruiat, ſicut reliquæ de Monaſterio, poſſint moniales maiorem quantitatem exigere, cum ea minus ſeruiat.

Vnde ad difficultatem propoſitam, ſi Monaſterium monialium ſit diues. De hac quæſtione præter ſcriptores medij temporis, ſatis loquitur poſt alios Neotericos Diana, *p.* 8. *tract.* 7. *miſcel. reſ.* 29. ex Renato à Valle, *in tract. de religioſo negotiatore*, §. 1. *n.* 14. affirmante ad ſimilitudinem diuitis ſacerdotis, qui poteſt, ex Altaris miniſterio accipere ſuſtentationem ſuam abſque ſimonia, & hac de cauſa Villalobos tenuit *ſuprà dict. diff.* 13. *tract.* 37. cum Syluestro, Aragon. Ledeſma, & Suarez, cuius verba, vbi *ſuprà* refert etiam Diana, *in verſiculo ſed his*, addens cum Hieronymo Rodrig. *quæſt. regul. reſ.* 54. *num.* 3. opulentiam Monaſterij, non facere, vt quod in paupere non ſit ſimonia, in diuite conuentu cenſeatur, † niſi pecunia extra victum pro 10
aliis cauſis recipiatur, puta quia Puella recipienda, eſt vilis conditionis, vel ſi ad magnitudinem, & magnificentiam clariorem Monaſterij arctius, & ſuperabundans pretium dotis pro ingreſſu recipiatur. Et quia hodie nihil vſitatius ſit conuentibus monialium, quantumuis opulentis, quæ & eo ipſo dotes multum maiores exigunt, neceſſum eſt recurrere ad Layman, *lib.* 4. *tract.* 10. *cap. vltim.* §. 4. *num.* 39. dicentem ratione conſuetudinis tales dotes Monaſteria monialium expoſcentia excuſari, præcipue ſi conſideretur illud pro victu exigi; & quod hæc poſſet eſſe ſimonia mala, quia iure poſitiuo prohibita, aduerſus quam conſuetudo valet, iuxta longiſſime à nobis dicta *ſub tit. de conſuet. & in cap.* 2. *de probat.* Et fortiori fundamento, quia ſi in materia circa adminiſtrationem ſacramentorum, quæ ſunt mere ſpiritualia, piæ conſuetudines non improbantur, vt dixi *ſub cap.* 1. *hoc titulo, & infra* proprie *in cap. ad Apoſtolicam*; quid mirum, vt reſpectu Monaſteriorum monialium dotes illæ ſine ſimoniæ labe liceant, etſi *ex textu noſtro, & dict. cap. de regularibus*, cum aliis, non adhuc introductum ſit, de qua conſuetudine dicit, apud nos Ceuallos legendus, *in practicis quæſt.* 439. *num.* 7. ſed circa quid, & quomodo debeat praxis intelligi, ſtatim loquimur *num. ſequent.*

Ex quibus impugnationes, quæ ſunt contra hanc aſſertionem, poſſunt facillimo negotio diſſolui; non enim obſtat dicere eam conſuetudinem eſſe damnatam Gutier. 2. *p. can. qu.* 32. *nu.* 69. & 66. contra Nauarrum, quem & videtur ſequi idem Ceuallos, *nu.* 9. dum ait illam admittendam non eſſe, ſed repellendam, vt corruptelam Eccleſiæ; Eccleſia enim intuitu Religionis, & ne conſor- 11

tium ſpirituale, ac ſtatus perfectionis acquirendæ videretur ſubijci pretio edixit, vt bona Monaſterii gratis conferrentur in ſuſtentationem perſonæ, quæ in illud cooptatur; & ſic non ſolum, admitti iniuſtitiam, vt dixit Reginald. *lib.* 23. *in praxi fori pænit. num.* 193. ſed etiam ſimoniam; ita ipſe Renatus Vall*s*) *dicto* §.9. *num.* 140. contra Sotum, *lib.9. de iuſt. quæſt.* 6. *art.*1. & Philiarcum, 2. *p. lib.*6. *cap.*7. *ſub num.fin.* ſaltim ſuppoſita Eccleſiæ prohibitione, quæ ius adimit Monaſterio percipiendi quidquam ob admiſſionem ad participationem bonorum communium, ſiue ad ſuſtentationem ex eis habendam, dicens, vt ſi Monaſterium locuples dicatur pro admiſſione aliquid accipere titulo ſuſtentationis, titulum illum eſſe inualidum alia congerendo, & ſic plus petere pro aliqua puella, quæ eſt obſcura natalibus, ſimoniacum
12 eſſe. † Imò & Vrbanus IV. *in extrauag.* t. *hoc titulo*, præter cætera vetat intuitu ingreſſus puellæ quoſcumque pactus, ſeu prandia, pecunias nempe, ad modum diſtributionum iocalia, aut res alias ad vſum Eccleſiaſticum, ſeu pium vſum deputata, ſeu deputanda, & putat, vt cum hæc ſuperpondia non dentur ex pura, & plena beneuolentia, aliquid ſimoniacum inhalere, vultque conuenire in hoc conſcientias Præfectarum Monaſterii, & eorum, qui Præfectas, & Monaſteria diligunt, inuehens in Monaſteria Regia munificentia admodum opulentiſſima, in quibus hodie nulla admittitur puella, quin dotem afferat, quaſi ſe interrogans, an Deus maledicit bonis per cupiditatem, nulla vnquam mole explendam comparatis, &c.

13 Alia Renatus pro ſimonia cumulauit qui ſolum actionem ſoluat, quando ſcilicet aucto Monaſterij numero puellarum admiſſarum, vel quas admittere conſilium eſt, non poſſit tunc præ egeſtate, etiam de qua agitur ſuſtentare abſque hoc ſubſidio, nec poſſe tunc plus accipi, quam exigatur ad commodam vnius puellæ in tali ſtatu ſuſtentationem, vt dicunt Nauarr. & Suarez, *lib. de ſimon dicto cap.*17. *num.*14. Rodrig. *tom.* 2. *qu. regul. quæſt.*49. *art.*1. eo quod ea ſuſtentatio eſt ſolus titulus iuſtè paciſcendi, aut recipiendi occaſione ingreſſus, vel profeſſionis; plus tamen non accipi titulo ſuſtentationis affirmando, ſed ob admiſſionem in Religionem, quod eſſet vera ſimonia. Tamen cum hoc moderamine ſuſtentationis legitimè conſtat rectè etiam ex opinione Renati ſimoniam effugi paciſcendo circa illam dotem: quare non eſt cur deſinat admitti conſuetudo generaliter introducta aduertendum ſuſtentationis titulum pro dote fore legitimum moraliter, attenta prouincia, & careſtia, ſiue opulentia ſuſtentationis cuiuſque puellæ, eademque conſuetudine ſuſtineri etiam illas propinarum portiones, quæ in ingreſſu, ſolent diſtribui ſingulis aliis monialibus, & ſuſtineri aliquo modo, quæ pro reparatione ſacriſtæ ſolet aſſignari; iuxta ea, quæ de receptione canonicorum dixi *ſuprà de elect.* & hic, *in cap. Iacobus infra* menſæ adiudicandæ; & ſic ex dictis, & dicendis affirmandum eſt dotes congruentes in Monaſteriis monialium eſſe admodum vſitaras, ſine ſimoniæ labe, aut metu, quas alias ſuperiores ordinarij prohibere conarentur per doctrinam textus, *in cap. quamquam* 40. *hoc titulo*, de quo *in quæſtione ſequenti.*

QVÆSTIO II.

An inſtitutio valeat de Monaſterio ſub ea conditione, vt talem in Monialem recipiant? Et an ſi Monaſterium aliquid relinquitur ſub conditione vt aliquem recipiat in Monachum valeat legatum? An Religioſi committant ſimoniam, ſi dent temporale aliquod munus in electionibus? Et quid ſi vſus inoleuit aliquid dandi?

SVMMARIVM.

1 *Monaſterij inſtitutio ſub ea conditione, vt talem monialem recipiant, vitiatur, etſi illa valeat contra aliquos, num.*2. *quid delegato num.*10.*&* 11.
2 L.22. tit.7. p.1.
3 Cap. 16. Trid. ſeſſ. 25. de reform. & num.4.
4 *Monaſterium poſt profeſſionem poteſt, recipere aliquid à parentibus, vel conſanguineis.*
5 *Dotis conſtitutio in ingreſſu Monaſterij, monialium conſuetudine in Hiſpania receptiſſima eſt pro ſuſtentatione, circa quod valet pactum fieri cum Monaſterio num.* 6.
6 *Victus ab ingredientibus Monaſterium exigi laudabile eſt, cum Monaſterium nequit ſuſtentare maiorem numerum monialium, ſi in fraudem, non fiat n.*7.

7 Cap.

7 Cap. quoniam 40. hoc ilt.

8 *Dos minor ſufficit pro nobili puella, quam pro vili.*

9 *Peccatum patratum occaſione paupertatis lenius iudicatur.*

10 *Conditiones turpes in vltimis voluntatibus vitiantur, & non vitiant.*

11 *Legatum ſub conditione, vt conſtruatur Monaſterium valet.*

12 *Religioſi ſimoniam committunt, ſi dent aliquid muneris, lingua, aut obſequij, pro conſequendis dignitatibus religionis, aut pro licentia audiendi confeſſiones, prædicandi, &c. num.* 13.

14 *Simoniacum non cenſetur datum à Religioſis in officio conſtitutis, ſi vſus dandi ſit in religione.*

15 *Electio eſt nulla, ſi aliquis, ignorante electo, pro eo eligendo dederit pecuniam vbi* remiſſiue.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſito quod dictum eſt de monialibus in præcedenti *quæſt.*1. *verſ. ad tertiam*, & quod ea conditio; vt turpis debeat reijci, veleatque inſtitutio, affirmarunt Bart. *in l.*1. *ff. de inſtit. & ſubſtit.* S. Thom. 22.*q.*100. *art.* 3. *per totum*, dicunt communem Iaſon in dicta *l.* 2. vbi Alex. *num.* 3. quam dicit ſeruari Paul. *in leg. Titio centum*, §. 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* cuius concluſionis ea quidem eſt ratio, quia exigendo legatum pro dote monialis committitur ſimonia, cum recipiatur aliquid temporale pro ſpirituali, vt probat textus, *in cap. quoniam hoc tit. leg.*22. *tit.*7. *p.*1. vbi dictinguit Haumada inter receptum pro ingreſſu, aut pro ſuſtentatione cenſens in hoc vltimo caſu fuiſſe teſtatoris mentem.

2 Sed quod abſolutè talis conditio non reiiciatur, ſed quod virier inſtitutionem tenent idem Bart. *in dicta l. Titio* §.1. quam dixit eſſe communem opinonem Alex. *in dicta leg.* 2. quare tres opiniones adduxit Michael Craſus, *recept. ſent.* §. *legatum quæſt.* 55. qui dicit eſſe magis communem opinionem, vt talis conditio reiiciatur, & quod inſtitutio, vel legatum valeat, vt conſuluit Natta, *conſ.*619. *num.*11. Gregor. Lopez, *in dicta l.*22. *part.*1. *verbo*, *Porque la reciuen en la orden:* vbi reſoluit cum Baldo quod ita ſeruatur de conſuetudine aſſignans rationem: ſequitur Gutierrez, *in* 2. *p. canon. cap.*32. *num.* 61. dicens ſic generalitatem, dictam legem Regiam eſſe ſub prædicta diſtinctione, intelligendam, addens etiam non eſſe ſimoniam iuxta receptiſſimum vſum recipere Moniales dotatas ex pactione præcedenti, maximè ſi Monaſterium egens ſit: ſic gloſſa *in cap. hortamur* 32. *quæſt.*2. *ex textu ibi & gloſſa hic*, Bald. *in auth. res quæ Cod.* communia de legatis, & hanc veriſſimam eſſe ſententiam, obſeruarique dicit Ceuallos, *in pract. qu.*439. *num.* 4.

Et quamuis videantur obſtare verba *Trid. ſeſſ.*25. *de reform. cap.*16. ex quo conſtat moniales nihil poſſe recipere quocumque prætextu à Parentibus, vel curatoribus, vel propinquis nouitij, vel nouitiæ profitentium religionem; & ſicut Ceuallos refert *num.*5. eius verba eſſe ſatis notabilia, pro confirmatione opinionis Bartbol. *in dicta l.*2. *de condit. inſtitut.* dicentis non valere legatum relictum, à teſtatore Monaſterio, pacto appoſito, vt talem monialem recipiant, maximè hodie ex illo decreto, per quem tam dantibus, quam recipientibus 3
anathematis pœna imponitur. † Tamen ſi 4
recta dicti concilij verba perpendantur, patet ex illis, nec reſoluere, nec diſponere quæſtionem noſtram, ait Ceuallos, *dicto num.*5. *&* 6. cum ſolum ibi caueatur, quod nihil recipiatur à nouitiis ante profeſſionem, vel ab eorum parentibus, conſanguineis, vel curatoribus pro ingreſſu ipſius Religionis, & ſic pro eo tempore, quo in probatione ſunt, ſecus iam facta profeſſione, quia in hoc caſu nec ante profeſſionem, nec poſt reprobatur pactum, cum conferatur in tempus habile, in quo iam facta eſt profeſſio; in quo caſu, vt ceſſet ratio Concilij ibi: *Ne hac occaſione diſcedere nequeat*, & ibi: *Ne facile ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit*; Et ibi: *vt abeuntibus ante profeſſionem reſtituantur:* ſic Ceuallos dicens etiam ſic ſequuta profeſſione nihil eſſe reſtituendum, valereque datum, ſeu relictum cum hac pactione, quæ non repugnat menti, nec intentioni concilij; imò vt à contrario ſenſu confirmet relatam poſteriorem: quo in ſenſu vnico verbo intellexit illum textum Gutierrez, *ſupra nu.* 69. videbis quæ congerit Barboſa, *in dicto cap.*16. Trid & ad punctum *ex num.*44. cum Miranda, Stephano Gratiano, & aliis.

Quæ ſententia, ſuppoſita diſtinctione 5
de alimentis pro ſuſtentatione, vel de dote conſtituta cum pacto pro ipſo ingreſſu: confirmatur ex doctrina Soti, *de iuſt. & iure, lib.*6. *quæſt.*6. *art.* 2. *ad* 4. quem ſequitur Padilla, *in dicta auth. res quæ, num.* 55. vbi reſoluit non committi ſimoniam in conſtitutione dotis monialium, cum realiter, & verè Monaſterium non recipiat dotem, vel pretium pro ipſo ingreſſu monialium, vt etiam tenuit Sebaſt. *in ſumma pec.* 2. *p. tit.*9. *qu.*78. *ex nu.*48.

& 89. vt probatur *ex dicta l. partita* ibi : *El que diere alguna coſa porque lo reciuan en la orden* : Quaſi ſecus ſit pro alimentis ad ipſam Monacham exhibendam, Paul. Fuſcus, *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 54. *& lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 23. Iafred. *in deciſ. Tholoſ.* 311. Guido Papa, *deciſ.* 80. *conſ.* 618. idem Ceuallos cum aliis *n.* 9. dicens in Hiſpania eſſe receptiſſimam hanc conſuetudinem, & ab
6 omnibus toleratam. † Concludens poſt alia *dict.* 8. *& 9. ibi à num.* 10. valere pactum, & conuentionem factam cum Monaſterio, vt pretio accepto, talis recipiatur ad profeſſionem, & religionem; dum tamen habeamus attentionem ad temporalia, hoc eſt, vt promittatur, & recipiatur pro ſuſtentatione ipſius, ſicut etiam declarant Greg. gloſſa, *porque la reciuan en la orden* : Quaſi ſecus ſit pro alimentis ad ipſam Monacham exhibendam, Paul. Fuſcus, *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 54 *& lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 28. Iafred. *in deciſ. Tholoſ.* 311. Guido Papa, *deciſ.* 80. *conſ.* 618. idem Ceuallos cum aliis, *n.* 7. dicens in Hiſpania eſſe receptiſſimam hanc conſuetudinem, & ab
6 omnibus toleratam, † concludens poſt alia dicta, *nu.* 8. *& 9. ibi, à nu.* 10. valere pactum, & conuentionem factam cum Monaſterio, vt pretio accepto, talis recipiatur ad profeſſionem, & Religionem; dum tamen habeamus attentionem ad temporalia, hoc eſt, vt promittatur, & recipiatur pro ſuſtentatione ipſius, ſicut etiam declarat Greg. Gloſſa, *por que la reciuan en la orden*, *in dicta l.* 22. *tit.* 7. *p.* 1. *col.* 2. vbi ſequitur Florentinum, & alios ſubdens laudabile eſſe exigere ab ingredientibus victum, quando Monaſterium non poteſt ſuſtentare maiorem numerum monialium, nullus inquam veller, vt aduertit Craſius *ſuprà* inſtitutionem facere, nec legata relinquere, ſi conditio reiiceretur, maximè cùm illa non ſit turpis, nec impoſſibilis ſecundum mentem teſtatoris, quæ debet aſſumi de datione, & inſtitutione pro alimentis, non pro ingreſſu, vt dixerunt Medicis, & Soto, *vbi ſuprà*.

7 Qua doctrina ſunt intelligendi Menoch. *conſ.* 94. Azor, *lib.* 12. *mor. p.* 3. *cap.* 16. *à princ.* Suarez, *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia cap.* 17. *num.* 14. vbi refert textum *in dicto cap. quoniam* 4. *hoc titulo*, faciendo mentionem ſpecialem de monialibus, ne ſcilicet pecunia pro earum ingreſſu recipiatur, etiam paupertatis prætextu, quando ſcilicet Monaſterium reuera pauper non eſt, & nihilominus illo titulo, & colore aliquid exigitur; quam quod ad vnam perſonam ſuſtentandam commode iuxta exigentiam talis ſtatus, ſufficit, vt refert Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 13. *numero* 193. *in fine*, Barboſa, *in dicto cap. quoniam ſub num.* 4. vbi cum Sylueſtro, *verbo ſimonia*, *quæſtione* 15. *verſiculo ſecundo*, & Azor, *ſupra, cap.* 16. *quæſtione* 1. *verſiculo obiiciens*, dicunt non eſſe alienum à litera illius textus alium intellectum aſſerentes Pontificiam prohibitionem ibi ex eo procedere, quia moniales, de quibus ibi recipiebant ſorores in fraudem iuris, pecunia ſcilicet recepta, quia in Monaſterium admittebantur, ac ita ex pacto pecuniam ſoluebant receptæ quod in ſorores admitterentur; non autem, quod eam pecuniam conferrent, tanquam alimentum, quo ſuſtentarentur, quod illæ moniales faciebant nomine, prætextuque paupertatis ſimoniam obtendentes.

Et Hanmada *in dicta l.* 22. *partita, gloſſa,* 8
3. *num.* 2. dicit mulieres nobiles, & illuſtres, vt debeant recipi in Monaſteriis minoribus dotibus, & expenſis, quam humiles, & plebeiæ : argum. textus, *in cap. de multa de prabend.* & quod congruit iuri, & rationi, docet Ceuallos, *dict. pract.* 439. *in fine*, ex ſententia Nauarri, *in manuali*, *cap.* 23. *numero* 102. de quo iam aliquid dixi *ſuprà*.
† Addo tamen *ex gloſſa in dicto cap. quoniam,* 9
verb. paupertatis, quod etſi non liceat vnquam paupertatis obtentu delinquere; is tamen leuius peccet qui ob paupertatem, vrgente, videlicet fama, ac neceſſitate quidquam admittit; inque vt ſemper leuius ſit puniendus, dicit Barboſa, *in dicto cap. quoniam, num. fin.* & Tyraquel. *de pœnis temper. caſu* 13.

Ad ſecundam quæſtionis partem, ſi Mo- 10
naſterio aliquid relinquatur ſub conditione, vt aliquem recipiat in Monachum, vel monialem, an legatum valeat? quia ex dictis hic *num.* 1. *&* 2. cum aliis ſatis reſpondetur, eamque moueat Fachin. referens tres opiniones, *libro decimo ſecundo*, *contr. cap.* 36. vnam legatum nullius eſſe momenti fundatam, *in textu noſtro*, *& dicto cap. quoniam*, *& cap. dilectus hoc titulo*, ad ſimilitudinem captatoriæ voluntatis, quæ non valet *ex leg. illa*, *autem ff. de hæred. inſtit.* Aliam ex Bartholom. *in dicta leg.* 2. *Codice de inſtitut. & ſubſtitution.* dicente hanc conditionem adiectam vitiari, quia turpes conditiones in vltimis voluntatibus vitiantur, & non vitiant, *leg. obtinuit*, *Codice de condit.* & demonſtrat, &
hæc ſit turpis. † Aliam Baldi, *in leg. pri-* 11
ma circa princip. Codice de inſtit. & ſubſtitut. vbi dixit valere huiuſmodi legatum, & conditionem eſſe implendam tanquam hone

honeſtam, quemadmodum debet impleri illa conditio legato adiecta: *vt Monaſterium conſtruatur*, *cap. nos quidem de teſtam.* & idem Faquineus putat legatum valere, & conditionem reiiciendam, quia non poteſt negari, quin illa conditio ſit turpis, reſpondens ad ſententiam Baldi, & ad dictum de captoria. Ego vero exiſtimans interrogationem huius dubij non eſſe quaſi diſſimilem ab interrogatione primi, de quo hic, *à dicto numero* 1. *&* 2. indico iuxta diſtinctiones ibi poſitas, huic dubio ſatiſfieri plenè.

12 Ad tertiam quæſtionis partem, etſi ſpectet ad electionem, de qua *infrà*, quia tamen hic loquimur de regularibus, dicendum eſt Religioſos ſimoniam committere in electionibus, ſi dent temporale aliquod munus, vel à manu, vel à lingua, vel ab obſequio (ſecundùm quod de bis modis explicatum eſt *ſuprà* latè *ſub quæſt.* 1. *cap.* 1. & aliquid ſub Rubricæ principio) pro conſequendis dignitatibus Eccleſiaſticis, v.g. Abbatia, Prioratu, Guardianatu, Prouincialatu, Vicariatu, Diffinitoriatu ſeu
13 etiam licentia confeſſiones audiendi, prædicandi, ordines recipiendi, ſeu à caſibus reſeruatis abſoluendi; quia ſemper dare aliquid temporale pro ſpirituali ſimoniacum eſt, Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 54. *num.* 3. Peprinus *tom.* 1. *de ſubdito quæſt.* 1. *de obed. cap.* 31. §. 9. qui & Baſſeus 1. *p. ſumma verb. ſimonia* 2. *num.* 4. *verſ. ex dictis* extendunt hoc ad illos, qui dant aliquod ex prædictis muneribus pro conſequendo officio ſacriſtiæ, & Procuratoris ordinis, probantes de iure *in cap. Saluator* 1. *quæſt.* 2. de cuius textus intellectu dixi latè *ſub dicto cap.* 1. *hoc titulo.*

14 Ad aliam partem quid ſi vſus aliter introduxerit, dico cum Lezana *tom.* 4. *ſumma, verb. ſimonia num.* 31. & eodem Baſſeo *ſupra in fine dicto num.* 4. *verſ. pro quiete Religioſorum*; quod ſi forſan in eorum Religionibus per vſum, vel potius abuſum aliquando contigerit, illos dare, vel accipere aliquod munus in prouiſione officiorum ordinis, etſi propterea peccent, vel contra conſtitutionem Clem. V. de largitione muner. vbi illa eſt recepta, vel contra conſtitutiones particulares Religionum, non tamen illico debeant cenſeri ſimoniam commiſiſſe, ſi tale munus non dent, aut recipiant in pretium talium officiorum, quia multi tituli honeſti, etiam gratitudinis aſſignari poſſunt, propter quas tradens, vel accipiens temporale pro ſpirituali à labe ſimoniæ liberetur, de quibus idem Baſſeus *verb. ſimonia* 5. *dict. p.* 1. & nos *ſupra ſub dicto capit.* 1. *hoc titul.* & *infra in capit.* etſi quæſtiones, & vberius *in cap. ad Apoſtolicam, hoc titulo.*

Quibus adiungo *ex dicto cap. de regula-* 15
ribus 22. *hoc titulo verſ. ſi autem ignorantibus.* vt electio ſit ſimoniaca, ſi aliquis ignorante electo, pro eo eligendo pecuniam dederit: Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *verſ. ſimonia*, Barboſa *in dicto cap. de Regularibus num. fin.* ambo idem tenentes, ſi renuente electo, pecunia detur, etiamſi alioquin eſſet eligendus, intelligendo procedere, quando, pecunia data fuerit ſine dolo, & fraude; & quia de hoc infra latè agetur *in cap.* 23. *hoc. titulo*, ideo ad ibi dicta te remitto.

QVÆSTIO III.

An ſit ſimonia dare pro pretio habitum, & commendas equeſtrium nobilium, ordinum quidem militarium? Et qualiter potuit excuſari à labe ſimoniæ quædam conuentio equitum Hieroſolymitanorum? Et an ſit ſimonia inuitare aliquem ad Religionem, ſeu Baptiſmum cum ſpe lucri? Vbi quid de Iudeo cupiente venire ad Baptiſmum, & timente paupertatem inter Chriſtianos? Et an ſuperiores regularium poſſint abſoluere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob ſimoniam contractam in ordine, vel beneficio?

SVMMARIVM.

1. *Æquitas Religionum, ordinum militarium non ſunt recipiendi pecunia num.* 2. 3. 4. *&* 5. *vbi quid de reditibus? ſed latè à num.* 6. *& quod habent aliquid inuendibile ibi num.* 5.
3. *Fratres ordinum militarium dicti* freyles *ſunt verè religioſi.*
6. *Habitus equitum ordinum militarium à Rege Magiſtro, poſſunt ſimonia beneficiari: verius ex num.* 8. *&* 9. *& quare num.* 10.
7. *Religio equeſtrum in Hiſpania fuit creata ad profligandos fidei inimicos, præcipuè Mauros.*

8. *Habitus religionis equeſtris venditio videtur contra iuſtitiam, & quando ſuper id inter Proceres Hiſpanos Conſilij Regis, fuit ſuper illorum venditione conſerentiatum, num. 9.*

11. *Commendæ, & redditus ordinum militarium ſine ſimonia valent aſſignari, ac transferri, vt n. 12. & 13. cum aliis.*

12. *Commendæ adiudicatio vni, & alteri portio redditus ex ipſa in ordine S. Ioannis equitum Malta, fuit facta ſine labe ſimoniæ, vt ex n. 13.*

13. *Præceptoria, & commendæ ordinum militarium non ſunt verè beneficia Eccleſiaſtica, & de ratione ſub n. 16.*

14. *Commendæ ordinis S. Ioannis conferuntur titulo laico, in ſtipendium ſcilicet pro temporalibus ſeruitiis.*

15. *Præceptores, & commendarij ſancti Ioannis non ſunt verè beneficiati, ſed tantum adminiſtratores.*

16. *Religiones equeſtrium, etſi recitare teneantur horas, ſed illarum finis primus eſt temporalis militia, & n. 17.*

17. *Preces, quæ recitantur à militibus ordinum militarium oriuntur potius ex obligatione profeſſionis, quam ex titulo fructuum.*

18. *Militia equeſtrium ordinum eſt pretio æſtimabilis, quia eſt opus temporale.*

19. *Commendatarij præſentantes aliquos ad beneficia ordinis, id faciunt tanquam Patroni.*

20. *Inuitare aliquem ad Baptiſmum, ſiue religionem aliquibus muneribus, licet abſque ſimonia, & ad alia ſpiritualia, & quare, n. 21. & 31.*

21. *Sacerdos rem ſacram agens amore Dei non peccat, quam non faceret, ſi ei ſtipendium non daretur pro eleemoſyna Miſſæ.*

22. *Pecunia licet dari, vt remoueatur impedimentum, quo tenetur aliquis ne baptizetur, vel ne intret religionem, etiam cum pacto.*

23. *Infideli offerre temporale, vt baptizetur, vel intret religionem, non excuſatur à ſimonia, vt ex n. 26. 27. & 28.*

24. *Pactum non immutat rerum naturam.*

25. *Infidelem damnatum ad mortem, licet dimittere cum pacto, vt baptizetur.*

26. *Simonia eſt promittere aliquid ſub conditione; ſic vt alter obligatus maneat ad rem ſpiritualem.*

27. Cap. quam pio, quæſt. 2.

28. *Iudæus, vt baptizetur ex pacto non licet.*

29. *Iudæo cupienti venire ad Baptiſmum, etſi timenti paupertatem, licet pecunia dari.*

30. *Simonia non eſt dare pecuniam alteri, vt peccatum euitet, vel vt quid ſpirituale faciat in ſolius operantis vtilitatem.*

31. *Pactum facit ſimoniacum, quod alias ſine illo non præſumeretur, vt in inuitato ad Baptiſmum, & Religionem.*

32. *Prælati regulares nequeunt abſoluere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob ſimoniam ſecundum aliquos, ſed contra, num. 33. & 34.*

33. *Sixtus V. in conſtit. contra male promotos, reuocans priuilegia emendatur ex Clem. VIII. & Paul.*

34. *Priuilegia Religioſorum quæ clauſula Pontificia videantur etiam reuocata antea confirmari.*

35. *Dominicani Patres ex Pio V. habuerunt priuilegia abſoluendi ſubditos à reſeruatis occultis, quos poſſunt Epiſcopi.*

AD primam quæſtionis partem, quatenus numquid ſimoniacum ſit pre- 1
tio dare habitum militarium equitum, quia hæc diſquiſitio multum pendet ab ea ſatis agitata quæſtione: numquid verè religioſi ſint, aut tantum ſecundùm quid? de quo aliquid dixi *ſub capit. 2. de foro comp.* dum egi *ibi quæſt. 16. An gaudeant de foro, & priuilegio fori Eccleſiaſtici?* & *quæſt. 17. vbi quid de nouitiis quatuor ordinum militarium, Monteſſa, S. Ioannis, & aliorum?* & aliquid *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, ſub qu. 37. & quæſt. 45.* & alibi, ac de hac materia, & difficultate multum ex propoſito nouiſſimè, & poſt nos diſputat R. P. M. Fr. Ioannes Martinez à Concilio ſanctæ Generalis Inquiſitionis, Regis Philippi IV. Confeſſarius inter ſuos varios tractatus *tract. 9.* pleniſſimè omnium Theologorum & iuriſtarum ſententias referendo. † Poſtea ad no- 2
ſtrum quidem propoſitum toto diſcurſu, ſiue *tract. 10.* interrogando, an *ſit licitum beneficiare habitus ordinum militarium D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, & cæterarum:* Vt propoſitum ante fuit ab anno 1649. *ibi* §. 1. *ex num.* 4. abundè probat, quod licet reuera hos habitus beneficiare non ſit ſimonia, tamen eſſe peccatum lethale probat, adducens *à num. 7.* ad probandum ſimoniam eſſe eam venditionem ab inſtituto illorum ordinum militarium pro fide defendenda quæ ſpiritualis res eſt, tum ex doctrina noſtri textus *in cap. non ſatis*; eo quod in iure hæ ſunt Religiones, vt probat *ex cap. non eſt, & cap. licet de regularibus cap. ex litteris qui Clerici, vel viuentes, cap. relatum, ne Clerici, vel Monachi cap. quorumdam de elect.* & quia dicuntur habitus equeſtrium horum, Religioſi ex Bulla ſancti Iacobi, Alex. III. anno 1205. ibi: *in habitu Religionis,*

&

& extrauag. 1. de ſimonia, vbi expreſsè cauetur, ne Prælati Religionem, etiam militarium ordinum accipiant pecuniam, aut rem aliam volentium habitum aſſumere,
3 vel poſt, *directè*, *vel indirectè*, † hoc idem ſine diſtinctione fundans *num.* 12. in Religioſis vulgo *freyles*, qui verè Religioſi, & Clerici ſunt, illud extendendo ad equites, inter quos non datur differentia *in dicta extrauag.* quæ loquitur generaliter de ordinibus militaribus; item ex *conſtit. eiuſdem ordinis titul.* 15. *cap.* 1. in illis verbis: *Que el meſtre no recina dineros, ni precio por la encomienda:* ſub certis pœnis amiſſionis commendæ armorum, & equi, & ex *cap.* 25. vbi loquens de peccato ſimoniæ idem Pater, *ſub num.* 19. ponit verba ibi: *Por enda mandamos, y eſtableeemos que el maeſtro no recina dineros ni precio per la encomienda:* Quare potuit dicere Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *inſtitut. moral. capit.* 6. *quæſt.* 3. ſimoniam eſſe dare pretium pro illis habitibus, quia tales equites milites vere Religioſi ſunt; eo quod gaudent de pluribus indultis à Pontifici-
4 bus conceſſis, † qui & addit idem fore ſi ordinum Magiſter daret, vulgo *las encomiendas*, quæ dicuntur redditus annales, & idem ſi pretium reciperet, vt penſionem daret aliquibus prædictorum reddituum iuxta ſtatuta prædictorum ordinom, qui etiam addit nullum ex illis militibus poſſe commutare redditus ſuæ *commendæ*, cum redditibus alterius ſine conſenſu magiſtri, & quod ſi recipit pecuniam tacite vel expreſsè ratione dictæ commutationis, ſimoniam committit: & videtur amplius confirmari ex Diana cum infinitis *p.* 5. *tract.* 2. *reſ.* 40. *&* 72. *& tract.* 6. *reſ.* 23. *& p.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 30. & ex Amay. *in Codicem lib.* 10. *tit.* 39. *num.* 15. Marchino *pro reſolut.ordin milit.art.* 2. *n.* 7. & Sperello, *deciſ.* 2. *n.* 58.

5 Imò addit Suarez, quod dato tales equites non ſint verè religioſi, tamen in ordine ad committendam ſimoniam, hoc nihil obſtaret, quia vt rectè idem obſeruat, ſatis eſſet quod eo modo, quo ſunt Religioſi ſpirituale aliquid habeant, & inuendibile, cui videntur annexæ eorum commendæ, & idem Alex. Sperellus *deciſione* 2. *num.* 101. docet, commendas D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ eſſe beneficia Eccleſiaſtica, & materiam ſimoniæ; & de Religioſis illorum ordinum fatetur, Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *diſ.* 14. *num.* 1. quo iſti ſunt verè Religioſi addicti choro, & cultui Diuino.

6 His inquam, & aliis non obſtantibus, dato etiam, quod ſint verè Religioſi æquites illi adhuc non committi ſimoniam, ſi eorum habitus beneficientur pecunia à Rege, vt Magiſtro illorum ordinum probat latiſſimè idem P. R. M. F. Ioannes Martinez, *dicto diſcurſu* 10. *ex n.* 21. vſque ad finem tractatus, tum ex conſtitutionibus illorum ordinum, tum ex materia ipſa, dicendo has venditiones nimis indecentes fore, nec vnqoam ſuiſſe practicatam inter perſonas à Rege inferiores, quæ tunc temporis erant, & fuerunt Magiſtri dictorum ordinum militarium, eam venditionem, item & *ex num.* 27. † quia ſi venderentur tales habitus, 7
fruſtraretur finis, ad quem illæ Religiones fuerunt creatæ, nempe ad profligandos fidei Catholicæ inimicos, præcipuè Mauros, qui tunc à pluribus retro annis totam ferè Hiſpaniam nuncupatunt, & profligarunt plus 700. annis, vt conſtat ex verbis Bullæ Alex. III. annis 1175. data ordini D. Iacobi ibi: *Cum enim vnica ſit vobis intentio, & ſigularis cura ſemper immineat pro defenſione Chriſtianæ Religionis decertare, nec ſolum res, ſed perſonas pro tuitione fratrum incunctanter exponere*, & *in titulo* 4. *verſ. tenga entendido*, referendo *num.* 29. *&* 30. verba illius, & orationem, qua clericus Religioſus, vulgo *el freyle*, dum aſſumitur habitus, & enſis benedictionem illis impertitur: *quatenus eſſe poſſit* (*ſcilicet miles*) *defenſor Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, omniumque Deo ſeruientium contra ſauitiam Paganoram, aliiſque ſibi inſidiantibus ſit terror, ac formido, præſtans ei, quæ perſecutionis & defenſionis ſit effectum, &c.*

Et quod venditio horum habitum ſit 8
contra iuſtitiam diſtributiuam, quæ imperat danda præmia magis benemeritis; item, & contra iuſtitiam commutatiuam probat luculenter ibi, *ex num.* 32. & ibi *ex* §. 2. *à num.* 44. referendo huius opinionis DD. amplectitur Diana 3. *p. reſ.* 64. *tractat.* 2. contra eundem Azorium qui dixit nec eſſe ſimoniam, nec peccatum, quam partem *nec peccatum* improbat idem R. P. M. *ex num.* 47. & ex Ianuario, cuius verba refert, idem P. M. quas per verba Dianæ *ex n.* 52. ex Fagundez *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. latè agente, quem plenè per ſua fundamenta refert 9
idem Magiſter & ex Patre Villalobos *vbi ſupra, num.* 3. *à num.* 73. quem improbat, quatenus refert contrariam probabiliorem ex victoria, Aragon. Fr. Eman. & Suarez, & ex Patre Penafiel Aranjo *in tract.* 1. horum ordinum *capit.* 11. *verſ. aſſi. à num.* 76. R. P. Magiſter *ex numero* 79. dicit hunc caſum beneficiandi hos habitus propoſitum coram proceribus Doctiſſimis Conſiliariis Matriti

Digitized by Google

Matriti ex cauſa multiplicis Belli infeſtan-
tis noſtram Hiſpaniam, vrgentibus grauiſ-
ſimis neceſſitatibus, quæ ad hoc tempus
plus vrgentiores in dies profligant, propo-
ſitaque fuerit eadem dubitatio, non ſolum
anno 1649. ſed etiam anno 1654. nihilo-
minus, vt non beneficiarentur, fuit reſo-
lutum, non quia ea venditio eſſet ſimo-
niaca, ſed tantum iniuſta, & peccamino-
10 ſa. † Non enim ait Villalobos *ſupra dict. diſ.* 14. *tract.* 37. *num. fin.* obſtare fundamen-
ta contraria: Azor. *quæſt.* 2. *dicto lib.* 12 *cap.* 3.
ex priuilegiis Eccleſiaſticis, quia quem-
admodum ille, qui vendit Calicem con-
ſecratum, non vendit ipſam conſecratio-
nem, vt laiè dico *in capit.* 14. *de ſacramen-
tis, & ſacramentalibus*, ſic, & in noſtro caſu;
& quod licet dicerentur illi equites verè
Religioſi: tamen qui habitum emit, non
vult emere Religionem, ſed tantum ho-
norem, & redditus, quod in hac materia
eſt magis principale, vt ibi dicemus, dum
agemus, num ſit ſimonia dare aliquid
pro rebus, quæ etſi habeant aliquid ſpiri-
tualis, principalis materia eſt tota tempo-
ralis, qualia ſunt calices, ornamenta Eccle-
ſiæ, & alia ſimilia.

11 De commendis, numquid in illis di-
ſtrahendis, permutandis, ſiue penſionan-
dis, aut data pecunia ad locandos fru-
ctus, & redditus vnius cum altera, vel vt
adipiſci valeant ab iſtis equitibus, reſ-
pondetur ad plenum, ac tutiori prætextu,
quam accidere valet in commendis, equi-
tibus S. Ioannis Hieroſolymitani, vulgò
Caualleros de Malta ex dictis *infrà* verſ. *ad
ſecundam* videbis *infrà* etiam *in cap.* 12. *qu.* 1.
verſ. ad tertiam.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem, qua-
liter potuit excuſari à labe ſimoniæ quæ-
dam conuentio equitum Hieroſolymitano-
rum, ea nempe, vt vni adiudicaretur com-
menda, alij aliqua portio redditumm illius,
vel ille, cui adiudicata fuit, dederit alteri
pecuniam, vt ſic remoueret contradictorem,
ſeu redimeret vexationem, iuxta quæ di-
co de impedimentis remouendis, ac tol-
lendis vexationibus *infra in cap.* 28. *hoc tit.*
& quamuis Papa olim coram Puteo, *lib.* 1.
deciſ. 283. & coram Mantica *deciſ.* 68. &
ex illa poſtea Pariſius *de confidentia qu.* 17.
Garcia *de benefic. tomo* 1. *p.* 1. *cap.* 4. *num.* 1.
Molfeſius *in ſumma tom.* 1. *tract.* 6. *capit.* 2.
numero 29. Sanchez *in opuſculo tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 2. *dubio* 24. *num.* 8. & alij penes ipſos,
nempe in eo pacto ſimoniam committi,
quam iuuant fundamenta hic iacta *num.* 1.
verſ. ad primam; item quia quantumuis in
commendis Alcantaræ, D. Iacobi, & Cala-
trauæ, hoc non admitteretur ex funda-
mentis ſecundæ ſententiæ *verſ. his inquam*:
tamen, vt aduertunt Fagundez *de iuſtitia
lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 11. Molfeſius, *vbi pro-
ximè*, inter illos equites, & Hieroſolymi-
tanos, de quibus nunc loquimur magnam
quidem eſſe differentiam, cum iſti ſint
veri Religioſi, illi autem non.

Tamen etſi etiam equites D. Iacobi, Al- 13
cantaræ, & Calatrauæ fuiſſent veri Religioſi,
de quo non diſputamus, cum iam *in præ-
citatis locis ſub n.* 1. dictum à nobis fuerit, in
ordine tamen ad committendam ſimo-
niam, nihil illud obſtare dicendum eſt,
quia quemadmodum Theologi, præcipuè
Suarez, Rodriguez, Ledeſma, & Vega,
quos citat, & ſequitur Caſtrus Palaus, *tom.* 3.
tract. vltimo diſput. 3. *puncto* 13. *num.* 13. Fil-
liucius *tom.* 3. *tract.* 45. *c.* 6. *n.* 4. Aragon. *in* 2. 2.
D. Thomæ quæſt. 100. *art.* 4. Celeſtin. *in com-
pendio Theologiæ moral. tract.* 7. *cap.* 5. *quæſt.* 9.
Bonacina *tom.* 1. *diſput.* 1. *de ſimonia quæſt.* 9.
num. 25. Lezana *in ſumma quæſt. regular. tom.* 2.
cap. 5. *num.* 26. ſaluantes à ſimonia conuen-
tiones circa illas commendas, & Martin.
del Villar. *p.* 4. *dicto* 1. *num.* 10. de Patrona-
to *Calataius*; Cabedo de Patronato Regiæ
Coronæ *cap.* 15. *à num.* 15. docentes quidem
præceptorias, & commendas ordinum mi-
litarium non eſſe beneficia: ergo quæ pars
à fortiori patebit, ſi idem de commendis
æquitum Hieroſolymitanorum probaue-
rimus.

Igitur, quod conuentio inter equites 14
Hieroſolymitanos ſimoniaca non fuerit,
non obſtantibus deciſionibus proximè ad-
ductis, abundantiſſimè probatur, tum ex
reſolutis, de commendis equitum D. Ia-
cobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, tum & effi-
catius, quia vt docuerunt relati commen-
dæ Religionis Meliuetanæ fere ſemper non
ſunt materia ſimoniæ, cum non debeant
inter beneficia Eccleſiaſtica annumerari,
quia conferuntur titulo laïco; dantur enim
in ſtipendium pro temporalibus ſeruitiis
illorum militum, nec eſſe aliquid ſpiritua-
le, ſed temporalia quædam ſubſidia, & ali-
menta militaria, dixerunt relati, ſicque in
vtriſque commendis ſcilicet aliorum eque-
ſtrium eandem militare rationem probat
Diana *p.* 6. *tract.* 8. *miſcel. reſ.* 17. paulo an-
te medium.

Et iuxta hanc partem in terminis fir- 15
mauit ſummus Pontifex Iulius II. in Bulla
data Romæ apud S. Petr. anno 1505. *Kalend.
Iuly anno* 2. vbi clarè aſſeruit Prioratus, Præ-
ceptorias, &c. Religionis Meliuetanæ non
eſſe

beneficia, & Pius III. *in alia Bulla* 1460. *Kalend. Martij*, idem aſſeruit: tenent communiter Theologi, & inter Canoniſtas Ioan. Quintin. in repetitione *ad textum in cap. de multa* 28. *de præbend. numero* 8. *& à num.* 163. *ad* 165. vbi in ſpecie docet præceptores, vel commendatarios D. Ioannis non eſſe beneficiatos, nec beneficium habere, ſed adminiſtrationem, & officium; & ſic ex illis,& dict. Martin. del Villar. dicendum eſt dictas commendas non eſſe materiam ſimoniæ; & ſic Fagundez *de iuſtitia, lib.* 5. *cap.* 20. *numero* 10. potuit abſolutè dicere licitum eſſe abſque vllo peccato dare alicui pretium, vt te faciat adſcribere inter milites ordinum, quod eſt valde notandum; eo quod ſit in praxi valdè quotidianum dicit Diana *dicta p.* 6. *reſolut.* 17. *tractat.* 8. *ſub verſ. Notandum eſt tamen.*

16 Et ſic non obſtant fundamenta contraria ex Rota; nempe eorum commendas eſſe beneficia, dico huiuſmodi religiones, quamuis ad Diuinum cultum vltimatè ordinentur, proprius tamen finis earum ſit quid temporale, nempe *militia*, de qua eſt habenda ratio, vel quod huiuſmodi commendæ, non traduntur equitibus Religionis profeſſis ob profeſſionem; tanquam ob titulum, ſed tantum ob conditionem, ſine qua non conferuntur; vult enim Pontifex illas commendas tantum profeſſis conferri; quos per profeſſionem reputat habiles ad illas obtinendas, ſed non inde ſequi illas eſſe aliquid ſpirituale, ſicut ſi Pontifex voluiſſet bona aliqua temporalia diſtribui inter Religioſos, non ob id ea bona eſſent ſpiritualia, ſeu annexa
17 titulo ſpirituali. † Nec obſtare, quod tales milites ſint obligati, ad recitandas quaſdam preces, quia reſpondetur, illam obligationem precium oriri ex ipſamet profeſſione, & Regula, ſicut illas recitant milites profeſſi, nondum commendas obtinentes; & ſic euenire, vt fructus commendæ non ſint reuera ſtipendia pro tali diuino officio, ſed pro temporali mini-
18 ſterio militiæ. † Qua ratione firmat Diana illam militiam eſſe opus temporale, pretio æſtimabile,quod æſtimationem ſuam non admittit, etiamſi fiat ex voto, & referatur ad cultum Dei, vt fuſius ſcri-
19 pſit Suarez *numero* 8. † Nec obſtare, quod dicti commendatarij aliquando habeant ius præſentandi in Eccleſiis ſuis aliquem clericum ſui ordinis, vt beneficium in tali Eccleſia obtineat, quod totum ſpirituale eſſe videtur: nam reſpondent iam

adducti illud ſe habere per modum iuriſpatronatus, quod antecedenter eſt annexum beneficio talis Eccleſiæ, quod quaſi ineſt commendæ temporali, tanquam fundamento, & tranſit cum ipſa commenda, ad illa, quæ dixi *ſub capit. quanto* 3. *de iudiciis, & infrà*, dum de ſimonia in beneficiis *capit.* 12. dicam; aliis inquam rationibus probat Diana, quas adducit *in dicta p.* 6. *tractat.* 8. *reſ.* 17. *ex verſ. probatur ſecundo, & probatur tertio*; vſque ad finem omnino legendus eum Wigers, Layman, Leſſio, Gonzalez, Maldero, Siluio, Filliucio, Baſſeo, & Suarez *de relig. lib.* 4. *cap.* 50. *de ſimonia*, P. Hurtado de Mendoza, Caſtro-Palao, & Paſqualigio, eius verba notanda referens *ibi in verſ. ſed tandem.*

Ad tertiam quæſtionis partem reſpondetur licere aliquem inuitare ad Baptiſmum, 20
ſiue Religionem aliquibus muneribus ſine pacto, captando hac via illius beneuolentiam, vt ſic inuitatus inducatur ad Religionem, aliaque opera ſpiritualia: ſic communiter DD. ſicut expreſſe habet S. Auguſtinus relatus *in capit. quam pio* 1. *quæſt.* 2. & eſt ratio, quia quando nullum interuenit pactum, hæc datio erit donatio liberalis, quæ nec in miniſtrante, & conferente ordines, & alia ſacramenta, videtur prohibita, vt latè dixi *ſub capit.* 1. *hoc titulo*, & de aliis ſacramentis *infrà in capit.* 14. cuius finis ſanctus, & bonus eſt, & ſicut Nauarr. *in capit. inter verba concluſione* 5. *corol.* 1. *numero* 20. † hoc non 21
eſt dare infideli pretium, vt conuertatur per illud principaliter, niſi vt conuertatur, ſic exercendo tale opus, propter Dei amorem principaliter, & minus principaliter propter intereſſe, quod non eſt peccatum, ſicut non peccat Sacerdos rem ſacram agens amore Dei, quam non faceret, ſi ei ſtipendium pro eleemoſyna Miſſæ non daretur; imò addit Nauarr. licere etiam illum principaliter munere inuitare, vt conuertatur; eo quod non ſit illum incitare, vt peccet lethaliter, ſed vt peccet minus, cum minus peccatum ſit, vt conuertatur propter intereſſe, quam permanere in infidelitate: quapropter dicunt Medina *Cod. de reſtit. quæſtione* 27. *ad* 4. Molina *lib.* 1. *de iuſt. & iure, tract.* 2. *diſput.* 3. Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *dif.* 15. dona hæc recipientem non peccare in accipendo; eo quod poſtea liber manet, vt diſtribuat modo voluerit.

Imò, & Archidiaconus *in cap. quam pio* 1. 22
quæſt. 2. *verſ. in eadem gloſſa*, iuramenta *ibi*

Cc *num.* 1.

Digitized by Google

num. 1. Felin. *in cap. dilectus el* 2. *hoc titulo*
num. 7. Angelus *verbo ſimonia* 2. *Syluester q.* 8.
addunt licitum fore dare alicui pecuniam,
vt remoueatur impedimentum quo tenetur
ne baptizetur, aut ne intret in Religionem,
etiamſi eſſet cum pacto, & conuentione,
veluti ſi debita baptizandi ſolueret promit-
tens cum eo quidem pacto, vt baptizetur,
aut intret in Religionem, cuius dicti ea
eſt ratio, nam hoc non eſt emere rem ſpi-
ritualem, ſed impedimenta remouere: vide-
bis quæ dico *infrà cap.* 14. *quæſt.* 2. *ex n.* 1.

23 Toia ergo maioris dubij anſa, conſiſtit
in eo, an vero licitum ſit offerre alicui in-
fideli temporalia, vt baptizetur, aut intret
in Religionem, abſque eo, quod hoc ſit ſi-
moniacum? In qua difficultate duplex eſt
opinio. Prima affirmat licere ex eo fun-
damento, quia ſimonia eſt emere, aut ven-
dere quid ſpirituale, quod in hoc puncto,
non reperitur; non enim qui dat aliquid
accipit, nec qui recipit Religionem in-
trando, danti aliquid præſtat, quod ne-
ceſſarium erat, vi adeſſent emptio, & ven-
ditio. Secunda, nam quando ſine, pacto
fit, nec venditur, nec emitur res aliqua.
Ergo idem dici debet, cum intercedat
24 pactum, † quia pactum non mutat rerum
naturam, & hic non datur temporale pro
pretio illius operis, quod tunc non liceret,
ſed tantum ad inducendum eum, vt il-
lam operetur, ſicut Deus, qui promittit
temporalia bona obſeruantibus eius man-
data, vt dixit Abrahæ *Geneſis* 12. *egrede-
re de terra tua, faciamque te in gentem
magnam*, quod fuit pactum iuxta Lucam
1. *p. ſicut iurauit ad Abraham Patrem noſtrum:*
ſic tenent Cardinalis *in capit. dilectus hoc
titulo*, Medina *de reſtitut. capit.* 27. *ad* 4. Na-
uarr. *vbi ſuprà*, Sanchez *de matrim. lib.* 1.
25 *diſputatione* 39. *numero* 4. † qui & dicit li-
citum eſſe dimittere infidelem ad mor-
tem damnatum cum pacto, vt baptize-
tur: & fauet huic opinioni ſecundum
Gomez *lib.* 1. *variar. capit.* 12. *numero* 78.
vbi cum aliis eius additionator Hayllon.
quia eſt licitum legatum factum Virgini
ſub conditione, vt Religionem intret, eo
quod iuſtum eſt aliquem ad Religionem
trahere.

26 Contraria inquam opinio, nempe, vt
promittere aliquid ſub conditione, ſic, vt
alter obligatus maneat, eſt ſimonia. Ra-
tio eſt, quia in iure prohibita eſt quæcum-
que pactio in rebus ſpiritualibus, vt ſimo-
niacum, ſicut cauetur *in cap. fin. de pactis,
cap. non ſatis hic, dict. cap. quam pio* 1. *quæſt.* 2.
& gloſſa *verbo reſponſum*, qui textus hoc
ſpecifice probat concludendum in aliis
ibi: *dum tamen omnis abſit pactio, omnis
ceſſet conuentio*, quod licitum foret, & iti-
dem liceret dare pecuniam alicui con-
uentione, vt baptizet, aut audiat de pœ-
nitentia, ſiue conferat beneficium, quia
hæc parem rationem habent. Hanc in-
quam ſententiam, vt veriorem admittunt,
& ſequuntur 2. 2. *quæſt.* 189. *artic.* 5. Hugo.
in dicto capit. quam pio, vbi Archidiacon.
Ancharr. Anton. Ioan. Andr. & Abbas
in dicto capit. dilectus hoc titulo, Sylueſter
verb. Religio 2. *quæſt.* 2. Suarez 1. *de Relig.
tractat.* 3. *lib.* 4. *capit.* 16. ita tenentes, vt
fateantur licere donationem alicuius rei,
petendo à donatario, vt intret in Religio-
nem, vel ſub conditione, ſi fuerit Reli-
gioſus, aut ſi conuertatur, obligando ſe
verbum implere, ſi alter adimpleat con-
ditionem per textum *in capit.* 2. *de condit.
apposit.* vbi habetur valere libertatis dona-
tionem cum conditione, vt ſeruus intret
Religionem, in illaque perſeueret; ſed non
licere, vt intercedat pactum, per quod
alter obligatus maneat: eandem tenent
Villalobos *in ſumma dicta* 2. *p. tract.* 37. *diffi-
cult.* 15. *num.* 4.

Et clare videtur colligi *ex dicto capit.* 27
quam pio 1. *quæſt.* 2. vbi Bonifacius Papa ſcri-
bens omnibus Calaritanæ Eccleſiæ Cæno-
bitis relatus in illo text. atteſtatur nunquam
legiſſe Domini diſcipulos, vel eorum mi-
niſterio conuerſos quempiam ad Dei cul-
tum aliquo muneris interuentu prouocaſ-
ſe.† Ex quibus verbis communiter colligunt 28
DD. illicitum eſſe pactum de dando Iu-
dæo, ſeu infideli pecuniam, vt ad Chriſti
fidem conuertatur: ſic præter relatos ibi
docuerunt etiam Turrectemata *in* 1. *p. ad
1. argum.* Præpoſitus *ſub num.* 1. Barboſa *n.* 1.
Petrus Leuander *de priuileg. Doctor. p.* 4. *q.* 86.
Ioannes de Balboa *in cap. fin. de pactis n.* 20.
Ricciulus *de iure perſon. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 2.
& 4. poſt Stephanum de Licio *in tract. de
Iudæis §. promiſſionibus*, idem Barboſa *in dicto
cap. dilectus* 30. *num.* 6. *ex gloſſa verbo inui-
tari*, qua notant Suarez *de religione tom.* 1.
lib. 4. *de ſimonia cap.* 16. *num.* 10. Azor. *inſtit.
moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 5. Cabteros de
Metu *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 59. dicentes poſſe
offerri munera infideli, ea conditione, vt
Baptiſmum ſuſcipiat.

Vnde Simancas *de Cathol. inſtit. cap.* 35. 29
num. 10. & alij, vt videtur ſequi Barboſa *in
dicto capit. quam pio num.* 2. ſubdunt licitum
eſſe Chriſtiano promittere pecuniam Iu-
dæo cupienti venire ad Baptiſmum, ſed
timenti paupertatem inter Chriſtianos;
imò

imò dicunt Bonacina *de ſimonia quaſt.* 4. *§.* 7. *à num.* 2. Filliuc. *tract.* 45. *cap.* 4. *quaſt.* 4. *num.* 13. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 152. Suarez *dicto capit.* 16. *num.* 12. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 12. *num.* 66. Nauarr. *in cap.* inter verba *concluſ.* 5. *illatione* 1. Molina, *de iuſt. tractat.* 2. *diſp.* 93. *concl.* 4. colligentes ex dicta gloſſa *cap.*
30 *dilectus* 30. *verbo inuitari*, † poſſe quem abſque vitio ſimoniæ aliquid alteri date, vt peccatum euitet, vel vt opus ſpirituale faciat in ſolius operantis vtilitatem, relicta illi facultate, & libertate faciendi tale opus, nec alia ratione peccare, præciſo ſcandali periculo, ſiue tale opus ſit conſilij, ſiue ſupererogationis, ſiue præcepti.

31 Et iuxta hæc non obſtant fundamenta primæ ſententiæ, quia reſpondetur, vt ſit ſimonia, non eſt neceſſum, vt ille, qui emit, recipiat rem ſpiritualem, ſufficit enim, vt alter rem ſpiritualem faciat virtute pacti pecuniæ, veluti, ſi vnus Baptiſmum pecunia alteri det, vel ſi filius ſecundogenitus, vt hæres fieret maioriæ emeret primogenitum, vt intraret Religionem, quod eſſet ſimonia, etſi ipſe nihil ſpirituale acquirat. Tamen, quando non interuenit pactum, tunc non adeſt ſimonia; eo quod inuitatus, remanet liber, ac poſſit eligere vnum, aut alterum ſecundum iam dicta *in verſ. ſic*, de differentia pacti, aut conditionis: nam eſt quaſi dicere: *Appono tibi ignem, & aquam*, ad quodcumque volueris porrige manum: ſic & ex aliis reſpondet Villalobos *in ſumma dicta p.* 2. *tract.* 37. *diff.* 15. *num. fin.*

32 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſuperiores Regularium poſſint abſoluere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob ſimoniam contractam in ordine, vel beneficio? Et quia *in cap.* 24. *& cap.* 44. agemus de abſolutione à cenſuris cuiuſcumque ſimoniaci, quibus hæc difficultas valet ampliari, ideo nunc de illa agimus, eo quod ſpectet ad Regulares ſimoniacos, quorum materiam hic propriè collocauimus. Et videoduas hic opiniones, quas refert Diana *p.* 10. *tract.* 15. *reſ.* 8. negantem Magiſtri Texada *in Theologia morali tom.* 1. *lib.* 2. affirmantem ex Portel *in reſponſis moralibus tom.* 2. *caſu* 41. *num.* 1. & Baldi *in Bulla Cruciatæ p.* 3. *tract.* 2. *cap.* 1. *ſect.* 4. *num.* 30. omnium verba ad litteram referendo, quæ ego fugiens laconicè componam. Prima quidem negans, quia Sixtus V. *in conſtitutione*, quam edidit contra clericos malè promotos eam facultatem penitus reuocando, & auferens, dicens quod nemo præ-

textu cuiuſcumque priuilegij, etiam mare magni nuncupati, poſſit abſoluere huiuſmodi ſimoniacè promotos; & ſic nec Epiſcopus ſuos ſubditos; eo quod ſimoniacè ordines ſuſceperunt, vel beneficia obtinuerunt; præterquam in mortis articulo: nec in his etiam Abbates ſuper irregularitate contracta, etiamſi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeant diſpenſare: concludens ex alia Pij II. *conſtit.* & ex Trident. quod ſi Religioſus ſimoniacè ordinatus eſt, aut ſimoniacè Prioratum, aut quamcumque aliam dignitatem in Religione obtinuit (quia nomine beneficij officium dignitatis in Religione intelligitur) eſt ipſo facto excommunicatus, & eſt ipſo iure illis priuatus à qua excommunicatione abſolui nequit per Regulares Prælatos, nec in ſuſpenſione incurſa diſpenſari, niſi per Romanum Pontificem, cui talis abſolutio & diſpenſatio reſeruata ſunt, & hoc ſi ſimoniacus occultus ſit: ita Texada aſſeuerat *dict. conſtit.* Sixti V. correctam eſſe, aliam Clem. IV. conceſſam Congregationi S. Benedicti in Hiſpania.

Tamen quod Prælatus Regularis poſſit abſolnere iuxta Portel. & Bardum: ſic ipſi docent, quia etſi dicta conſtitutio Sixti reuocauerit omnia priuilegia Religioſorum, per quæ id poterant abſoluere: tamen dicunt Clem. VIII. poſtea *in Bullario*, Rodrig. *fol.* 1201. confirmaſſe priuilegia minorum ex certa ſcientia, eaque innouauerit, quod idem fecit poſtea Paul. 33
† ex eo quidem fundamento, quod quando Papa *ex certa ſcientia*, & *verb. innouamus*, hæc verba ponendo diſponit, cenſetur confirmare priuilegia talium Religioſorum, quæ ante ea, poſt aliquem ſummum Pontificem fuerant reuocata: ita Gloſſa *in capit. quia diuerſitates*, *& in capit.* 1. *de tranſ.* & ex eo, quia confirmatio ex certa ſcientia habet vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inualido validum, ſeu de priuilegio nullo facere validum: Suarez fusè *lib.* 8. *de legibus cap.* 18. *à num.* 12. ſicque Salmanticæ per doctiſſimos fuiſſe tentum, ſed dicti Clem. VIII. Bulla dicit, *innouamus*, & *in proœmio* ipſius dicit; *& in priſtinum ſtatum reponat.* Ergo cum conſtat ante reuocationem Sixti V. Prælatos Regulares potuiſſe abſoluere ſubditos ab omni ſimili excommunicatione, 34
† maximè per conceſſionem Pij V. factam Prælaris fratrum Dominicanorum, quibus conceſſit, vt per ſe poſſent abſoluere ſubditos ab omnibus occultis, quos poſſunt 35

Epiſcopi abſoluere : idem tenent Hieronymus Rodrig. *in ſuis reſolut. reſol.* 3. *num.* 7. cuius verba refert Diana, Leander à Murcia *in cap.* 14. *ſuper* 8. *reg.* S. Franciſci *num.* 37. Bordonus *in conſ. regular. tom.* 2. *reſ.* 67. *n.* 76. Bechins *in praxi diſputat.* 9. *dubio* 13. *per totum*, Tamburin. *de iure Abbatum*, *tom.* 2. *diſput.* 14. *quæſt.* 13. *num.* 5. dicit probabilem, Pelizarius *in man. reg. tom.* 2. *tract.* 8. *capit.* 2. *numero* 47. & quia Pater Lezana *in ſumma tom.* 3. *ver. ſimonia numero* 31. *an hæc ita ſint videant alij*, & idem Diana *ſupra ſub verſ. hanc*, dicat etiam hanc ſententiam alibi impugnaſſe contra Patrem Vidalem; ideo ego exiſtimo in hoc dubio petendam eſſe reſolutionem ab his, quæ dico de reſolutione ſimoniaca *in dicto c.* 24. vbi adæquabuntur omnium ſententiæ, *&* *ſub cap.* 44.

AD TEXTVM

In Cap. Cum in Eccleſia IX.

PRÆMISSVM.

1 SVMATVR litera communiter à Doctoribus, ſicut præcedens *d. cap. non ſatis*: quare ea proximè ibi dicta de Regularibus hic applicanda ſunt; & ſic tantum ad verba huius deciſionis, ſeu contexturæ nonnulla adnotabimus, vt moris eſt. Et ſic quatenus includit benedictiones nubentium, & de exequiis, ac ſepulturis, *infrà* dicitur *in cap.* 29. & aliis, *&* *de ſacram. cap.* 14. & aliis ibi de ſacramentalibus.

2 Et quia *ad verſ. itavt pro Epiſcopis*, *& Abbatibus*, *ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſedem*, *ſiue introducendis Presbyteris in Eccleſiam*, *&c.* poſſunt applicari ad inſtitutiones, ſiue poſſeſſiones Epiſcopatuum, aut Prælaturarum Regularium: quæ poſſunt applicari ad ſimoniacam adeptionem beneficiorum, & Prælaturarum, vt *ſub cap. præced. quæſt.* 3. *ad finem ſub verſ. tamen* intellexit Portel. de Bulla Clem. VIII. ideo quæ de beneficiis per ſimoniam adeptis dico *in capite decimo ſecundo*, hic applicabis, & quod *nec pro ſacramentis conferendis in dicto cap.* 14.

AD TEXTVM

In Cap. Cum ſit Romana X. Cap. etſi quæſtiones XIIX. & Cap. Sicut XXXIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Simonia committitur ſi pecunia tradatur pro actione conſecrandi calices, templum, altaria, Chriſma, Agnus Dei, benedicendi corporalia, veſtimenta, incenſum, cereum Paſchalem, & ſimilia.*
2. *Epiſcopus accedens ad conſecrandam Eccleſiam, conſequitur alimenta ab Eccleſia, etiamſi illa ſit vicina Epiſcopatui, ſi habeat vnde ſoluat.*

IN his iuribus nihil pro conſecratione, nec Eccleſiarum, nec Epiſcoporum, nec pro benedictionibus Abbatum, & ordinationibus clericorum, eſt recipiendum temporale, alias quidem ſimoniam committi. Et quia conſecratio, & benedictio debent eſſe gratuitæ, cum ad ordinationem Epiſcoporum, & Abbatum ſpectent, & hæc quidem debeant metiri per illa, quæ latè dixi *ſub cap.* 1. *hoc titulo.* vbi de ſimonia ratione ordinis commiſſa, tam in ordinante, quàm in ordinato; ideo ibi poſita de conſecratis Epiſcopis, & Abbatibus benedictis, pecunia mediante, applicabis. 1

Quapropter *hic in verſ. nihil pro Eccleſiarum conſecratione*, laconicè cum Barboſa *num.* 2. Soto *de iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 6. *artic.* 2. Suarez *de religione tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia cap.* 13. *num.* 3. Filliucio *tract.* 45. *cap.* 4. *q.* 1. *num.* 2. Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 4. *à principio*, & aliis communiter, nunc dicimus, quod ſimonia committitur, ſi pecunia tradatur pro actione conſecrandi calices (ſcilicet) templum, Chriſma, Agnos Dei, benedicendi corporalia, veſtimenta, incenſum, cereum Paſchalem, & ſimilia, nec non faciendi alias ordinum functiones: † ſed notant idem Barboſa *hic verſ. præter procurationem*, & Surd. *de alimentis tomo* 1. *quæſt.* 64. *num.* 3. *&* 4. quod Epiſcopus accedens ad conſecrandam Eccleſiam, conſequitur alimenta ab Eccleſia, etiamſi Eccleſia ſit vicina Epiſcopatui, ſcilicet quando 2 3

Eccleſia

Eccleſia habet vnde ſoluat, alias conſecrat Epiſcopus ſumptu proprio, & hoc per notata à DD. *in cap. inter cætera de officio ordinarij*, applicando ad hanc limitationem quæ de procurationibus debitis Epiſcopis viſitantibus, ſeu viſitatoribus ab illis electis dicunt ibi, de quibus nonnulla ego dixi *ſub titulo ne ſede vac.* aliquid innouetur, vbi offendes. Quod ſi deſiderat videre formularium conſecrationis Epiſcoporum, Presbyterorum, & benedictionem Abbatum; item Calicis, & ornamentorum Eccleſiaſticorum templi, Agnorum, &c. leges Pontificale Romanum.

AD TEXTVM

In Cap. De hoc, IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simonia probatur ex partis confeſſione, & ex notorietate.*

2 *Infamatus notorie qui ſe purgare nequit, valet puniri ſine forma iudicij.*

3 *Simoniacus notorius deponi poteſt.*

5 *Principes ſæculares recipientes pecuniam, vt tanquam Patroni in electione conſentiant, vel vt eam ratam habeant, ſunt ſimoniaci.*

6 *Simoniacus eſt dans pro obtinendo Epiſcopatum, aut Abbatiam.*

1 HIc agitur de ſimonia notoria, & manifeſta punienda. Et quia Barboſa, *hic num.*4. ex Flaminio, Pariſio, *de reſign. benefic. lib.*14. *quæſt.*9. *à num.*4. dicit, quod ex partis confeſſione probatur ſimonia, & DD. dicant plura de notorio, & manifeſto, *in cap. veſtra cap. tua de cohabit. clericorum*: & de delictis notoriis, ſiue manifeſtis ego *ſuprà* dixerim multa *in cap. euidentia, de accuſat.* & ſimonia ſit delictum, imò grauiſſimum, vt conſtat *ex hoc tit. & ſuprà in Rubrica*; ideo pro hac parte ad ibi dicta de notoria, & manifeſta ſimonia te remitto. † Vbi quod
2 notoriè infamatus, qui ſe purgare, aut defendere nequit, poteſt ſine forma iudicij puniri † ſicut hic deponi notorius ſimo-
3 niacus, & quod debeat præcedere de licto infamia, vt quis valeat puniri: applicabis dicta *ſub cap. qualiter* 24. *de accuſat.* & alibi *in eo tit.* de conuictis ſeu in iure confeſſis, *in dicto cap. euidentia.* Aliâ plura dixi *in alleg. fiſcalib. S. Officij* 2. *p. alleg.* 9. vbi qui dicantur hæretici conuicti, & confeſſi: aliquid *ſub cap.*2. *hic in verſ. vnde*, vbi de iniuſtè notorie Eccleſiam tenente, vt ſine citatione priuetur, de probatione per confeſſionem aliquid *in cap. tanta, quæſt.* 2. *verſ. ad ſecundam*; & *vt intelligas textum, quatenus de depoſitione loquitur*: leges *infrà cap. per tuas, trigeſimo ſecundo ſub quæſtione prima*, vbi & *de confeſſo.*

Ad verba ibi in principio, quod *Epiſcop. examen, Archidiacon. beneficia, & cuidam Clerico ante electionem ſuam, Prioratum dicitur promiſiſſe, & vterque conſentiret eidem*: applicanda ſunt quæ DD. ſcribunt, *in cap. ſecundo de conceſſ. Præbendæ per textum ibi de prohibita datione beneficiorum, nondum vacantium, ſeu eorum promiſſione.* 4

Ad *verſ. Regem autem*, cum Abbate, & Barboſa hic, dicendum eſt Principes, & alios quoſlibet ſæculares recipientes pecuniam, vt tanquam Patroni in electione conſentiant, ſiue vt eam ratam habeant, ſimoniacos procul dubio eſſe, & reſtituere debere accepta Eccleſiæ, in qua eſt beneficium conſtitutum. Sed quia hoc dictum quaſi latius perpenditur ex ſupra explanatis *in cap.* 1. *quæſtione* 3. vbi de conuentione cum Patrono, & aliis; & quia de Patronis, & electionibus dico alia plene, *in cap.*27. 33. 43. & 44. ideo non plus. 5
† Alia ponit Barboſa *ex numero* 5. quæ alibi, & ex hic notatis intelliguntur, qui, & *numero* 5. *tanquam authores tanti ſceleris*, dicit cum Rebuffo, quod promittens aliquid pro obtinendo Epiſcopatum, vel Abbatiam, ſeu nominationem à Rege, eſt ſimoniacus: applicando hic quæ dicimus de datis, aut promiſſis ad obtinenda beneficia *in cap.* 12. & 13. *& ſequent.* item vt quis eligatur, *in cap. vigeſimo tertio, & vigeſimo ſeptimo*, cum aliis. 6

AD TEXTVM

In Cap. Cum eſſent, XII. Cap. Inſinuatum, XIII. Cap. XVII. Cap. XX. Vbi de præſentatore, Cap. XXII. Cap. Tua nos, XXXIV. Cap. In tantum, XXXVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia continent ſub ſe officium, ſeu obligationem, quod eſt ſpirituale ius percipiendi fructus, quod eſt beneficium proprie, & fructus ipſos, qui ſunt temporale, & quodlibet: qua ratione numero 2.*

1 VT materia horum iurium facilius intelligatur quæ ad ſimoniam commiſſam in beneficialibus ſpectant, duxi pro generalitate conſiderare tria, poſſe diſtingui in beneficio. Primum ipſum officium, ſeu obligatio ad illud, quod eſt omnino ſpirituale, non tamen eſt beneficium, ſed fundamentum, & cauſa beneficij. Secundum eſt ius percipiendi certos redditus ex bonis Eccleſiaſticis, & hoc ius eſt proprie beneficium, naſciturque ex officio, tanquam ex ſua cauſa, & eſt quid ſpirituale, quia oritur ex re ſpirituali, nempe officio, in quo fundatur, & cui inſeparabiliter eſt annexum. Tertium ſunt ipſi fructus, qui ſunt temporales: ita diſtinguit Nicol. Garcia, *de beneficiis p.1. cap.2. num.7.*
2 † qui dicit *nu.5. &* 6. cum aliis, vt licet dicatur beneficium eſſe ius ſpirituale, non quod ſit tale principaliter, & in ſe, ſed potius temporale, cum ſit ius percipiendi fructus, qui ſunt temporales, ſed dici ſpirituale, quia eſt ſpirituali connexum dependenter, ſiue conſequenter, quoniam præſupponit Clericatum, vt docet D. Thom. *2.2. quæſt.*100. *art.*4. vbi eius expoſitores Abbas, *in cap. conſulere num.* 8. *hoc tit.* Vgolin. *de ſimonia in genere cap.*34. Soto, *de iuſtit. lib.9. quæſt.1. art.11.* Nauarr. *in man. cap.23. num.*108.

QVÆSTIO I.

An ſimonia ſit prohibita in beneficiis de iure Diuino, an tantum de iure poſitiuo? quid de commendis ſpiritualibus, ſeu Clericalibus? Et an commendæ militares? An Rectoria, ſeu officia regendi Hoſpitalia Eccleſiaſtica? Et an præſtimonia, cappellaniæve ſint materia ſimoniæ, ac vendi poſſint? & Auditoriatus, Clericatus, Cameræ, & alia officia, ſeu dignitates huiuſmodi poſſint vendi ſine labe ſimoniæ?

SVMMARIVM.

1 *Simonia in beneficialibus ſecundum Theologos, & aliquos canoniſtas eſt de iure Diuino, verius eſt, vt ſit de iure poſitiuo, mala, quia prohibita, vt ex num. 5.*

3 Cap. ex multis, 1. quæſtione 3. & num. 9.

4 Cap. ex diligenti hoc titulo, & numero 10.

5 *Simonia in beneficiis conferendis ſolum inuenitur de iure poſitiuo prohibita propter connexitatem ordinum, num. ſequentibus, num propter adminiſtrationem, vt ſub num.8.*

6 *Beneficia poſſunt vendi, ſecluſa prohibitione canonica.*

7 *Pecunia in beneficialibus non datur pro executione ordinis, aut Clauium, ſed pro iure percipiendi fructus, quod eſt beneficium conſiſtens non in iure adminiſtrandi, ſacramenta, & Diuina.*

8 Cap. ſi quis obiecerit, 1. quæſt. 3. adductum ſub num.2.

9 *Senſus moralis non facit argumentum efficax, ad probandum aliquid eſſe de iure diuino.*

10 *Canonicum ius lato modo, dici ſolet ius diuinum.*

11 *Commenda beneficialis, qualiter ſit, vel non materia ſimoniæ? & numero decimo ſecundo.*

12 *Commenda iuriſdictionalis qualis? & numero 13.*

14 *Commenda militarium equitum, & Religioſorum non dantur in titulum ob profeſſio*

feſſionem, ſed tantum ob conditionem ſine qua non.

15 *Commenda fructus non ſunt ſtipendia pro diuino officio, ſed pro miniſterio temporali.*

16 *Commendas vendere ſimonia non eſt, eſt tamen illicitum.*

17 *Magiſtri milites, non ſunt Domini commendarum, ſed tantum adminiſtratores.*

18 *Hoſpitalia data in beneficium, Eccleſiaſtica à collatore, ſunt materia ſimonia.*

19 *Hoſpitale datum in regimen temporale, non eſt materia ſimonia. Quid ſi habeat rectorem cum adminiſtratione? num. 20. vel de habente adminiſtrationem authoritate Epiſcopi, nu. 21.*

22 *Praſtimonia, ſiue cappellaniæ perpetua, ſunt materia ſimonia iuris poſitiui, habeant, vel non adminiſtrationem, & num. 25.*

23 *Simonia prohibita rei Eccleſiaſtica qua de cauſa ſit inſtituta? & n. 24.*

25 *Praſtimonia connumerantur inter beneficia Eccleſiaſtica, & ſunt qua nullum habent ſeruitium, qua conferuntur, vt catera beneficia à Prælatis, habentque titulum ſpiritualem, vt ſub numero 26. etſi nonnomulli ſtipendia ſolum eſſe dicant, vt num. 27.*

26 *Praſtimonia vendere nemo audet.*

27 *Praſtimonia in ſuo principio fuerunt inſtituta ad alendos ſtudentes.*

28 *Auditoriatus, & Clericatus de camera, aliaque officia eius, ſunt materia ſimoniæ, ſi habent iuriſdictionem, ſi vendantur à Papa, habito reſpectu ad redditus, non ſic nu. 29.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſito, quod *ſupra in Rubrica*, dictum eſt, duplicem dari ſimoniam, vnam quia mala de ſe; aliam quidem malam, quia tantum iure poſitiuo, & Eccleſiaſtico prohibita. Ideo ſuppoſita etiam diſtinctione poſita in præmiſſo iuxta ſpiritualitatem beneficiorum, ſeu temporalitatem eorum; ideo nunc opportuna eſt interrogatio præſens vt dubia ſequentia clarius intelligantur. Video inquam in hoc dubio diuerſas eſſe Theologorum, & canoniſtarum ſententias; dicunt enim Theologi, & quidem magni nominis, ſimoniam, quæ datur in beneficiis eſſe prohibitam de iure diuino, ſicut quæ prouenit à receptione ſiue collatione ordinum iuxta dicta *ſuprà latè in cap. primo hoc titulo*, & hoc peti ab illo principio poteſt; quia cum beneficium detur propter officium, & hoc ſit ſpirituale ſequitur, vt collatione pretio conſequuta, reperiatur eadem ſimonia, ac reperitur in ordinibus, cum & ad obtinendum beneficium, neceſſum quidem eſt præſupponi clericatum, & ordinem, vt omnes tenent ſine controuerſia, propter quod, & alias rationes tenuerunt Caietan. *tom. 2. tract. 2. de ſimonia, quaeſt. 1. in ſumma, verbo ſimonia*, Valentia, *tom. 1. ſuper, 2. 2. diſp. 6. qu. 16. puncto 2.* Victoria, *in relect. de ſimonia nu. 44.* Soto, *de iuſt. lib. 9. quaeſt. 5. art. 2. & qu. 7. art. 1.* Aragon. *2. 2. qu. 100. art. 4.* Azor, *tom. 3. inſtit. mor. lib. 12. cap. 11. qu.* .... Raphael de la Torre, *de religione tom. 2. qu. 110. art. 4. diſp. 2.* Coſmas Philiartus, Ludouicus Lopez, Manuel Rodriguez, Ledeſma, & Vega, quos refert Garcia, *dicto cap. 2. p. 1. de benef. num. 10.*

Imò ſunt nonnulli canoniſtarum, qui ſic videntur ſentire, Nauarr. *in man. cap. 23. num. 108.* Couarr. *in reg. peccatum, 2. p. §. 8. verſ. & licet quibuſdam.* Thomas Campegius an Papa labem ſimoniæ incurrere poſſit? Et in beneficiis habentibus adminiſtrationem ordinis, vel executionem clauium, licet non in aliis admittunt Abbas, *in extrauag. extirpandæ §. qui vero de Præb. à num. 53. & in dicto cap. 1. hoc tit. num. 6.* vbi Bellenzin, *in addit.* Rebuff. *in repetit. dicti, §. qui vero, ad finem*, Caſſador, *deciſ. 2. hoc titulo*, Iacob. de Graff. *in deciſ. Aux.* caſuum conſcientiæ, *lib. 2. cap. 96. num. 14.* Redoan, *de ſimonia p. 1. cap. 34. num. 34.* & Sahagun, *in cap. ex parte, de officio, deleg.* dicens communiorem ſententiam, non ſolum in ordinibus, ſed etiam in beneficiis ſimoniam lege diuina damnari: obtinere tamen in ſimonia propria, quando datur temporale ad conſequendos ordines, vel beneficia; non tamen in ſimonia impropria dicendo impropriam à lege ſolum poſitiua damnari certum eſſe. Durandus vero *in 4. diſtinct. 25. quaeſtione quinta, numero nono*, nullam admittit ſimoniam de iure poſitiuo, quem ſequutus Aragon. *ſupra dicta quaeſtione 100. art. 1.* dicit nullam eſſe vere, & proprie ſimoniam prohibitam tantum iure poſitiuo, ſed omnes eſſe contra ius naturale, & Diuinum, quidquid in hac re dicant canoniſtæ. Et hanc tenet etiam cum aliis Villalobos, *in ſumma part. ſecunda tractat. 37. diff. 28. numero primo*; nonnullis rationibus, & per *cap. ſi quis obiecerit 1. quaeſtione 3.* 2

Et faciunt pro hac ſententia textus, *in cap. ex multis 1. qu. 3.* quatenus dicit quod per numularios, quos Dominus eiecit de templo, *Math. 21.* Eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur; ob idque videri ſimoniam 3

niam in beneficiis eſſe de iure diuino. † Et textus, *in cap. ex diligenti, hoc titulo in illis verbis: Praſertim cum hac taliter præſtita diuinis, & humanis legibus contrahere dicantur.* Ex quibus etiam videtur ſimoniam eſſe contra diuinum ius, & confirmatur ex doctrina Baſſei, *p.2. verb. ſimonia in ſumma, dum ex num.4.* tenet ſine diſtinctione commendas ſpirituales, ſeu clericales, & alia eſſe materiam ſimoniæ contra ius diuinum.

5 Tamen cum alia canoniſtarum copia, ac aliquibus ex Theologis, dicendum eſt in beneficiis conferendis pretio ſolum inueniri ſimoniam iure poſitiuo inueniam, ac prohibitam, & hoc propter connexitatem ordinum, & reſpectum, quem dicunt ad ſpirituale, & ſic conſtituentem talem actum in ſpecie ſimoniæ, non enim beneficium in ſe, & principaliter eſt ſpirituale,
6 † ſic vt ſecluſo iure poſitiuo id inhibente, poſſent abſque vitio ſimoniæ vendi iuxta tradita per Caietanum, *verb. ſimonia 3. Reg.* ita docent gloſſa *in cap. ex parte de officio deleg. verbo dimittere, & in cap. cum pridem verbo illicite de pactis*, Butrius, & Decius, *num.23. in dicto cap. ex parte*, Cardin. *in cap.1. hoc titulo.* Felin. *in cap. ad audientiam 2. num. 3. de reſcript.* Flamin. Paris, *de reſign. benef. lib.14. quaſt.3. num.10.* Ludouic. Caruo *de reſt. qu.60. p.4. col.1.* Nicol. Garcia, *dicta p.1. cap.2. à nu.8. & à n.12.* Caccialup. *de penſionib. quaſt.19. num.5.* Ioan. Carraſa, *in tract. de ſimonia à num.58.* Cardinalis Tuſchus, *concluſ.250. & 552. num.8. littera S.* Iulius Clar. *lib.5. recept. ſent §. ſimonia, num.5.* & iuxta hanc ſententiam facile excuſari poſſe ait Garcia, *dicto cap.2. p.1. num. 13.* à vitio ſimoniæ aliqua, quæ alias difficilimè excuſarentur per Theologos, vt *infrà* dicemus, vbi addit *numero* 15. ſententiam Theologorum poſſe procedere in Epiſcopatibus, & aliis Prælatiis, & officiis, in quibus principale videtur Prælatia, & iuriſdictio, poteſtaſque ſpiritualis.

7 Quare non obſtat dicere, quod in collatione beneficij datur aliquando executio ordinis, aut Clauium, vt in beneficiis curatis: quia reſpondetur pecuniam non dari pro hac executione, quæ eſt ſpiritualis, ſed pro iure percipiendi fructus, quod eſt beneficium conſiſtens non in iure adminiſtrandi ſacramenta, & diuina faciendi, ſed in iure percipiendi fructus, vt in aliis beneficiis reperitur, quæ non habent illud onus, nec aliud, vt ſunt beneficia ſimplicia; penſiones Eccleſiaſticæ, & Præſtimonia, quæ poſſidentur abſque aliqua adminiſtratione ſpirituali, & tunc in curatis dici annexum beneficio illud ius adminiſtrandi ſacramenta, quod eſt munus principale quoad hoc punctum. Deinde, quia conuentio, quæ tunc fit, eſt inter paciſcentes reſpectu iuris percipiendi fructus beneficij, ad quod ambitiu paciſcentium principaliter præſumitur tendere, niſi perſpicue probaretur, eorum intentionem fuiſſe emendi, & vendendi ius in beneficiis principaliter propter officium ſpirituale, quod includunt, quia tunc iam videretur ſimonia prohibita de iure diuino, & naturali. Et iuxta hanc diſtinctionem exiſtimo intelligendum Vgolin. *in tract. de ſimonia tabula, 1. cap.2. §.5.* dum dixit, quod ſi Romanus Pontifex habuit animum vendere ius illud ſacramenta adminiſtrandi, & diuina faciendi, & ſic exercendi clericale munus in eo beneficio, tunc Theologorum ſententia ſit vera, quod nullo modo exiſtimandum eſſe ait, vel quod in animo habuit tantum vendere ius percipiendi fructus temporales, & temporalia ipſa, beneficij, non autem ius illud clericalis muneris exercendi, quod ſemper eſt ſic exercendum, etiam in dubio per dicta *in cap. ſub quaſtione 4. fin.* ob quod concludendum abſolute eſt cum canoniſtis non eſſe ſimoniam de iure diuino vendere beneficium, quia principaliter, (vt dictum eſt) eſt quid temporale, ſicut abſolute loquendo dicitur non eſſe ſimoniam vendere calicem conſecratum, quia principale in eo eſt materia, vt dicetur infra de ſacramentalibus: ita ex aliis docet Garcia legendus, *dicto cap.2. à num.20. ad 25.* qui *num.26.* improbat aliam conciliationem dictarum opinionum, quam adduxit ex Suarez etiam, ad quam reſpondemus *infrà* hic ſatisfaciendo ad textum *in cap. ſi quis obiecerit 1. quaſt.1.*

Nec obſtant iura *in dicto cap. ſi quis obiecerit*, quia etſi re vera ex doctrina illius, di- 8
cat idem Leſſius, & poſt illum idem Suarez, *de religione tract.3. lib.4. cap.24. ex nu.23.* nempe quod cum liceat Papæ, ſeparare fructus temporales à iure beneficii, cui inhærent beneficij ius, vni conferendo; alij vero aſſignando illius fructus, & tunc in ea ſeparatione fructus vendendo, quia temporales ſunt, ſimoniam non includi; ſecus vero quando fructus vna cum beneficio venderet, cum iam tunc ratione connexitatis ſpirituale venderetur, in quo ſimonia eſt prophibita de iure diuino, ex doctrina *dicti cap. ſi quis obiecerit*; quem adducit pro ſe, etiam Pater Villalobos, *dict. p.2 tr.37. diff.28. num.2.* qui *num.3.* cum eodem Suarez latiſſimè agente, prædictam ſeparationem

nem admittit, & quod ſeparatis fructibus, non eſſe ſimoniacum aliis dando, aut vendendo, aut ſibi reſeruando, exemplificando etiam in penſione. Tamen quia, vt dictum eſt principale ius beneficiorum, ſit fructuum temporalium perceptio, ſequitur vt beneficio vendito, ſine empto, nulla incurratur ſimonia de iure diuino, ſed tantum illa, quæ decreta eſt de iure poſitiuo, ratione cuius datur ſimonia quæ non daretur, ſi de iure poſitiuo in illis emptio, & venditio prohibita non eſſet ſub ſimoniæ peccato; & ſic quamuis Papa Paſchalis author, *dicti cap. ſi quis obiecerit*; videatur contra tenere: tamen vt reſpondet Barboſa *ibi num.* 1. non agebatur de materiali Eccleſia, an vendi poſſet, nec ne, ſed de dignitate Epiſcopi, vel Abbatis, vt intellexerunt Bonacina, *variar. tract. tit. de ſimonia quæſt.* 4. §. 2. *num.* 4. *verſ. obijciens* 1. Suarez, *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 13. & 23.

9 Ob quæ non obſtant textus, *in dicto cap. ex multis* 1. *quæſt.* 3. qnia illud, quod ibi dicitur *Math.* 21. de eiectis de templo à Chriſto Domino, nummulatiis intelligitur in ſenſu morali, non in litterali; qui ſenſus moralis non facit argumentum efficax ad probandum aliquid eſſe de iure diuino, vt docent D. Thom. 1. *p. q.* 1. *art.* 10. vbi Theologi: idem D. Thom. *quodlibeto* 7. *art.* 14. *ad* 4. Rutilius, Benzonius Epiſcopus Lauretanus, *in ſpeculo Epiſcopos*, ſeu *de fuga*, *lib.* 1. *quæſt.* 2. *dub.* 5. & Salmeron, *proleg.* 19. idem Suarez, *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 12. Azor, *inſtit. moral.* 1. *p. lib.* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 10. Garcia, *dicto cap.* 2. *p.* 1. *num.* 16. & 17. Andreas de Azitores, *de Theologia ſymbolica*, *prologo* 7. *à num.* 76. Alfonſ. Mendoza, *in quodlibet. quæſt.* 2. *expoſitiua* §. 1. Alfonſus de Caſtro, *aduerſus hæreſes*, *lib.* 1. *cap.* 3. & quod ſic ad illum textum, vt dicit Garcia, *nu.* 18. poſſit reſponderi ſimoniam eſſe contra ius diuinum tantum in ſenſu morali.

10 Nec poſtremò textus, *in dicto cap. ex diligenti hoc tit.* cuius verba *ſuprà* retulimus obſtantia, quia reſpondetur cum gloſſa ibi: *verbo diuinis*, quod ibi leges canonicæ, & Eccleſiaſticæ dicuntur diuinæ ad differentiam legum ciuilium, vt *in cap.* 1. *de iuram. calumniæ*: ibi: *Nos itaque diuina, & humanæ leges*: pro quo facit textus, *in cap.* 1. 3. *qu.* 5. ibi: *Diuina, id eſt Eccleſiaſtica*, cum & ius canonicum lato quodammodo dicendi, diuinum ius dici ſoleat Couar *pract. cap.* 31. *n.* 2. optime Canus, *de locis Theologicis, lib.* 5. *cap.* 5. *ad* 3. *argum.* Franc. Bargas, *de Epiſcoporum iure*, *axiom.* 8. & 9. Garcia, *ſupra dicto cap.* 2. *numero decimo nono*, de quo nos alibi latè diximus, & aliquid *ſub cap. translato* 3. *de conſtit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, quid de commendis, ſuppoſitis quæ dixi *qu. ſin. in cap.* non ſatis de habitibus, & commendis equitum ordinum militarium D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & ibi *verſ. ad ſecundam*, quod aptius eſt ad noſtrum dubium. Nunc iam breuiter ex dictis reſpondetur, quia ſi in beneficiis curatis talis de iure diuino non eſt prohibita, nec in commendis Eccleſiaſticis, quamtumuis beneficium dicantur, habeantque adminiſtrationis miniſterium, quod eſt contra Baſeum, 2. *p. ſumma verbo ſimon. num.* 4. dicentem ideo talem dici ſimoniam iure diuino prohibitam, quia principale in eis eſt ſpirituale miniſterium, cui temporale commodum conſequenter eſt annexum, qui non obſtat; quia licet commenda ſit talis, vt cum v. g. Eccleſia aliqua, vel beneficium commendatur alicui, & non confertur ei in titulum, ſed committitur ei cura, vel adminiſtratio eius; tamen quia hac de cauſa illi aſſignantur fructus beneficij, vel pars eorum ex adductis *in dicto cap. non ſatis ſub dicta quæſt. fin.* ac ipſe Baſeus, *dict. p.* 2. *verbo, commendationes Eccleſiarum*, & in his tantum reperiatur ſimonia iuris poſitiui ex connexitate beneficij, & officij ſequitur, vt non ſint ſimonia iuris diuini, ſed tantum poſitiui, & hoc ſiue commenda detur ob vtilitatem Eccleſiæ commendatæ, ſiue in fauorem commendatarij, vt ſcilicet fruatur illis bonis, & illi inſeruiat per vicarium: nam etſi hoc ſemper ſit materia ſimoniæ, nunquam erit iuris diuini, ſed poſitiui. 11

Nec obſtat dicere ex Bonacina, *tract. de ſimonia diſp.* 1. *n.* 14. & ex aliis, hanc eſſe materiam iuris diuini prohibitam, & ſimoniacam, ſicut præſentatus illud ius habet ad Eccleſiam illam impropriatate obtinendam, quando erit adultus; quia licèt hoc ius ſit ſpirituale, & quod illud vendendo, committat ſimoniam; non tamen prohibitam ex iure diuino contra dictum Bonacinam. 12

† Nec obſtat ex Baſſeo *ſuprà* dicere, vel commenda eſt temporalis, vel eſt perpetua, quia etſi per temporalem commendatarius in ea acquirat iuriſdictionem delegatam, vel ſi eſt perpetua acquirat iuriſdictionem, ordinariam, vel quaſi ordinariam; indeque inferat, quod vendere talem commendam, ſit vendere iuriſdictionem ſpiritualem, ſeu delegationem eius, quod eſt ſpirituale. Ergo vt ſit ſimonia iuris ſpiritualis, quia reſpondetur, vt quamtumuis ita ſit, ac ſecundum Gomez. *in reg. de triennali poſſeſſ. quæſt.* 5. 13

Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 35. Suarez, *lib.* 4. *de relig. cap.* 17. *num.* 3. Filiuc. *tract.* 45. *cap.* 6. *num.* 2. & alios, commenda, quæ in perpetuom datur alicui, ſit vel beneficium Eccleſiaſticum, aut illi æquiparetur; nunquam vero ex dictis hic *ex verſ. ad primam*, excedit beneficij naturam, quæ nunquam parit ſimoniam, iure diuino prohibitam ex ſua natura, ſed tantum iuris poſitiui, cuius iuriſdictio eſt in fructu, de qua iuriſdictione dico *infrà in cap. nemo.*

14 Ad tertiam quæſtionis partem, ad quam reſpondetur magis propriè ex dictis *in dicto cap. non ſatis* 11. *dict. quæſt.* 4. *verſ. ad primam*, *& dict. verſ. ad ſecundam*, vbi de commendis debitis equitibus ordioum, quia vt ibi contra multos dictum eſt, iſtæ commendæ cooferuntur titulo laico, quæ nec dantur in ſtipendium pro ſpiritualibus ſeruitiis, tantum enim ſunt temporalia quædam ſubſidia, & alimenta militaria, quorum adminiſtratio, & diſpenſatio laicis Principibus commiſſa eſt. Et quamuis obſtet dicere iſtas dari Religioſis profeſſis: tamen vt ibi explanatum eſt, illæ eis non dantur ob profeſſionem, tanquam ob titulum, ſed tantum ob conditionem ſine qua non conferuntur, vt ibi dictum eſt, vbi etiam reſponſum præbuimus ad illud; nempe, quod dicti milites obligantur ad recitandum aliquas preces, quia etſi hic titulus ſit ſpiritualis: tamen illa precum obligatio non oritur ex commenda, ſed ex profeſſione, ſicut laici aliquarum Religionum obligantur ad priuatas quaſdam preces: ita tenent Suarez, *vbi ſuprà*, Victoria, *in relect. de ſimonia n.* 45. Aragon. *in* 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 4. Caſtrus Palaus, *tom.* 3. *tract. vltimo*, *diſp.* 3. *puncto* 13. *num.* 13. & cum Bonacina Diana, & Lezana, idem Baſeus, *dicta* 2. *p. verb. ſimonia n.* 5.

15 Vnde inferunt fructus commendæ non eſſe reuera ſtipendia pro tali diuino officio, ſed pro temporali miniſterio militiæ, quam quidem militiam eſſe pretio æſtimabilem, quia opus temporale, firmant, & quod æſtimationem ſuam non amittit, etiam ſi fiat ex voto, & referatur ad cultum Dei, vt fuſius explicant prædicti DD. contra Azorium, *tom.* 1. *lib.* 13 *cap.* 6. *quæſt.* 3. & quoſdam

16 canoniſtas. † Et quod quamuis vendere has commendas non ſit prohibitum iure Eccleſiaſtico, ſic vt nec eas vendere eſſet ſimonia; dicunt tamen eas vendere nihilominus eſſe illicitum, vt etiam dixi *in dicta*

17 *quæſt.* 3. vbi quod eſt peccaminoſum, † eo quod Magiſtri militum, & generales non poſſunt eas vendere, cum non ſint Domini, ſed tantum diſpenſatores, & quidem ſub ſummo Pontifice, qui dedit illis talem facultatem ad diſtribuendum; ex cuius licentia poſſe commendam vendi, applicando pretium ad maius bonum militiæ, vel imponi penſio aliqua danda alteri, dixerunt Bonacina, *ſupra num.* 15. Suarez, *dicto cap.* 27. *num.* 9. *&* 10. Baſſeo, *dicto num.* 5. *verſ. cæterum*, optime Diana in multis loquens de milite Hieroſolymit. ordinis S. Ioannis, *p.* 6. *tract.* 8. *reſ.* 17. ex quo abunde dixi *in dicto cap. ſatis*, *ſub dicta quæſt.* 4. de his commendis, ſiue præceptoriis, an ſint beneficia? cum multis loquitur Nicol. Garcia legendus 1. *p. de benefic. cap.* 4. per totum. De iſtis Præceptoriis, & commendis: plura Barboſa, *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *per totum*, vbi *num.* 19. *&* 20. quod iſtæ non ſunt materia ſimoniæ, nec vt illam committat, qui pecunia procurat commendam militarem, ſed vt tantum peccet contra iuſtitiam.

Ad quartam de Hoſpitalibus Eccleſiaſticis, alias dictæ Rectoriæ, ſeu officia regendi, quæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica, & loca religioſa, authoritate Epiſcopi fundata, quæque dantur in titulum iuxta quæ cum diſtinctione abunde dixi *in allegat. fiſcal. S. Officij inquiſitionis* 2. *p. tota alleg.* 3. dum locutus in fauorem inquiſitionis Toleti ſuper Hoſpitali dicto *de Balſamo*, faciendo diſtinctionem de iſtis Hoſpitalibus, quæ vt beneficia dantur, ad illa, quæ ſine Prælato Eccleſiaſtico erecta, ſunt mere temporalia, dicatque Nicol. Garcia quamplures referendo, *dicta p.* 1. *de benefic. cap.* 3. illa non eſſe beneficia, niſi Eccleſiæ, ſeu beneficia eſſent vnita, aut niſi Religioſis perſonis eſſent deputata, eiſque ſolita in titulum conferri, aut niſi ſint danda in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis, etiam clericis ſæcularibus, & de iſtis dicatur dari materiam ſimoniæ, ſi emantur, aut vendantur, ſed non illam ex eo prohibitam, quod ſit contra ius diuinum quantumcumque habeant adminiſtrationem, & titulum ſpiritualem fixum, & permanentem, ac conferendum authoritate Eccleſiaſtici, ſicut beneficia Eccleſiaſtica ſunt materia ſimoniæ, ita & hæc Hoſpitalia, ſed tantum ſicut illa beneficia, etiam curata continebant materiam ſimoniæ, vt prohibitam iure poſitiuo ex latè dictis hic *à num.* 1. quod eſt contra Baſeum, qui voluit *dicta* 2. *p. ſumma verbo ſimonia*, *num.* 6. venditionem talium Hoſpitalium eſſe ſimoniacam de iure diuino. 18

Ipſe

Digitized by Google

19 Ipſe inquam Baſſeus fatetur ex doctrina Panormit. *in cap. extirpandæ, §. quia vero, in repet. num.*55. *de Præb. & in cap.*1. *hoc tit. n.*7. vbi Felin. ex Bonac. *ſupra num.* 17. Suarez, *num.*11.*&* 12. Filiucio, *dicto tract.*45. *cap.*6. *quæſt.*4. S. Antonino 3.*p tit.*11.*cap.*2. *§. vltimo*, quod quando officium gubernandi Hoſpitale non habet fundationem vllam ſpiritualem, ſed tantum temporale regimen, ad debitam curam infirmorum, non eſt materia ſimoniæ, ſiue tale officium ad tempus committatur, ſiue perpetuo, quia illius adminiſtratio eſt res mere temporalis, & pretio æſtimabilis, etiamſi forte zelo charitatis, & miſericordiæ exerceatur. † Negat tamen vendi

20 poſſe firmando eſſe materiam ſimoniæ ſimul cum temporali abſque titulo, & ad nutum amobili, quia ciſi beneficium tunc non ſit propter carentiam tituli, & perpetuitatis; nihilominus ait eſſe materiam ſimoniæ, illudque officium inuendibile propter ſpiritualem adminiſtrationem, quæ licet tantum ſit delegata, ſeu per modum vicariæ, id ſatis eſſe dicit, vt vendi non poſſit, quod & nos quidem fatemur; negamus tamen illius venditionem eſſe ſimoniam iure diuino prohibitam, ſed tantum humano Eccleſiaſtico ex longe adductis hic *à num.*1.

21 Dubium tamen poteſt eſſe de Hoſpitali fundato authoritate Epiſcopi, habente ſolum adminiſtrationem temporalem: putant enim multi *ex cap. Salutator* 1. *quæſt.* 3. vbi prohibetur vendi officium Procuratoris, & defenſoris, ſub quibus nominibus intelligens Papa quemlibet Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt Præpoſitum, œconomum, putans quidem eſſe materiam ſimoniæ iure humano prohibitam, tradit Baſſeus, *dicto verbo ſimonia p.*12. *num.*6. *verſ. aliter.* Et quia hæc propoſitio declarabitur ſub hac tractatione *infra hoc titulo*, dum agatur de illa difficultate: an vendere officia temporalia Eccleſiæ, ſit ſimonia; ideo non plus.

22 Ad quintum de præſtimoniis, ſiue capellaniis, an ſint materia ſimoniæ? Et ſupponendo ex Nicolao Garcia cum pluribus ſcribente, *dict. part.*1. *de benefic. cap.*2. §.1. *à num.*66. cum Rota, & aliis non eſſe de eſſentia beneficij, vt ſit perpetuum, & quod regularia beneficia ſunt manualia, & ad nutum amobilia, niſi ſint curata, aut electiua, & quod beneficia ſæcularia de ſui natura ſunt perpetua, quæ tamen per Papam poſſunt ad tempus concedi, aut ex conſtitutione, ſeu ſtatuto eſſe manualia; & ſic ſi inſtituantur authoritate Epiſcopi eſſe beneficia, licet manualia, & ad tempus. Ideo iam ad propoſitum, & quia ipſe Garcia agit *dicta p.* 1. *cap.*4. *de Præſtimoniis*, nunc videtur cum diſtinctione reſpondendum. De capellaniis inquam, ſi perpetuæ ſint, eſſe materiam ſimoniæ, iuris poſitiui habeant, vel non officium, & adminiſtrationem Eccleſiaſticam per dicta *ſuprà à numero* 1. non quidem iuris diuini contra Theologos, qui dixerunt eam illo iure dari.

Et ſuppoſito etiam iuxta Theologorum 23
ſententiam dari in beneficialibus ſimoniam de iure poſitiuo inuentam, vt in permutatione beneficii abſque authoritate ſuperioris, in reſignatione beneficii propria authoritate facta, in venditione beneficij; item in acceptione alicuius rei occaſione examinis. Quinto in venditione officiorum Eccleſiaſticorum ſpiritualium, ſeu habentium onus ſpirituale, de quibus Filliucius, *dicta quæſt.*12. Leſſius, *lib.*2. *cap.*35. *num.*25. Bonacina, *ſupra quæſt.*3. *num.*2. *&* 3. Syluius, *in* 2. 2. *D. Thomæ, quæſt.*100. *art.* 1. Baſſeus, *in ſumma, verb. ſimonia*, 1. *num.* 5. vbi & *in verſiculo ſed petes.* † dicit deformitatem ſimoniæ contra ius humanum conſiſtere in 24
eo, quod dum Eccleſia in reuerentiam ſacræ ſupellectilis bonorum Eccleſiaſticorum, prohibet res aliquas pretio vendi, eaſque fecit inuendibiles propria authoritate ob relationem, quam ad res ſacras habent; tunc ſi quis eas res venderet propria authoritate, cenſeretur rebus ſacris ad quas res hæ ordinem habent, iniuriam inferre. Etenim lex Eccleſiæ facit res eas inuendibiles, imprimitque illis aliquo modo quandam dignitatem, & immunitatem venditionis ob relationem ad res ſacras, & conſequenter hanc immunitatem cenſeri prouenire à ſanctitate, quam aliquo modo reſpiciunt, ob idque vt nequeat violari, niſi etiam ſanctitas violari cenſeatur: ita Baſſeus.

Quo ſuppoſito, & quod præſtimonia, 25
etiam ſunt abſolute beneficia, non obſtante quod in Eccleſia nullum habent ſeruitium, præcipue in noſtra Hiſpania ſolita communiter dari, & conferri clericis in titulum perpetuum beneficij, vulgo *Preſtemos*, ſicque habere ius ſpirituale annexum, ſcilicet recitandi horas canonicas, *cap. fin. de conceſſ. præbendæ in* 6. vbi præſtimonia connumerantur inter beneficia Eccleſiaſtica, vt cum infinitis probant Barboſa, & plures relati à Nicolao Garcia, *de benef. dicta par.*1. *cap.*2. §. 1. *ex num.*117. contra plures alios, quos refert ibi *num.* 118. dicentes non eſſe beneficia Eccleſiaſtica ex Bulla Pij V. *num.*119. alia adducens *ex num.*120.

de eorum qualitate, & prouiſione; ideo ſicut in capellanis; in iſtis quidem venditis contrahi ſimoniam dicendum eſt eo modo, quo in venditione, ac emptione cæterorum beneficiorum inuenitur; tum quia conferuntur ſolum à Prælatis Eccleſiaſticis, & cum ſolemnitate, qua cætera
26 beneficia, † tum ſecundo à conſuetudine, quia nemo audet præſtimonia vendere, aut emere, nec Eccleſia id toleraret; ergo hæc ſigna ſunt ſufficientiſſima, præſtimonia reputari ſpiritualia, ac ſubinde eorum fructus eſſe annexos rebus ſpiritualibus, in eorumque venditione latere ſimoniam: ita docent loquentes de ſimonia, Suarez, *dicto lib. 4. de relig. cap. 25. num. 4.* Filiuc. *tractatu 45. cap. 5. quæſt. 12.* ex Hoſtienſi, *in cap. poſtulaſti, de reſcriptis*, Soro, *de iuſtit. lib. 9. quæſt. 7. art. 1.* Baſſeus, *p. 2. ſummæ, verbo ſimonia, num. 7.* qui hodie ex dicto Pio V. in motu proprio, qui incipit *ex proximo edito anno* 1571. in quo adiungit obligationem diuini officij, indeque dicenda eſſe beneficia Eccleſiaſtica, licet ſimpliciſſima, habereque titulum ſpiritualem, iam hoc tempore cum iure ad fructus capiendos cauſa ſuſtentationis in ſtudiis.

27 Fuerunt enim in ſuo principio inſtituta præſtimonia ad alendos, & ſuſtentandos in ſtudiis pauperes, vt poſtea Eccleſiæ inſeruire poſſent: quare etſi ex hoc Ioan. Andreas, & Dominic. *in cap. 1. de rerum permut. in 6.* vbi Gambar. Mandos, Corduba, Vega, Medina, Sraphil. Felinus, Rebuff. Menochius, Frechilla, Perez de Lara, *de capellan. lib. 2. cap. 8. à num 55. ad 57.* Pariſius, & Azeuedo relati ab eodem Garcia, *dict. num. 119.* dicant hæc non eſſe beneficia Eccleſiaſtica, niſi tantum ſtipendia pro ſtudijs; verius tamen ſit, vt cum Ojeda, *de incompatibil. benefic. 2. p. cap. 8.* & cum Gonzalez. *in reg. 8. cancell. gloſſa 5. §. 2.* dicamus apud nos Hiſpanos ſine controuerſia vbique præſtimonia conſueta eſſe dari in titulum perpetuum beneficij, habereque onus annexum ſpirituale. De præſtimonijs cum infinitis multa Barboſa congerit *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 8.* legendus, *ibi num. 10.* quod vendi non poſſunt abſque labe ſimoniæ cum Suarez, Filincio, Bonacina, & Sebaſt. Cæſar.

28 Ad vltimam quæſtionis partem, an Auditoriatus, Clericatus, aliaque officia Cameræ ſint materia ſimoniæ? Et ſuppoſitis quæ dixi de his, & multis alijs officijs Cameræ Apoſtolicæ, *ſub cap. 5. de officio vicarij*, legenda *à quæſt. 2.* vbi de vicario, & Auditore Papæ, *& quæſt. 3.* vbi *de referendariis, Notariis, & aliis, & quæſt. 4. de Protonotariis, ſcriptoribus, & Aduocatis, & dict. quæſt. 3. de Abreuiatoribus collectorum, & ſubcollectorum & dict. quæſt. 1. de Cancellario, Vicecancellario Papa, de eius Camerario ibi à num. 18. & de Clericis Cameræ*, de quibus nunc *à num. 29.* vbi qui omnes dicantur, & quale officium quiſque gerat? Et de his inquam dicendum eſt, quòd etſi Auditoriatus, & Clericatus Cameræ, aliaque officia illius, ſeu dignitates huiuſmodi reſpectu habito ad poteſtatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quam habent, vendi non poſſint à Papa, ſine ſimonia, † ſi tamen vendantur, 29
habito reſpectu ad emolumenta, & fructus, quæ ex ipſis conſequuntur, ſimoniam non committi: ſic in terminis Nicol. Garcia, *de benefic. dicta p. 1. cap. 2. num. 21. & 22.* dicens cenſendum eſſe in hanc partem Pontifices huiuſmodi alienationes facere, probans ſic apparere ex litteris Auditoriatus Cameræ. Greg. XIV. ad fauorem D. Camillij Burgoſij poſtea Pontificis cognominati, Paul. V. quas ponit Saluſtius Tyberius, *in pract. Auditoris Cameræ lib. 4. ad finem*, ibi: *& quia dicti Horatius in eiuſdem Sixti prædeceſſoris, & dicta ſedis ſubuentionem pro pretio emolumentorum dicti officij Auditoriatus 60. millia ſcuta moneta ſoluere promiſerat, ac realiter, & cum effectu ſoluere incæpit.* Et in hunc ſane ſenſum explicant Suarez de religione, *lib. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 20. num. 6.* Villalobos cum eo, *in ſumma p. 2. tract. 37. num. 5. & 6.* dicentes, vt licet prædicta officia habeant exercitium iuriſdictionis, quæ vendi nequit, vt *infrà* dicemus, quia dicitur ſpiritualis, diſtinguunt in illis duo inueniri, iuriſdictionem ſcilicet, aliud inquam obuentiones temporales, quæ ex eis officijs procedunt, adminiſtrando iuriſdictionem, quæ quia de iure poſitiuo fuerunt inuenta; poteſt quidem Pontifex diuidere eas obuentiones ab ipſa iuriſdictione, quas etſi adiunctas rei ſpirituali, nihilominus eas vendere valeat, vt de fructibus beneficiorum dictum eſt hic *à numero primo*, & hoc facilius, cum reuera, & ſine controuerſia ſint dicta officia iuriſdictionalia de iure poſitiuo. Et ſub hac doctrina ſit concluſio ad cætera officia curiæ Romanæ quantamcumque iuriſdictionem habeant.

QVÆST.

QVÆSTIO II.

An in beneficiis, & capellaniis manualibus, ſeu ad nutum amobilibus, titulum non habentibus perpetuum, detur ſimoniæ materia? Quid in penſione, ſeu tranſlatione ipſius, etiam confidentiali?

SVMMARIVM.

1. *Capellaniæ manuales, ſi vendantur, aut pretio conferantur, eſt verius ſimoniam committi, vt à n. 2.*
2. *Simonia poteſt committi in beneficiis ad nutum amobilibus.*
3. *Beneficia amobilia, tam ſæcularia, quam regularia, ſunt propriè beneficia. Et quo pacto talia ſint?*
4. *Beneficium Eccleſiaſticum eſſe perpetuum, ſolum eſt de iure poſitiuo.*
5. *Capellaniæ manuales, etſi dicantur ſtipendia, ſi tamen conferantur, ſunt beneficia conſtituentes titulum ſpiritnale, qui vendi nequit abſque ſimonia, vide numero 6.*
6. *Capellaniæ ad nutum non ſunt titulus ſufficiens ad ordines ſacros.*
7. *Penſiones ſunt laica, Eccleſiaſtica, aut media, vbi qua vnaquaque, & quibus dentur?*
8. *Penſiones temporales per matrimonium non extinguuntur, Eccleſiaſtica vacant, & per promotionem ad Epiſcopatum niſi diſpenſetur.*
9. *Penſiones laicæ poſſunt vendi, aut redimi abſque ſimonia, aliud ſi venderentur Eccleſiaſtica, num. 10. & num. 12. & 14.*
11. *Penſio, etſi renunciari valeat ſine ſimonia, non tamen redimi.*
12. *Penſio rigoroſè beneficium non eſt, niſi detur in titulum beneficÿ, vt quando certa portio extrahitur ab illo, quod eſt pingue.*
13. *Penſionarius, accepto pretio, nequit penſionem transferre, nec illam extinguere, anticipatis ſolutionibus, priuata authoritate, niſi in remiſſione libera.*
14. *Penſiones de iure antiquo, omnes temporales, hodie vero ex conſt. Py V. quæ conferuntur clericis aliter.*
15. *Simonia committitur, & confidentia per promiſſionem factam à Titio de ſoluendo ex ſuo penſionem conſtitutam ſuper beneficio Ioannis ad fauorem Meuÿ reſignantis, reſeruata ſibi certa penſione, & quare n. 16.*
16. *Confidentia punibilis committitur in paciſcentibus ſuper penſione pro conſequendo beneficio ex conſtit. Pÿ IV. & Py V. vide n. 17. & 18.*
17. *Pactio de ſoluenda penſione, quando inducat ſimoniam.*
19. *Penſionarius poteſt abſque labe ſimoniæ alteri vendere, vel donare fructus ſuæ penſionis, etiam ad totam vitam, modo illius titulum retineat.*
20. *Caſſationes regreſſuum, & penſionum poſſunt fieri in manibus cuiuſcumque ex Rota, quæ reſeruat, vt prius conueniantur hæredes titularis, n. 21.*

AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis his quæ dixi breuiter *quæſt. præced. in verſ. ad quintam*, vbi aliquid de capellaniis; videtur nunc reſpondendum negatiuè, quia de eſſentia beneficij eſt quod ſit perpetuum, ſaltim aptitudine; & ſic Statileus *de litteris gratia 9. forma expectatiuarum num. 29.* Gambarus *de officio leg. lib. 4. Rubr. 1. num. 1.* Ludouic Gomez. *de ſpectatiuis num. 94.* Petr. Gregor. *de benefic. capit. 1. num. 12.* Zerola *in praxi Epiſcopali*, dicentes ex eadem ratione in illis ſimoniam non committi, cum, *& in vna Fauentina iuriſpatronatus 18. Nouemb. 1618. coram Lita*, dicatur quod beneficia manualia, vel de menſa, non vacent, nec conferantur, vti vacantia ex latè deductis in cauſa Tarbiſſina Parrochialis, 10. Decembris 1603. coram Ludouiſio, & in Eluen. Præceptoriæ 14. Maij 1610. coram Penna quam refert Garcia *5. p. de benef. cap. 1. num. 511.* qui, & alia adducit etiam ex Gonzalez, & Leſſio *dict. cap. 3. p. 1. de benef. §. 1. n. 78.* 1

Tamen dicendum eſt, etiam in his manualibus, & ad nutum amobilibus, ſimoniam poſſe committi, ex eo inquam, quia ad eſſe beneficij Eccleſiaſtici, ſufficit quod eius titulus ſaltim ſit aptitudine perpetuus; & ſic Azor. *inſtit. moral.* & cum eo Garcia *dict. §. 1. num. 79.* illius ſententiam referens, & Perez de Lara *de capell. 2. p. cap. 1. à num. 7.* † Dicens beneficia amobilia, tam ſæcularia, quam regularia eſſe propriè beneficia, ex quo conferuntur, ſufficere quod ſint perpetua aptitudine, dicique perpetua, eo quod collata ad certum tempus non limitantur, nec ex eo, quod ſint amobilia deſinant poſſe conferri in titulum, quia benè poſſunt dari in titulum amobilem, & quòd authoritate Papæ benè poſſit 2 3

 eſſe,

eſſe, & dari beneficium ad certum tem-
4 pus. † Cum enim perpetuum ſolum ſit de
iure poſitiuo, & inſtitutione ipſius Papæ,
nec enim, vt ait Azor, tollit rationem be-
neficij quoad illud reuocauerit ſuperior:
multa alia tradit videnda ipſe Garcia *di-*
5 *cto* §. 1. *ex num.* 80. dum etiam dicit, † quod
etſi capellaniæ manuales tantum dicantur
ſtipendia; ſed ſi inſtituantur authoritate
Epiſcopi, iam quidem eſſe beneficia, ad-
dens ex Breui *Clem. VIII.* 24. Februarij,
anni 1604. eas eſſe ſubiectas ſubſidio,
& excuſato; item & capellanos gaude-
re priuilegio fori, & Canonis, etſi vt
ait Garcia *dicto* §. 1. *ex num.* 85. cum aliis,
non poſſe ad titulum eorum aliquos in ſa-
cris ordinari; & ſic propter dicta, & alia,
quæ coniungi valent, verius eſt, vt iſtæ
capellaniæ conſtituant titulum ſpiritua-
lem, qui vendi nequit, alias inquam, ſi
venderentur, aut emerentur, ſimoniam
contrahi, vt in terminis ſcripſere Flamin.
Pariſ. *in quæſt.* 18. *de confidentia*, Azor. 2. *p.*
inſtit. moral. lib. 3. *cap.* 26. *quæſt.* 12. *& lib.* 5.
cap. 28. *quæſt.* 7. *& lib.* 6. *capit.* 26. *quæſt.* 7.
cuius verba refert, & ſequitur idem Gar-
6 cia *dicta p.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 77. † vide
quæ ex multis de capellaniis congeſſit Bar-
boſa *de iure Eccleſ. lib.* 3. *capit.* 5. vbi poſt-
quam *num.* 12. dixit, quòd capellania in
dubio cenſetur beneficium Eccleſiaſticum:
tamen ibi de manualibus *num.* 15. dicit,
capellaniæ amobiles, licet inſtitutæ, &
erectæ auctoritate Epiſcopi, vt eſſent ſpi-
rituales, non tamen inde exiſtimantur be-
neficia Eccleſiaſtica cum Nauarro, & Se-
baſtiano Cæſar. contra Garciam, *vbi ſuprà*,
quem ipſe ſequitur, quando tales capel-
laniæ bis ab Epiſcopo eſſent collatæ, &
ego intelligo non reputari quidem bene-
ficium ob titulum ſuſcipiendi ordines ſa-
cros, & ibi explicat capellanias eſſe in
triplici differentia, quædam pro parente-
la dicta anniuerſaria, quædam temporales,
vt iſtæ, etſi cum authoritate Epiſcopi, quæ-
dam perpetuæ, & collatiuæ *ibi num.* 2. quas
ſigillatim expendunt.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, quid
de penſionibus, notando eſſe penſionum
duplicem modum laïcas, ſiue Eccleſiaſti-
cas, aut medias, quæ aut ſunt ſpirituales,
aut aſſignatæ coadiutoribus Epiſcoporum.
Aliæ inquam mediæ, vt quæ dantur paupe-
ribus clericis, vt ſuſtententur, aut Parro-
cho veteri iuxta deſumpta *ſub Rubr & tit. de*
officio Vicarij, inter quas eſt ea differentia,
8 † vt temporales, quæ laïcis dantur titulo
merè temporali, non extinguntur per ma-
trimonium contractum, vt expreſsè reſol-
uunt Ricciulus de iure perſonarum extra
gremium *Eccleſ. lib.* 7. *capit.* 3. *num.* 4. *&* 5.
Grilenzon. *conſ.* 36. *num.* 20. ſed quæ titulo
clericali, per matrimonium vacare pa-
lam eſt, niſi ſufficienter fuerit diſpenſa-
tum cum obtinente, quæ & etiam va-
cant per promotionem ad Epiſcopatum,
& per profeſſionem Religionis: ita cum Ca-
rolo de Graſſ. Sanchez, Schilante, & cum
multis aliis Barboſa de *iure Eccleſ. lib.* 3. *c.* 10.
de penſionib. n. 37. 38. *&* 39.

Quare iam ad difficultatem dicendum 9
eſt penſiones quidem laïcas poſſe quidem
vendi, aut redimi abſque ſimonia, quia
cauſa propter quam dantur, non eſt ſpiri-
tualis: ita Caietan. *opuſculo* 17. *reſponſo* 10.
Aragon. *in* 2. 2. *D. Thomæ quæſt.* 100. *artic.* 4.
Ledeſma *lib.* 2. *ſum. cap.* 36. *dubio* 22. *n.* 123.
Suarez *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 5.
† Tamen è contra vendere præfatas pen- 10
ſiones Eccleſiaſticas, eſſe ſimoniam, eſſe-
que ſine dubio in merè Eccleſiaſticis ſpi-
ritualibus. Et quamuis nonnulli dicant illas
redimere, ſimoniacum non eſſe, ſed quia
ſine Papæ authoritate fieri nequit, ſuppo-
ſito motu Pij V. *in extrauag. ex proximo* 138.
anno 1578. verius eſt vt in harum redem-
ptione pretio ſimonia committatur, docent
hanc partem Nauarr. *in man. c.* 13. *n.* 111. Sua-
rez *vbi ſuprà n.* 13. † Vbi dicit illam ſine Papa 11
poſſe renunciare, etſi redimere non valeat,
quia in renunciatione datur libera dona-
tio, non ſic in redemptione; & quamuis di-
catur rigoroſè penſiones Eccleſiaſticas non
eſſe beneficium: tamen quia obtinentes ora-
re tenentur, ſaltim officium S. Mariæ, inde-
que dicantur dari propter officium, & fieri
etiam, vt in earum venditione, ſiue redem-
ptione committatur ſimonia, Villalobos *in*
ſumma p. 2. *tract.* 37. *diſ.* 29. *num.* 2. *&* 3.

Et quamuis quidam dicant penſionem 12
verè beneficium dici, inter quos Barbatia
in cap. ad audientiam 2. *de reſcriptis*, Paulus
Roman. & Gambara, quos refert Garcia
de benefic. 1. *p. cap.* 5. vbi latè agit de penſio-
nibus: tamen vt ipſe *à num.* 3. cum infini-
tis probat verius, vt rigoroſè beneficium
non dicatur, referens ſic deciſum à Rota *in*
vna Brixien. confidentiæ 5. *Iunij* 1591. coram
Penna, quam adducit *ibi numero* 52. ſolum
enim *à num.* 3. *&* 5. excipit cum Gonza-
lez, Couarru. Chucho, Suarez, Gigas,
Nauarr. & aliis penſiones, quæ dantur in
titulum beneficij, nempe quando certa
penſio extrahitur ex pingui beneficio, vt
deinceps ſit beneficium Eccleſiaſticum
dictum fortè portio, ſeu penſio, vt in ter-

minis

minis *capit. conquerente de clericis non reſident.* vbi Abbas *notab.* 1. *& num.* 5. ſed nos quidem agentes de penſione, quæ ſimpliciter conſtituitur ad tempus ſuper fructibus beneficij, & alicui aſſignatur authoritate ſuperioris, dubitabamus ad ſimoniam, non inquam de hac vltima, quæ verè beneficium dicitur, & ſub relata diſtinctione inter laïcas, & Eccleſiaſticas dicimus in his ſimoniam committi, ſi vendantur, aut redimantur, iuxta prædicta: plura congerit Garcia *ex num.* 7. *&* 8. *dict. cap.* 5. cum multis, probans has non eſſe quid temporale, ſed quid ſpirituale, aut ſpirituali annexum, dependenter, aut conſequenter.

13 De hac enim penſione clericali, vt ſit materia ſimoniæ *ex dicta conſtit. ex proximo* Pij V. dixerunt Layman. *in Theolog. morali* §. 5. *num.* 4. *lib.* 4. *tract.* 10. *capit. vltimo* Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 13. *ex num.* 4. *vbi num.* 5. reſoluit penſionarium non poſſe, accepto pretio, penſionem transferre, vel reſeruatis ſibi fructibus, aut eorum parte, etiamſi alioquin habeat facultatem transferendi penſionem, & *numero* 7. quod penſionarius non poteſt, anticipatis quidem ſolutionibus, illam extinguere, priuata auctoritate, Riccius *collect.* 449. Gratian. *deciſ.* 159. *& num.* 12. limitat in remiſſione libera, vt dictum eſt, dum ait, quod penſionarius non eſt reus ſimoniæ, vel alterius peccati liberè cedendo penſioni propria authoritate, niſi remittens penſionem ad illius titulum, ſacris initiatus fuerit: ſequitur, vt refert Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 3. *capit.* 10. *de penſionibus ex*
14 *num.* 21. *ad* 24. † infinita congerit videnda Balboa *in cap. pactiones* cum aliis *de pactis, & tranſactionibus à num.* 58. vbi difficiliora explanant, quod licet penſiones, vtcumque de iure antiquo dicerentur temporales omnino, etiam datæ clericis, vt per DD. *in cap. quamuis el* 1. *de præb. lib.* 6. vbi Gloſſa *verb. in penſione,* poſſeque laïco conferri, gloſſa *in cap. ad audientiam* 31. *de reſcript.* cum Gigante, Couarru. Rebuffo, Gomezio, Sarmiento, & aliis. Tamen iam hodie per conſtitutionem Pij V. anni 1571. quæ conferuntur clericis, vt in titulum, non dici temporales, & ſic eſſe materiam ſimoniæ: multa quidem cumulat diſtinguendo numeris ſequentibus, vt explicet omnino legenda, vſque ad *num.* 71. vbi dicit penſiones omnes ſecundum ius antiquum fuiſſe vendibiles. Hodie autem ex ſtylo curiæ, & *ex dict. conſt. Py V.* putat omnes ſcilicet Eccleſiaſticas eſſe inuendibiles, & materiam ſimoniæ, cum ex Pio V. dentur in titulum clericatus.

Video tamen Flamin. Pariſ. *de confidentia benefic. quæſt.* 42. defendere, quod licet 15
in transferente per confidentiam nullus titulus beneficialis conſideretur, indeque non committi confidentiam punibilem per conſtitutiones Pij IV. & V. de quibus dixi *ſuprà ſub cap.* 1. *quæſt.* 2. tamen committi ſimoniam ait, & confidentiam per promiſſionem factam à Titio de ſoluendo ex ſuo penſionem conſtitutam ſuper beneficio Ioannis ad fauorem Meuij reſignantis, reſeruata ſibi dicta penſione, ſuum beneficium in fauorem ipſius Titij, qui rogauit Ioannem, vt conſentiret conſtitutionem dictæ penſionis: ſic ex Nauarro *conſ.* 60. *de ſimonia*, vbi ſolum dicit, hoc in caſu committi ſimoniam ſuper beneficio: nam etſi emptio, & venditio penſionis ſimpliciter facta non cenſeatur ſimonia facta ſuper beneficio: tamen, quando eſt facta, tanquam medium, ſeu ad finem quærendi beneficium, cenſetur ſimonia facta ſuper beneficio, ſicut traditio, vel promiſſio pecuniæ facta alicui, vt ſit mediator ad quærendum beneficium, cenſetur ſimonia facta ſuper beneficio. † Item quia in paciſ- 16
centibus ſuper penſione pro conſequendo beneficio, committitur confidentia punibilis per dictas conſtitutiones Pij IV. & Pij V. cum conſideretur titulus beneficialis, Nauarr. *in man. dicto cap.* 23. *num.* 109. vt habetur in dicta conſtitutione Pij V. *in* §. *quatenus, &* §. *iiſdem.*

Aliqui etiam in hoc puncto in ſequenti 17
modo conuentionis cenſuerunt poſſe ſuſtineri v. g. vt ſi ego, Papa ſciente, in tui gratiam conſentio, vt meum beneficium penſione grauetur, poſſim à te recipere, etiam ex pacto indemnitatem ex ea ratione, quia cum communiter non patiantur ſua beneficia penſione in gratiam tertij grauari, niſi recepta promiſſione indemnitatis, & hoc non lateat Pontificem vtique admittendo huiuſmodi penſionum reſeruationem, tacite etiam conſentiat, vt fiat dicta conuentio: tamen ipſe Nicol. Garcia *dicta p.* 1. *capit.* 5. *num.* 61. hoc non admittit; potius enim dicit committi ſimoniam ſuper beneficio ex prædicta ratione Nauarri id tenentis; quem ſequitur Flamin. Pariſ. ſupra, & Vega, & conſequenter totum illud, tam reſignationem, & reſeruationem penſionis, quam prouiſionem beneficij reſignati eſſe nullas, etiamſi reſignatarius nondum ſoluerit ratione præfatæ promiſſionis, vllam penſionem, iuxta alia, quæ dicit ipſe

p. 8.

p. 8. de beneſ. cap. 1. à num. 3. & 16. quæ intelliguntur, quando præceſſit pactio de ſoluenda penſiooe, & non aliter, vt ex Nauarro contra Flaminium diceotem com-
18 mitti coofideotiam ſuper beneficio † Negat idem Garcia *dicto capit. 5. numero 62.* dicendo cooſtit. Pij IV. & Pij V. non obſtare, & quod loquantur de paciſcentibus pro beneficio aſſequendo ſuper peoſiooe ſoluenda ipſi reſignanti, vel collatori, vel aliis eorum reſpectu, & quando illa pactio præceſſit de ſolueoda penſiooe ſioe authoritate, & reſeruatione Papæ, ſic *numero 64.* interpretatus Vegam, Ledeſmam, Rodriguez, & Cordubam per verba dict. conſtit. Pij V. io §. quare nos, & *dict. §. itidem.*

19 Pro complemento notabis quod penſiooarius poteſt abſque ſimoniæ labe alteri vendere, vel donare fructus ſuæ penſionis, etiam ad iotam vitam, modo illius
20 titulum retineat † imò, & tenuit ſemper Rota, quod caſſationes regreſſuum, & penſionum, quia ſunt quodammodo liberationes beneficiorum à ſeruitute, poſſunt fieri io manibus cuiuſcumque: Achiles de Graſſ. *deciſ. 313. alias 7. de decimis*, Thedoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p. 2. verb. penſio* §. 8. *pag. 77. & ibidem in* §. 5. † dicit quod ea-
21 dem Rota reſeruat de æquitate, vt pro peoſiooibus debitis hæredi penſionarij defuncti, prius cooueniantur hæredes titularis, quam petantur à ſucceſſoribus in beneficio, citans Creſcent. *in deciſione 3. de ſolut.* Puteum *in deciſ. 189. num. 2. lib. 1.* Barboſa *dict. capit. 10. lib. 3. de iure Eccleſ. n. 15.* & adiunges me ipſum pro hoc vltimo *in capit. quia v. de iudiciis quæſtione 16.* vbi aliqua adaptibilia.

QVÆSTIO III.

An permutationes beneficiorum contineant de iure ſimoniæ materiam, ſi beneficia ſint inter ſe æqualia? Quid ſi inæqualia ſint, & maiores fructus vnius ſint coæquandi præſtatione pecuniæ, aut impoſita aliqua penſione? An ſit ſimonia permutare res ſpirituales, dum non ſit beneficium, & neceſſum ſit, vt pactiones expreſsè debeant præcedere, & ſufficiant etiamſi pretium realiter, non interueniat, ſed ſola promiſſio? Et an pactiones tacitæ poſſint efficere ſimoniam legibus humanis prohibitam; itavt ſub illa prohibitione comprehendantur?

SVMMARIVM.

1. Cap. toa oos 34. hoc titulo, cap. pactiones, & fio. de pactis, cap. quæſitum 5. cap. ad quæſtionem 6. de rerum permut. *à num.* 12. 17. & 18. cap. quam pio 1. quæſt. 1. à num. 17. 18. & 21.
2. *Permutatio beneficiorum, vt valeat, exigit conſenſum eorum, ad quos pertinet.*
3. *Permutatio beneficiorum ſimoniaca eſt, ſi fiat abſque auctoritate Eccleſiaſtici iudicis, eſt enim probibita ab Eccleſia, ſi aliter fiat contra Durandum, à numero 4. & 11.*
5. *Permutatio beneficiorum ſecundum aliquos, ſolum valet fieri per modum tranſlationis.*
6. *Permutatio beneficiorum propriè ſumpta permittitur in iure, ſi fiat auctoritate Prælati, non ſola propria auctoritate.*
7. *Permutatio beneficiorum, vt rectè fiat, quæ cauſæ debeant interuenire?*
8. *Permutatio non habet locum, quando vnus ex permanentibus non habet ius in beneficio, aut lis in vno pendet.*
9. *Pactio, quæ interuenit facit rem non gratam.*
10. *Eccleſia probibet omnes conuentiones, quæ ſecundum ſuam formam veram exprimunt ſimoniam.*
11. *Permutatio vnius beneficij pro alio, continet quid temporale, cuius ratione, vt ſimoniaca prohibeatur.*
12. *Permutationis deformitas facta ſine auctoritate Prælati, in quo conſiſtat oſtenditur.*
13. L. ex placito Cod. de rerum permut.
14. *Permutari beneficia qualibet etiam inæqualia valent, & num. ſequentibus.*
15. *Compenſari exceſſus vnius beneficij fructuum cum alio, qualiter & quomodo liceat, num. 16. & hic: quid ſi fieret de vna re ſpirituali, ad aliam.*
17. *Permutatio rei ſpiritualis pro alia ſine authoritate Prælati licet, ſecus cum interuenit temporale, & n. 18.*
19. *Pactiones plures ſunt in ſpiritualibus, quæ veram ſimoniam non cauſant, & quæ iſtæ ſunt?*
21. *Spiritualia ſunt alia purè talia, vt functiones*

Digitized by Google

ctiones ſacra, alia mixta, vt vaſa ſacra, & num. 22.

22. *Pactiones illicita generaliter prohibentur, non honeſta, vbi exemplificantur.*

23. *Beneficij priuatio deſiderat in ſimonia realis priuationis pacta, non ſi tantum ſubintelligatur.*

24. *Pactiones expreſſa requiruntur ad ſimoniam, vt n.25. 26. 27. in prohibitis iure poſitiuo.*

25. *Pactiones tacita ſimoniaca dicuntur ſuper prohibitis iure Diuino.*

26. *Pactiones facta à muto ſignis declarata, dicuntur expreſſa.*

27. *Pactiones expreſſa ſunt, qua prohibentur in beneficialibus, non vero tacita, & quare.*

1 HÆ omnes difficultates poſſunt moueri hic ſub noſtro titulo, occaſione text. *in cap. tua nos* 34. *hoc tit.* ibi: *cum in talibus omnis pactio, aut conuentio ceſſare debeat*, ſed proprius per text. *in cap. pactiones de pactis, & cap. quaſitum* 5. *cap. ad quæſtionem* 6. *de rerum permut. & in cap. quam pio* 1. *quaſt.* 1. ibi: *Dum tamen omnis abſit pactio.* Et quia plenè D. Ioannis de Balboa Magrouejo *in ſuis analiticis relectionibus ad textum in dicto cap. fin. de pactis*, cum aliis, longè quidem egit non ſolùm de penſionibus, vt dictum eſt *praced. verſ. ad ſecundam*; imò & de tranſactionibus in beneficialibus circa finem *à n.94.* & antea, & de permutationibus circa beneficia *à num.* 1. nonnulla inuoluendo doctè quidem. Nos tamen, vt ad omnes difficultates, quas ponit, breuiter occurramus, exiſtimauimus, ne ordinem inuertamus circa ſimoniam, quæ in permutationibus committitur modo ſequenti, rem compone: alia, quæ ad hunc contractum important ſub titulo *de permutationibus* reſeruando.

2 Et ſuppoſito, quòd ſemper in permutationibus beneficiorum, illorum conſenſus ſit neceſſarius, ad quos pertinet collatio, electio, aut præſentatio, eo quod de illorum agitur intereſſe, quamuis Epiſcopus totum negotium debeat expedire *ex gloſſa, in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. verbo collationem*, vbi Franc. *num.6. & 7.* Barboſa qui reperit *in Clem. vnica eiuſdem tituli per gloſſam*, vbi Cardinal. *numero* 12. Panormit. *in capit. quaſitum, eodem num.9.* Federicus *de permut. qu.19. & 22.* Bellamera *de permut. 1. p. quaſt.7. & 2. p. queſtione 4. numero* 5. Balboa *ſuprà num.* 47.

3 Ad primam iam difficultaris partem deueniendo iterum ex proximè *dicto numero praced.* ſciendom eſt permutationem beneficiorum Eccleſiaſticorum prohibitam eſſe ab Eccleſia, ſi facta ſit propriâ authoritate, & conſequenter ſimoniacam ratione prohibitionis: de prohibitione conſtat *ex text. in dicto capit. quaſitum, & in capit. maioribus* 8. *de preb. dict. capit fin. de pactis.* tota inquam dubitandi ratio eſt qualiter ex ſola prohibitione Eccleſiæ, ſit ſimonia ſimpliciter facta de beneficio pro beneficio, non interueniente pecunia ſine pretio. Quare hoc dubio oppreſſus Durandus partem negatiuam fuit ſequutus docens quod etſi talis permutatio ſit mala, quia prohibita, non tamen ſit ſimonia: nam etſi poſſit dari ſimonia ſolum de iure poſitiuo, vt in beneficialibus *ſuprà quaſt.* 1. hic probauimus, ſed non quidem in hac materia permutationis beneficiorum, in qua non inuenitur permutatio ſpiritualis pro temporali, nec videri eſſe ſufficiens dicere in beneficiis admixtam eſſe fructuum tationem, qui temporales ſunt, poſſeque eſſe ſimoniæ fundamentum, quia cum huiuſmodi temporale ſit acceſſorium ipſius beneficij, non debet venire in conſiderationem, debet enim ſequi naturam principalis: arg. *textus in l. 1. ff. de auctorit. tutor.* & quia ſi hæc permutatio eſſet ſimonia, non poſſet fieri Epiſcopi authoritate, qui in iure communi diſpenſate nequit; non inquam ſine pretio, poteſt eſſe venditio §. 1. *inſtit. de empt. & vendit. l. 1. §. fin. de contrah. emptione*, cum vulgatis, & conſequenter nec ſimonia, quæ conſiſtit iuxta eius diffinitionem, de qua *in princ. Rubrica*, in emendo, & vendendo rem ſpiritualem pro temporali, quæ in permutatione non datur.

Tamen, quia veritas eſt, vt in his permutationibus beneficiorum cum beneficiis, ex præcitatis iuribus ſimonia committatur, deficiente auctoritate Prælatorum, quia ita iure poſitiuo cauetur, vt communiter dicunt DD. *per dict. caput queſitum*, & expreſſè *per textum in capit. cum olim de rer. permutat. in dicto capit. queſitam* ibi: *Præſertim pactione præmiſſa, qua circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus, labem ſemper continent ſimonia.* Vbi ſolum loquitur Pontifex, non de dando, vel permutando beneficio pro re alia temporali, ſed num valeat Præbendarum commutatio, & vnius beneficij pro alio iuxta Concilium Turonenſe *in dicto cap. maioribus de Prabendis*, in quo inter dignitates, tantum videbatur probibita permutatio: Balboa *ſuprà num.* 11. 4

Et quamuis nonnulli exiſtimarint permutationem beneficiorum nunquam eſſe 5

licitam, nec admittendam, etiam Prælati authoritate interueniente, ſed ſolùm fieri poſſe per modum tranſlationis perſonarum ab vna dignitate ad aliam, ab vno beneficio ad aliud: argum. *textus in capit. quærenti de rerum permut. in illis verbis: Permutationes beneficiorum de iure fieri non poſſunt.* Vbi conſtituta regula generali, proſequitur Pontifex in aliis: *Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licitè poterit ab vno*
6 *loco ad alium transferre perſonas.* † Tamen hoc non obſtante, dicendum eſt permutationem beneficiorum propriè ſumptam, iure Canonico conceſſam eſſe Prælati authoritate factam, vt probatur ex relatis iuribus, & ex *Clem. vnica de rerum permut.* expreſsè D. Thom. & cum eo communiter Theologi 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 1. *ad* 5. Balboa *in dict. cap. fin. de pactis num.* 25. vbi dicit textum *in dicto cap. quærenti* non obſtare; quia Pontifex ibi illo modo loquendi generali vſus eſt, vt oſtenderet non poſſe permutari priuatâ auctoritate ex ſolo permutantium conſenſu; & ſecundò, quod ea permutatio non valeat fieri ab Epiſcopo ſine reſpectu ad bonum commune Eccleſiarum. Et cùm hoc plerumque ex perſonis pendeat; ideo potius locutus fuerit per tranſlationem perſonarum, quam per beneficiorum permutationem.

7 Et idem *numero* 26. concludit vſque ad *numerum* 30. nonnulla requiri pro licita hac beneficiorum permutatione. Primò, vt non fiat, niſi ex iuſta cauſa, quam Prælatus inquirere, & cognoſcere debet: DD. *per textum in dicto capit. quæſitum*, & Regnicolæ *per leg.* 63. *titul.* 5. *p.* 1. ſunt enim permutationes odioſæ, & ideo reſtringendæ: quare cauſa deſideratur, cum aliis Cardinal. Tuſchus *concluſ.* 303. *num.* 1. *& concluſ.* 365. *n.* 2. *&* 3. *litt. P.* & quod ſolum fiat permutatio de beneficiis propriis, *dict. cap.* 1. *de rerum permut. lib.* 6. vbi DD. communiter.

8 † Et quod ſi vnus ex permutantibus non habeat ius in beneficio, permutatio non valeat: DD. *in dicto cap.* 1. Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 195. quare Nicol. Garcia *de beneficiis* 11. *p. cap.* 3. *num.* 20. cum multis dicit, vt ſi duo litigarent de aliquo beneficio, ſi vnus illud poſſideret, non poſſe cotam ordinario, etiam ex cauſa concordiæ illius fieri permutationem cum alio beneficio; eo quod, vt admittatur, debent eſſe permutantium beneficia pacificè poſſeſſa; dicit tamen Mantica *de tacitis conuention. lib.* 25. *tit.* 9. *num.* 2. *&* 9. poſſe tamen eum qui habet ius in re cum alio permutare, etiamſi nondum adeptus ſit poſſeſſionem, de quibus latius dicitur *in dicto tit. de rerum permut.*

Quare Barboſa *in cap. quam pio* 1. *quæſt.* 1. 9
qui loquitur de pactionibus rerum ſpiritualium cum aliis ſpiritualibus *in verſ. ad tertiam ibi ſub num.* 6. *in fine* dicendo, quod ſi pactio, aut conuentio interuenit, non datis gratum, intelligetur cum talis pactio habeat imaginem pretij manifeſtam, vt probat textus *in capit. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſtione* 2. † Et Eccleſiam prohibuiſſe iure optimo eas conuentiones, quæ ſecundùm ſuam formam, veram exprimunt ſimoniam, aut ſi temporalia pro ſpiritualibus, re vera data non ſunt, habent tamen cuiuſdam æſtimationis figuram; & ſic explanando communem ſententiam, dum DD. dicunt eas pactiones improbari, in quibus temporale datur, aut retinetur pro ſpiritualibus, ita ſunt exaudiendi, vt verb. *pro neceſſario*, pretium non ſignificet, cum tunc iam contra ius Diuinum ſimonia eſſet. 10

Sed illud demum, vt iuxta pactionis 11
figuram, temporale illud ratione ſpiritualium datum, aut retentum prima facie videatur, ſic probans *ex dicto cap. fin.* de quo nos hic agimus, principaliter *de rerum permutatione*, dum ait permutationes de ſpiritualibus ad temporalia prohiberi. Quo ſolo intelligo nec obſtare ſententiam Durandi, aut aliorum exiſtimantium in permutatione beneficiorum, nihil temporale principaliter interuenire, ſic ſimoniam non dari, nec vt forte non dabitur in commutatione ſpiritualium rerum pro aliis ſpiritualibus, de quibus *infrà in dicto verſ. ad tertiam*; quia reſponderur, vt quemadmodum *ſuprà ſub Rubrica, & cap.* 1. *hoc tit.* explicando textum *in dicto cap. ſicut Epiſcopum* 1. *qu.* 2. dixi *ex cap. Saluator* 1. *quæſt.* 3. pretium non ſolum conſiſtere in munere, hoc eſt pecunia, verum in lingua, & obſequio, vt ſingulariter dixi *ſub dicto cap.* 1. *quæſt.* 1. imò etiam in ambitione transferendi ſe paciſcentes de vno beneficio ad aliud, in quo, vt temporalitas, interuenire neceſſum ſit, de qua ambitione, etiam dixi *ſub eo cap.* ſequitur optimo iure potuiſſe Eccleſiam ſimoniam inter paciſcentes, & conuenientes ſuper beneficiis conſtituere, & fortiori quidem ratione: nam vt *ſuprà hic quæſt.* 1. dictum eſt, principaliter fructus in beneficiis conſideratur

Nec his omnibus obſtant difficilia verba textus *in dicto capit. quæſitum de rer. permut.* ibi generaliter teneas, quod commutationes Præbendarum de iure fieri non poſſunt, 12

ſunt, præſertim pactione præmiſſa, quaſi etiam Pontifex ſentiat, etiam puras permutationes ſine pacto prohiberi; quia reſpondetur, vt licèt hic verbo *præſertim* appoſitum ſit, fuiſſe tamen poſitum ad denotandum, in quo conſiſtat deformitas permutationis factæ ſine Prælati auctoritate, vel quod permutatio in hac ſpecie poteſt fieri dupliciter, aut ſolo facto dando, & recipiendo ſine alia pactione, aut per mutuam obligationem in futurum, & tunc vtramque permutationem eſſe prohibitam, & ſimoniacam, & poſteriorem cum pactione magis claram; eo quod plures includit obligationes; & ob hanc poſitum *verb. præſertim* à Pontifice: ita Balboa
13 *in dicto capit. fin. de pactis num.* 12. † vbi dicit hanc interpretationem deſumi poſſe *ex text. in l. ex placito Cod. de rer. permut.* vbi prius dicitur ex placito permutandi, re non ſequuta, actionem competere, & ſtatim ſubdi illa verba: *Niſi ſtipulatio ſubiecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem*; Et ſic ſimiliter in hac materia permutationem ſine pacto, & cum illo nos admittere poſſe; & quia vt ipſe ait, impoſſibile eſt permutationem fieri ſine pactione, cum ſit contractus, quod debet intelligi pactione clara, aut non ſic expreſſa ex dictis.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, an de beneficiis inæqualibus, ſimonia ſit intelligenda propriè permutatis? & ſuppoſito, quod omnia beneficia poſſunt permutari inter ſe in manibus ſuperioris, ſiue beneficium ſit ſimplex, ſiue curatum, vnum pro altero permutetur, ſiue aliud ſit pingue, & aliud tenue, ſiue vnum pro von, & ſiue pro multis, vt ex communi Doctorum inter antiquos teſtantur Parnormit. & Decius *in cap. cum venerabilis, de except.* Zabarella *in dicta Clem.* 1. *de rer. permut. quæſt.* 2. *n.* 10. Federicus *de permut. quæſt.* 11. *num.* 2. Rebuffus *in praxi tit. de permut. num.* 40. *&* 47. &
15 alij moderniores. † Et ſuppoſito etiam quod ſi exceſſus eſt in re ſpirituali, non liceat compenſare cum pecunia exceſſus vnius beneficij cum diminutione alterius, nec vt id fieri queat authoritate Prælati, cum hæc ſufficiens non ſit ad tollendam ſimoniam iure Diuino prohibitam, Balboa *in dicto capit. fin. de pactis num.* 72. *&* 73. Sylueſter *verbo permutatio el* 2. *quæſt.* 6. tota dubitatio in hoc puncto erit, quando inæqualitas beneficiorum verſatur in ipſis fructibus, an liceat tunc eam inæqualitatem compenſari, pecunia data, aut alia re temporali, ſupponendo in hoc quidem caſu non intendi vllo modo dari pretium pro ſpirituali titulo, ſiue dignior ſit, necne.

Et in hoc caſu dixit Adrian. *quodlibeto* 9. 17
art. fin. ad 5. eam permutationem cum tali compenſatione eſſe ſimoniacam; quod videtur probari, quia impoſſibile eſt talem compenſationem per pecuniam fieri poſſe, niſi vendatur id, quod in beneficio ſpirituale eſt, conſequenter erit ſimonia contra ius Diuinum, cum ille contractus partim ſit permutationis, partim emptionis: Panormit. vero *in dicto cap. ad quæſtiones, de rerum permut. num.* 3. Angelus *verb. permutatio n.* 6. Sylueſter *eodem verbo el* 2. *qu.* 6. dicunt nullam ſimoniam committi, interueniente Prælati auctoritate. Ego tamen hanc admittendo ſententiam, diſtinguendum affirmo, quod ſi ſuperior, qui auctoritatem præſtat permutationi, ſit Papa, reuera valeat ea permutatio inæqualium cum aliqua compenſatione à Pontifice auctoricata, non per modum propriæ permutationis, nec per diſpenſationem, quia in ius Diuinum nulla poteſt cadere diſpenſatio, ſed facta mutatione ex parte materiæ, & quaſi inſtituendo nouum ius ex parte ipſarum rerum, & hoc dato, quod in beneficiis detur ſimonia prohibita de iure Diuino, vt Theologi *ſupra ſub quæſt.* 1. vt declarat Balboa *in dicto cap. fin. de pactis num.* 8. & ſine difficultate, ſi ſecundum Canoniſtas, vt ibi dictum eſt, ſit de iure poſitiuo ex gloſſa *in cap. cum pridem de pactis*: alia tradit legenda Balboa *numero* 81. vbi dicit opinionem Adriani iuxta hanc expoſitionem, non obſtare, cum facta mutatione materiæ, ius Diuinum non queat à Pontifice interpretari, etſi non diſpenſari iuxta nonnulla, quæ dixi *ſub cap. tranſlato* 3. *de conſtit.* etiam videnda, & pro hoc dicto applicanda, & ſic de aliis huic dubio pertinentibus *infrà latè quæſt. ſequenti.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit ſimonia permutare res ſpirituales cum aliis, 17
quæ beneficia non ſint? *ad textum in dicto capit. quam pro* 1. *quæſt.* 1. vbi benè Barboſa poſt Balboam *in dicto cap. fin. de pactis agens, num.* 6. *&* 7. duas contrarias referens, poſtea *ex num.* 19. 20. & aliis rem hanc laborando, componunt cum multis, quos referunt, & ſic quamuis dicant multi prohibitionem permutandi beneficia, in quibus ratione temporalitatis fructuum, quos habent, iuſtè prohibita ſit permutatio ſine authoritate ſuperioris: tamen quoad alias res pure ſpirituales, certius tamen eſſe nullam dari ſimoniam ex earum permutatione, abſque eo, quod obſtent verba *in dicto cap. fin.*

ſin. de pactis, & cap. 2. de tranſact. ibi: Om-
nis pactio, dict. cap. quæſitum, cap. cum olim,
de rerum permut. quibus, etſi generaliter ad
omnes pactiones fiat illatio, etiamſi eſſent
rerum inter ſe ſpiritualium, ex ea etiam
conſideratione; nam Eccleſia, vt in re
periculoſa caute ageret, & ſancta ſanctè tra-
ctarentur, omnes gratuitas pactiones cir-
18 ca ſpiritualia probibuit, † ſed hoc quidem
ſi in illis aliquid temporale interueniret,
quod imaginem pretij babere videretur,
quamuis recta fuiſſet partium intentio, iux-
ta Apoſtoli præceptum iubentis ab omni
mali ſpe abſtinere, vt in propoſito retulit
Pontifex in capit. audiuimus, hoc titulo, quæ
conſideratio ex Goffredo Cardinali, & Bu-
trio in dicto capit. fin. ad permutationes ſpi-
ritualium pro aliis ſpiritualibus videretur
extendi, quoniam vnum ſpirituale, quaſi
pretium alterius videatur dari, aut pro-
mitti, vt conſiderauit Nauarr. tamen re-
uera non ſic generaliter accipiendum ex
capit. ſuper eo de tranſact. ibi: Dato aliquo,
vel retento, cuius hæc verba claram rei
temporalis dationem ſignificant; & ſic ad
pactiones reſtringi, in quibus temporalis
interuenit, nec nouum eſſe ait Barboſa in
dicto capit. quam pio, verba vniuerſalia omnis
pactio, ad habiles terminos reſtringi, iux-
ta textum in l. 1. Codic. de ſacroſanct. Eccleſ.
ibi num. 6. verſ. non obſtant, dum etiam di-
cit non obſtare textum in dicto cap. quæſi-
tum de rer. permut. cum textus ille non di-
cat permutationes Præbendarum ſimoniæ
labem continere, ſed tantum illas, quæ
fiunt, præmiſſâ pactione, in qua aliquid
temporale datur, aut reſeruatur.

19 Et ſic concludendum eſt, multas eſſe
pactiones in ſpiritualibus, in quibus tem-
porale datur, quæ veram ſimoniam, nec
contra ius Diuinum continent, prout eſt
tranſactio pro bono pacis inter colitigan-
tes, de quo in cap. conſtitutus, & cap. præ-
terea de tranſact. iuxta dicenda infrà quæſt. 5.
& omnes aliæ, in quibus temporale illud
non datur tanquam pretium ſpiritualium,
habere tamen dicit Barboſa in dicto capit.
quam pio num. 7. cum Innocent. & Abbate
in dicto cap. conſtitutus, & in dicto cap. ſuper
eo, Ancbart. in dicto cap. cum pridem de pa-
ctis, ſpeciem ſimoniæ contra ius huma-
num, indeque dici ſimoniacas, quia pro-
hibentur: & num. 8. addit pactiones poſſe
etiam dari in ſpiritualibus, quæ nec con-
tra ius Diuinnm, nec contra ius huma-
num aliquam contineant ſimoniam, illici-
tas tamen eſſe abſque ſuperiorum aucto-
ritate, vt permutatio beneficiorum, & om-
nes alias, quæ fiunt de ſpiritualibus ad
ſpiritualia abſque vlla interueniente re tem-
porali: fieri tamen dici iniuſte, & con-
tra leges, ſeu animo non recto; indeque
illicitas pactiones in ſpiritualibus à ſimo-
nia diſtinguere, Trid. ſeſſ. 24. de reformat.
cap. 14. ibi: Simoniacæ labis, aut ſordidæ aua-
ritiæ ſuſpicionem habens; & in litteris bene-
ficialibus clauſula apponi ſolet: ne ſimonia
interueniat, aut alia illicita pactio obſeruat
Couarrn. lib. 1. var. cap. 5. n. 4.

Ex quibus inquam credo diſſolui, ſiue 20
intelligi illas duas contrarias opiniones,
quas refert Diana p. 4. tract. 4. miſcel. reſ. 150.
& antea p. 3. tract. 2. de regul. reſ. 125. vnam
ex Pichardo, Syluestro, Tabiena, Petro
Nauarra, vt ſi v. g. Monachus dicat alteri
elige me in Prouincialem, & ego eligam,
te in Priorem. Vel ſi aliquis dicat faciam
pro te ſacrum, & tu fac pro me, vel au-
diam tuam confeſſionem, ſi tu audias
meam, dicentes ſimoniam dari niſi, vt ait
Lopez inſtruct. Sacerd. p. 1. cap. 299. fieret ex
beneuolentia, & gratitudine abſque aliquid
obligatione, abſolutè nullam ſimoniam re-
periri in his caſibus, cum in dictis caſibus
nihil ſit temporale datum ab vno, & re-
ceptum ab alio ex dictis ſupra: ita Sotus
lib. 9. de iuſtit. quæſt. 5. art. 2. ad 3. Victoria
in relectione de ſimonia in opuſculo tom. 2. n. 17.
Thomas Sanchez in opuſculo tom. 2. lib. 2.
cap. 3. dubio 44. num. 5. vbi aſſerit ita ſenti-
re doctos recentiores referens contra Pe-
regrin. hoc ita tenendum, & licet Diana
ſupra per dicta in dict. reſ. 125. p. 2. tractat. 2.
Richardi vt veriorem amplectatur: tamen
dicit probabilem haoc; ſic vt ſi dicta effi-
cere, non ſit ſimonia, ſit tamen damna-
bile ex aliis rationibus. Tamen Soti ſen-
tentiam ſine ſcrupulo amplectitur Barboſa
in dicto cap. quam pio n. 3. ponens exemplum
in clericis Miſſas commutando.

Et ego addo ad maiorem declarationem 21
huius dubij ſpiritualia, de quibus loqui-
mur iuxta textum in dicto cap. quam pio, eſſe
in duplici differentia, alia pure ſpiritualia,
ſub quibus continentur functiones ſacræ,
quibus aliquando materiale aliquid anne-
xum eſt, comitanter tamen, quod mo-
raliter ſpirituale reputatur. Alia tamen ſpi-
rituali mixta eſſe, quæ habent aliquid ma-
teriale antecedenter annexum, vt ſunt
vaſa ſacra, veſtes, & ſimilia: De prioribus
quidem quod attinet ad commutationem,
nunquam fieri in iure mentionem, ſed ſo-
lum cautum reperiri, ne pretio vendan-
tur: ſic Balboa in dicto capit. fin. de pactis
num. 21. ex cap. ad noſtram, cap. non ſatis,
&

& cap. cum Eccleſia hoc tit. de poſterioribus etiam, nullum eſſe ius dicit, prohibens permutationem vnius pro alio eiuſdem ordinis; imò, quòd *in dicto cap. ad quæſtiones de rerum permut.* expreſsè dictum eſt valere permutationem vnius Eccleſiæ pro alia rectè factam; & ſic cum eo ibi, *num.* 19. & ex gloſſa, *in dicto cap. quàm pio in verbo pa-*
22 *ctio.* † Dum generaliter pactiones illicitas prohibet, non verò honeſtas, dico permutationes rei ſpiritualis pro ſpirituali extra beneficiorum materiam non eſſe iure poſitiuo prohibitas: ſic cum Panormit. & Probo, ac Innocent. vbi Turrecremata, *in dicto cap. quam pio*, Gloſſa, *in dicto cap. fin. de pactis*, Cardin. *in dicto cap.* 2. *de tranſact.* eo quod nulla talis prohibitio inuenitur in iure expreſſa; eo quod iura, in quibus pacta prohibentur in ſpiritualibus, ſemper loquantur particulariter de beneficiis, aut aliis iuribus ad illa pertinentibus, non vero de aliis rebus ſpiritualibus: ſic Balboa, *in dicto cap. fin. num.*19. *&* 20. dicendo, *ſub num.* 19. ſicut, & Barboſa, *in dicto cap. quam pio num.* 4. inhoneſtas pactiones, quæ ibi prohibentur eſſe, quæ fiunt de re temporali pro ſpirituali danda; honeſtas autem, quæ de re ſpirituali ad aliam ſpiritualem celebrantur, expendens pro hac diſtinctione textum, *in dicto cap. ſuper eo de tranſact.* dum ait non eſſe licitum tranſigere, vt aliquo dato, vel retento, ſpiritualia poſſideantur, gratis tamen, & nullo dato, aut retento temporali licere.

23 Ad quartam quæſtionis partem, an neceſſarium ſit, vt pactiones expreſſe debeant præcedere, & ſufficiat, ſi pretium realiter non interueniat, ſed ſola promiſſio? (Loquimur hic de ſimonia in beneficialibus,) & quia ſupra *in cap. veniens el* 1. *de teſtibus*, ad quem bene Riccius, *collect.* 1739. legendus expoſcat ad priuandum quem à beneficiis, probationem plenam deſiderari, nec ſufficere teſtes ſingulares, nec coniecturas, niſi eſſent probabiliſſimæ, vt dixi *ſupra in Rubrica*, & vberius, *in cap. tanta*, hic *quæſt.*1. *verſ. ad tertiam*, & in materia, de qua loquimur iura reprobent pactiones ſuper beneficiis, videntur non de ſubintellectis, ſed de pactionibus expreſſis, & deductis per partes, clare, & ſine dubio eſſe intelligendum, ad hoc vt ſimoniam pariant in foro exteriori puniendam, nec eſſe neceſſarium vt pretium realiter interueniat ſolutum, cum & iuxta diſpoſitionem iuris poſitiui, ſatis eſt, vt paciſcantur partes ſine auctoritate ſuperioris ex dictis iam hic ex *num.*1. & ſic Barboſa, *in cap. tua nos* 34. *num.*4. cum Flaminio Pariſio, *de reſign. benefic. lib.*14. *quæſt.*7. *num.* 35. notat ex eo textu, quod ſola promiſſio de dando inducit ſimoniam, & hoc euidentius apparebit ex dictis *infrà ſub quæſt.* 5. vbi de pœnis ſimoniaci in beneficialibus, & qui comprehendantur, & ex dictis *infra in verſ. ad vltimam*, præcipuè *in verſ. quod ſi illa tacita.*

Ad vltimam quæſtionis partem, an tacitæ pactiones poſſint efficere ſimoniam legibus humanis prohibitam; ita vt ſub ea prohibitione comprehendantur? in quo dubio Cardinalis, *in dicto cap. fin. de pactis, num.*3. Aneharran. *in princ.* poſt alios antiquos, volunt eam prohibitionem ad tacitas quoque pactiones pertinere, ex eo quia etiam tacitæ conuentiones fiunt, & propriæ pactiones ſunt *ex l. item, quia, ff. de pactis*, & taciti, atque expreſſi idem ſit iudicium; *l. cum quid ff. ſi certum petatur*, ad ea, quæ dixi *ſub cap.* 1. *de foro comp. quæſt.*5. de tacito, atque expreſſo conſenſu ſuperioris, & ex eo etiam fundamento, quod tacitæ pactiones; imo & ſola tacita voluntas, veram efficit ſimoniam iuxta textum, *in dicto cap. tua, & cap. fin. hoc tit.* Caietan. *in ſumma verb ſimonia interior*, Sotus, *de iuſtit. lib.*9. *quæſt.*8. *art.*1. Nauarr. *in man. cap.*23. *num.* 103. & ſic vt poſſit efficere ſpeciem ſimoniæ lege tantum Eccleſiæ prohibitam. 24

At alij diſtinguunt dicentes, quod ſi DD. relati loquantur de lege diuina ſimoniam damnante, reuera quia hæc obligat etiam ad actus internos, tunc cum ſpiritualia pretio æſtimantur; eo quod lex diuina violatur etiam per actus internos, eoſque comprehendit, vt iura præcitata comprobant; ſin autem loquantur de ſimonia lege humana prohibita, non ſic, quia de tacitis, & internis, lex humana non diſponit, ſicut & de ſimonia mentali quoad pœnas dicit Barboſa legendus, cum multis *in dicto cap. fin.* de qua *ibi* latè agemus. 25

Verum eſt tamen, quod ſi pactiones fiant verbi gratia à muto, de cuius æquipollentibus ſignis conſtet, ac ſi verbis expreſſis fierent, tunc reuera pactiones has vere ſimoniacas dici, ac ſi inter duos ſermone claro paciſcentes fierent; eo quod illa, quæ à muto poteſt dici tacita pactio, vera eſt conuentio, cuius ſubſtantia in partium conſenſu verſatur, ſiue verbis, ſiue ſignis declaretur, *ex l.* 1. *§.vltimo, ff. de pactis, & ad textum in cap. cum apud de ſponſ.* vbi quod ſponſalia fiunt etiam ſignis à non valentibus loqui, & ex doctrina textus, 26

in leg. ſi ſtipulator 35. §. *fin. de verb. obligat.* & de hac quidem idem Barboſa, *in dict. cap quam pro 1. quæſt. 1. num. 9. fin.* dicit quod, etſi apud alios impropriè vocetur tacita, verius eſt, vt potius expreſſa debeat appellari, cum parui referat verbis, aut ſignis conſenſum applicari, vt bene docet gloſſa *in l. item quia, verb. multis ff. de pactis*, cum congeſtis à Tyraquello, *poſt leges connubial. gloſſa 7. num. 160.*

23 Quod ſi illa tacita pactio proprie accipiatur pro ea, quæ à lege fit, mediante facto hominis, vel ab ipſa lege, ſeu natura actus ſubintelligitur; tunc eam non poſſe comprehendi in aliqua prohibitione humani iuris, quod pactiones, aut conuentiones interdicat, nec effiecere ſimoniam lege tantum humana prohibiram, quoniam pactio propriè non eſt, ſed potius legalis obligatio, cuius vis potius ex auctoritate legis, quam ex partium conſenſu ſuperioris, pro vt cernitur in omnibus quaſi contractibus, de quibus *in dicta l. item, quia, & ex l. conſenſum, ff. de action. & obligation. & ex toto tit. inſtit. de action. & obligat.* quæ ex quaſi contractu, in quibus, quoniam ſubſtantia pactionis deficit, humana prohibitio, de pactionibus agens, locum habere non poteſt, vt colligitur *ex l. conuentiones 98. de condit. & demonſtrat. & ex l. actus legitimi, ff. de reg. iuris*, & ex eo etiam probat Barboſa, *dicto num fin. in fine*; quia odioſa prohibitio extendi non debet; ob quæ eum textus, *in dicto cap. fin. cap.* cum pridem de pactis, *cap. ſuper eo, & cap. 2. de tranſact. cap. quæſitum. cap. ad quæſtiones de rerum permut.* loquantur de pactis, ſunt intelligendi de expreſſis inter paciſcentes verbis, aut ſignis indubitabilibus ex iam notatis locis hic.

QVÆSTIO IV.

An beneficia, quæ aliis vnita ſunt poſſint permutari? Et an liceat partibus inter ſe denegatio permutationis tractare ſine perfecta, pactione? Et an vt ipſæ mutuo obligentur ad perſeuerandum in conuentione facta, donec præſentetur ſuperiori? Et an ex ſolo conſenſu permutantium, poſſit fieri Præbendarum permutatio ſine auctoritate ſuperioris? Vel an poſſit beneficium Eccleſiaſticum permutari cum commenda vel compenſione abſque ſimonia?

SVMMARIVM.

1 *Permutari nequeunt beneficia aliis vnita, ſicut nec ſuppreſſa, niſi ex narratiua facta, Papa eam permitteret nihilominus, num. 2. & 3.*

4 *Permutandi tractatus à parte fieri poteſt in ordine ad conſenſum Prælati num. 5. & 6. & num. 7.*

5 Gloſſa in cap. cum vniuerſorum de rerum permutatione.

6 *Tractatus in ordine ad reſignationem valet.*

7 *Tractatus de permutando, ſi partes non ſe obligarunt efficaciter valet, etſi adhuc ab obligatione diſcedere nequeans, num. 8.*

8 *Præbendarum permutatio, etiam ſub eadem Eccleſia, ac fructuum æqualium, fieri nequit ſine conſenſu Prælati contra aliquos, & n. 9. nec vt annexarum proprijs titulis num. 13.*

10 Cap. quæſitum de rerum permutatione.

11 *Permutatio fieri nequit ſine authoritate ſuperioris de beneficiis quoad titulum.*

12 *Conferri non poteſt beneficium alicui ſine Prælati collatione num. 15.*

13 *Canonicus non habet ius ad percipiendos fructus Præbendæ, niſi propter officium ſpirituale, ad quod tenetur ratione ſui tituli.*

14 *Permutari nequit commenda eo quare contra Adrianum, nec Notariatus, & ſub num. 18.*

15 *Permutatio beneficij cum penſione ſimoniaca eſt facta ſine auctoritate Papæ.*

16 *Penſio mere temporalis nunquam cum beneficio valet permutari abſque ſimoniæ vitio.*

17 *Beneficia etiam inæqualia in fructibus nequeunt permutari cum penſione temporali, etſi accedat Prælati conſenſus, nec compenſari pretio, numero 18. contra aliquos.*

19 *Permutatio nequit fieri cum pacto, vt vnus ſoluat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas, niſi coram Papa eo expreſſo.*

HÆ omnes difficultates conducunt ad exactam materiam, de qua loquimur, 1
& vt tales *ad dict. cap. fin. de pactis*, cum aliis

cum aliis noſter Magiſter D.D. Ioannes de Balboa in eo texru tractauit, à quo tranſcribemus breuiter paucis additis. Igitur ad primum dicendum eſt cum eo ibi *ex num.* 31. & cum Gatcia, *de beneficiis*, plura referente, *p. vltim. cap.2. art.* 12. & cum Ferreto, *conſ.*255.*num.*9. & aliis, quod poſtquam iam vnio facta eſt, & effectum ſortita, tunc quidem permutaio non admittitur, cum per talem vnionem titulus ſit extinctus beneficij, & quia non meretur nomen beneficij ſeparati, ſed confuſi, ſicut vt ait Ojeda, *2.p. cap.*3. *num.* 12. *de benef.* non poſſet etiam tale beneficium per ſe impetrari, etiam à Pòntifice, niſi
2 narrata vnione. † Et ſicut nec de ſuppreſſo fit permutatio, Bellamera, *de permut. 3.p. quæſt.*7. niſi permutatio fieret ante ſuppreſſionem, vt notarunt Gonzalez, *ad reg.* 8. *cancell.gloſſa* 5. §.7. *num.*11. 14. *&* 22. Mantica, *de tacitis conuent. lib.* 25. *tit.* 9. *num.*11. quod ſi vnio nondum eſſet facta, tunc permutationem non explodi ex Rotà, *in antiquis* 160. *alias* 3. *ſub tit. de rerum permut.* docent Oldrad. *conſ.*257. *à num.*20. Staphileus, *de litteris tit. de vi, & effectu clauſul. de clauſula motu proprio*, §. 6. *num.* 6. Pauin. *de officio, & poteſt. capit. ſede vac. quaſt.*3. *in p.* 2. *num.*18. explicat idem Balboa, *num.* 32. *in dicto cap.fin.* cum Caccialupo, & Rebuffo, Cerola, *in praxi*, 1.*p. verbo vnio* §.7. *dubio* 3.
3 Flamin. *de reſignat. lib.*2. *quaſt.*9. *num.*2. † Et addit *num.* 33. Balboa idem procedere ſi fieret coram Papa, quia adhuc non haberet locum permutatio de beneficio iam vnīto; ſecus tamen, ſi facta mentione de talī vnione, nihilominus Papa illam permitteret: ſic cum Puteo, *lib.* 1. *deciſ.* 337. Gonzalez, *dicta reg.*8.*gloſſa* 5. §.7. *à nu.*137. Bellamera, & Caccialupo, *de vnionibus, titulo* 9. *quaſt.*5. Quæ doctrina ſatis intelligitur ex diſpoſitione Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *verſiculo nec per reſignationem, & ſeſſione* 21. *cap.*5. vbi de cauſis vnionis, & etiam ſeminario.

4 Ad ſecundam, an liceat partibus inter ſe de negotio permutationis tractare circa modum eam perficiendi cum ordine ad ſcientiam, & conſenſum Prælati, & quod hæc tractatio permiſſa ſit abſque ſimoniæ labe, non ſolum tractando, ſed ex ſe concludendo in ordine ad ſuperiorem, indicant verba textus, *in cap.vnico de rer. permut. lib.*6. ibi: *Sua beneficia permutare volentes*; *& in clem. vnica eodem*, vbi Gloſſa, Zabarella, *in cap. quaſitum de rer. permut. quaſt.*39. *nu.*23. Decius, *conſ.*210. *num.*3. Nauarr. *conſ.*42.*n.*1 *hoc tit.* Leſſius, *de iuſt. lib.*2. *cap.*34. *num.*196 Mantica, *de tacitis, dicto lib* 25. *tit.*9. *num.*55. Balboa, *in dicto cap. fin. num.*34. 35. *&* 36. eo quod hoc eſt moraliter medium neceſſarium ad paciſcendum poſtea ſolemniter: & addit Balboa, *num.*37. cum Innocent. & Zabarella, poſſe partes ita conſentire, vt ſe obligent ad ſtandum conuentioni inter ſe factæ, non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſub conditione, ſi Prælatus conſenſerit: ſic apertè probans *ex dicto cap. quaſitum, vbi quod ſola permutatio effectuata præſertim pactione præmiſſa*, & ex aliis, quæ recolligit, ibi bene explicat Barboſa legendus, *de iure Eccleſ. p.*2.*lib.*1. *cap.*15. *ex num.*158. *ad* 163. cum Suarez, *lib.*4. *de relig. hoc titulo cap.*32. Regin *in praxi fori pœnit. cap.*23.*num.*162. vbi addit interim, ac ſuperior conſenſum præſtat, non poſſe, qui pactum inierunt de permutando, ab illo recedere, quod intelligo, vt *infrà, verſ. ad* 3. re non integra.

Nec obſtat gloſſa, *in cap. cum vniuerſorum, de rer. permut. verbo tractare*, quæ docet non licere, quam ibidem ſequuntur Ancharan. Innocent. & Hoſtienſis, & *in dicto cap. quaſitum*; quia reſpondetur horum ſententiam communiter reijci ab omnibus, quaſi nullum habeat fundamentum: nullibi enim huiuſmodi tractatus prohibentur; quoniam non dicunt conſumatum, ſed præparationem ad illum, Cardinalis *in dicto cap. quaſitum n.*4. vbi Panormit. & alij. Et confirmatur, quia ſi eadem pactio, conuentio, atque permutatio, adueniente conſenſu ſuperioris, liberatur à labe ſimoniæ, quanto plus ipſa tractatio in ordine ad implorandum ipſius beneplacitum licentiam, auctoritatem, & approbationem. † vt contingit in 6
tractatu reſignationis beneficiorum, de quibus, *infrà in cap.*26. *hoc tit.* vbi de renunciatione: tamen idem Panormit. & alij addunt, quod etſi licitum ſit tractare de permutatione, modo dicto: tamen illam concludere, aut mutuo ſe obligare partes volentes permutari non poſſe, comprobat Barboſa, *de iure Eccleſ. part.* 2. *lib.* 3. *de rer. permut. ex num.* 158. *&* 161. cum aliis, & *num.*162.

Ad tertiam breuiter reſpondetur, quod 7
ſi partes non ſe obligarunt efficaciter permutare, ſed ſolum ſe obligarunt de non recedendo à tractatu inter ſe conferenriato, donec ſuperior conſenſum præſtet, aut neget; reuera id prohibitum non eſſe, nec ſimoniam parere; non enim hæc conuentio per ſe mala eſt, nec etiam prohibita, tum quoniam non eſt de permutatione beneficiorum, niſi ſecundum iuris formam, hoc in ordine ad conſenſum ſuperioris; tum quia

by Google

quia tota illa pactio conſiſtit in mutua promiſſione circa ſtabilitatem concordiæ factæ, quod nullam habet iniuſtitiam: ſic Balboa, *in dicto cap. fin. n.*58. *&* 59. cum Federico, *de permutat. quæſt.*38. *num.*64. † non admittendo diſtinctionem Rebuffi, *in praxi tit. de permutatione*, dum re adhuc integrà, ſic vt partes diſcedere valeant, dicit licere; ſecus re non integra, vt ſi vna verbi gratia iam reſignaſſet beneficium, aut iam interuenerit conſenſus Prælati *ex regula leg. ex placito ff. de rer. permut.* cum aliis, quod in ſe implicationem habet: Videndus, *vbi ſuprà dicto nu.*162. *&* 163. vbi confirmat ex natura reſignationis.

9 Ad quartam quæſtionis partem, an ex ſolo conſenſu permutantium, poſſit fieri Præbendarum permutatio ſine auctoritate ſuperioris? Et licet Innocent. *in dicto cap. queſitum* dicat poſſe, quando ſunt Præbendæ eiuſdem Eccleſiæ, rationis, ac ordinis, ſecus ſi inæquales, aut diuerſarum Eccleſiarum, vbi Cardinal. & Imola cum ea nempe conſideratione facientes permutationes earum ex cauſa fructuum, qui temporales ſunt; eo quod Præbendæ per ſe conſideratæ ſunt temporales: addentes, quod in earum Cambio vulgo *trueque*, nulla poſſit eſſe ſimonia, item etiam, quod non videatur Præbendarum alienatio; eo quod etſi permutentur; manent tamen in eadem Eccleſia. Tamen verius eſt, vt nulla admittatur exceptio noſtræ iam adductæ doctrinæ, nempe partes inter ſe ſolas, has pactiones, ſiue permutationes beneficiorum, ſiue Præbendarum, non poſſe facere ſine conſenſu ſuperioris, vt probant expreſsè Panormit. & Hoſtienſis, *in dicto cap. quæſitum*, Zabarella, *in dicta clem. vnica, de rer. permut. nu.*8. Angel. *verb. permut. n.*4. ex ea inquam ratione, quia iuris prohibitio eſt generalis, & abſque vlla diſtinctione.

10 Indeque dici debet, vt licet Innocent. *in dicto cap. quæſitum verbis ſequentibus*, contrariam ſententiam amplexus fuerit ibi: *Bene poteſt vnus canonicus vnam Præbendam cum alio permutare, dummodo collatio Præbendæ non pertineat ad inueſtituram alicuius, quia tunc videtur quod eius debeat requiri conſen-*
11 *ſus.* † Eius dictum non poſſe procedere: nam ſi intelligatur de beneficiis, quoad titulum, numquam poterit fieri permutatio propria authoritate, cum nemo poſſit ſe ipſum proprio beneficij titulo priuare, niſi Prælatus conſentiat renunciationi, *per cap. admonet, de renunciat.* vbi notatum eſt.
12 † Et cum neque alicui poſſit beneficium conferri ſine Prælati collatione, *cap.* 1. *de reg. iur. lib.*6. & quod ſic eſt impoſſibilis talis permutatio: ita Balboa, *ſupra in dicto cap.*
*fin. ſub num.*52. † vbi addit, quod ſi ſermo 13
ſit de ipſis Præbendis, vt annexis ſuis titulis, etiam eſt impoſſibile inter illas fieri permutationem propria auctoritate, quoniam ſine ſuperioris auctoritate Præbendæ à ſuis titulis nunquam poſſunt ſeparari, exemplificans in eo, quoniam vnus Canonicus non habet ius ad fructus Præbendæ, niſi propter officium ſpirituale, ad quod tenetur ratione ſui tituli. Ergo cum ſemper retineat eundem titulum, non poterit conſequi alterius Præbendam, vel ius alterius Præbendæ. Nec his obſtant plura, quæ dixi *ſuprà de conſtit. cap.* 9. *ſub quæſtione ſecunda.* Vbi de optione Præbendarum, quæ vſitatur in pluribus Cathedralibus incipiendo ab antiquioribus Præbendatis, quia præterquam quod iſte modus in iure permittitur, ac obſeruatur in nonnullis, vt in Cordubenſi, iſte modus differt à pactione, ſiue permutatione, de qua nunc loquimur.

Ad quintam quæſtionis partem, præha- 14
bitis, quæ de Commendis dixi *ſuprà in cap. non ſatis* 11. *qu.*3. *&* 4. breuiter nunc dico: nam cum ibi diximus eas dari pro ſtipendio militari temporali, non quidem in titulum beneficij, ſequitur vt ea permutatio non admittatur, etiam ſi commendatarius teneatur ad recitandas horas canonicas, vt etiam dixi: ſic recte Victoria, *in relectione de ſimonia*, *num.*46. Balboa, *in dicto cap. fin. de pact. num.*56. vbi dicit idem de notariatu; ob idque bene à Victoria reprehendit Adrianum *quodlibeto nono ad quintum* dicentem auctoritate Pontificis poſſe fieri has permutationes: nam Pontifex, inquit Adrianus, poteſt ſeparare fructus Præbendæ à iure ſpirituali, & ita concedere commutationem inter illos, & commendam; quia vt inquit idem Victoria falſa eſt fictio, cum reuera ille, cui datur Præbenda non percipiat fructus, niſi in vim iuris ſpiritualis, cuius rei euidens eſt ſignum: nam ſi non recitet horas canonicas, non faciet fructus ſuos, & grauiter peccaret: nam etſi id admittimus in pœnam non implentis cum ſuo officio: tamen inde commendam dici ius ſpirituale, vt reſolutum fuit, *vbi ſuprà dicta quæſtione tertia, & quarta.* Vide Barboſam, *de iure Eccleſiaſt. lib. tertio, cap. decimo quinto, ſub numero* 180.

Ad vltimam quæſtionis partem, an poſſit 15
fieri permutatio cum penſione, etſi fiat propria authoritate? ſimoniacam eſſe dicen

dicendum eſt ſine dubio, vt prohibitam de iure Eccleſiaſtico per dicta *ſuprà quæſt.* 2. Tota inquam dubitatio eſt, an poſſit fieri in manibus Prælati, & quis ſit Prælatus? ſed pro breui explanatione, ſuppoſitis ibi dictis *ſub dicta quæſt.* 2. vt ſi penſio ſit erecta in titulum beneficij, modo ibi dicto, de qua loquitur Cardinal. *in clem.* 1. *de ſuppl. neglig. Prælator.* §. 1. & communiter DD. *in cap. conquerente de cleric. non reſident.* vbi Panormit. *notab.* 1. copioſe Gigas, *de penſ. quæſt.* 18. *verſ. quarto limita*; tunc talem penſionem permutari poſſe, dicta ſuperioris auctoritate non dubitatur per *ſuprà dicta quæſt.* 3. & hic: ſic Ioan. Andreas, *in cap. vnico de rer. permut. lib.* 6. Federicus, *de permut. quæſt.* 14. Cardinal. *in clem. vnica, de præb. quæſt.* 12. Balboa, *in dicto cap. fin. de pactis, à num.* 53. *&* 54. ex ea ratione; quia talis
16 penſio reuera beneficium eſt: † qui docent, quod ſi penſio ſit mere temporalis, de qua etiam *in dicta quæſt.* 2. dixi, tunc non poſſe illam cum beneficio permutari abſque ſimoniæ vitio: ita relati, & Imola, *in dicta clem.* 1. §. *eadem de ſupplenda neglig. Prælator.* vbi Zabarella, *quæſt.* 8. & quod in tali permutatione venditur beneficium pro re temporali, quod quidem eſt contra prohibitionem, ſaltim iuris poſitiui Eccleſiaſtici, cum ſit res pretio æſtimabilis, & ſufficiens ad ſimoniam iuxta quæ dixi hic *ſub quæſt.* 1.

17 Quæ doctrina confirmatur à parte ex his, quæ dicunt Suarez, *lib.* 4. *de relig. cap.* 34. *num.* 10. Barboſa, *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *de permut. num.* 181. vbi cum Couat. *dicto lib.* 2. *var. cap.* 5. *à num.* 8. Nauarr. *in man. dicto cap.* 23. *num.* 100. *verſ tertio*, Valerio Reginaldo, *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 264. Soto, *de iuſt. lib.* 9. *quæſt.* 3. *art.* 2. *& quæſt.* 7. *art.* 2. prædictam doctrinam procedere, ſic, vt nec beneficia, quamuis inæqualia in temporalibus nequeant permutari cum penſione, aut alia re pretio æſtimabili, coram Epiſcopo, aut alio inferiori à Papa, etiam ſi penſio, aut alia res temporalis exigatur ratione beneficij pinguioris, quod tenuiori permutatur, quia iam
18 non eſſet pura permutatio. † Nec vt huiuſmodi compenſatio fieri poſſet re pretio æſtimabili, quin vendatur id, quod eſt ſpirituale in beneficio: nam exceſſus fructuum beneficij, eſt annexus beneficio, ſeu titulo ſpirituali, ac proinde emi non poſſit ſeparatus à titulo, cum à permutantibus ſeparari nequeat ſola Epiſcopi auctoritate, quod eſt verum; quidquid exiſtimauerint Caiet. 2. 2. *quæſtione* 100. *art.* 4. Fabien. *verbo beneficium*, 3. *num.* 15. Syluester, *in verbo permutatio*, 2. *quæſtione ſexta*, exiſtimantes in permutatione beneficiorum inæqualium in fructibus temporalibus, licitum eſſe compenſate numerata pecunia, illam fructuum inæqualitatem, modò permutatio fiat auctoritate Prælati: idem Barboſa, *ibi num.* 179. cum Bonacina, Leſſio, Suarez, & Filliucio, dicentibus permutationem huiuſmodi purè faciendam: nam ſi fiat compenſatione temporali ſcilicet, non item, etiam ſi fiat auctoritate Epiſcopi cum penſione temporali, cum commenda militari, vel alia re temporali, alioquin ſimoniam committi: Videndus idem Barboſa, *à numero centeſimo ſeptuageſimo octauo.*

Pro complemento addendum eſt, cum 19 eodem Barboſa, *dicto cap. decimo quinto, numero* 180. Azor. *inſtitut. moral. parte tertia, lib.* 12. *quæſtione quarta*, & Suarez, *dicto libro quarto, de religion. dict. cap.* 34. *ad finem*, non poſſe coram Epiſcopo fieri permutationem cum pacto, vt vnus ſoluat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus, Bullas ad vtrumque pertinentes; quia non eſt pura permutatio, licet coram Papa fieri ſoleat, vbi id ei exprimitur, & ipſe conſentit.

QVÆSTIO V.

An tranſactio, in qua ſpirituale pro aliquo temporali remittitur in beneficiis, aut aliis, ſit ſimoniaca? Et quid in materia non beneficiali cum aliqua penſione per ceſſionem, & largitionem alterius? Et an liceat tranſigere cum aliqua penſione ab Epiſcopo impoſita in lite pendente beneficiali? An ſit ſimonia commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſionem beneficiorum? Et an Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, Prioratus, &c. includantur ſub nomine beneficij ad includendas ſimoniæ pœnas?

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio dicitur pactio non gratuita, dubia, & ſub incerta lite conſtituta, quæ* differt

differt à compoſitione n.2. & 7.

2 *Compoſitio ſuper beneficio habet rationem generis, tranſactio, compoſitionis, ſpecies illa habet locum in gratuita remiſſione.*

3 *Tranſactio vera ſuper beneficio dubio, tria requirit.*

4 *Compoſitio facta inter partes, nullo temporali accepto, licet, non ſic, ſi facta recompenſatione alterius capellaniæ, aut beneficij ex conuentione inter partes.*

5 *Tranſactio, in qua interuenit pro ſpirituali aliquod temporale, eſt mala, vel ſi aliquid retinetur, aut remittitur.*

6 *Tranſactio, vt ſimoniaca ſit, debet eſſe aliquo modo ſpiritualis.*

7 *Componi lis nequit, aliquo dato, ſi ſit ſuper iuriſdictione ſpirituali.*

8 *Tranſactio ſine auctoritate ſuperioris, non valet, etiam facta rei ſpiritualis pro ſpirituali.*

9 Cap. conſtitutus de tranſact. & cap. ſuper eo, & cap. 2. *ibi & à n.10.*

11 *Tranſactio in beneficialibus ſpeciali prouidentia, non fit ſine auctoritate Prælati, & à num. 13.*

12 *Tranſactio extra beneficium litigioſum, valet fieri ſuper alia etiam qualibet religioſa ſpirituali: vbi de differentia vtriuſque num. 13. & à num. 14. vbi exemplificatur.*

14 *Tranſactio facta ſuper iuriſdictione ſpirituali cum alia tali, non eſt ſimoniaca, & num. 15.*

15 *Epiſcopi valent inter ſe componere ſuper iuriſdictionalibus, & ſpiritualibus permutando ſine ſimonia, vel diuidendo num. 16.*

16 *Epiſcopi circa decimas poſſunt inter ſe conuenire dando partem vni, & partem alteri, & n.17. 18. vbi quo pacto.*

17 Cap. 2. de tranſact. & n. 18.

18 *Compoſitio ſuper decimis facta cum conſenſu ordinarij tenet; limitatur in perſonalibus, vt n. 19.*

19 *Laicus nequit cum Eccleſia componere, vt decimæ laicis ſoluantur, niſi ad tempus, & ex iuſta cauſa.*

20 *Compoſitio inter Parrochos ſine ſuperioris auctoritate, valet ſuper decimis ad vitam ſolum eorum, ſi ſucceſſor non præiudicetur.*

21 *Epiſcopo nolente dare aſſenſum ad tranſactionem, poteſt adiri Archiepiſcopus.*

22 Cap. niſi eſſet de Præbendis num. ſequentibus.

23 *Penſiones imponere ſuper beneficiis pertinet ad Papam.*

24 *Litigans nequit facere pactum vt ipſe retineat pingue beneficium, & tenue alteri collitiganti tradatur ſine ſuperiore.*

25 *Permutatio beneficiorum ex cauſa honeſta poteſt fieri; item & tranſactio ſuper beneficio, ſi libere fiat.*

26 *Epiſcopus videns, litigantes vexari ſumptibus, poteſt illos componere vni beneficium adiudicando, alteri aſſignando quandam penſionem, dum nihil litigantes ſuper hoc conueniſſent, & hoc vt numero 28.*

27 *Penſio etſi hodie ex Pio V. ſit ſpiritualis, tamen ex iure antiquo erat temporale ius.*

27 *Commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſionem beneficiorum non licet.*

30 *Simonia eſt permutare beneficium pro iure, quaſi in collato ad aliud.*

31 *Præſentatio actiua nequit permutari pro ipſo beneficio, nec paſſiua præſentatio.*

32 *Tranſactio, vel permutatio non licet, quando poſſidens beneficium, ſuper quo erat controuerſia promiſit litiganti pro dimiſſione vicariatum, aut coadiutoriam, aut prouidere de alio beneficio illum, aut ad aliud præſentare.*

33 *Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, & Prioratus, &c. ſunt materia ſimoniæ, ſi paciſcantur, quia ſunt beneficia, vt num. 34.*

34 *Officium vicarij domus, aut Subprioris alicuius religionis, non eſt materia ſimoniæ.*

35 *Officia alia Eccleſiaſtica ad ſimoniam* remiſſiue.

1 AD primam quæſtionis partem de tranſigendo in beneficiis; & præmiſſo, quod tranſactio dicitur proprie pactio non gratuita, dubia, & ſub incerta lite conſtituta, *ex leg. prima, ex ſecund. digeſtibus de tranſaction.* & ſic iuxta noſtram tractationem ſpectare ad terminandam litem in beneficialibus, & aliis rebus ſpiritualibus; & an liceat, ſeu fieri poſſit abſque ſimonia; *ad textum in cap. conſtitutus, cap. de cætero, cap. ex litteris, cap. ſuper eo, cap. præterea, primo & ſecundo, de tranſaction. cap. fin. de pactis, cap. niſi eſſent de Præbend.* † item, & præmiſſo aliud 2 eſſe compoſitionem, aliud tranſactionem, cum compoſitio habeat rationem generis, & tranſactio ſit tantum compoſitionis ſpecies; ſic vt non omnis compoſitio tranſactio ſit, ſed è conuerſo illa habeat locum in gratuita remiſſione, & quando ius certum eſt, quod

temi

remittitur; tranſactio autem ſolum in re dubia non gratuita, & ſub incerta lite, *in dicta leg. prima & ſecunda, eo titulo leg. cum mota, Codice eodem*, quæ ſemper fit aliquo dato, vel retento, *leg. tranſactio trigeſima octaua, Codice eodem leg. ſuus hæres, digeſtis, de repudianda hæreditate*. † Et ſuppoſito etiam, quod ad veram tranſactionem requiruntur tria. Primum, vt ius, aut res, ſuper qua fit tranſactio dubia ſit, aut incerta, ſaltim probabili æſtimatione vtriuſque partis, alias vna pars faceret manifeſtam iniuriam; & ita compoſitio ab alia facta, non eſſet tranſactio, ſed redemptio vexationis. Secundum, vt conuentio fiat cum aliquo onere vtriuſque partis, alias non eſſet propria tranſactio, ſed donatio. Tertium, vt fiat in ordine ad litem componendam, vel dirimendam, ſiue lis ſit certa, ſiue timeatur: argumento textus, *in l. eleganter, §. ſi quis poſt ff. de condit. indebiti, dict. l. 2. Codice de tranſact.* vbi DD. & Balboa, *in dicto cap. fin. de tranſact. numero 91. & 92.* per notata à Couartu. *in cap. Raynaldus, de teſtament. §. tertio, numero decimo*, à Barthol. *in dicta l. 1. ff. de tranſact. & in leg. ſi quis maior. Codice eodem per dict. leg.* eleganter dicentibus nullam vim pacti eſſe, hoc deficiente, tranſactionem: & ſuppoſito etiam cum eodem Balboa, *num. 93.* vt cùm certum ſit, poſſe eſſe inter homines controuerſiam, & litem circa materias ſpirituales; & pateat poſſe quidem huiuſmodi controuerſiam finiri per voluntariam pattium compoſitionem.

3

4 Tota inquam difficultas eſt, an poſſit fieri ſine ſimoniæ labe, & cùm ſit gratis inter partes compoſitio, nullo temporali accepto; certum quidem eſt ſimoniam non committi, Panorm. *in dicto cap. ſuper eo.* At ſi fiat verbi gratia volentes tranſigentes, vt capellania, ſeu beneficium vni ex litigantibus applicetur, facta recompenſatione; vel quando res, de qua tractatur, diuiſibilis eſt, vt per illius diuiſionem pacem aſſequantur, eſt noſtri inſtituti ſermo. † Et quoad primum communis eſt Doctorum ſententia, vt tranſactio, in qua ius ſpirituale pro aliquo temporali remittitur, vel retinetur, ſit mala, & ſimoniaca ex ea ratione, quia in tranſactione reuera fit quædam permutatio, quæ ſub venditione comprehenditur, quando pretium interuenit. Ergo cum tranſactio ſit remittendo ſpirituale pro temporali, venditur ſpirituale ab eo, qui illud remittit, & è conuerſo, ſi retinetur, & quaſi firmatur ſpirituale, dato temporali, emitur aliquid ſpirituale: ſic ſuſtinent Gloſſa, *in dicto cap. ſuper eo, & cap. 2. de tranſact.* vbi Innocent. Panormitan. & alij, Barboſa, *in dicto cap. ſuper eo, numero primo, ſecundo & tertio*, vbi quod tranſactio ſit de re dubia, & quod eſt ſimoniaca, dum in ea remittitur, vel retinetur ius ſpirituale pro temporali, Suarez, *de religion. tom. 1. lib. 4. de ſimon. cap. 51. nu. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. cap. 11. dubio 11.* Bonacina, *de ſimonia, qu. 4. §. 15. num. 3.* Syluester, Angelus, Tabiena, & alij ſummiſtæ *verbo tranſactio*, Baſſeo, *in ſumma part. ſecunda, verbo ſimonia num. 11. ex textu in cap. cum pridem, dict. cap. præterea 1. & 2. de tranſact. & dict. cap. fin. de rer. permut.*

5

Et vt exactius intelligatur, aduertendum eſt, quod materia tranſactionis ad ſimoniam, de qua loquimur, debebat eſſe aliquo modo ſpiritualis, alias inquam nihil poſſit ad ſimoniam pertinere, Balboa, *in dicto cap. fin. de pactis, numero nonageſimo ſeptimo*, quo ſuppoſito faciendæ ſunt aliquæ concluſiones, prima, vt quando in tranſactione rei ſpiritualis, remittitur, aut retinetur aliquod temporale, ſit ſimonia per dicta *numero præcedenti, vt ſupra ex dictis iuribus*, & aliis exemplificat Balboa, *dicto numero nonageſimo ſeptimo*. † Et inde ait procedere etiam, ſi ſuper ſpirituali iuriſdictione lis orta fuerit, non licere litem componere, dando aliquid actori, vt à lite deſiſtat *in dicto cap. præterea el vigeſimo primo*, idem in beneficio litigioſo, vt *in dicto cap. conſtitutus, eo titulo*, idem ſi ſuper iure Patronatus, vt *in dicto cap. præterea, el 1. eo titulo*: idemque hoc extendit proportionabiliter ad omnes alios caſus ſpirituales; & ita cum Layman, & relatis à Baſſeo, *dicto numero decimo primo, verſiculo hinc ſequitur*, & *verſiculo ſi beneficium*. 6 7

Quare erit ſecunda concluſio, & propria ad beneficialia, de quibus nunc agimus, nempe, vt tranſactio in materia beneficiali, non ſit licita, etiam facta rei ſpiritualis pro ſpirituali, niſi fiat Prælati auctoritate: ſic communiter DD. *in dicto cap. conſtitutus, & cap. ſuper eo de tranſaction.* intelligentes ita, quatenus ea iura generice damnant omnem tranſactionem in ſpiritualibus, loquentia potiſſimum in ſpiritualibus per gloſſam *in cap. ſi quando, de officio deleg. & in cap. ea, quæ prima quæſtione tertia.* Decius, *conſilio 436. numero decimo octauo*, Lambertin. *de iure patronat. lib. tertio, quæſtione nona, articulo* 8

cu'o ſexto, quæ deſumitur non ex iure di-
uino, ſed ex diſpoſitione iuris poſitiui pro-
hibentis ſub ſimonia permutationes be-
neficiorum ſine ſuperiuris auctoritate: ita
Balbua, *in dicto cap. fin de pactis*, vbi *ex*
numero centeſimo primo, & centeſimo ſecundo,
9 † ita intelligit textum, *in dicto cap. conſtitu-*
tus, vt procedat non ſolùm, ſi res tempo-
ralis detur, vel remittatur, verum, & in
quocumque pacto oneroſo, vt colligit ex
textu *in dicto cap. ſuper eo*; in illis verbis:
alias ſi gratis, & amicabiliter inter ſe liti-
gantes componant, & *ex verb. dicti cap. ſe-*
cundo, ibi: *De aſſenſu Epiſcopi, vel Archiepiſ-*
copi: vbi ponitur tanquam conditio ne-
ceſſaria tranſactionis, & quaſi ad for-
mam pertinens aſſenſus, & auctoritas
Prælati.

10 Et licet hæc concluſio acerrime im-
pugnetur à Barboſa cum aliis, *in dicto*
cap. conſtitutus, reſpondente pluribus fun-
damentis, quæ faciunt pro iam addu-
cta à Balboa, ex eo inquam, quod di-
ctum eſt in eo textu, & aliis, etſi ſim-
pliciter, & generaliter ſint reducenda ad
beneficialia litigioſa, quæ componuntur
re tantum temporali interueniente, non
ſi de beneficio ad aliud beneficium, vel
rem ſpiritualem fiat tranſactio, qui ite-
rum *in dicto cap ſuper eo, ſub numero ſecun-*
do, ex Valerio Reginaldo, *dicto lib. vige-*
ſimo tertio, fori pœnitent. numero centeſimo
quadrageſimo nono, reſpondet ad iura, quæ
abſolute improbant omnem pactionem in
ſpiritualibus, vt intelligantur de pactione
inhoneſta, id de pactione, in qua turpi-
ter temporale datur pro ſpirituali in huius
11 iniuriam. † Tamen ſalua pace tanti do-
ctoris vtrobique legendus, & plene *in di-*
cto cap. conſtitutus, ego inquam dico in be-
neficialibus ſpeciali prouidentia iuris Pon-
tificij factum eſſe, vt ſine Prælati auctori-
tate non paciſcatur; ergo cum dictum ſit
permutationem beneficiorum fieri non
poſſe, vt late hic *quæſt*. 4. ſine Prælati au-
ctoritate, & tranſactio, vt hic dicitur, ſit
quædam permutatio, ſequitur, vt debeat
fieri ſuper beneficio litigioſo cum auctori-
tate ſuperioris, etiam ſi aliud beneficium,
aliaue res ſpiritualis in tali ſpecifica com-
poſitione interueniret; & ſic nec admitto
aliquas diſtinctiones Balboæ, *in dicto cap. fin.*
*ex num.*102. *ad* 106. vt ſe expediret à diffi-
cultate abſque eo, quod obſtet dicere per-
mitti tranſactionem extra beneficialia inter
litigantes ſuper aliis ſpiritualibus, quia reſ-
pondemus ad ſecundam partem quæſtionis
hic ſtatim.

Ad ſecundam quæſtionis partem de 12
tranſactione inter alias res ſpirituales liti-
gioſè, aut de vna litigioſa interueniente
compenſatione alterius, quæ non ſit bene-
ficium. Et in hoc dubio, cum non ſit, nec
prohibitum iure diuino, nec iure poſitiuo,
ſicut in beneficiis, dicendum eſt, vt in qua-
libet alia materia ſpirituali, non benefi-
ciali, poſſit tranſactio fieri, rei ſpiritualis
cum aliqua compenſatione per largitio-
nem, vel ceſſionem alterius rei vel iuris ſpi-
ritualis proportionati abſque ſimonia, etiam
ſi tranſactio fiat propria auctoritate ex con-
ſenſu partium; eo quod hoc non eſt intrin-
ſece malum, nec iure diuino prohibitum;
imò nec iure Canonico, in quo de benefi-
ciis eſt clara prohibitio in iuribus iam ad-
ductis: ita docent Suarez, *lib.*4. *de ſimonia,*
*dict. cap.*51. *numero nono*, Filliucius, *tract.*45.
*cap.*11. *quæſito* 10. Reginald. *dicto lib.*23. *nu-*
mero 150. Bonacina, *de ſimon diſp.*1. *quæſt* 4.
§.15. *num.*4. Layman, *lib.*4. *tract.*10. *cap. fin.*
*num.*57. Baſſeus, *dict. p.* 2. *verb. ſimonia, nu-*
mero 12. & 13. † vbi cum illis dicit in ma- 13
teria beneficiali, niſi honeſtetur auctori-
tate Prælati, non poſſe abſque ſimonia; eo
quod in hac materia ius canonicum vetuit
intuitu religionis, ob periculum ſimoniæ
hanc tranſactionem, priuata auctoritate fie-
ri, *ex dicto cap. conſtitutus, & dicto cap. ſuper eo,*
de tranſact. ſic etiam cum Suarez, Reginal-
do, Filliucio, & Bonacina, relatis, Barboſa,
*in dicto cap. ſuper eo nu.*2. *in fine, & in princip.*
dicto num. 2. *in gloſſa verbo quod tranſigi ſuper*
re ſacra, & litigioſa non poteſt, vt ait Rebuff.
*de decimis quæſt.*13 *num.*33. ait relatam tranſa-
ctionem cum largitione rei ſpiritualis eiuſ-
dem ordinis, ac proportionatæ, non eſſe ſi-
moniacam, Balboa, *in dicto cap. fin. de rerum*
permut. à numero nonageſimo octauo, ad cente-
ſimum.

Qui omnes exemplificant modis ſe- 14
quentibus, vt ſi tranſactio fieret ſuper iu-
riſdictione ſpirituali litigioſa, quæ poſſet
fieri licite, vt viſitent alternatiue, eligant,
aut præſentent, ſi de his iuribus lis orta
ſit: ita relati. † Et item etiam ſi inter 15
duos Epiſcopos difficultas, vel controuerſia
eſſet de iure in aliquam Eccleſiam, poſſent
quidem conuenire, vt vnus iuriſdictionem,
alius vero prouiſionem beneficiorum in
illa habeant. Item, vt ſi litem habeant circa
res ſacras, vel circa reliquias, poſſint illas
inter ſe diuidere, vel ſi diuiſionem æqui-
tas non patiatur, omnes vni tradi, data
alia in compenſationem: ita Suarez,
& alij iam adducti, quod & approbat
Balboa procedere, *in dicto cap. fin. de rer.*
permut.

permut. etiam in rebus ſpirituali annexis *num.* 99. vt in decimis; in his enim, & in ſimilibus non inuenitur cummutatio rei ſpiritualis pro temporali, ſed pro alia ſpirituali, ſeu annexi pro annexo cum debita proportione: argum. *textus in cap. ad quæſtiones de rer. permut. cap. cum venerabilis de cenſibus, cap. conſtitutus, de religioſis domibus, cap. ex multiplici, de decimis.*

16 Quare potuerunt etiam dicere Suarez, Reginald. Filliuc. & Bonacina, quos ſequitur Barboſa *in dicto cap. ſuper eo num. 2. in fine*, vt ſi contingat Epiſcopos circa decimas contendere poſſint conuenire, vt vnus partem vnam, alter aliam habeat. Quibus videtur obſtare *textus in dicto cap. 2. de tranſactionibus*, vbi tranſactio ſuper decimis non valet.

17 Sed reſpondetur, vt ſi nulla ſit lis, aut controuerſia ſuper decimis, non admittatur licitè tranſactio ſuper illis ſine authoritate ſuperioris, de qua eget, vt talis poſſit eſſe perpetua, cum alias contineret quandam alienationem non litigioſi iuris bonorum Eccleſiaſticorum, quæ vnquam fieri valet ſine legitima licentia Prælati, & conſtito de vtilitate, ac de aliis neceſſariis, de quibus *in cap. nulli de rebus Eccleſ. alienand.* vel non, in tantum, vt ſi fiat ſuper decimis cum laïcis, tunc ſpeciali iuris diſpoſitione egeat confirmatione Pontificia, vt *in cap. veniens de tranſact. cap. venerabilis de confirmàt. vtili, vel inutili, cap. decimas quas 16. quæſt. 7.* Balboa *in dicto cap. fin. de rer. permut. dicto num.* 100. veluti ſi fieret, vt minus quam decima eis ſoluatur, vel vt de aliquibus rebus non præſtetur, ſi fiat cum Eccleſiæ vtilitate, vel approbatione Pontificia, Rebuff. *de decimis cap.* 13. *n.* 16. *&* 29. Moneta *de decimis cap.* 5. *qu.* 7. *nu.* 124. *&* 125. Barboſa *in dicto capit. 2. de tranſact. num. fin.* vel ſi talis compoſitio, ſit firmata, magno temporis interuallo cum obſeruantia 30. annorum, Rota *in Mediolan. decimar.* 10. *Aprilis* 1606. coram Coccino, & *in Taurimen. decimar.* 27. *Iunij* 1607. *coram eodem*, Alex. *conſ.* 12. *num.* 7. *& conſ.* 17. *num* 8. *&* 9. *lib.* 4. Abbas *in cap*.... Alberic. *de teſtib. numero* 6.

18 Et ſub his diſtinctionibus habet locum deciſio *dicti cap.* 2. vbi habetur, vt compoſitio ſuper decimis facta cum conſenſu ordinarij teneat, quam probat Barboſa cum multis *ibi num.* 1. & illa, quam tradit *ibi num.* 2. ex multis, nempe, vt compoſitio inter perſonas Eccleſiaſticas, quod decimæ vni Eccleſiæ debitæ, alteri ſoluantur, valeat ex Ruino *conſ.* 142. *n.* 13. *vol.* 5. Duenas
reg. 127. Capell. Toloſana *deciſ* 97. Rebuff.
dicta quæſt. 13. *à num.* 15. † qui *à num.* 17.
limitat non procedere in decimis perſona- 19
libus, quæ dantur ratione adminiſtrationis
ſacramentorum, & *à num.* 19. declarat
illius textus concluſionem procedere, ſi
cauſæ cognitio decretum, & conſenſus
Epiſcopi, ſeu eius vicarij accedat, *& n.* 28.
vt non poſſit laïcus cum Eccleſia componere,
vt decimæ ipſis laïcis ſoluantur, niſi
ad tempus, & ex iuſta cauſa, & Moneta
vbi ſuprà. † Imò aduertunt DD. Rebuff. 20
dicta quæſt. 13. *num.* 25. Duen. *reg.* 127. *in fine*,
prædictam compoſitionem, ſi fiat inter Parrochos,
ſine auctoritate Epiſcopi, vel ſuperioris
non in totum vitiari, ſed valere pro
vita componentium, & quod ille, qui eam
fecit, non præiudicet ſucceſſori, vt refert
etiam Barboſa decisum *de officio, & poteſt.
Parrochi p.* 3. *cap.* 28. §. 4. *num.* 25. *in Rota deciſ.*
585. *num.* 3. *p.* 1. *recent. & in Mediol. decimar.*
10. *April.* 1606. coram Coccino, *&
in Auguſtana decimar.* 28. *May* 1631. *coram
Vbaldo.* † Et addit Barboſa *in dicto cap.* 2. *de* 21
tranſact. nu. 3. quod ſi Epiſcopus nolit aſſenſum
præſtare ad dictas tranſactiones, poſſit
tunc adiri Archiepiſcopus, vt dixerunt
Tiraquel. *de iure mariti*, Gloſſa 8. *n.* 82.
Palacius *in repet. Rubric. de donat. inter vir. &
vxorem* §. *n.* 4.

Ad tertiam quæſtionis partem, an liceat 22
illa tranſactio in beneficio litigioſo cum aliqua
penſione impoſita per ipſum Epiſcopum
ad declarationem textus *in dicto cap.
niſi eſſent de prabend.* eſt magna inquiſitio,
† ſiquidem hoc, quod eſt imponere pen- 23
ſiones ſuper beneficiis, priuatiue pertinet
ad Romanum Pontificem, vt clarè patet
*ex titulo, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione
conferantur*, vbi nos latiſſimè, in quo
dubio, & ſuppoſito, † quod pacto nequit 24
fieri, vt litigans ſuper pinguiori beneficio
tranſigere valeat cum aduerſario, vt ipſe
retineat pingue beneficium, & collitiganti
tradat beneficium tenue, non licet ſine
auctoritate ſuperioris; quia tranſactio, vt
dictum eſt, eſt quædam permutatio, quæ
nec liceret in hoc caſu, deficiente licentia
ſuperioris, & ſimiliter contingere ſi litigantes
circa plura beneficia conueniant
inter ſe, vt vnus vnum retineat, & alter
alterum, eo quod quælibet pactio in materia
beneficiali eſt ſimoniaca, ſi priuata 25
auctoritate fiat. † Poteſt enim permutatio
beneficiorum fieri ex cauſa honeſta in
manibus Epiſcopi, ſeu Prælati, ſed cauſa
tranſactionis eſt ſatis honeſta, ergo ſimilis
permutatio, vel quæcumque compenſatio

 ſpiritua

ſpiritualis facta alteri parti pro beneficio dubio, vel iure ad illud, cui renouciat, ſi in manibus Epiſcopi, vel Prælati fiat, valida erit, & libera ab omni ſimonia, quia nullum ius prohibet huiuſmodi tranſactionem fieri auctoritate Epiſcopi, cum, & approbetur in iure per textum *in cap. ſtatuimus, ac tranſact.* ibi: *De aſſenſu Epiſcopi, vel Archiepiſcopi ſui*, vbi hæc ponitur, vt conditio neceſſaria pertinens ad validitatem, & quaſi ad formam tranſactionis; ergo vbi illa conditio defuerit, erit prohibita tranſactio, & licet ibi ſit ſermo de tranſactione ſuper decimis, multo magis habere locum eam deciſionem in tranſactione ſuper beneficio, docent Innocent. & Panormit. *in dicto cap. conſtitutus, & cap. ſuper eo, eo tit.* Gloſſa *in dicto cap. ſi quando de officio de leg.* Rebuffus *in pract. Cancel. Apoſtol. verſus finem*, Lamberrin. *de iure Patronatus lib. 3. quæſt. 9. artic. 6.* Suarez *dicto lib. 4. de relig. capit. 51. à num. 11.* Bonacina *dicta diſput. 1. quæſt. 4. §. 15. num. 6.* Filliuc. *dicto tract. 45. cap. 11. quæſt. 11. & 12.* Layman. *dicto lib. 4. tract. 10. cap. fin. num. 58.* Baſſeus *ſupra p. 2. verbo ſimonia dicto num. 13. verſ. hinc litigans*; quæ omnia ex dictis ſub *verſ. ad ſecundam* abunde confirmata ſunt: videndus Balboa *in dicto capit. fin. de tranſact. num. 104. & 106.*

26 Vnde nunc ad punctum de penſione difficilius videtur concludendum, cum conſiderari debeat, vt hæc eſſet tranſactio de re ſpirituali cum temporali, qualiter videtur penſio, quæ nec auctoritate Papæ valeret imponi *ad ſupra dicta ſub quæſt. 12.* & in hoc dubio dictam penſionem imponi poſſe duobus modis, vel mero Epiſcopi arbitrio, qui videns litigantes rixari, ac vexari ſumptibus, poterit ex officio, vt arbiter illos litigantes componere, vni adiudicando, alij inquam aſſignando quandam penſionem, dum tamen litigantes inter ſe nihil de hac tractatione conueniſſent ad verba textus *in dicto cap. niſi eſſent de præb.* ibi: *Quod autem ordinatum eſt circa reliquam, vt ipſe viginti libras de redditibus capituli, & quadraginta de prouentibus prioratus percipiat annuatim, hoc ſecundum prouidentiam intelligitur eſſe præceptum ex arbitraria poteſt.* Ita Innocent. & Abbas, ac Barboſa ibi cum aliis, Gigas *de penſ. cum aliis quæſt. 6. num. 3. & 4.* Balboa *in dicto cap. fin. de pactis à num. 107.*

27 qui *num. 109.* † explicat dicendo non obſtare, quod hodie ex Pio V. penſio ſit quid ſpirituale, quia ante illam, & iuxta ius antiquum erat ius temporale, ſaluarique tranſactionem, ſiue compoſitionem, vt factam mero iudicis officio, & arbitrio abſque vlla interuentione litigantium, qui etiam latè agens *ex num. 110.* an hæc penſio poſſit imponi ad vitam illius, cui ad ſignatur, vel ad vitam perſonæ debitoris illius, vel vt temporalis, aut Eccleſiaſtica, vt ibi *à num. 103.* vbi expendit *cap. 2. de arbitr.* cum aliis iuribus *numero 116. & fin.*
† Reuera dicendum eſt iuxta textum *in dicto cap. niſi eſſent*, non poſſe Epiſcopum ſemoueri ad illos litigantes modo dicto componendum, ſiue penſio ſit temporalis, quia eſſet ſimoniacum, ſiue Eccleſiaſtica, quia eſſet ius à Pontifice auferre, cui ſoli competit diſmembrare penſiones, ſed tantum, vt dictum eſt ex officio, & ſimul ex arbitrio aliorum amicabilium compoſitorum, litigantes eo modo concordare: Balboa *ſupra num. 112.* ad caſum: leges *infrà* proximè *verſ. alia inquam.* 28

Ad quartam quæſtionis partem, an ſit licitum commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſionem beneficiorum? & ex iam *quæſt. 4. & in hac 5.* dictis breuiter reſpondetur eſſe ſimoniam, ſaltim contra ius prohibitum, vt v.g. quando duo electores ita paciſcuntur, vt inter eos alternetur electio, de quo latè proprius agitur *infrà in cap. 23. 27. 43. & 44.* vbi de ſimonia in electionibus Eccleſiaſticis. 29

Et ſic etiam dicendum eſt eſſe ſimoniam permutare beneficium pro iure quaſi inchoato ad aliud beneficium v.g. ſi quis alteri dederit beneficium, vt cedat præſentationi, quam habet ad aliud: nam eo caſu non datur pure, ſed præcedente pacto. † Item quia ſicut præſentatio actiua non poteſt permutari pro beneficio, quia eſt annexa beneficio, ſimiliter nec præſentatio paſſiua, quia etiam eſt quodammodo annexa beneficio, à quo videtur ſumere æſtimationem, vt probant Ioan. Andr. & Franc. *in cap. 1. de rerum permut.* Syluester *verbo permutatio quæſt. 13.* Balboa *in dicto cap. de pactis num. 15.* Nec huic dicto obſtat adductum *ſub quæſt. 3. & 4.* nempe poſſe permutari ius in re beneficij nondum poſſeſſi cum alio beneficio, quia iſte caſus eſt admodum diſtinctus. 30 31

Alia inquam de confirmatione, electione, præſentatione, & vicariatibus, dicti *infrà ſub dicto capit. 23.* & aliis, & *in dicto cap. 21.* vbi de miniſterio, & miniſtris Eccleſiæ. Sed hic pro complemento quoad permutationem, & tranſactionem adiunges, vt non poſſit fieri tranſactio, quando poſſidens beneficium, ſuper quo erat controuerſia, 32

trouerſia, promiſit litiganti pro diuiſione litis, accipere illum in Vicarium, vel in coadiutorem Præbendæ, vel ſi ipſi promiſit prouidere illum de aliquo alio beneficio, aut vicaria, eo quod haberet dignitatem tales prouiſiones annexas habentem, aut illum præſentare in alio beneficio, in quibus omnibus interueniunt regulariter loquendo pacta prohibita. Et quia in his,& ſimilibus non ſunt conuentiones merè gratuitæ, ſed onerosæ, quæ nequeunt propria auctoritate perfici: ita Balboa *in dicto cap. fin. de rer. permut. n.* 105. quod pertinet ad dictum hic *in verſ. ad tertiam.*

33 Ad vltimam quæſtionis partem, an Generalatus,Prouincialatus, &c. regulentur, vt beneficia, quoad pœnas ſimoniæ? video duplicem eſſe ſententiam; negatiuam Barboſæ *in extrauag.* 2. *num.*9. Peirini *de Religioſo ſubdit. tom.* 1.*quæſt.*1. *cap.* 31. §. 9. *dict.*2t. Azor. 3.*inſt. moral. lib.* 12. *capit.* 21. *quæſt. 6. verſ. quæres*, Bonacina *tomo* 1. *de ſimonia diſput.* 1. *quæſt.* 7. §. 2. *num.*4. idem *tom.* 3. *diſp.*2. *quæſt.* 3. *puncto* 24. *num.*4. quam probabilem vocat Diana *p.* 4. *tract.* 4. *miſcel. reſ.* 156. eo quod *in dicta extrauag.* voluit Papa comprehendi ea quæ tantum ſunt propriè beneficia; & cum hæc ſit materia pœnalis ſic non extendenda ex dictis iam in hac tractatione *à quæſt.* 1. *ex dicta extrauag.* 2. *de ſimonia.*

34 Sed affirmatiuam, vt probabiliorem ſequuntur per *dict. extrauag.* 2. DD. & Filliucius *tomo* 3. *tract.* 15. *cap.*4.*quæſt.* 7. *n.*87.Suarez *de religſtom.*5. *diſp.* 22.*ſect.* 5.*n.*24.*& diſp.* 31.*ſect.*4.*n.* 45. Nauarr.Rayner. & Caietan. & Leſſius, quos ſequitur idem Diana *dicta reſ.*156.*verſ.verum*,aſſerentes omnes Generalatum, Prouincialatum, Guardianatum Rectoratum,& Prioratum in religionibus, eſſe beneficia regularia, & qui illa ſimoniacè obtineret, incideret in pœnas latas contra obtinentes beneficia, cum ſimonia: ita etiam cum Portel. Hieronymo Rodriguez, & aliis, vbi Diana limitat in officio Vicarij Domus, aut ſubprioris, & aliorum inferiorum, vt ego extendo, quorum officia dependent à prioribus, dignitatibus Religionis, quales ſunt Generales, Prouinciales, Abbates, Guardiani, & Priores: ita etiam in terminis Gordon. *in ſumma tom.*2. *lib.* 7. *quæſt.* 13. *capit.* 4. *num.* 70. Sebaſtian. à Bononia *tract. de elect. p.* 2. *cap.*1. *dubio* 58. Reginald. *in praxi fori pœnit.tom.* 2. *dicto lib.* 23. *cap.* 12. *numer.*182. Sanchez *in opuſculo tom.* 2. *lib.*2. *cap.* 3. *dubio* 104. *num.* 5. *&* 11. *& dubio* 107. *num.* 3. Peregrin. *in conſtit. p.* 3. *cap.* 1. *littera I.* §. 2. *verſ. ſeptimo*, qui hanc opinionem etiam amplectitur de præpoſitis, conſultoribus, & diffinitoribus ſuæ Religionis.

Hic addi poterant quæ de officiis Eccleſiaſticis vendendis dicentur *infra in c.*21. 35 item quæ de electionibus, & præſentationibus *in dicto cap.* 23. Et quæ de vexatione redimenda in beneficiis, *vt in cap.* 28. item quæ de pœnis contra ſimoniacos, etiam ratione beneficiali, de qua, & de aliis pœnis in illos *infra in cap. fin.* & ſic amplius non inſiſtimus.

AD TEXTVM

In Capit. Nemo XIV. Capit. Ea, quæ XVI. Cap. Per tuas XXXVII. & Cap. Ad Apoſtolicam XLII. hoc titulo de ſimonia.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Simonia circa ſacramenta, & de ſacramentalibus, ſedet hic, & indicatur ex aliis capitibus.*

Hic ſedet materia de ſimonia, 1 quæ committitur in adminiſtratione ſacramentorum, & in iuriſdictione ratione illorum exercenda, & aliquid de ſacramentalibus. Et quia iam plura de ſimonia, quæ committitur in collatione, ſiue receptione ſacramenti ordinis *in cap.*1. latè *hoc tit.* vbi aliqua dicta ſunt generalia, quæ conducunt ad hanc tractationem; ideo illis præmiſſis, nunc generaliter agemus de commiſſa in aliis ſacramentis nonnulla reſeruando de ceremoniis Eccleſiaſticis ſuis propriis locis, & de vicariis, & precibus *in cap.* 21. *&* 38. *de chriſmate hic in cap.*16. 21. *&* 36. *de abſolutione in cap.*24. *de benedictionibus, & exequiis in cap.*19.*&* 41. vbi & de ſepulturis hic principaliter de zelando peccatore; item & de recipiendo aliquid pro ſacramento pœnitentiæ, eſt ſermo, & generaliter, præcipuè quod liberè ſunt conferenda ſacramenta *in dicto cap. ad Apoſtolicam*, & ad alia pro intellectu huius textus videbis *infrà* quæ dico *in cap.* 21. *& ibi quæſt.* 3. vbi de ſecunda parte huius textus, & ad quæſtio

quæſtionem de miniſtro ſacramentorum, *in cap. ad Apoſtolicam*, de quo hic latiſſimè agitur. Ad aliam *quæſt. infra in cap.* Matthæus *quæſt. fin. verſ. ad tertiam, & vltimam.*

QVÆSTIO I.

An ſi pro adminiſtratione alicuius ſacramenti ante, vel poſt temporale accipiatur, ſimonia committatur? Quid in Baptiſmo, ſi nullus adminiſtrare volens, alius pecunia inuiretur? Quid in ſacramento confirmationis pro chriſmate, & oleo, ad cap. 16. hoc titulo? Quid in ſacramento Pœnitentiæ, aut Euchariſtiæ, vel ſanctæ vnctionis? Et quid in ſacramento matrimonij?

SVMMARIVM.

1. *Sacramenta ſunt propriiſſima materia ſimoniæ iuri naturali contrariæ: & quare?*
2. *Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas, vna pertinet ad forum internum, alia ad externum.*
3. *Simoniæ materia eſt omnis actus iuriſdictionis internæ ſacramentalis.*
4. *Paciſci non licet ſine ſimonia, aliquid accipi temporale pro labore comitante ipſam actionem ſacramentalem, vt exemplificatur, & quare n. 5.*
6. *Actiones laboris antecedentes ad ſacramenti celebrationem, quales ſunt celebrare in tali loco, &c. poſſunt in pactum deduci abſque ſimonia.*
7. *Temporale dare, vel accipere alia ratione, quam pro pretio quærendi ſpirituale, puta prorſus tentatione, miniſtri liberalitate, eleemoſyna, aut ſolutione obligationis, &c. non eſt ſimonia.*
8. *Pecunia non poteſt dari, vt miniſtretur Baptiſmus adulto in extrema neceſſitate nolenti illud libere miniſtrare: alÿ contra ſecundum aliquos, & quare num. 9. & 17.*
10. *Sacramenta alia præter Baptiſmum extra neceſſitatem extremam, vt miniſtrentur, pecunia dari non poteſt abſque ſimonia: quid ſi ad redimendam iniuſtam vexationem, n. 11.*
12. *Simoniam non parit in re dubia mali, aut boni datio pecuniæ circa adminiſtranda ſacramenta, vbi de ratione.*
13. *Baptiſmus, vt baptizetur infans, pecunia, nequit celebrari à parentibus, vel aliis data nolenti aliter conferre, ſed verius, vt ſimoniacum non ſit, n. 14.*
14. *Simonia non eſt dare pecuniam ad remouendum impedimentum nolentis miniſtrare, cum datio eo tantum præſumatur; aliud eſſet ſi intentio dati temporalis eſſet pro re ſpirituali, n. 15.*
16. *Pecuniam dantes, vt Baptiſmus, ſeu confirmatio miniſtretur egenti, videntur excuſari à ſimonia, & in adulto, vt numero 17. ſed de confirmatione, dic, vt à numero 18.*
18. *Confirmationis ſacramentum nequit pecunia miniſtrari, & quare?*
19. *Pœnitentiæ ſacramentum, etſi ſit mortuorum, pecunia data, miniſtrari non valet, & quæ differentia cum Baptiſmo?*
20. *Euchariſtiæ, & ſanctæ vnctionis ſacramenta abſque ſimonia, data neceſſitate, non valent miniſtrari, cum ſint viuorum, & non æquè neceſſaria, ac Baptiſmus; & in extrema neceſſitate videtur dicendum, vt ſub n. 22.*
21. *Confeſſio ſacramentalis, data pecunia ante, vel poſt eſt ſimoniaca.*
23. *Matrimonium miniſtrari pecunia data, ſimoniacum non eſt ſecundum aliquos, ſed contra verius, vt n. 24. 25. & quo pacto permittatur? n. 26. & 27.*
24. *Matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis, gratiam conferens.*
25. *Matrimonialis contractus inter Chriſtianos, ſeparabilis non eſt à ſacramento.*
27. *Dos data pro matrimonio celebrando, quare excuſetur à ſimonia, & n. 28.*
28. *Matrimonÿ cauſa datum ad compenſandam inæqualitatem nobilitatis non facit ſimoniam.*

VT hæc, & alia circa ſacramenta intelligantur, apertius pro generali doctrina, eſt præſupponendum. Primò, quod cum ſacramenta ſint res ſacræ, tam in ſe, quam quoad effectum, quem pariunt, ſunt propriiſſima materia ſimoniæ iuri naturali contrariæ, ac proinde ſimoniam committi, accipiendo aliquid temporale pro ſacramentis, vt ſunt quid conflatum ex materia, & forma (ad ea, quæ dixi *in Rubrica, & tit.* de ſacramentis non iterandis) & eſt ratio, quia licet ſacramenta in actionibus quibuſdam, vel paſſionibus circa res materiales conſiſtant; nihilominus, vt ſacramenta ſunt Diuina, & ſupernaturalia dona, gratis collata nobis à Chriſto, eorum auctore, & per reſpectum ad gratiam, quam conferant, ſpiritualia eſſe, indeque eo ipſo, 1

quod

quod ſunt talia contra reuerentiam illis debitam, & contra religionem, & contra verbum Chriſti: *Gratis accepiſtis, gratis date, Matth. cap.* 10. ſic illa vendere, vt habetur *in cap. cum in Eccleſiæ corpore* 9. *hoc tit.* ibi: *ſeu pro aliis ſacramentis aliquid requiratur*, vbi hoc vitium appellatur *horribile:* quo verbo ex doctrina D.Thomæ 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 2. *in corpore, & ad* 4. communiter receptum, dicunt DD. ſatis ſignificari eſſe contra ius Diuinum.

2 Secundò prænotant Doctores ad ipſam meliorem intelligentiam, quod poteſtas iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vna pertinet ad forum internum animæ, alia ad externum gubernationis ſcilicet Eccleſiæ, & quod ſub iuriſdictione interna comprehenduntur cura, quam Parrochi habent ſuarum Parrochiarum, cæterique Paſtores, ac Prælati Eccleſiæ, vt eſt iuriſdictio, quam habent adminiſtrandi ſubditis ſuis ſacramenta, verbumque Dei prædicare, externæ inquam iuriſdictionis eſſe diſpenſare, iudicare, & componere lites, eaſque dirimere inter Eccleſiaſticos, alioſue.

3 Qua diſtinctione communiter ab omnibus recepta; imò & neceſſaria, loquendo, de prima iuriſdictione interna, docent DD. per textum noſtrum, *cap. nemo, & alia iura, & dict. cap. ad Apoſtolicam*, omnes actus eius iuriſdictionis internæ in ſacramentis, eſſe materiam ſimoniæ, vbi omnes Canoniſtæ adducti à Barboſa *ſub n.* 1. vtriuſque capituli, & à D. Thoma *diſt.* 12. *quæſt.* 100. *art.* 2. *ad* 3. & cum eo Theologi, notantes, numquam licere aliquid exigere pro ſacramentis conferendis, Suarez *de Relig.tom.*1. *tract. de ſimonia lib.*4. *cap.*10. *n.*5. *& cap.* 11. *num.*3. *& c.*14.*n.*2.*& cap.*47. *num.*5. citati à Zenedo *ad decretales col.* 16. *num.* 3. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.* 2. *capit.* 14. §. 5. *num.* 47. Reduanus *de ſimonia p.* 3. *cap.* 17. *à numero* 18. Fillіucius *tom.* 3. *tract.* 45. *cap.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 19. Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 2. *à princ.* Azor. *inſtit. mor. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 1. vbi etiam tenet non poſſe operam, & laborem in ſacramentis conferendis pretio emi, vel vendi (ſed de hoc qualiter accipiatur *infrà* dicitur) latè, & benè D. Rodericus de Acugna *in comment. ad cap.* 3. *art.* 23. *ex num.*5. & exemplificant Suarez *latè dicto lib.* 4. *cap.*19.& cum eo breuiter Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37 *num.* 1. *&* 2.

4 Quibus ſuppoſitis pro generali doctrina fori interni circa ſacramenta, etiam eſt firmanda alia generalis ſub diſtinctione concluſio, nempe vt licet multi Doctores teneant licere pro labore adminiſtrationis ſacramentorum de pretio paciſci iuxta doctrinam Apoſtoli *in cap. cum ſecundum de præb. dignus eſt mercenarius mercede ſua*, quæ probatur eſſe Chriſti in Euangelio: tamen vt verior ſit tenenda Doctrina bimembris, nempe quod labores, & opera, alia ſunt comitantia ſacramentum, atque ipſi intrinſeca, vt puta Miſſæ celebratio, aut baptizandi opus, aut quæuis aliorum ſacramentorum applicatio, officium Diuinum, vel mortuorum prædicatio, olei ſancti, vel Chriſmatis confectio, benedictio nubentium, & ſimilia, vt *in cap. non ſatis* 8. *dict. cap. in Eccleſiæ, & in hoc text. noſtro dict. c. ad Apoſtolicam*, & aliis. † Et 5 quod pro his non ſit licitum paciſci, quia principale eorum eſt ſpirituale, & acceſſorium temporale, hoc eſt labor, ac proinde quidquid temporale in iſtis interuenerit æſtimetur interuenire ratione ſpiritualis, non alias; indeque illicitum, de quibus Auguſtinus, qui ſupra mercedem diſpenſationis à Domino recipiunt, & ſic Ioan. Guttierrez *in Canonic. quæſt. lib.* 1. *c.*29. *n.*12. quod recipere ex his eſt, ac ſi reciperetur pro gratia ſacramenti, quia baptizatio, & Baptiſmos pro eodem reputantur, ſicut Miſſa, & celebratio Miſſæ, quod intelligo iuxta relata *in dicto cap.*1.*q.*4. per doctrinam, quam adducit Barboſa *in cap. ſicut Epiſcopum* 1. *qu.* 2. *ex n.* 3. 4. *&* 5. cum aliis, vbi qu d de dato, & excepto ſine pacto in ſacramentis, dubiumque ſit cum qua intentione, vbi poſui illam diſtinctionem, quam ipſe fecit, dicendo *n.*7. quædam eſſe ſpiritualia, quæ aliquod examen, & iudicium requirunt, de perſonis, ac rebus, prout in ſacramento Ordinis, & pœnitentiæ, & quædam, quæ nullum habent adiunctum, prout in ſacramento Baptiſmi, confirmationis, & reliqua, quæ conducunt multum ad generalitatem; imò ad diſcernendum in materia ſacramentali, de qua nunc agimus.

Aliæ vero ſunt operæ antecedentes ſacramentum, atque illi accedentes, prout eſt 6 obligatio ad celebrandū in tali loco Miſſam, toties in hebdomada, tali hora, & huiuſmodi, vt contingit in capellaniis, vel aliis clericis ad ſeruitium Parrochiæ conductis cum obligatione, his aut aliis diebus celebrandi, confeſſioneſque audiendi, quorum principale reſpectu laboris eſt temporale, & quod pro his, ac ſimilibus liceat paciſci, atque eas operas locare, ſtatuto pretio, ſicut poſſet Sacerdos pro itineris labore, pretium exigere, quoties è longinquo acceſſitus eſſet, vt infirmi audiat confeſſionem, vel Miſſam celebret, & in ſumma illa, in quibus principale quæſitum

quæſitum eſt, temporale poſſe ſub pacto po-
ni, ſed dicta *n. præcedenti*, & illa, in quibus
principale quæſitum eſt, ſpirituale minimè,
quia acceſſorium ſequitur principale: latè
Caiet. in D.Thom.*dict.q.*100.*in* 2.*dubio*, Sotus
*de iuſt.lib.*9. *qu.*6.*art.*1. Nauarr.*in man. cap.*23.
*num.*101. *verſ. decimo*, Anton.*de Cord.in ſumma*
*q.*27. *verſ. lo ſegundo*, & Guttierrez, *vbi ſupra*
*dicto n.*12. *verſ. alia*, aliqua in confirmatio-
7 nem adducens pro intellectu Trid. reſoluens
*num.*15. clarè ex his deduci, non eſſe ſimo-
niam dare, vel accipere temporale alia ra-
tione, quam pro pretio quærendi ſpirituale,
puta pro ſuſtentatione miniſtri, vel pro li-
beralitate, vel eleemoſyna, vel pro ſolutio-
ne obligationis legis, vel conſuetudinis, vel
ex legato, addens cum eodem Nauar.*n.*100.
& 101. & Corduba *ſupra*, quod elargiri ele-
emoſynam pauperi, vel ſacrificio pro Miſſa,
vel orationibus, non eſt ſimonia, niſi pro
pretio, & animo illa emendi daretur, quod
in dubio non præſumitur iuxta quæ dixi
*ſub dicto cap.*1.*hoc tit. & dict. qu.*4. cum potius
illo ſtante potius ex honeſta cauſa dari, ſit
præſumendum, quam ex inhoneſta, & il-
licita per latè dicta à Barboſa *in cap. quam*
pio 1. *quæſt.*1. *& in dicto cap. ſicut Epiſcopum* 1.
quæſt. 2. in ſuo modo hic applicanda.

8 Ad ſecundam partem de ſacramento
Baptiſmi videtur diſtinguendum inter adul-
tos, & paruulos: de adultis inquam dicunt
DD. *per gloſſam text. in cap. Baptiſandis ver-*
bo moliantur, non licere adulto in extrema
neceſſitate conſtituto pecuniam dare Sa-
cerdoti ſacrilego, qui aliter eum non vult
baptizare; ſed potius ſine Baptiſmo dicen-
dum; quia cum per fidem, & Baptiſm.
flaminis poſſit ſaluus fieri iuxta textum *in*
cap. dubium de Baptiſmo, nunquam poterit in
extrema neceſſitate conſtitui, docent Theo-
logi *in* 4. *diſt.* 5. *quæſt.*2. *& diſt.*15. affirman-
tes, vt quando aliquis adfuerit, laïcus, aut
fœmina, à quibus poſſit baptizari, eo in ca-
ſu, ac ſi nullus eſſet clericus, potius ab il-
lis petendum Baptiſmum, cum ſine dubio,
ſint miniſtri huius ſacramenti, neceſſita-
te occurrente iuxta textum *in cap. ſuper qui-*
bus 30. *quæſt.* 3. *cap. conſtat, cap. mulier* cum
ſequentibus *de conſecrat. diſt.* 4. quod eſt ſi-
ne controuerſia ex Theologis, & Morali-
9 ſtis *in* 4. *dict.* 4. *quæſt.* 2. † ſed in hoc caſu
affirmant alij, vt Tancred. *de relig. tract.* 2.
lib. 4. *diſputatione* 7. *quæſt.*4. & Diana *p.* 11.
tract. 6. *miſcel. reſ.* 22. *circa finem in verſ. ſed*
ſi aliquis, vbi cum Valentia, Henriquez, Ma-
ior, & Bensfeldio *in cap.* 9. *de ſimonia qu.* 3.
concluſione 3. quia quoties adeſt neceſſitas,
nec poteſt eſſe certus adultus de ſufficienti
contritione; fortéque condemnetur, de-
bet ipſe tali ſacramento ſuccurri, vt faci-
lius ſaluetur, remiſſionemque peccarorum
conſequatur: Nemo enim ſcit, an amore,
an odio dignus ſit, quod & dicitur cum
Hurtado, id in omnibus ſacramentis ad-
mittente, & in aliis, ſed nimis laxè *in-*
fra in cap. Matthæus, vbi de vexatione re-
mouenda.

Quod multum magis de aliis ſacramen- 10
tis percipiendis affirmant, in quibus per-
cipiendis, nulla poteſt dari præciſa, & ab-
ſoluta neceſſitas; itavt ſi neceſſitatem ex-
tremam, & abſolutam æternæ ſalutis re-
moueamus, conueniunt omnes non lice-
re pecuniam dare, & ita vexationem re-
dimere: ſic Barboſa *in dicto cap.* Baptizan-
dis *num.* 1. *in fine*, quod inquam videtur
implicari ex eodem Barboſa, dicente *in*
cap. in Eccleſ. hoc titulo num. 3. cum Guttier-
rez *dict. cap.* 29. *lib. can. num.* 18. Suarez *de*
relig. lib. 4. *cap.* 12. *num.* 13. Paulo Comitolo
reſponſ. moral. lib. 5. *quæſt.* 14. *num.*4. Azor.
inſtit. moral. p. 3. *lib.* 12. *quæſt.* 3. in extrema
neceſſitate dare pecuniam iniquo miniſtro
ſacramenti petenti illam, non ſemper eſſe
emptionem ſacramenti, ſed vt poſſit inten-
tione dantis, habentiſque ad hoc ius ex ne-
ceſſitate vrgente ſeparari, † imò quod ali- 11
quando ad redimendam iniuſtam vexatio-
nem poſſit licite dari temporale miniſtro,
& aliter nolenti ſacramenta conferre iuxta
tradita per eundem Suarez *dicto cap.* 12. *à*
num. 2. Soto *de iuſt.lib.*9. *qu.* 6. *art.* 1. Redoan.
de ſimonia p. 1. *cap.* 6. *n.* 8. *& p.* 3. *cap.* 4. *n.*16.
de quo *infra in cap. Matthæus qu.* 3. *verſ. ad*
tertiam, vbi ibi dicta ab Hurtado ſunt con-
tra communem.

Et confirmatur ex dictis *in dicto cap.*1. *ſu-* 12
*prà ſub dicta quæſt.*1. quæ etiam dixit Barbo-
ſa *in dicto cap. ſicut Epiſcopus* 1. *quæſt.*2.*num.*5.
nempe ſacramenta miniſtranti ſiue ante,
ſiue poſt, ſiue incontinenti, ſiue ex inter-
uallo, vbi temporalia dantur, ſtante tamen
re dubia: quia ex vtraque parte extant æqua-
les boni, aut mali coniecturæ, non eſſe
iudicandum ſimoniam ex hoc facto, ſed
honeſtam dationem, vt apertè probat tex-
tus *in cap. eulogiis* 18. *dict. cap. placuit* 1. *qu.*1.
& *ibi cap. dictum in fine, cap. dilectus* 30. *cap.*
tua nos hoc titulo, vbi gloſſa *verbo pure*, per
quæ DD. affirmant, pacto, & conuentio-
ne ceſſante, licitum eſſe in perceptione
ſpiritualium temporalia dare, quia non mi-
nus liberalis donatio cenſetur: aliqui con-
tra tenent, quos retuli *ſub dicta quæſtione* 4.
ſed reuera iſte caſus diſtat multum ab
hoc, de quo eſt noſter ſermo, cum
loquamur

loquamur de miniſtro nolente miniſtrare ſacramenta, niſi ei detur pecunia, vt in pretium.

13 In caſu inquam ſecundo de paruulo in neceſſitate verè extrema conſtituto, an liceat à parente, ſeu ab alio tertio pecuniam dare clerico ſacrilego nolenti eum baptizare, alias non defuerunt DD. negantes poſſe hoc ſacramentum miniſtrari, aut recipi, ſed potius dimittendum eſſe paruulum, vt ſine Baptiſmo pereat, gloſſa *in dicto cap. Baptizandis, dicto verbo, moliantur*, quam ibi communiter receptam dicunt Præpoſit. *n.* 1. & alij, & ſequitur Cardin. *in dicto cap. cum in Eccleſia*, D.Thom. *in* 4. *dict.* 5. *quæſt* 2. *in fine*, vbi Palud. *quæſt.* 3. *num.* 17. Ricard. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *ad* 8. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 16. Syluester *in ſumma verb. ſimonia quæſt.* 8. quorum fundamentum illud eſt præcipuum, quod ſimonia de ſe mala eſt, quæ nec poſſit cohoneſtari aliqua circunſtantia, vt probat Caietan. *quodlibeto* 1. *quæſt.* 9. cum non ſint facienda mala, vt inde eueniant bona, ad plura, quæ dixi *ſub cap.* 3. *& cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, ac alibi *de conſtit.* & ex aliis principiis tangentibus redemptionem vexationis, de qua *infra in cap.* 28. *hoc tit.* & aliis.

14 Tamen non minus eſt probabilis contraria ſententia, quam amplectimur, nempe vt poſſit in dicta extrema neceſſitate dari à tertio pecunia clerico nolenti alias paruulum baptizare, & ille, qui eam offert, aut quilibet alter nequit, quia mutus, aut manibus truncus, in ea neceſſitate paruuli moribundi, illum baptizare, ex eo inquam, quia quando intentio dantis in aliquam honeſtam cauſam immediatè dirigitur, quæ ab ipſis ſpiritualibus diſtingui poteſt, non committitur ſimonia, cum ſpiritualia emere non intendat, ſed hæc intentio dantis immediat, & tendit ad remouendum impedimentum miniſtri, aut ex auaritia, aut ex neceſſitate proueniens, dat enim, vt auaritiæ, aut neceſſitati ſatisfaciat, in quo conſiſtit immediatè redemptio vexationis, ergo

15 ſimonia ceſſat. † Præterea DD. confirmant; quia qui temporale dat, ſpiritualia recipit tantum; ſic vt ex eorum aſſecutione aliqua temporalis vtilitas ad eum peruenire poſſit, itavt ceſſare videatur ex parte dantis praua ſuſpicio, niſi manifeſtè appareat contrarium, cum nemo ita ſatius ſit cenſendus, quod temporalia concedat mala intentione, quæ tunc nec ad ſpiritualem ſalutem, nec ad temporale bonum pro ſunt, prout contingit, quando dat miniſtro baptiſanti, vngenti, ſeu confirmanti; ſecus autem quando ex aſſequutione ſpiritualium temporale aliquod commodum redundare poteſt, prout fit in ſacramento ordinis, in abſolutione à cenſuris, in beneficio, aut Monaſterij loco comparando.

Indeque euenire, vt ſacri Canones non 16 ſoleant condemnare eos, qui Miniſtris Baptiſmi, aut confirmationis temporalia dant, quaſi in ipſis præſumptio mali deficiat, vt colligitur ex *dicto cap. baptizandis cum ſequentibus*; & ſic in terminis dicunt eſſe dantem excuſandum, reſpectu cuius nulla vtilitas conſiderari valet, & extrema ſit neceſſitas, Barboſa ibi: *num.* 5. *&* 6. & relati ibi ab Archidiacono, & Præpoſito, Abbas *in dicto cap. cum Eccleſia num.* 5. Anania *ibi num.* 3. Nauarr. *in manuali cap.* 23. *num.* 101. *in fine*, aſſerens hanc ſententiam receptiorem eſſe, Caietan. 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. Soto *de iuſt. dicto lib.* 9. *quæſt.* 6. *artic.* 1. Suarez *tom.* 1. *de relig. tractat.* 3. *lib.* 4. *cap.* 12. *à num.* 13. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 7. *à num.* 38. Filliucius *tom.* 3. *tract.* 45. *cap.* 3. *quæſt.* 5. *&* 6. Bonacina *var. tract. quæſt.* 4. *de ſimonia* §. 1. *n.* 4. *verſ. ex dictis*, Ripa cum Barboſa *de ſimonia p.* 1. *artic.* 2. *à num.* 21. citra dubium, dicentes hanc eſſe receptiorem: quæ ſatis confirmatur ex eo, quod paruulo in extremis agente, poteſt illum quis in flumen inijcere baptizando illum, etiamſi ſuffocetur, quia præualet ſaluatio æterna morti temporali illius, vt eſt commune, & ſic malum, quod fit ea intentione, etſi contra ius naturale ob maius bonum baptizati excuſari; & apertius in caſu noſtro, vbi ex parte dantis valet intentio, ſeparate malum, vt creditur ſeparari, & inſuper ſuccurritur paruulus. † Et iuxta hæc ſunt 17 intelligenda, quæ tradit Ioannes Guttierrez de paruulo, & adulto, *lib.* 1. *Canon. c.* 19. *num.* 18. *&* 19. etiam ex *l.* 3. *verſ. por ſeis maneras*, ibi *la primera tit.* 17. *p.* 1. ibi Gregor. Lopez in gloſſa *de ſu voluntad*, cum multis, & ex Concilio Toletano 11. cuius litteram refert Alfonſus à Caſtro *lib.* 3. *aduerſus hæreſ. cap. de ſimonia col.* 2. Villalobos tamen cum Adriano, Gabriel, & aliis Theologis *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *diſ.* 18. dicit ſine diſtinctione in vtroque caſu pro pretio ſacramenti nihil dari poſſe; ſed ſi detur, vt tantum medeatur, in extremis agens etiam adultus ad inclinandum illum malum Sacerdotem, licere quidem ei aliquid dare temporale; eo quod hoc idem ſit, ac petere ad vſuras ab illo, qui paratus eſt eas dare, nec aliter ſuccurrere ex latè dictis *in cap.* 7. *de iureiur.*

Ad ſecundum de ſacramento confirma- 18

tionis, idem ex dictis videtur dicendum: ſed cum hoc ſacramentum non æquè ſit neceſſarium ad ſaluationem, ſicut Baptiſmus, ſequitur, vt quemadmodum in ſacramento pœnitentiæ, quod neceſſarium eſt admodum, vt ſaluetur adultus peccatis mortiferis inuolutus adhuc pro pretio abſolutio, quæ à peccatis impenditur, non ſit pro pretio præſtanda, cum ſimonia incurratur, vt dixit Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa 7. princip. num. 36.* ea inquam ratione, quod adhuc dictum ſacramentum pœnitentiæ non ſit ita neceſſarium ſimpliciter, ſicut ſacramentum baptiſmi, vt dictum eſt

19 *verſ. ad ſecundam.* † Inde etiam euenire, vt ſicut pœnitentiæ ſacramentalis abſolutio, non poteſt recipi à ſimoniaco, nec ſub eadem, imò multò maiori ſacramentum confirmationis, cum iſtud ſit ſacramentum viuorum, in cuius adminiſtratione, non vrget ea neceſſitas per latè à nobis dicta de ſacramento confirmat. *ſub cap. 1. de ſacra vnctione* §. 1. quæ in ipſa pœnitentia, de qua in terminis ad differentiam Baptiſmi, etiamſi ambo ſint ſacramenta mortuorum, & multum neceſſaria, ſed hoc de pœnitentia non ſic præciſum, ſicut Baptiſmus, qui paruulis eſt neceſſariſſimus ad tollendum originale peccatum, ad quod ſacramentum pœnitentiæ, nihilo prodeſt, niſi tantum adultis, qui poſſunt ſacramento in voto ſaluari, vt ſic ſimoniam effugiant: videndi ſunt Couarr. *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 6. *numero* 7. Vgolinus *de ſimonia tab.* 1. *cap.* 44. *num.* 5. *& 6. & cap.* 50. *num.* 7. refert Barboſa *in cap. ad aures num. fin. hoc tit.* licet aliter de abſolutione ab excommunicatione, vt redimatur vexatio: dicemus poſtea *in dicto cap. ad aures* 24. *cap. dilectus* 28. ſed quod liceat dare in ſacramento pœnitentiæ, cum quis habet mortale, dicit Villalobos *in ſumma n.* 3.

20 Ad tertium de cæteris ſacramentis Euchariſtiæ, & ſanctæ vnctionis, aut ordinis, ſimiliter ex proximè dictis *num. præced. in hoc puncto*, quando adeſt extrema neceſſitas, maluſque Sacerdos non vult illa miniſtrare, niſi pro pretio, quia tunc conſtat de vera ſimonia iure naturali, & Diuino inducta, videtur ſimili modo reſoluendum, ac de abſolutione ſacramentali pretio indulgenda dictum eſt, quæ non eſt poſcenda à malo Sacerdote in hoc caſu, quantumuis illud ſit ſacramentum mortuorum, maximè neceſſarium, quod in cæteris ſacramentis proximè relatis non ſic, cum ſint viuorum, quæ in voto ſatis erit recipi, cum enim in dicto ſacramento pœnitentiæ, † etiam poſt auditam confeſſionem ſimonia committitur, ſi pecunia extorquatur, ſiue pœnitens ſit dignus, ſiue indignus abſolutione, vt dicunt Suarez *dicto lib.* 4. *cap.* 19. *de ſimonia num.* 2. Barboſa hic *in text. noſtro num.* 5. quia omnes iuriſdictionis voluntariæ actus, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur màteria ſunt ſimoniæ, ex dictis hic *à num.* 1. imò addunt Suarez *dicto lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 8. *&* 16. & Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 17. *ex num.* 3. actus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & contentioſæ eſſe materiam ſimoniæ, de quibus *infrà* ſequitur euidentioribus quidem fundamentis in relatis ſacramentis confirmationis, Euchariſtiæ, & vnctionis, ac ordinis ſimoniam committi, quantumuis neceſſitate exigente, pecunia adminiſtrarentur. † Tamen de Sacramento Euchariſtiæ, quando neceſſum eſt per viaticum miniſtrare, vt liceat dare Sacerdoti iniquo, alias illud non adminiſtraturo, dicit Villalobos *ſup. num.* 3. Suarez *de Relig. tractat.* 3. *lib.* 4. *cap.* 12. *à num.* 13. & addit licere etiam pecuniam dare Tyranno, aut hæretico habentibus, vt incarceratum illud ſacramentum, nolentibus illud dare, niſi pretio; tunc enim licere ad remouendam illam Tyrannidem, & vexationem, quæ ipſi ſacramento fit, & Chriſto in eo manente. Notabis ad hæc ſacramenta quæ ex Hurtado notaui *infra in cap. Matthæus* 2.2. *quæſtione fin. verſ. ad tertiam*; imò Tancred. *de relig. tract.* 2. *lib.* 4. *diſputatione* 7. *quæſt.* 4. *num.* 20. quem ſequi videtur Diana *p.* 11. *tract.* 6. *miſcel. reſ.* 22. *circa finem verſ. vnde*, dicit Euchariſtiam non ſemel, ſed etiam his eſſe conferendam in eadem infirmitate infirmo, iam confeſſo, & non habenti peccatum mortale; eo quod non debet ſe priuare tanto bono, quantum affert ſacramentum illud in fine vitæ, quamuis non ſumeretur per modum Viatici cum cæremoniis ſolitis; ſed reuera infirmus eſt in mortis periculo, quia militat eadem ratio neceſſitatis. Addit vero de aliis ſacramentis, vt confirmatio, ſacra vnctio non videri eandem neceſſitatem militare, quando conſtaret infirmum eſſe in peccato moraliter, etiam recipit Euchariſtiam, contra ſi illam non poſſet recipere ob infirmitatem ferè ex eadem ratione, quia hoc ſacramentum magnam affert vtilitatem. 21 22

De matrimonio inquam, vt eſt ſacramentum, cum etiam ſit contractus, videndum eſt, nunquid valeat miniſtrari, pecunia interueniente. & à præfata regula cæterorum ſacramentorum, excipiunt nonnulli 23

nulli canoniſtæ hoc matrimonij ſacramentum, dicendo vendi licere abſque ſimoniæ labe, cum non ſit materia ſimoniæ: ſic Gloſſa, *in dicto cap. cum in Eccleſia*; quæ fatetur quidem matrimonium, eſſe ſacramentum, & nihilominus dicit poſſe vendi, quia in eo, ait, gratia non confertur: quam ſententiam quoſdam ex antiquis Theologis fuiſſe ſequutos refert Baſſeus, *2. p. ſumma verb. ſimonia num. 8. verſ. nonnulli*, & ſic eam gloſſam ſunt ſequuti Præpoſitus, *in cap. 3. de condit. appoſitis*, *& alij ex canoniſtis*, per aliam quidem gloſſam, *in cap. honorantur 32. quæſt. 2. verb. honorantur*, ex dicta ratione, de qua eſt etiam ſimilis gloſſa, *1. qu. 1. verbo ſpiritualia*, *& in cap. vendentes*, *1. qu. 3. & in dicto cap. cum in Eccleſia, verb. benedictionibus*, *& in dicto cap. alma mater, de ſent. excomm. lib. 6. verbo ſacramentis*, ac videntur tenere Hoſtienſis in ſumma, de ſaciam. non iter. Præpoſitus *ſuprà*, Durandus, *in 4. diſt. 26. quæſt. 3.*

24 Hanc quidem erroneam vocant DD. qui melius ſentiunt dicentes etiam illam eſſe falſam, ac hæreticam illius fundamentum, ex eo, quia matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis, gratiamque confert ſicut de fide definitum eſt in Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. ſed ſimonia*, vt *ſuprà* dictum eſt hic à principio, eſt recipere pecuniam pro ſacramentis, pro vt cum communi reſoluit Bonacina, *tract. de ſimonia*, *quæſt. 4. §. 1. num. 1.* ergo cum conferat gratiam, vt per adductos à Barboſa, *in dicto cap. 1. Trident.* ipſe *in dicto cap. cum in Eccleſia num. fin. & in dicto cap. honorantur:* vbi cum Couarru. Nauarro, Perez, Sanchez, Gutierrez, Bonacin. Franc. Mulin. Cocc. Rebello, Reginaldo, Coninch, & Fernandez, & conſequenter infertur ſimoniam eſſe pro hoc ſacramento matrimonij pecuniam accipere, vt bene contra dictas gloſſas reſoluunt Syluester, *in ſumma verb. ſimonia quæſt. 8.* Soto, *dicto lib. 9. de iuſtitia quæſt. 6. art. 1. in fine.* Suarez, *de relig. tom. 1. lib. 4. de ſimonia cap. 10. à numero 10.* Ripa, *eodem tract. p. 1. art. 2. num. 10.* Filiuc. *tract. 45. cap. 3. quæſito 3.* Azor, *inſtitut. moral. part. 3. lib. 12.* vbi *de ſimonia cap. 3.* imò & de tempore conſultorum dictum eſt *in l. 2. ff. de donat.* inter virum, & vxorem, matrimonia non eſſe venalia, ad quod faciunt *cap. gemma, de ſponſal. & leg. Titia ff. de verb. obligat.*

25 Quare cum ſit ſacramentum conferens gratiam, vt dixit etiam Baſil. Pontius, *de matrim. lib. 1. cap. 5. num. 5.* & contractus matrimonialis inter Chriſtianos, non ſit ſeparabilis à ſacramento, & per conſequens velut quid annexum ſpiritualibus, non ſit pecunia æſtimabile; & quia itidem matrimonium eſt etiam in officium naturæ ad mutuum obſequium, & cohabitationem ad prolis ſuſceptionem, & educationem: *§. ius naturale, & §. ſed naturalia quidem iura, inſtit. de iure naturali gent. & ciuili*, maximamque libertatem expoſcat inter illud contrahentes, *dict. cap. gemma, & dict. l. Titia cum vulgatis*, ſequitur vt numquam conuenerit, etiam vt contractus humanus, vt pro illo celebrando pecunia exigeretur: Barboſa, *in dicto cap. cum in Eccleſ. num. fin.* ex doctrina D. Thomæ, *2. 2. quæſt. 100. dict. art. 2.* non tamen eſſet ſimoniacum, vt dicimus *mox ſequent.*

Verum tamen eſt, vt pro ea parte, qua matrimonium eſt contractus, in quo coniuges inuicem tradunt, & acceptant corpora ſua ad vſum matrimonij, ſi pecunia tradatur pro matrimonio, vt eſt contractus, vel ob ipſius onera, non committatur ſimoniæ peccatum, quia tunc non emitur, aut venditur ſacramentum, nec aliquid ſpirituale, ſed venditur, vt materialis contractus, vel potius quodammodo emitur quaſi partialiter corpus ipſum materiale, quod eſt materia, nec erit inconueniens humanum corpus emi ad vſum matrimonij, ſicut emi poteſt ad vſum ſeruitutis: nam ſicut corpus vnius coniugis pro corpore alterius commutatur, ita ſi non ſint moraliter æquales, poſſit commutari corpus vnius pro corpore, & pecunia alterius, & hoc quidem nec contra iuſtitiam eſſe dicunt *infrà* referendi. 26

Et ſic non obſtare, quod in matrimonio dos detur, quia reſpondent Syluester, Ripa, Soto, Suarez Filliucius, & Azor ſupra citati, quos ſequitur Barboſa, *in dicto cap. honorantur 32. quæſt. 3. num. 3.* quod matrimonium licet ſit verum ſacramentum inter Catholicos, eſt tamen verus contractus, quo ſe coniuges obligant non ſolum ad indiuiduam vitam, ſed etiam ad alia obſequia, & alia temporalia munera, quæ nihil commune habent cum ſacramento, pro quibus pecunia recte datur iuxta doctrinam textus, *in leg. pro oneribus, Codice de iure dotium, cap. Salubriter, de vſuris*, vbi DD. conducibilia notant. 27

Et iuxta hoc etiam habet locum, quod in matrimonio traditur ad compenſandam inæqualitatem nobilitatis, vel alterius conditionis coniugum, quia illud non traditur pro ſacramento matrimonij, ſed pro defectu naturali, qui pecunia compenſari 28

ſolet, vt quotidie fit: nam dotes, vt latè dixi *ſub alleg. fiſcalibus p.1. ex alleg.*24. dantur in fauorem vxorum, vt earum mariti commodius onera matrimonij ſupportent; & ita relata intelligunt Panormit. *in dicto cap. cum in Eccleſia, hoc titulo num.*3. Richard. *in* 4. *diſt.*25. *art.* 3. *quæſt.* 1. *ad* 4. Azorius, *inſt. moral. p.*3.*lib.*12.*cap.*4. *de ſimonia*, Filliucius, *dicto tract.*45. *cap.* 3. *quæſt.* 3. Suarez, *lib.*4. *cap.*10. *num.* 11. *&* 12. Baſſeus, *dicta* 2.*p. ſumma, verb. ſimonia, num.*8. *ſub dicto verſ. nonnulli, in fine.*

QVÆSTIO II.

An ſit licitum dare alicui pecuniam, vel vt ſacramenta frequentet, vel vt operetur actum vtilem ſolum ipſimet operanti? Et an pro ſacramentalibus, nempe pro labore illa adminiſtrandi? Et an non obſtante quod improbetur quælibet conſuetudo recipiendi pro adminiſtrandis ſacramentis, ſuſtineatur quidem illa, quæ approbatur in dicto cap. ad Apoſtolicam 42. hoc titulo? vbi an in pactum deduci poſſint per Clericos, & Parrochos ſibi ipſis ſtipendia ſolui? Et an vſus quarundem Eccleſiarum retinendi ſibi fructus Præbendati primi dimidij, aut integri anni, ſit ſimoniacus, aut ſuſtineatur? Et quid de eo, quod datur pro actu concionandi?

SVMMARIVM.

1 *Simonia eſt dare alicui pecuniam, vt ſacramenta frequentet, vel vt operetur actum vtilem ipſi, & qualiter liceat à num.*2. 3. *&* 4.

3 *Simonia eſt dare, vel promittere temporale ſub pacto, vt alter obligatus maneat ad opus ſpirituale.*

4 *Datum alicui de præſenti, vt faciat opus ſpirituale, vel de præcepto, vel de conſilio, vel vt euitet peccata, vel vt opus ſpirituale faciat in ſolius operantis vtilitatem relicta illi facultate faciendi tale opus, non eſt ſimoniacum, alıter ſi remaneret in præciſa obligatione.*

5 *Sacramentalia pretio miniſtrari non licet abſque ſimonia; & quæ illa ſint? item quædam tranſeuntia, quædam permanentia, vt num.*8.

6 *Res Eccleſiaſtica, quoad ſimoniam ſunt in duplici differentia, quædam quarum principale eſt temporale, & quædam quarum principale eſt ſpirituale, & temporale acceſſorium, vt exemplificatur.*

7 *Viſitationis cauſa datum, quare ſimoniacum non ſit.*

9 *Receptiones aliquæ licita ſunt pro ſuſtentandis miniſtris Eccleſiaſticis, etiam dum ſacramenta adminiſtrantur, iuxta conſuetudinem approbatam, & conſtitutiones Epiſcoporum, dum abſit emptionis cogitatio, numero decimo, vndecimo & duodecimo.*

10 *Simonia non eſt deſideratum haberi pro vita ſuſtentanda tantum Miniſtri Eccleſiaſtici.*

11 *Liber, ſeu alia ſupellex dari licet ſacerdoti pro pitantiis, & eleemoſynis quarundam miſſarum.*

12 *Suſtentationis nomine quid veniat? & numero* 13.

13 *Stipendium qualiter taxetur pro Miniſtro Eccleſiaſtico, ſiue vicario Parochiam adminiſtranti.*

14 *Stipendium taxatum pro Miniſtro Eccleſiaſtico laboranti, valet in pactum licite deduci, & à num.*23.

15 *Populus rogi poteſt ad obſeruandam laudabilem conſuetudinem, quod aliquid detur verbi gratia pro ſepulturis, exequiis, benedictionibus, &c. & è contra Clerici num.*17.

16 *Datum virtute laudabilis conſuetudinis, eſt perpetuo dandum; ſic vt nec poſſit tolli per contrarium ſtatutum.*

17 *Clerici reſpectu laicorum tenentur pias conſuetudines obſeruare dandis candelis, & comeſtibilibus.*

18 *Simonia non eſt poſt adminiſtratum ſpirituale exigere, implorato iudicis officio, quod pro ea cauſa ſolitum eſt dari.*

19 *Sacerdotes diuina donantes, ac ſacramentorum miniſteriis inſeruientes ali debent à ſuſcipientibus ea: & à numero* 9.

20 Cap. ad Apoſtolicam de ſimonia, & à numero 21. cap. non ſatis octauo, ſupra.

21 Cap. cum in Eccleſiæ 9. hoc tit. cap.1. Trid. ſeſſ.21.

22 *Conſuetudo libera dandi à laicis aliquid Clericis pro adminiſtratione ſacramentorum gratis, & liberè, non eſt ſimoniaca.*

23 *Pactum*

23 *Pactum fieri valet à. clerico cum laicis ſuper ſtipendio taxato, & permiſſo pro ſua ſuſtentatione, & labore, ſi ipſe ſit pauper, ſi ſolum ſufficiat pro ſuſtentatione, vt num.24. vbi quid ſi ſacerdos ſit diues?*

26 *Pecunia dari poteſt ad impetranda orationis ſuffragia.*

27 *Prædicatoribus aliquid pro labore prædicandi dari ſolitum, non eſt ſimoniacum ad eorum ſuſtentationem. Aliud eſſet ſi daretur pro ipſa prædicatione, vt num. 28. expenditur.*

28 *Prædicationis officium, eſt verbum Dei.*

29 *Ornamenta Eccleſiæ, & Calices, qualiter ſine ſimonia vendantur?*

1 AD primam quæſtionis partem, adiectis, quæ dixi *ſupra ſub cap. non ſatis octauo, hoc titulo, quæſtione* 3. vbi de illis egi: *an ſit ſimonia inuitare aliquem ad religionem, ſeu Baptiſmum cum ſpe lucri? vbi quid de Iudæo cupiente venire ad Baptiſmum, & timente paupertatem inter Chriſtianos?* vnde ex ibi dictis facilis erit reſolutio, quantumuis hæc difficultas viſa fuerit difficilis admodum interpretibus, in qua duplex eſt opinio. Prima negat licere dare aliquid, vel accipere hoc modo per viam pacti, *do, vt facias*, vel promiſſo ſub tali conditione, vt fias, verbi gratia religioſus, & non aliter, Panorm. *in cap. dilectus* 2. *hoc titulo, num.* 7. D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 100. *articulo* 3. *ad* 4. Syluester, *verbo ſimonia quæſt.* 8. *diſtinct.* 3. D. Antonin. 2. *parte titulo* 1. *cap.* 5. §. 18. *& titulo* 12. *cap.* 2. §. 1. Medina, *Codice de reſtitut. quæſtione* 27. alij multi apud Suarez, *lib.* 4. *de ſimonia, cap. decimo ſexto, num.* 9.

2 Secunda inquam dicit licere pactum, dum agitur de conuerſione ad fidem alicuius, *cap. quam pio* 1. *quæſtione* 2. vbi gloſſa, *verbo interuentu, & in cap. debet* 23. *quæſtione* 4. Sanchez, *lib.* 1. *de matrimon. diſputatione* 39. Azor, *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæſtione* 5. Molina, *de iuſtitia tract.* 2. *diſputatione* 93. *concluſione* 4. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *numero* 152. & alij; ſed ego, vt clarius poſt dicta in adductis locis incedam, exiſtimo ſub diſtinctione ſequenti hæc, & alios ſimiles caſus intelligendos.

3 Primo, ſcilicet, quod dare, vel promittere aliquid temporale ſub pacto, vt alter obligatus maneat ad opus ſpirituale, eſt ſimonia; & hoc in caſu primam opinionem locum habere, quia in iure canonico, vt latè dixi, *cap. præcedenti*, reprobantur omnia pacta, & conuentiones in materia ſpirituali, *dict. cap. quam pio, cap. quæſitum de rerum permut. & cap. fin. de pactis*, cum aliis in eo loco adductis. Tum etiam, quia ſimonia committitur emendo, vel vendendo ſpirituale pro temporali, hic autem ſic accidit, cum imponatur alteri obligatio præſtandi opus ſpirituale pro pretio temporali. Ergo.

Secundo ſi detur aliquid alicui de præſenti, vt faciat opus ſpirituale, vel de præcepto, vel de conſilio, vel, vt euitet peccata, vel vt opus ſpirituale faciat in ſolius operantis vtilitatem, relicta illi facultate, & libertate faciendi tale opus, non committetur ſimonia, nec alia ratione peccatum, præciſo ſcandali periculo. Ratio eſt, quia tunc reuera nullum fit pactum, & huiuſmodi donationem non eſſe malam ex obiecto, cum ſit liberaliter facta de ſe ex ſe indifferenti, nec malam ex fine, cum intendatur bonum operantis, nec ex modo, cum non tradatur temporale, tanquam pretium honeſti operis, cum non adſit mutua obligatio; indeque licere aliquid promittere ſub conditione expreſſa, ſi fiat opus ſpirituale; ita vt intendat quis ſe obligare ad promiſſionem, adimpleta conditione, & non aliter, nec ſimoniam incurri, ſi ex parte eius, cui fit promiſſio nulla oriatur obligatio, quia tunc ea promiſſio non eſt contractus oneroſus, nec excedit donationem liberalem ordinatam ad inclinandam voluntatem alterius ad opus virtutis, cum hæc nihil aliud ſit in effectu, quam quædam optio gratuita homini oblata, vt hoc, vel illud eligat ſuo arbitrio, non autem coactio, nec obligatio, & conſequenter nec pactio, nec ſimonia: nam is, cui fit promiſſio ita adhuc liber remanet ad faciendum tale opus, ſicut antea erat: ſic ex iam adductis *ſub dicto cap. præcedenti, & dicto cap. non ſatis, dict. quæſtione* 3. vt etiam exemplis explanant Suarez, *lib.* 4. *de ſimon. cap.* 16. *ex numero* 22. Baſſeus, *in ſumma p.* 2. *verb. ſimonia num.* 9. *in fine*. Bonacina, *de ſimonia, diſp.* 1. *qu.* 4. §. 7. Filliuc. *tract.* 47. *cap.* 4. *qu.* 5. & alij. 4

Ad ſecundam quæſtionis partem, an pro ſacramentalibus, & ſcito breuiſſime, quæ ſacramentalia dicantur, & quæ iſta ſint narrant Suarez, *tom.* 3. *diſp.* 13. *per totam*, Villalobos, *in ſumma part.* 1. *tractat.* 4. *diff.* 11. de quorum inſtitutione Trident. *ſeſſ.* 7. *de ſacrament. can.* 13. *& ſeſſ.* 21. *cap.* 2. & textus, *in cap. tres ſunt, cap. media, cap. quamobrem de pœnit. diſtinct.* 1. *cap. benedict.* 5

cap.

Digitized by Google

cap. dictum, *cap. maledicum* 1. *quaſtione* 1. inter quæ ſolent narrari oratio Dominica vulgo. *Pater noſter*, *aqua benedicta*, de qua textus, *in cap. aquam de conſecrat. diſt.* 5. panis benedictus, *confeſſio generalis*, *eleemoſyna*, *benedictio Epiſcopalis*, *aut Abbatis conſecrati*, *oratio in Eccleſia conſecrata*, *pectoris pulſatio*, & *vnctio*, *id eſt tinctio.* Alij plus ponunt, alij minus, & licet non omnes hæc ſacramentalia dicantur, tamen ſi venderentur, quia ſpiritualia ſunt, aut illis annexa, ſimonia committeretur, vt infertur ex dictis *in Rub. in cap.*1. & hic, *ac in cap.* 21. & aliis *infrà*, vide *infra in cap. ſuam* 19.

6 Nunc dicendum eſt ad partes ſimoniæ in duplici differentia eſſe res aliquas Eccleſiaſticas, quædam, quæ quod principaliter continent eſt ſpirituale, acceſſorium eſt temporale, cuius generis ſunt prædicatio Euangelij, orare, adminiſtrare ſacramenta, & res ſimiles. Aliæ inquam ſunt, quæ continent temporale principaliter, & ſpirituale in illis eſt, vt quid acceſſorium, vt ſunt ornamenta Eccleſiaſtica, calices, & aliæ etiam ſimiles, inter quæ docent Caietan. 2. 2. *quæſtione* 100. *art.*3. *& in ſumma verb. ſimonia*, eſt ea differentia, vt in primis temporale non ſit in conſideratione, niſi propter ſpirituale, nec in iſtis licere corporale vendere per illam regulam iuris: *acceſſorium ſequitur naturam principalis*, & ſic propter laborem ſermonis, orationis, nec propter diſpenſationem legum, nec ob corrigendum, aut non corrigendum: ita Villalobos, *in ſum. p.* 2. *tract.* 37. *different.* 11. *numero* 1. *&* 2.
7 vbi ab hac doctrina excipit viſitationem Eccleſiæ, cuius de cauſa viſitanti datur ſtipendium; ſed hoc dicit procedere iuxta textum, *in cap. charitatem* 12. *quæſtione* 2. cum aliis; illud quidem accipi non ratione laboris, qui inuenitur in viſitando, ſed ratione ſuſtentationis miniſtri; & quod quamuis verba ibi: *aliquod laboris ſui capiant*, *te diſponente ſubſidium*, non ſic intelligi, vt ratione laboris, ſed in laboris ſubſidium, quod eſt ſuſtentatio ad ſimilitudinem de his, quæ dantur examinatoribus ordinum, & beneficiorum, ac Notariorum, de quibus dixi latè, *ſupra in cap.*1. *hoc titulo*, pro intelligentia Trident. *cap.* 1.
8 *ſeſſ.* 21. *& ſeſſ.*24. *cap.*18. † Hic applicabis quæ dicit Baſſeus de ſacramentalibus, *in ſum. p.*1. *verbo ſimonia* 3. *numero* 4. dum dicit ſacramentalia omnia, ſiue tranſeuntia, vt ſunt benedictiones publicæ, & cæremoniæ quæ fiunt in ſacramentis conferendis, ſiue permanentia, vt benedictio aquæ, aut olei, calicis conſecratio, ſunt propriè materia ſimoniæ, ſed non ſic vendere ipſam materiam, quæ vendi poteſt.

Quo ſanè ſenſu habent locum non- 9
nulla dicta hic *à num.* 1. nempe quod pro ſuſtentandis miniſtris Eccleſiaſticis, ſunt licitæ aliquæ receptiones ſtipendiorum, vt latiſſimè probat ex communi Ioannes Gutierrez, *dict. lib.*1. *canon. cap.* 29. *ex num.*3. vbi dicit accipere, vel dare aliquid pro ſuſtentatione, ſpiritualia miniſtrantium, licitum eſſe, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam, ac Epiſcoporum conſtitutiones, quæ taxare poſſunt, quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui talis ſeruitio Eccleſiæ mancipatur; dum tamen abſit emptionis, vel venditionis cogitatio ex illo Math.10. *dignus eſt mercenarius mercede ſua*, & ſecundum illud Pauli, 1. *ad Corinth.*9. *quis militat ſuis ſtipendiis vnquam*, *quis paſcit gregem*, *& de lacte gregis non manducat*; & ibi: *qui altario ſeruit de altario viuere debet*, quibus & illud accedit, 1. *ad Timoth.* 5. *qui bene præſunt Presbyteri*, *duplici honore digni ſunt.* vbi D. Auguſtin. *accipiant* (inquit) *ſuſtentationis neceſſitatem à populo mercedem diſpenſationis à Domino.* † Et 10
quia hoc non eſt vendere ſpiritualia nec locare operas pro mercede, ſed eſt velle habere neceſſaria ad vitam corporalem, ſine qua non poſſumus ſpiritualia exercere, & patet etiam *ex cap. iudices* ibi: *quia hæc magis in ſumptum*, & ibi gloſſa 1. *qu.* 1. D. Thom. 2. 2. *quæſt.*100. *art.* 3. vbi Caiet. Soto, *de iuſtit. lib.*9. *qu.*6. *art.* 1. *in poſteriori concluſ.* Salua, *de benefic.* 1. *p. qu.*7. *num.* 49. *vol.*15. *tract. diuerſ. DD. fol.* 27. Nauarr. *in manuali Latino*, *cap.*23. *num.*100. *verſ.*4. vbi dicit communem Anton. à Corduba, *in tract. de caſos de conſcientia*, *num.*27. † vbi 11
infert licere etiam dare librum, vel aliam ſupellectilem ſacerdoti pro pitantiis, & eleemoſynis quarundam miſſarum vſque ad valorem ſupellectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ad id exponat. † Et nomine ſu- 12
ſtentationis aduertunt ipſe Gutierrez, *numero* 5. Caiet. *ſuprà*, venire non tantum cibum, & potum, ſed quidquid eſt neceſſarium ad victum, & veſtitum ſui, & ſuorum, quorum cura ſibi incumbit, cum non debeat mendicare ſacerdos pro ſuſtentatione ſuorum, aut parentum ſenium, aut paruulorum nepotum, ſuæ curæ, ſecundum naturæ iura, relictorum.

Quam extenſionem credo licere, cum 13
clerico

clerico incumberet omnimoda verbi gratia vnius Parrochiæ cura; non ſic ſi pro vno, aut alio officio, nam tunc forte fieret fraus legi taxanti ſtipendium pro eleemoſyna cuiuſque Miſſæ, quod reuera non ſufficit, ad tam amplam ſuſtentationem; & hinc eſt, quod vicariis ſeruientibus in Parrochiis iuxta Trident. & conſtitutiones Synodales quorumlibet Epiſcopatuum aſſignantur pro congrua ſuſtentatione iuxta laboris impendium, & qualitatem forte perſonarum, vt ſine ſcrupulo practicatur. † Vnde iam poſt infinita, quæ D. Ioan. Gutierrez congerit, *dict. cap.29. ex num.6.* vbi poſtquam, *num.10. & 11.* dicit, quod ſtipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, ſi certum ſtatutum, ac taxatum ſit, poſſit in pactum deduci à ſacerdote paupere, vel diuite; & quod Parrochus non poteſt à ſuis ſubditis hoc exigere, ſibi tantum oblatum poſſit bene recipere, ex Caietano, Angelo, Armilla, Nauarro, Corduba, & iuxta D. Thom. & alia penes ipſum videnda, accedendo ad diſpoſitionem textus, *in dicto cap. ad Apoſtolicam 42. hoc titulo*, vbi præcipitur in hoc, vt obſeruentur laudabiles conſuetudines.

14

15 Dico enim ex eo textu populum cogi poſſe, ſi non iure actionis, ſaltim officio iudicis ad obſeruandam honeſtam, & laudabilem conſuetudinem, quod aliquid detur verbi gratia pro ſepulturis, exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, & ſimilibus, gloſſa *in dicto cap. ad Apoſtolicam*, in vim quidem eleemoſynæ, & hoc ſic obſeruandum, etiam ſi clerici ſint diuites, nam conſueta petere poſſunt, & ſolui debent.

16 † Et ſic Vgolinus citandus dixit, quod datum virtute laudabilis conſuetudinis, eſt perpetuo dandum; ſic vt nec poſſit tolli per contrarium ſtatutum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.210. num.27.* & quod ad illam obſeruandam poſſint laici cogi coram iudice Eccleſiaſtico, Rebuff. *in tract. in quibus caſib. iudices num 6.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.1. tit. de clericor. fauore reali*, §. *vlt. num.73.*

17 † & per contrarium reſpectu laicorum clericos teneri ad obſeruandum laudabiles conſuetudines præſcriptas, puta dandi quotannis candelas ceræ albæ, Federic. *conſ.133.* & de aliis comeſtilibus videmus practicatum pluribus in locis, & in noſtro hoc Epiſcopatu Aſturicenſi eſt ferè receptum in maiori populorum parte, abſque eo quod clerici Parrochi excuſentur alter à Vicario Generali compelli: plura alia congerunt ibi ſcriptores, Felin. Abbas, & cum Lupo, Romano, Gratiano Ripa, Vgolino, *de ſi-*

moma tab.1. §.100. num.1. 2.7. & 12. Reduano, *p.3. ſub cap.16.* Bellet. *vbi ſupra p.1. de bonis cleric.* §.3. Bonacina, *de ſimonia qu.6. puncto 5. num.2.* † Qui etiam, & alij dicunt non eſſe ſimoniam poſt adminiſtratum ſpirituale exigere, etiam implorato iudicis officio, quod ſolitum eſt de ea cauſa conferri. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.13. num.136.* pro vt etiam, ſi eleemoſynam, populus conſueuit erogare ſacerdoti, vel Eccleſiæ, cogi poteſt iudicis officio, ad perſeuerandum, Surd. *de alimentis, tit.1. qu.60. num.6. & tit.7. qu.9. num.18.* † Cum ſacerdotes diuina donantes, ac ſacramentorum miniſteriis ſeruientes alij debeant ab his, quibus ipſi ſacramenta conferunt, vt per Laram, *in leg. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, num.30. ff. de liberis agnoſcend.* vt eſt communiſſimum, vbique locorum. 18 19

20 Ad intellectum verò *dicti cap. ad Apoſtolicam*, cui maxime obſtat textus, *in cap. cum in Eccleſiæ 9. hoc tit.* vbi in ſimili materia omnis conſuetudo improbatur, *& in cap. non ſatis 8.* ac in aliis iuribus probantibus nullam conſuetudinem induci poſſe pro ſpiritualibus temporalia dari poſſe; & ſic non poſſe, nec piam, aut laudabilem, *vt in textu in dicto cap. ad Apoſtolicam 42. infrà* appellari, cuſtodiendamque eſſe, vt pote quia ſimonia diuino teſtimonio damnata eſt, tanquam rationi repugnans; patet enim *in dicto cap. non ſatis, & cap. cum in Eccleſia*, nulla conſuetudine poſſe introduci ibi: *pro ſepultura*, vt pretij exactio ratione ſepulturæ contingat; & in ſimili de ſepulturis eam laudat conſuetudinem Pontifex *in dicto cap. ad Apoſtolicam*: item, *in verſ. chriſmatis, & olei receptione, dict. cap. non ſatis*, quod aduertunt DD. nihil pro chriſmate, & aliis oleis ſacris recipi poſſe à Parrochis, quamuis libere oblatum; & ſic tollendam eſſe conſuetudinem eorum, qui ſunt ad diſtribuendum præpoſiti, & in ſimili videtur approbata *in dicto cap. ad Apoſtolicam.*

21 Et præter quam quod de hoc textu, ſolent DD. diſputare *in cap. quanto*, de conſuetudine, vbi de ſacramento confirmationis, in quo chriſma, & oleum inuenitur, ac dixerim aliquid *ſub cap. vnico §. 1. de ſacra vnit.* vbi latiſſime egi de illo ſacramento confirmationis, iam operæ pretium eſt ſaluare deciſionem *dicti cap. ad Apoſtolicam*, ab impugnatione moleſta, *dicti cap. non ſatis, cap. cum in Eccleſia*, & Trid. *cap.1. ſeſſ.21.* vbi etiam improbatur quælibet immemorialis conſuetudo recipiendi ab ordinandis, vbi late *in dicto cap.1. hoc titulo*, expendi, & ſic cum Antonio de Fuertes, *canon. lect.1. lib.1.*

lib. 1. cap. 7. & Barboſa, *in dicto cap. ad Apo-*
22 *ſtolicam, num. fin. verſ. quidem laici.* † concludendum eſt iuxtà Pontificem Innoc. III. ibi loqui de conſuetudine à laicis introducta dandi aliquid gratis, & libere, ſine aliqua præcedenti Clericorum exactione, ac petitione, quaſi pro eleemoſyna, & in animarum redemptionem, ad textum, *in cap. medicinam, de pœnit. diſt.* 1. quod cum nullam contineat ſimoniam, laudabilis erit appellanda, pro vt eam appellat Innocent. ſiquidem a contradictione pia, & laudabili illa procedit; etſi dicant Fuſcus, *de viſit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. & cum eo Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap* 4. §. 3. *num.* 2. & cum illo Barboſa, *in paſtorali alleg.* 31. *num.* 21. & in *dicto cap. non ſatis n.* 7. *in fine*, auferendam conſuetudinem eorum qui nolunt dare chriſma, & alia olea ſacra, niſi duo oua, aut aliquid aliud illis tribuatur, quia hoc intelligitur, ſi non libere darentur iuxta relata, *ſub dicto cap.* 1. *hoc tit.* hic applicando, & *in cap.* 13. & aliis.

23 Vnde iam ad dubium, nunquid ea, quæ conſuetudine laudabili ſunt introducta, poſſint in pactum deduci per clericos, ſiue Parrochos; & quamuis Caietan. *in* 2. 2. *quæſt.* 100. D. Thom. *art.* 3. videatur affirmare; eo quod poteſt ſacerdos indigere, vt exemplificat Soto, *ſupra quæſt.* 6. *art.* 1. cum ad ſeruitium capellaniæ, aut vicariatus conducitur paciſci, de ſtipendio ſuſtentationis, vt quotidie accidit ſecundum loci, temporiſque diſpenſationem ex adductis etiam ſub *verſ. ad ſecundam*, & D. Thomas, aliter ſentire videatur *dict. quæſt.* 100. *art.* 3. dicendo ab inuitis non eſſe exigendum, cum haberet quandam venditionis ſpeciem; & quod poſſit Sacerdos in pactum deducere ſtipendium iam pro ſuſtentatione taxatum, ſiue pauper, ſiue diues ſit ſacerdos, vt approbat Soto, *vbi ſuprà*, quia ſi ex rei natura ad ſuſtentationem Miniſtri talis ſuſtentationis moderatio neceſſaria eſt, tunc nullam dari ſimoniam, nec creari ex qualitate ſacerdotis; ſit pauper, aut diues; Ioannes autem Gutierrez, *ſuprà numero* 8. *&* 9. conſiderata Trid. diſpoſitione, *ſeſſ.* 22. *de ſacrificio Miſſæ*, quatenus decreuit, vt Ordinarij locorum Epiſcopi prohibeant ea omnia, quæ vel auaritia, vel irreuerentia, & ibi in primis quod ad auaritiam pertinet cuiuſuis mercedis conditiones, pacta, & quidquid pro-
24 miſſis nouis celebrandis datur. † Dicit, vt ſi neceſſarium ſit tale ſtipendium ab Epiſcopo decretum, vel conſuetudine approbatum, poſſit per ſacerdotem ſuſtentatione egentem in pactum deduci abſque ſimoniæ labe, ſi non deducatur plus debitum, & ſit moderatum, tunc enim etiam ab auaritia, de qua in Trid. liberari; ſecus vt dicit *nu.* 9. & ſi diues eſſet, nullumque ſtipendium adhuc eſſet ab Eccleſia taxatum, aut conſuetum, quia tunc auarum quidem eſſet, & forte ſimoniacum, illud in pactum deducere contra prohibitionem Trid. cum iam tunc turpis quidem quæſtus ex parte ſacerdotis debitis appeteretur, abſque eo, quod obſtet Soti ſententia quoad capellanum, ſiue vicarium paciſcentem pro ſeruitio Eccleſiæ, in quo alia quidem eſt ratio, vt de ſe patet, ac colligitur ex adductis *in cap. præcedenti.*

Ad tertiam quæſtionis partem de reci- 25
piendo à beneficiariis nouiter receptis, item & de conſueto in Eccleſiis, ſibi ipſis reſeruando fructus primi anni, dico *infra in cap. Iacobus, hoc tit.*

Ad vltimum de ſtipendio pro prædica- 26
tione, dico, & reſpondeo, quod licet *ſuprà* ex Caietano, & Villalubos, *ſub verſ. ad ſecundam, in principio*, nihil eſt recipiendum, cum oratio, prædicatio, lauſque diuina, ſint actus ſpirituales, nihilominus ad impetrandum orationis ſuffragia, pecuniam dari poſſe ſanctis viris conſtat ſecundum illud *Lucæ* 16. *facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* † quodque Prædicatoribus ſpiri- 27
tualia ſeminantibus, temporalia quoque debeantur palam eſt, *ſecundum Apoſtolum* 1. *ad Corinth. cap.* 9. ad ſuſtentationem prædicantium, non quidem ad emendum prædicationis verbum; & ob id celebrantibus diuinas laudes in Eccleſiaſtico officio, & proceſſiones facientibus, aliquid dari poſſe, quibus, quandoque anni redditus aſſignantur, non quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium: ita Ioannes Gutierrez, *dicto cap.* 29. *canon. lib.* 1. *num.* 20. *verſ. tertio*, dum tamen deſit animus emendi, ſed per gratuitam beneficientiam concedantur, prouocando pauperum animos, vt pro eis gratis, & ex charitate orent, condemnans, ſi hæc cum intentione emendi fierent, aut venditionis, quæ iam ſimoniaca foret, vt optime ex S. Thoma, *dicta qu.* 100. *art.* 3. *ad* 2. *& in* 4. *ſent. diſt.* 25. Doctores deducunt; & ſic D. Thom. vt ſequitur etiam Gutierrez, *ſupra num.* 24. improbauit ordinationem, qua Eccleſia ſtatueret, quod non fieret proceſſio in funere alicuius, niſi certam pecuniæ quantitatem ſolueret, quia per tale ſtatutum præcluderetur via gratis, officium pietatis aliquibus impendendi, ſed vt licitum approbat, ſi ſtatueretur, quod omnibus

certam

certam eleemoſynam dantibus, talis honor exhiberetur, quia hæc habet tantum ſpeciem gratuitæ compenſationis; prima autem ſpeciem exactionis, vt affirmat etiam Corduba, *lib. 5. quæſt. 4. pag. 68. col. 2. verſ. quarto.*

28 Vnde quamuis de actu concionandi abunde ex D. Thoma, Caietano Suarez, Layman, & Syluestro probet nouiſſime Baſſeus, *in ſumma p. 2. verbo ſimonia. num. 10.* officium prædicationis vendi non poſſe ſine labe ſimoniæ; quia verbum prædicationis eſt verbum Dei; & quia per ſactam concionem intentum ſit animas inflammare, voluntatesque in amorem Dei, ſicque gratis vt damnum ipſius dandum, cùm ſit ille actus maxime ſpiritualis; & quia chriſtus mittens Apoſtolos ad prædicandum Mat. 10. ſub eodem verborum contextu præceperit gratis dari opus concionandi, & reliqua dona gratiarum, quæ ad confirmandam diuinam prædicationem, gratis dantur. Tamen adhuc fatetur in ſubſtentationem prædicantium poſſe illis dari iuxta illud Timoth. 5. *Neceſſitatis eſt accipere vnde viuitur, charitatis eſt præbere; non tamen venale eſt Euangelium, vt pro his prædicetur:* addens licere Prædicatoribus hoc ſtipendium ſub pacto ponere, vt habet conſuetudo ab Eccleſia approbata, quia velle ſtipendium ſubſtentationis, non eſt velle temporale pro ſpirituali.

29 Ornamenta autem Eccleſiæ, & calices, aliaque huius generis, etſi conſecrata, ſiue benedicta, vt iam *ſuprà* dictum eſt, poſſe vendi, iuxta valorem materiæ, & non plus ratione conſecrationis, ſiue benedictionis palam eſt, non ſolumque vendi iuxta materiam; verum; & accipiendo aliquid plus ratione ſumptus in eorum perfectione ornamenti, aut calicis facti; & ſub hoc velamine Romæ vendi Agnos albos dictos, qui ex cauſa ſumptus tranſportationis, poſſent apud nos carius vendi, Suarez, *de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 14. num. 6.* & cum D. Thoma, Vgolin. & aliis, Villalobos, *dict. part. 2. tract. 37. diff. 11. num. fin.*

D. Fermoſ. Criminal. *Tom. I.*

AD TEXTVM

In Cap. Querelam, XV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, & distractus à pari procedunt.*
2 *Contumax nolens in iudicium venire, quis dicatur:* remiſſiue.
3 *Poſſeſſio ex primo decreto:* remiſſiue.
4 *Manutenendus eſt ſemel in poſſeſſionem inductus vſque ad ſopitam litem in poſſeſſorio plenario, & proprietatis.*
5 *Pertinentiarum quædam*, remiſſiue.

TExtus iſte in eo, quod Eccleſia emi, vel redimi non poteſt, & *in verſ.* ibi: *Eorum capitulo in conſulto*, quatenus notant DD. etiam in distractu, conſilium capituli quia contractus, & distractus à pari procedunt, vt cum Tyraquello, Surdo, Stephano Gratiano, Mentica, Ceuallos, Caldas Pereira, & cum Petro Barboſa, *in leg. hæres abſens*, §. *proinde num. 13. de iudiciis*, Auguſtin. Barboſa, *hic num. 1. & 2.* etiam cum antiquis: adiunges quæ dico *ſub tit. de emptione, & vend.* item, *ſub tit. de rebus Eccleſ. alien. vel non in 1. tit. de contractu, & distractu:* nonnulla de tali conſenſu, ſiue conſilio, adduxi *ſub tit. ne ſede vacante*; & de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli, Pichard. *in* §. 1. *inſtit. de inutilibus*, cum ab eo relatis. 1

Et *in verſ.: ſi vero Monachi de Cardonio legitime citati ad veſtram præſentiam accedere, & iudicio veſtro ſtare contempſerint:* applicabis de contumace nolente ad iudicium venire, *in cap. 1. de iudiciis*, & *ſub tit. de dolo, & contum.* Latiſſimè. 2

Et in *verſ.* ibi: *Vos ipſos Monachos de Aora in poſſeſſionem eorum, de quibus controuerſia vertitur inducatis*; adiunges quæ latiſſimè dixi de poſſeſſione ex primo decreto *in cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, vt lite non conteſtata. 3

Et ibi: *nec permittatis eos exinde ordine iudiciario moleſtari*, ad dicta *ſub dicto* §. *in aliis*, & per plura *ſub titulo de cauſa poſſeſſ. & propriet. & de reſtit. ſpol.* cum *cap. 2. & 3. de ordine cognit.* & per dicta, *ſub cap. 11. & 17.* 4

Hh 2 de

de appellat. vbi quod ſemel in poſſeſſionem inductus eſt manutenendus, vſque ad finem litis in poſſeſſorio plenario, aut proprietatis, lire ſopita: ad dicta etiam *ſub cap. licet* 9. *de probat.* vbi., *ſub quaſt.* 3. *&* 4. *de poſſeſſione*, quæ vocatur, *del interim*, ſeu momentaoea.

5 De *pertinentiis*: videbis quæ dixi *ſub tit. de reſtit. ſpol. cap.*15. *quaſt.*2. & Faquin. *lib.*5. *contr. cap.*65.

AD TEXTVM

In Cap. Ea, quæ de auaritia, XVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Cathedraticum viſitantibus debitum* remiſſiue.

2 *Simonia num ſint ea omnia, quæ pertinent ad poteſtatem ordinis:* remiſſiue.

1 AD textum iſtum, quatenus pro adminiſtratione, chriſmatis nihil recipiendum, aut dandum, late *ſupra in cap. nemo* 14. *hoc tit.* vbi etiam de reprobata conſuetudine, & ſub quo velamine ea poſſit ſuſtineri ibi, *ſub quaſt.* 2. *ad intellectum textus in cap ad Apoſtolicam* 42. *cum cap. cum in Eccleſia* 9. *hoc titulo.*

2 Et ibi, *quos nunc cathedraticum, aliquando Paſchalem præſtationem, interdum Epiſcopalem conſuetudinem appellatis*: de his, quæ Epiſcopis viſitantibus debentur, quod cathedraticum vocatur: aliquid *ſub tit. ne ſede vacante, & de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu capit. & ſub cap. inter cætera, de officio ordin. & ſub tit. de cenſibus, & in cap. fin.* vt Eccleſiaſtica beneficia ſine dimin. & quod nihil pro chriſmate, & oleo ſit accipiendum, & quare nulla conſuetudine ſuſtineatur, dico *infra in cap. in tantum* 36.

Per hunc textum ſolent diſputare DD. an ea omnia, quæ pertinent ad poteſtatem ordinis, ſint ſimonia? Suarez, *de ſimonia lib.*3. *à cap.*10. *ad* 15. vide *ſuprà cap.*1.

AD TEXTVM

In Cap. Ex diligenti, XVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Homagium facere pro habendis ſpiritualibus, non licet. Et quid ſit, paritque ſimoniam, nu.*3.

2 *Iuramenta illicita non ſunt obſeruanda:* remiſſiue.

3 *Homagium non præſtant Clerici.*

4 *Simoniaci ſunt infames. Et an requiratur ſententia, ad incurſionem pœnarum? & num.*5.

6 *Simonia ex obſequio* remiſſiue.

SICVTI omnis pactio, omniſque conuentio reprobatur, tam in ſacramentis adminiſtrandis, vt *ſub cap.*1. *& cap. nemo* 14. dixi, & etiam in beneficialibus, vt latiſſimè *ſub cap.*12. *hoc tit.* iode nobis videtur in præſenti textu prohiberi, homagium facere pro habendis ſpiritualibus, cum homagium, quod dicitur iuramentum fidelitatis pariat obligationem, ſeu tendat ad illam inducendam: quare, & quid ſit homagium dictum eſt *ſub cap.* 4. *&* 5. *& cap. veritatis* 14. *de iure iur.* de quo Balboa, *in cap.*4. *de iure iur. à num.*7. 1

Et quod illicita iuramenta non ſunt obſeruanda ad textum *ibi in cap. querelam* 10. *cap. cum quidam*, §. *illi*, *cap. quanto* 18. cum aliis, † & homagium, de quo hic pariat ſimoniam omni iure prohibitam: non quidem mirum eſt, quod pro habendis ſpiritualibus homagium prohibeatur, & damnetur, & ibi: *Abſolui à nobis inſtantius poſtulaſti:* larè de relaxatione iuramenti *ſub cap.* 1. *de iure iur.* & quod clerici non præſtant homagium, Sanchez, *de matrimon. lib.*6. *diſp.* 11. *num.* 9. ad quod etiam applicabis quæ dico de feudo reſpectu clericorum in Dominium laicum, *in cap. cæterum* 5. *de iudiciis*, illa hic applicando. 2 3

Et ibi: *verum ne aliqua pro hoc nota, vel infamia poſſit reſpergi*: de infamia plura dixi, *ſub cap.* 1. *& cap. teſtimonium* 34. *de teſtibus:* alia, *ſub cap.* 18. *cap. qualiter.* 24. *de accuſat.* In quibus omnibus de infamia iuris, facti, 4

facti Canonica, & legali; & quia ex gloſſa hîc dicitur, quod ſimoniaci infames ſunt, & iam *ſupra hoc titulo*, inter alias pœnas contra ſimoniacos, de hac aliqua dixerim, & *infra in cap. fin.* ac ſoleant dubitare DD. an hæc pœna incurratur ipſo facto, vel deſideretur ſententia de hoc crimine condemnatoria, vt incurrant iuris infamiam, licet an rea incurrant illam, quæ eſt facti; ideo applicabis quæ dico *ſupra de iudiciis, capit. cum non ab homine quæſt.* 28. *&* 29. vbi an periurus, & homicida, vt beneficio priuentur, debeat procedere ſententia condem-
5 natoria? † & pro affirmatiua in caſu noſtro ſunt Armilla, verbo *ſimonia numero* 35. Vgolin. *de ſimonia tab.* 1. *cap.* 18. §. 2. *num.* 8. Suarez *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 21. Nicol. Garcia *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 61. & cum eo Barboſa *hic num.* 3. aduertentes non ſufficere eſſe ſequutam ſententiam super crimine ſimoniæ, niſi in ea imponatur pœna dictæ infamiæ, ſaltim ſi ad alias pœnas eſt proceſſum, vide Balboam *in c.* 1. *de except. à numero* 66. Faquin. *lib.* 9. *contr. cap.* 17. *&* 18.

6 Et quia occaſione huius textus, poterit dici aliquid de obſequio, vno ex titulis, quibus incurritur ſimonia, nempe à munere, obſequio, & lingua, de quibus *in cap. ſaluator* 1. *quæſt.* 3. ideo applicabis nonnulla, quæ adduxi ſub *cap.* 1. *hoc tit. quæſt.* 1. *à verſ. Cumque de reali ſimonia*: applicabis quæ ibi dicta ſunt de hoc modo, aliquo modo correſpectiuè ad homagium.

AD TEXTVM
In Capite Quæſtiones XVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Datum in parua quantitate præſumitur ex liberalitate reſpectu quantitatis, & temporis* remiſſiuè.
2. *Minimorum, vt non curet Prætor.*
3. *Parua materia quoad peccatum* remiſſiuè, *& num.* 4.
4. *Minutum furando, qualiter peccent* remiſſiuè.

1 DE intellectu huius textus abunde dictum eſt *ſupra ſub cap.* 1. *hoc tit. quæſt.* 3. vbi de pacto, *& quæſt.* 4. *ad finem*, vbi ex propoſito, & quæ attendantur reſpectu quantitatis, qualitatis, & temporis; & quod data in parua quantitate ſine pacto, liberaliter intelligantur data, nec inducere ſimoniam, & quod pacto interueniente, etiam in parua quantitate illam inducant, præcipuè in materia ſacramentali, vt *in dicto cap.* 1. *& cap. nemo* 14. *hoc titulo.*

Et quia iam latè dixerim *ſuprà*; & occa- 2
ſione huius textus poſſent plura hic ad longum diſputari: tamen quia erunt extra ſimoniæ delictum, ideo ſatis erit Doctores de modico agentes in diuerſis materiis aſſignare.

De minimis, an curandum ſit? Balboa 3
in cap. 11. *de appell. à num.* 2. vbi nos aliqua. Et an pro minima petendi actio detur? Couarru. *lib.* 2. *var. cap.* 3. *à num.* 11. *&* 12. An aliquid recipi poſſit pro adminiſtratione ſpiritualium, Guttierrez, *lib.* 1. *can. cap.* 29. de quo iam remanet dictum ſub *dicto cap. nemo* 14. *hoc titulo*, & de hac regula, quod de minimis non curat Prætor, Riccius *collect.* 523. an in rebus venereis detur paruitas materiæ? Diana *p.* 3. *tract.* 5. *miſcel.* 1. *reſol.* 1. Et an ex leuibus de aliquo ſuſpicari, ſit mortale? idem Diana ibi, *reſol.* 31. An liberetur quis ab excommunicatione ratione paruitatis? ibi *reſol.* 69. & ad alias quæſtiones *reſ.* 42. *&* 52. vbi *an paruæ materiæ diuerſorum præceptorum coaleſcant in vnum, & faciant quantitatem notabilem, mortaliter peccaminoſam, & an contemptus formalis in re leui, ſit ſolum peccatum veniale?* & de minutis ad materiam Ægidius Trullench. *in opere morali lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 4. † Et minu- 4
tum furando qualiter peccent? *dict. lib.* 7. *cap.* 5. *dubio* 4. & ad quæſtionem in materia de legibus, an ſi plures materiæ paruæ coaleſcant in vnum, euadat materia grauis ſufficiens ad mortale? dixit *in cap.* 1. *de conſtit. quæſt.* 4. *à num.* 1.

QVÆSTIO I.

An in ſimonia detur paruitas materiæ? Et quomodo cognoſcendum, vt in aliquo præcepto ea detur?

SVMMARIVM.

1. *Simonia oritur etiam ex parua materia, ſi committatur in dono gratiæ ſupernaturalis, & in ſacramentis, quia eſt peccatum mortale, extra hos caſus non ſit.*

2. *Paruitas mat:riæ cognoſcitur ex diuerſitate obiecti ; & a.iis.*

1 ACcerrimè Suarez *tom.* 1. *de religione c.* 3. *lib.* 4. *à num.* 5. quem ſequuntur Caſtro Palao, Layman. Sanchez, Baldellus, Homobonus, Molſeſſius, & Alphonſus de Leon, indiſtinctè tenent nunquam fieri, poſſe, vt actione paruæ materiæ, deſinat eſſe ſimonia peccatum mortale, quod admitto, ſi comminatur in dono gratiæ ſupernaturalis, & in ſacramentis; in aliis inquam extra hos caſus reuera dicendum eſſe contrarium, ſicut in paruo fructu, docent Iacob. Gordon. *tom.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 7. *cap.* 3. *num* 7. Reginaldo *tom.* 2. *lib.* 23. *cap.* 15. *num.* 219. Molina *tom.* 1. *tract.* 2. *diſputat.* 92. *num.* 5. Diana omnes referens cum Bonacina *de leg. diſput.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 8. *nu.* 13. Merola *tom.* 1. *diſput.* 2. *cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 116. & idem Diana *p.* 5. *tract.* 5. *reſ.* 10. cum Nauarro, & Suarez *ſuprà cap.* 56. *num.* 8. vtramque ſententiam admittunt procedere in ſpecie *extrauag.* 2. *hoc tit.* de quo iam *ſupra* dixi *ſub dicto cap.* 1.

2 Ad ſecundam partem, in quo dignoſcatur paruitas, aut grauitas, reſpondet Baldellus hoc à diuerſitate obiecti: nam ſi obiectum ſit rei temporalis, vt in furto, & aliis, dabitur materiæ paruitas, ſi enim ſit Deus, vt in infidelitate, & aliis, ſemper eſſe materiam grauem, ſicut dixi de vendere donum Dei, & ſacramenta *ſupra in Rubr. & in dicto cap.* 1. quia ſemper fit Deo grauis iniuria: ita latè diſputant Theologi *tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 14. *num.* 13. videndi Suarez de legibus *lib.* 2. *cap.* 28. Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. *&* 3. ſed Caſtrus-Palao *tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 2. *puncto* 7. *num.* 2. dicit hoc deſumendum eſſe ex communi ſenſu Eccleſiæ, & fidelium, qui fundatur in naturis ipſarum rerum, cum aliqua ita de ſe ſint ordinata, vt in qualibet materia reputentur grauiſſima, vt quælibet idololatria, ſimonia, iuramentum falſum, infidelitas deſperatio, odium, & contemptus Dei, iteratio ſacramentorum, homicidium, pollutio, fornicatio, & ſimilia, quæ de ſe grauem inordinationem habent; ſicut in quacumque materia conſtituantur, non variant iudicium. Alia autem ſic leuia fore, vt niſi ex aliquo accidenti extrinſeco, grauia eſſe non poſſunt, vt verbum otioſum, ſcurrilitas, & alia huiuſmodi. Alia, quæ etſi de ſe grauia ſint, non tamen habent æqualem deordinationem, vt furtum, ſi fiat in magna, vel parua quantitate; variat enim multo iudicium: ita Palao, vt refert Diana *dicta p.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 1. qui à *reſolut.* 2. *vſque ad* 69. exemplificat hanc materiam paruitatis materiæ, vbi leges pro extenſione, & ego exiſtimo non diſtare vtrumque modum dicendi inter ſe multum, cum à natura obiecti, illa diſcretio fiat.

AD TEXTVM

In Cap. Veniens XIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3. *Reſtitutio turpiter accepti datur in materia ſimoniæ, & quare num.* 4. 5. *&* 6. *Et num ſic acceptum reſtituatur? ſub num.* 8. remiſſiuè.

7. *Sumptus à patre facti cauſa matrimonij, profeſſionis, aut Sacerdotij, filij cantantis primam Miſſam, non computantur in collatione.*

8. *Propinæ, quæ dantur monialibus in ingreſſu filiæ, ſolent non computari: tenent aliqui contra.*

9. *Pretium qualiter reſtituatur ratione ſimoniæ?* remiſſiuè.

TExtvs iſte, quatenus tangit 1
materiam ſimoniæ in regularibus, abunde relinquitur intellectus *ſupra in cap. non ſatis* 8. *hoc tit.*

Et *ad verſ.* ibi: *Aſſerentes hoc eſſe de con-* 2
ſuetudine Monaſterij, hoc eſt, vt Abbas, & Monachi reciperent pro ingreſſu ſolidos hic dictos; & hoc maximè conducat ad dicenda *infra in cap. Iacobus, hoc titulo*; ideo per ibi dicta hæc pars ſatis liquidabitur. Aliquid notatur *infra in cap. dilectus* 28.

In *verſ. ad reſtituendum*, quod datum eſt 3
cauſa ſimoniæ, reſtituendum ſit danti contra principia in materia titulorum *ff. & Cod. ob turpem cauſam*; ſecundum quæ non eſt locus repetitioni, quando turpitudo verſatur etiam ex parte dantis, *l.* 3. *l. ſi ob turpem verſ. porro ff. eo tit.* cum multis Soto, Nauarro, Molina, Leſſio, & Rebello, hic Barboſa *num.* 3. *&* 4. & quia hic reſtitutio facta fuit eidem Monacho, potuit dubitari qua de cauſa, & vt explicat Barboſa cum Suarez *de religione tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 60. *nu.* 10. *&* 11. cum Couarr. *in regula peccatum p.* 2. §. 2.
num. vltimo; † ideo ſic procedere in text. 4
hic, quia fuit bona fide datum Monachis, & Abbati exigentibus prætextu conſuetudinis

dinis ad prandium Monachorum, vt de in-
greſſu monialium ſatis licere diximus *in di-*
cto c. non ſatis hoc tit. vbi expenſum fuit.Trid.
5 decretum *in c.16.ſeſſ.25.de reform.* † Et quia
non fuit manifeſta in hoc caſu turpitudo
dantis,ſeu vt aſſeruit Suarez,& cum eo Bar-
boſa,Presbyter,de quo hic factus fuit Reli-
6 gioſus. † Et propter ingreſſum ſimoniacum,
ſiue bona,ſiue mala fide ab illo perpetratum,
compulſus fuit in pœnam tranſire ad aliud
Monaſterium, & ob id illi fuiſſe præce-
ptum pecuniam reddi, non quidem ob
gratiam eius, ſed Monaſterij, ad quod
traſlatus fuit, vbi *ſub quæſt.* 2. *&* 3. vbi quid,
ſi vſus eſt dare aliquid, inoleuit in ingreſ-
ſu, vbi perſpicuus eſt hic intellectus.

7 Solent etiam DD. *ex verſ. pro pacto* dubi-
tare, an ſumptus facti à Patre in conuiuio,
cauſa nuptiarum, vel die profeſſionis, aut
occaſione ſacri à filio celebrati, ſint com-
putandi in eius legitimam? & Barboſa *hic*
*num.*5. cum Molina *de iuſt. tract.* 2. *diſp.*238.
verſ. de expenſis, Bonacina *de contract. diſp.*3.
quæſt. 6. *puncto* 6. *§. vnico*, quibus aſſentitur
8 Valaſcus *de partitione cap.*13. *n.*37. † Dicen-
tes non computari, nec propinas, quæ dan-
tur in locum epularum, & conuiuij, quæ
ſolent dari omnibus monialibus, non de-
beant conferri:Econtra tamen ſolet dici,&
practicari; ſed quia multa de collatione
in legitimam computanda dicat Pichard.
inſtit. de action. §. 20. *à quæſt.*1. cum articu-
lis, & ego aliqua tetigerim *ſub alleg. fiſcali-*
bus ſancti officij 1. *p.* ideo non plus inſiſten-
dum iudico.

9 Qualiter reſtituatur pretium, Suarez, *de*
relegione p. 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *hoc tit. quæſt.* 54.
& cui facienda ſit: idem *dicta quæſt.* 60. &
an datum,& receptum ob turpem cauſam,
ſit reſtituendum? Couarr. *in dicta reg. pec-*
catum 2. *p.* §. 2. *à num.* 7. *vbi & num.* 8. hunc
textum explicat.

AD TEXTVM

In Capite Tua XX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 QVATENVS loquitur de ſimonia in ordinando commiſſa, plura dicta ſunt *ſub cap.* 1. *hoc titulo*, & quatenus agit etiam de ordinando dante, ſeu promittente ſuo præſentatori, ſatis maneat intellectum *ſupra hic ſub cap.* 12. *& ſub Rubrica hic quæſt.* 3. & alibi *infrà hoc tit.* Et quatenus hic agitur de ſex ſolidis datis, numquid res minima reputetur? vide *ſuprà in cap. etſi quæſtiones* 18. quæ notata ſunt: videndi Tyraquell.*in tract. de indicio in rebus exiguis, verſ.* 30. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 2. & quatenus gloſſa hic, *ſex ſolidos* ibi: *Quidquid ſorti accedit, vſura eſt*, nempe D.Thom. 2.2 *q.*66. *artic.* 6. *ad* 3. Couar. *lib.* 1. *variar. cap.*3. *n.*12. dicant ratione paruæ quantitatis, ſimoniam committi, & de hoc *infrà* agemus de vſuris; ideo interim videbis Dianam, cum multis *p.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 30. vbi de vſuræ quæſtione.

AD TEXTVM.

In Cap. Ad noſtram XXI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

TEXTVS hic agit de ſimonia, quæ poteſt committi inter Miniſtros Eccleſiaſticos, & in officiis externis Eccleſiæ. Et quia nonnulla dicta *ſuprà ſub cap.* 12. *de beneficiis*, poſſunt hic applicari; ideo memor eris eorum, & quia hic valet agi de actibus iuſtitiæ externæ, de qua aliquid ſignauimus *ſub cap. num.* 14. dum ſolum ex propoſito, de interna in foro conſcientiæ actum ſit circa materias ſacramentales; iam nunc ad propoſitum ſequentia ſcribentur. 1

QVÆSTIO I.

An vendere officia Eccleſiæ, ſit ſimonia, vt Oeconomi, Vice-Domini, Aduocati, Sacriſtæ, Caſtaldi, & aliorum? Et quid de officiis Primicerij, Cuſtodis, Theſaurarij, & aliorum, qui vocantur officia Eccleſiaſtica in iure? Quid de officio Vicariatus vulgo *Teniente de cura*, aut *Epiſcopi*, viſitatoris, notarij, fiſcalis, & aliorum ſimilium? An Cancellarius Epiſcopi, poſſit ratione laboris ſumere aliquid pro licentia audiendi confeſſiones, & concionandi?

SVMMA

SVMMARIVM.

1. *Officia Eccleſiaſtica habentia ad minus connexam ſpiritualitatem, vendi, aut emi non poſſunt abſque ſimonia labe, & qua iſta ſint?* remiſſiuè.
2. *Officia merè temporalia Eccleſia vendita, aut empta, non pariunt ſimoniam, etſi malè agatur; vbi qualia iſta ſint? vt æconomi, Vice-Domini, Caſtaldi, Sacriſta, & aliorum, n.* 3.
4. *Vicariatus vulgo* teniente de cura, *ſi pecunia detur, eſt ſimonia. Et quare etiam, ſi ſit ad nutum, vt ſub n.* 5. *&* 6.
5. *Vicarius ſine ſimonia poteſt paciſci ſuper ſtipendio ſibi aſſignando pro ſeruitio, quod prouenit, licere ex contractu* do, vt des, *ratione laboris, & ſuſtentationis.*
6. *Vicaria ad nutum vendi nequit, quia adiacet officio ſpirituali.*
7. *Vicaria permutatio cum beneficio, eſt ſimoniaca, quia includitur ſub eadem malitia.*
8. *Officium viſitatoris, & Vicarÿ Epiſcopi ſunt materia ſimoniæ, ſi vendantur*, remiſſiuè.
9. *Cancellarius Epiſcopi, vulgo* ſecretario de camera, *quare nihil recipere valeat pro nonnullis licentiis, & n.* 10. *&* 11.
12. *Cancellarius, ſiue Notarius Epiſcopi, ſi taxatum ſalarium non habet, ex quibus litteris poteſt aliquid recipere, & numero* 13.

1 VT ad has omnes difficultates de officiis reſpondeatur, præmiſſis nonnullis quæ dixi *ſub cap.* 1. *hoc titulo*, de examinatoribus ad ordines, aut ad beneficia, & de Notariis Epiſcoporum vulgo *ſecretarios*, ad explicationem Trid. *cap.* 1. *ſeſſ.* 21. *& cap.* 18. *in fine, ſeſſ.* 24. *de reform.* & aliquibus, quæ etiam dixi de materia beneficiali *in cap.* 12. *hoc tit.* vbi aliquid de officiis Eccleſiaſticis; ſub diſtinctione officiorum reſpondendum eſſe iudico: nam ſi habent ad minus connexam ſpiritualitatem, vendi, aut emi non poterunt abſque ſimoniæ labe, & hoc iuxta titulos *lib.* 1. *decretalium*, de officio Archidiaconi, Archipreſbyteri, & Primicerij, Cuſtodis, Theſaurarij, & aliorum, quæ licet inibi officia vocentur, ſunt tamen potius dignitates, aut beneficia Eccleſiæ, ſicuti de illis, & aliis ſub illis titulis ſcripſi, & declaraui: imò, & de officiis Auditoris Cameræ, & clericorum de camera, de quibus, & aliis *ſub dicto cap.* 12. *in fine*, quo p. cto vendantur abſque ſimonia.

Alia ſunt inquam officia merè temporalia, quæ etſi vendantur, aut emantur, etſi male agatur non ea dando, gratis tamen, idcirco committitur ſimonia: huius generis ſunt Cancellarius, Protonotarius, aliaque multa officia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, de quibus dixi *ſub cap.* 5. *de officio Vicarÿ, à quæſtione* 1. 2. 3. *&* 4. quæ ſolent pretio dati, cum ſint merè in ſe temporalia, etſi dimanent à Principe Eccleſiæ ſupremo. Et ad hunc ferme modum ſunt regulanda alia officia Cathedralium, aliarumque Eccleſiarum, ac Epiſcoporum, de quibus fit mentio *in cap. ſalutator* 1. *quæſt.* 3. *& in cap. ſi quis Epiſcopus* 1. *quæſt.* 1. † vbi gloſſa refert, & declarat, nempe *æconomi, Vice-Domini, Aduocati, ſacriſta, & Caſtaldi*, vbi illos in hunc modum gloſſa declarat, vt iam alibi dixi, vt *æconomus* ſit, qui res Eccleſiæ gubernat, ac Canonicorum, *Vice-Dominus* ſit qui gubernat res Epiſcopi, *Aduocatus*, qui præſidet ad tractandum Eccleſiæ res, *Sacriſta*, de quo latè quis ſit? Dixi de officio Sacriſtæ, & Theſaurarij, ac Cuſtodis, *Caſtaldus*, qui alio nomine vocatur Maior domus. Et de iſtis inquam officiis in relatis iuribus habetur, vt licet temporalia ſint, committatur ſimonia in eorum venditione, ac emptione; non quia mala de iure Diuino, ſed quia prohibita de iure poſitiuo Eccleſiæ ad ſimilitudinem illius, quam adduxi de beneficiis, Surd. *dict. cap.* 12. *hoc tit. ſub quæſt.* 1. & aliis. Sed quia horum officiorum opera ſunt merè temporalia, dixerunt Suarez, poſſe emi, aut vendi, non tantum ſuſtentationis cauſa, ſed etiam, & pro ipſis operibus iuxta probabilem ſententiam, quam tenent Suarez *de relig. tractat.* 1. *lib.* 5. *cap.* 19. *numero* 3. Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *reſolut.* 22. Et iuxta hæc de adductis, & aſſignatis officiis Cameræ temporalia quidem, relatis *ſub dicto cap. de officio Vicarÿ*, dicendum eſſe videtur, & comprobatur ex dictis *infrà, & quæſtione* 1. *ſub verſ. ad primam, & verſ. ex quibus.* 2 3

Ad ſecundam de officio Vicariatus vulgo *teniente de cura*, etſi iſte, vt iam dixi *ſupra ſub dicto cap.* 12. *& cap.* 14. ſit quidem ad nutum; attamen quia eſt quaſi beneficium pro tunc iuxta illa, quæ latiſſimè dixi *ſub Rubrica, & titulo de officio Vicarÿ*, vbi quando talis dicatur perpetuus, quando autem temporalis, non eſt cur illius officij datio, aut emptio ex parte Vicatij pro pecunia deſinat eſſe ſimonia, ſaltim quia prohibita. † Nec obſtat quod ipſe Vicarius, vt ſe inſcribat ſeruitio Eccleſiæ, poſſit ſtipendia, 4 5

pendia, & quidem congrua abſque labe ſimoniæ accipere, ac ſuper illa paciſci, quia hoc prouenit à contractu *do, vt des*, ratione loboris, & ſuſtentationis ipſius Vicarij, quantumuis ſit diues, deſumendo hoc à dictis *ſuprà hoc dicto cap. nemo* 14. *quæſtione* 2. *à verſ. ad ſecundum*, cum aliis vſque in finem; & ſic quamuis de Vicariato perpetuo, quod reuera beneficium eſt Eccleſiaſticum, vt dixi *ſub dicta Rubr. hoc tit.*
6 *de officio Vicarij*, hoc ſit ſine dubio, † etiam in Vicaria amouibili, atque manuali, licet beneficium non ſit nec titulus, vt quis valeat ordinari ex ibi dictis, vt probat etiam Barboſa cum multis *de iure Eccleſ. lib.* 3. *titul.* 6. *de Vicariis in fine*, adhuc, quia adiacet officio ſpirituali, debet eſſe materia ſimoniæ; pro qua doctrina facit, quæ tradit Balbua *in cap. fin. de pactis, num.* 14. nam poſtquam dixit ibi *numero* 13. ſimoniam eſſe ſaltim contra ius poſitiuum, commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſiones beneficiorum,
7 † id porrigit ad alia ſpiritualia, quæ habent corporalia annexa, etiamſi propriè, & in rigore non ſint beneficia, vt verbi gratia, ſi beneficium permutetur pro Vicaria amouibili ad nutum; tum quia eadem eſt ratio malitiæ, & prohibitionis; tum quia *in cap. quæſitum de rerum permut.* expreſsè dictum eſt, eſſe prohibita pacta omnia, in his etiam, quæ ſpiritualibus annexa ſunt.

8 Ad aliud de officio Viſitatoris, Vicarij Generalis Epiſcopi, aut pedanei, adiunctis his, quæ de officio Vicarij Epiſcopi latè dixi in dicto tit. de officcio Vicarij *capit.* 5. *ex quæſt.* 5. & aliqua, quæ dixi de viſitatoribus, & Fiſcali Epiſcopi *ſub tit. ne ſede vac. aliquid innouetur*, & quæ dicunt DD. *ſub cap. inter cætera, de officio ordinarij*, quia ſunt officia pertinentia ad iuriſdictionem externam, reſolutionem capies ex dictis *infrà, hic qu.* 2. *de Notorio Epiſcopi*, & diſſolues per illa, quæ dixi *ſub cap.* 1. *hoc tit.* circa intellectum Trid. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 21. & ex dictis *infrà num. ſequenti de Cancellario.*

9 Ad tertiam partem de Cancellario Epiſcopi, de quo loquutus fuit idem Trid. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 21. vbi Barboſa illum Notarium ſecreti appellat; iam nunc poſt dicta ab eo de ſtipendiis, quæ poteſt talis Cancellarius accipere necne iuxta taxam ſui officij, iam eſt, vt hic in propoſito reperamus idem cum Diana *p.* 5. *tract.* 13. *Miſc. reſ.* 70. vbi repetens ex eodem Barboſa, & per *dict. cap.* 1. Trid. negatiuè reſpondet dicendo, non poſſe Cancellarium Epiſcopi ſumere ratione laboris aliquid pro licentia audiendi confeſſiones, & concionandi, & quod ita docuerit ſacra Cardinalium congregatio, die 16. Iulij 1591. vt teſtatur Gauanius *in Enchirid. Epiſcopor. verbo licentia numero* 3. ibi: *licentia ſedendi, audiendi confeſſiones, concionandi; & miniſtrandi ſacramenta dantur gratis*: Quod etiam ex alia declaratione *in vna Apruntina* teſtatur Barboſa cum Aldano *in dict. cap.* 1. *Trident. in ſeſſ.* 23. *cap.* 15: *numero* 37. vbi aſſerit *Cancellario Epiſcopi nullo pacto licere etiam in vim taxæ antiqua pro approbatione ad confeſſiones audiendas, quam hoc decretum gratis dare mandauit, quidquam exigere.*

Et pro hoc caſu, & ſimilibus refert aliam 10
ſacræ Congregationis declationem quam refert idem Barboſa, *dict. cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 21. *n.* 16. vbi ſic ait: *Notario, vel Cancellario nihil licere, nec ratione ſcripturæ, nec ſigilli, nec laboris, aut alio titulo, ſed gratis his, quorum intereſt, debere præſtare*, teſtante Sellio ſic deciſum *in ſelect. Canon. cap.* 10. *num.* 21. *in vna Vicent.* 8. *Martij* 1602. videlicet: † *Approba-* 11
tiones ad audiendas confeſſiones, licentiam adminiſtrandi ſacramenta, licentiam deſeruendi beneficiis, licentiam ſepeliendi defunctorum corpora in Eccleſia, licentiam celebrandi Miſſas, licentiam colligendi eleemoſynas, mandata publicandi in Eccleſia, eos, qui primam tonſuram, vel minores ordines ac ſacros ſuſcipere voluerint.

Sed quoad alia quæ ſequuntur, poſſe 12
aliquid ſuſcipere, ſi nullum ei ſalarium, vel ſtipendium conſtitutum fuerit, & tunc tantum congruam ſui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis, vel inſtitutionis curatorum Eccleſiarum, vel deputationis Vicariorum in illis vnum aureum, & quoad litteras dimiſſorias, & teſtimoniales decimam vnius aurei partem nunquam excedant, & ſunt licentiæ, quæ ſubſequuntur.

Pro litteris collationum, inſtitutionum, ſed 13
prouiſionum beneficiorum vacantium per obitum, vel reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, vel alias. Pro litteris dimiſſorialibus, ſeu teſtimonialibus, quæ conceduntur Preſbyteris, ſeu Clericis, ad alias Diæceſes tranſituris. Pro litteris recipiendi ordines ab alienis Epiſcopis. Pro licentia ordinandi ſe ad titulum Patrimonij, ſeu pro approbationibus huiuſmodi titulorum. Pro licentia abſentandi ſe ab Eccleſia, ſeu beneficiis. Pro licentia erigendi capellas, pro litteris approbationis concurrentium ad Parrochialium vacationes in menſibus reſeruatis, quæ ad ſedem Apoſtolicam tranſmittuntur. Pro approbatione iuriſpatronatus ex fundatione, vel donatione. Pro creationibus Vicariorum à Parrochialibus. Pro depu-

tationibus œconomorum, dum beneficia vacant. Pro executionibus litterarum Apoſtolicarum, gratiam, ſeu iuſtitiam concernentium.

14 Et vltimo notat idem Diana *ex verb.Trid. in dict.ſeſſ.* 23. *cap.* 15. contineri præceptum, quo præcipitur Epiſcopis, vt approbationem ad confeſſiones gratis impendant; ſed quod non continetur conditio neceſſaria, quo non ſeruato non valeat approbatio, vt docet Suarez *tom.* 4. *diſputat.* 28. *ſect.* 5. *num.* 10. Fagundez *pract. lib.*7. *cap.* 2. *num.*66. & ſecus in indulgentiis, vt *infrà* dicetur *in cap.*29.41. *& penult.* dum egerimus de diſpenſationibus; & quia alicubi non ſic relata obſeruantur, admonet idem Diana Epiſcopos, vt videant in omnibus caſibus ſupradictis quid efficiatur in eorum curiis.

QVÆSTIO II.

An ſi iuriſdictiones Eccleſiaſticæ fori exterioris, ac fori interioris emantur, vel vendantur, committatur ſimonia? Et an ſit ſimonia vendere ceſſationem vſus rerum ſpiritualium, & ſic pro celando peccatore? An ſit ſimonia dare alicui pecuniam, vt dimittat beneficium Eccleſiaſticum, quod habet?

SVMMARIVM.

1. *Iuriſdictiones externas emere, aut vendere eſt ſimonia, cum ſint Eccleſiaſtica, à n.*3.
2. *Vendentes iuſtitiam, etſi male agant, ſimoniam non committunt: vide num.*5. *vbi de differentia cum caſu præcedenti, & num.*6.
3. *Iuriſdictionis actus; etiam voluntaria, ſine ſimonia vendi nequit, quod verum dicunt multi, etſi ſit circa quid politicum, num.*4. *& ſub num.*9.
5. Gloſſa in cap. vendentes 1. *q.* 3.
Cap. qui rectè 11. q. 3 *relata* ſuprà *n.* 2.
6. *Iuſtitiam vendere aliud eſt, quam quod Prælatus officium iudicandi pecunia det, ſed vt ſimonia in vtroque adſit actu, n.*7.
9. *Actus omnes procedentes à poteſtate ordinis, ſunt materia ſimoniæ, & abſolutio à cenſuris, & etiam iuriſdictionis voluntaria quoad effectum ſpiritualem.*
10. *Vicariatum, ſeu aliam adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum per pecuniam obtinere eſt ſimoniacum, & tam emens, quam vendens excludendi ſunt ab illa Eccleſia, cui ſit contumelia.*
11. *Officia temporalia Eccleſiæ ſine graui peccato vendi non poſſunt.*
12. *Clericus inductus ab aliquo, vt locet fructus ſui beneficij, ſimoniacus non eſt locando.*
13. *Simoniacum eſt ceſſare ab adminiſtratione vſus rerum ſpiritualium ſecundum aliquos, ſed reſolue, vt num.* 16.
14. *Epiſcopus deſinens pro pecunia priuare clericum, cum ſit ad id obligatus, eſt ſimoniacus.*
16. *Omiſſio actus iuriſdictionis ſpiritualis debita exerceri, eſt materia ſimoniæ, vt exemplificatur in ſacramento pœnitentiæ: vide num.* 17.
17. Cap. nemo 14. hoc tit. & à num. 18. 19. 20. 21. 22.
22. *Denunciare deſinens peccatorem, aut corrigere per puram omiſſionem, peccat. ſed non contrahit ſimoniam; at contra ſimoniam committit, qui pecunia accepta, ex propoſito celat peccatorem, vt à num.*18. *vſque ad* 21.
23. *Pecuniam dans, vt beneficiarius v.g. derelinquat beneficium non eſt ſimoniacus, niſi ſciat quòd illud beneficium poſtea danti ſit conferendum, aut conſanguineo, ſiue amico.*

AD primam quæſtionis partem, præ- 1
miſſis quæ dicta ſunt *ſupra in cap. nemo*
14. *q.* 2. *verſ. ad ſecundam*, de ſimonia com-
miſſa in iuriſdictione fori interni, vbi ali-
quid de hoc foro externo; iam eſt vt hic la-
tius loquamur; & quidem ex communi
Theologorum doctrina dicendum eſt eſſe
ſimoniam vendere, aut emere iuriſdictiones
externas Eccleſiaſticas: ſic cum D. Thoma
2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. *& in* 4. *diſt.*25. *q.*3.
*art.*2. & DD. per gloſſam *in cap. vendentes* 1.
qu. 3. *& in cap. qui rectè* 11. *qu.* 3. vbi Cano-
niſtæ, & Cardinalis. † Sed quia *in dicto cap.* 2
*vendentes in gloſſa iuſtitiam num.*1. ibi: *vide-
tur quod in his duobus modis non ſit ſimonia
quod verum eſt*, quibus notant Suarez *tom.*1.
de relig. tract. 3. *lib.* 4. *hoc tit. cap.*8. *num.*15. *&
cap.*20. *per totum, & cap.*53. *num.*10. Farin. *in
praxi crimin. p.* 3. *qu.*111. *à num.*6. & Barboſa
in eo capite iudicem vendentem iuſtitiam,
ſiue benè, ſiue malè alias faceret, non com-
mittere ſimoniam in naturalibus, vel poli-
ticis; & cum aliis infinitis latè agens Bar-
boſa *in cap. ſanè* 15. 14. *qu.*5. quatenus pro-
bat iudici dans aliquid, vt pro ſe ſenten-
tiam ferat, non committere turpitudinem,
vbi addit alia *n.* 6. *& fin.*

Adhuc illi caſus differunt à noſtro quæ-
ſito, vbi interrogatur ne ſimonia ſit vende- 3
re, aut emere iuriſdictiones Eccleſiaſticas;
&

& iuxta hoc certum ſentiunt Theologi, ac
Canoniſtæ, quòd & probatur, cum non
poſſit, nec capitulum, nec Epiſcopus pre-
tium pro Vicariato Generali dandu, per ver-
ba ibi: *ſeu pro Vicariis aſſignandis*, iuxta com-
munem intelligentiam DD. & gloſſarum *c. 1.*
& 2. ne Prælati vices ſuas; & inſuper certum
eſſe, nec poſſe vendi actus ſpectantes ad
iuriſdictionem voluntariam: quæ iſta ſint?
dixi *ſub tit. de foro comp. c. & ſub titulo, ne ſede*
vac. aliquid innouetur ſub quæſt. 1. *&* 2. & in
aliis, *cap. ad noſtram, cap. conſulere, cap. nemo*
Presbyterorum hoc tit. qualia ſunt diſpenſatio-
nes in legibus, votis, aut iuramentis; item
actus iuriſdictionis contentioſæ, de qua dixi
in locis relatis, exemplificando quales ſunt
viſitatores, & alij.

4 Imò Suarez 1. *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 10.
hoc tit. à num. 19. *&* 20. cum certis gloſſis,
& Doctoribus Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.*
37. *quæſt.* 19. *num.* 3. *&* 4. dicunt idem pro-
cedere, etiam cum actus iuriſdictionis Ec-
cleſiæ tractat de materia politica, & merè
humana, vtpote debitis clericorum, aut
delictis: nam iſti actus non ſunt ſpirituales
ex proprio obiecto, ſed naſcuntur ex ipſa
iuriſdictione ſpirituali, quod ſufficere ſcri-
bunt, vt ſit ſimoniæ materia adhuc de iure
Diuino; quia vſus iuriſdictionis ſpiritua-
lis, eſt ſpirituale: ſic contra Innocent. &
5 Angelum. † Et ad gloſſam *dicti cap. ven-*
dentes, ex dictis facile reſpondetur aliud
eſſe, vt iudex in exercitio proceſſandi ven-
6 dat iuſtitiam. † Aliud inquam quod Præ-
latus Dominus officij illud ei vendat, vel
ipſemet iudex, vt talis aſſequeretur fieri,
emeret Vicariatus, aut viſitatoris officium.
7 † Et ſic ex D. Thoma *dict.* 2. 2. *quæſt.* 3. *art.* 2.
docet etiam Diana *p.* 11. *tract.* 6. *miſcel.*
reſ. 9. *in fine, verſ. ſed maioris*, adſolutè do-
centes iudicem ſpiritualem vendendo iu-
ſtitiam committere ſimoniam, cum Tur-
recremata *in dicto cap. vendentes*: nam etſi
ſententiet ſuper re temporali, reuera vſus
eſt poteſtatis ſpiritualis; & ita interrogatus
ſe reſpondiſſe teſtatur contra quoſdam pu-
tantes contrarium; eo quod non ſufficit
quouis modo à poteſtate ſpirituali actum
proficiſci, vt ſimoniaca ſit eius emptio, vel
venditio, fundat *in dicto cap. vendentes*, cu-
ius gloſſa indicat contrarium. Et addit idem
Diana *ibi in verſ. an vero* cum Sylueſtro *verb.*
ſimonia quæſt. 9. *num.* 9. ad ſimoniam pertine-
re ſi quis iudicem Eccleſiaſticum indu-
cat, vt iuſtitiam in cauſa ſpirituali admi-
niſtret.

8 Et quamuis huic concluſioni obiiciatur
quod *ſuprà* diximus *ſub cap.* 11. *de vendi-*
tione Auditoriatus, ac clericatus de Came-
ra, qui etſi iuriſdictionem Eccleſiaſticam
contineant, venduntur nihilominus, vt
ibi in quæſt. fin. dixi. Nec quod pro diſpen-
ſationibus ſoleat aliquid accipi, quia hoc
eſt in ſuſtentationem per dicta *in c. nemo* 14.
hoc titulo, de quibus *infrà* latè agitur *in cap.*
29. 42. *& penultimo hoc titulo*, ob quod non
amplius immoramur, interim videbis Sua-
rez *dict. cap.* 20. *num.* 6. 24. *&* 25. & Villa-
lobos *dict. diff.* 19. *à num.* 5. *ad* 8. & † ſic 9
Barboſa docens cum multis ex antiquis
hic *in text. noſtro*, pecuniam exigi non poſ-
ſe pro miniſterio Eccleſiaſtico exercen-
do *numero* 2. cum Suarez *tom.* 1. *lib.* 4. *de ſi-*
monia, cap. 13. *num.* 2. *& cap.* 9. *num.* 6. di-
cit omnes actus procedentes à poteſtate or-
dinis eſſe materiam ſimoniæ; & quod ab-
ſolutio à cenſuris eſt materia ſimoniæ, de
quibus dico *infrà, cap.* 24. *&* 28. & *n.* 3. *in verſ.*
pro Vicariis, ex dictu Suarez *cap.* 20. *num.* 5.
& 8. dicit quod Vicarius Epiſcopi non
poteſt pretio conſtitui; & quod omnes
actus iuriſdictionis voluntariæ, quatenus
ad effectum ſpiritualem, ſunt materia ſi-
moniæ.

Ex quibus infertur, vt Vicariatum, ſeu 10
aliam adminiſtrationem rerum Eccleſia-
ſticarum per pecuniam obtinere volens,
tam emens, quàm vendens, ſint ſimoniaci,
excludendique ſint ab illa Eccleſia, cui
facta eſt contumelia, ſic Abbas, Innocent.
Zabarella Socin. Panormit. Felinus, & alij
per textum *in dicto cap. conſulere* 28. *hoc tit.*
& ſic Barboſa ibi, *& num.* 2. cum Suarez
dicto cap. 20. *num.* 8. & Bonacina *de ſimonia*
quæſtione 4. §. 17. *ex num.* 3. dictum iam de
omnibus actibus iuriſdictionis voluntariæ;
imò, & idem Suarez *cap.* 29. *num.* 3. Panor-
mit. & Anania *in eo cap.* tenent per *dict. cap.*
conſulere, † temporalia officia Eccleſiæ, vel 11
actus eorum, vendi non poſſe ſine graui
peccato, & quod pro adminiſtratione re-
rum Eccleſiæ, pecunia, accipi non poſſit:
ita Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 3. *quæſt.* 54.
in princip. Azor *inſt. mor. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 14.
in princ. Sylueſter *in ſumma verbo ſimonia* § 9.
Salua. *de beneſic. p.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 61. S. An-
tonin. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 17. D. Thom. &
Theologi cum eo 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. di-
centes ſi procedere, quia hoc eſt ſimo-
niacum.

Pro complemento huius dubij de iudi- 12
ce, nota quod, ſi clericus induceretur ab
aliquo, vt ſibi locet fructus ſui beneficij,
non ſit ſimoniacus, cum tunc clericus lo-
cans vtatur quaſi temporali dominio, quod
habet in illos, aut in æſtimantem ſpem eo-

rum, Diana *ubi ſup. dicta p. 11. tract. 6. reſ. 9. in fine.*

13 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit ſimonia vendere ceſſationem vſus rerum ſpiritualium? in quo dubio reperiuntur tres ſententiæ. Prima Panormit. & Hoſtienſis *in dicto cap. nemo* 14. *hoc titulo per textum ibi.*

14 † Et quia Epiſcopus, qui pro pecunia deſineret priuare clericum à beneficio, cum eſſet ad id obligatus, foret ſimoniacus, & ex eadem ratione in caſibus aliis.

15 Secunda negat ex eo, quia id non eſt ſpirituale, & quia alias quilibet diceretur ſimoniacus, qui alteri daret aliquid, vt ceſſaret ab opera ſpirituali, quod dicitur ex eo; nam, qui dediſſet clerico pecuniam excommunicato, & volenti celebrare, datam, ne celebraret, non peccaret; imò potius faceret opus meritorium: idemque de clerico, qui deſinit celebrare, vt incumberet domus ſuæ labori, quia deſinens celebrare, id facit cupiditate boni temporalis: ſic Innocent. *in dicto cap. Nemo*, Victoria *in reſolut. de ſimonia*, Aragon. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 1.

16 Tertia, & tenenda ſententia docet omiſſionem actus ordinis, vt rem ſacram non facere, non eſſe ſimoniæ materiam, quia nec directè, aut indirectè pertinet ad ordinis poteſtatem, quia laicus illam non dicit, nec actus eſt ſpiritualis: idemque dicunt DD. fore de negatiune, quæ fit actus originalis, cum quis illud tenetur facere de iuſtitia; eo quod illa negatio non prouenit à poteſtate aliqua, quia quando ſimplex Sacerdos confeſſiones non audit, non exercet actum, nec rei ſimilem; & ita Ledeſma *in ſumma p.* 1. *tract.* 12. *in dubio, circa* 12. *concluſ.* Suarez *lib.* 4. *de relig. cap.* 27. *num.* 5. Villalobos *in ſumma*, cum diſcipulis D. Thom. *dicta p.* 7. *tract.* 35. *diff.* 6. dicentes è contra, quòd omiſſio actus iuriſdictionis, quando dabitur eſt materia ſimoniæ; & ſic contingeret, ſi pro illo pecunia daretur, exemplificando in confeſſario, qui audito pœnitente de confeſſione, negaſſet illi abſolutionem pecunia; & item ſi pro pretio nollet ſacramentaliter pœnitentes audire, ſi ad id eſſet obligatus de iuſtitia ex eo fundamento: nam etſi illud ſit, ab actu ceſſare, eſt aliquo modo quid ſpirituale, quod oritur à poteſtate ſpirituali, ſitque actus interpretatiuus, qui in rebus moralibus eſt quaſi ſi actus foret; vt habent DD. loquentes de peccato omiſſionis, & per verba text. *in l. qui non facit, quæ facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit: ff. de regul. iuris.*

Et ad textum *in dicto cap. nemo*, reſpondet Aragon. *vbi ſupra*, & Villalobos *dict. diff.* 6. *nu.* 3. caſum, de quo loquimur ibi puniri ſimoniæ pœna, etſi verè ſimonia non ſit, at Villalobos *dicto numero* 3. ex verbis *dicti cap.* ibi: *vel quocumque liuore digne pænitentiam à reconciliatione remoueat*, dicit textum illum loqui quando iuriſdictionis actus eſt debitus; & ad fundamentum ſecundæ opinionis dicit hanc eſſe rem ſpiritualem, quia procedit à iuriſdictione ſpirituali, vt dictum eſt *verſ. ad primam*, & alia pro fundamento vtriuſque illius opinionis, adducta non pertinere ad hunc caſum. 17

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit ſimonia celebrare peccatorem accipiendo pecuniam, vel vt illum non denunciet, vel ſi Prælatus, vt ſubditum non corrigat, & ex *dicto cap. nemo* 14. notat Gloſſa *verbo celat*, vbi Huſtienſis, Abbas, Zabarel. Felin. & alij Canoniſtæ fere omnes, & Theologi, cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 3. *& in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 5. vbi Palud. & alij, Angelus *verbo ſimonia, num.* 42. Sylueſter *dicto verbo quæſt.* 9. *verſ.* 5. S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 17. Sotus *de iuſtit. lib.* 9. *qu.* 6. *art.* 2. *verſ. ad tertium*, Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 9. *num.* 43. ſed deſumentes reſponſionem à definitione ſimoniæ, de qua *ſub Rubrica*, quæ conſiſtit in dando, vel in promittendo ſpirituale, pro temporali, & cum nihil ſpiritualitatis in hoc caſu interueniat, dicunt ſimoniam non committi, etſi peccatum committatur; & quia oppreſſus Suarez *de religione tom.* 1. *tract.* 3. *de ſimonia lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 14. vt reſpodit *dicto cap. nemo*, dicit duas habere partes; in prima *à primo, vſque ad verſ. nec quemquam*, agere Pontificem de noſtro caſu, vbi prohibetur Presbyteris, ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicum peccatorem Epiſcopo, vel Miniſtris eius, nullo de ſimonia facto verbo, vbi dicit hoc prohiberi, tanquam contrarium bonis moribus, & officio clericorum, non tanquam Religioni contrarium, nec tanquam ſimoniacum. † In ſecunda tamen parte ait prohiberi clericis reconciliare quemquam, vel reconciliationem alicui negare pro pretio, & de his ibi rationem reddi, quia ſimoniacum eſt, vtrumque; & ſic hæc vltima verba ad vtrumque dictam vltimam referri; non quidem ad priorem partem de celando peccatore. 18 19

Et forte idem Suarez parum ſecurus *dict. cap.* 22. *num.* 15. aliter dictum textum exponi poſſe ſcribit, vt ſcilicet prima eius pars intelligi poſſit, & loqui videatur de Preſbytero, 20

bytero, qui exercendo aliquo modo ſuam iuriſdictionem, ſeu paſtoralem curam, ſubditi delictum Epiſcopo celat, cum id ipſum ad Præsbyterum ex officio pertineat delicta hæc corrigere, vel deferre ad Epiſcopum, veluti, ſi Parrochus non denunciet ſubditum, non ſuſcipientem Eucharistiam in Paſchate, tunc enim iſtum com-

21 mittere ſimoniam probabile dicit: verum omiſſo gloſſæ intellectu, & aliorum *in dict. cap. nemo* 14. Innocentij, & Hoſtienſis potius dici videtur ex communi canoniſtarum, & Theologorum ſententia, & ex S. Antonino, *dicto* §. 19. *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. *ſummæ*, & Barboſæ, *in eo textu*, *num.* 2. *circa finem*, duobus modis difficultatem propoſitam conſiderari oportere nobis, cum iſtis videri, videlicet poſſe contingere, vt aliquis pro pretio peccatum alterius celet, ſeu non corrigat, aut per omiſſionem puram, cum ſcilicet non denunciat, aut correctionem omittit abſque vllo facto poſitiuo, vel per aliquem actum poſitiuum, vt ſi Parrochus ſubditis perſuadeat, vel præcipiat, ne denuntient; cuius perſuaſionem actum ſpiritualem appellat S. Anton. *dicto* §. 17. vel à Prælato, & eius Miniſtris obtinet, vt denunciati nomen, aut non ſcribant, aut de libris deleant: etenim, cum Prælatus, aut iudex, & clericus pretio ſubditum criminoſum à pœna abſoluit, crimen ipſum condonat, impunitatem concedit, aut præcipit, ne aduerſus illum pro eo crimine procedatur, vel ad tempus, vel in perpetuum. His enim modis, & aliis ſimilibus ita à correctione abſiſtit, vt actum ſui muneris, aut iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poſitiue gerat.

22 Vnde his ſuppoſitis magis conforme intellectui *dicti cap. nemo*, vt eius integræ partes comprehendantur, eſt reſoluendum, quod ſi priori modo per puram omiſſionem quis, aut non denuntiet peccatum, aut non corrigat, quamuis ob id pretium recipiat, peccet quidem grauiter, ſed non, vt committat ſimoniam; & in hoc inquam caſu procedere primam ſententiam Hoſtienſ. & aliorum, quos *in principio, verſ. ad tertiam*, retulimus; item & antiquorum rationes, & argumenta contra communem. Poſteriori inquam caſu, & modo, ſi per actum aliquem poſitiuum id fiat, ſimoniam committi, quia vere ſpiritualia pretio æſtimantur, & quantum ad hunc caſum habere locum illius textus, *cap. nemo de cimorum, & in* §. *qui autem*.

23 Ad vltimam quæſtionis partem, quæ etiam videtur pertinere ad ſimoniam ex actu omiſſionis; ſuppoſitis quæ dixi de ſimonia; quæ committitur in beneficiis, & eorum permutationibus, *num.* 12. nunc vero ad dubium reſpondeo breuiter cum Fortunio, *in leg. iuris gentium* 23. *ff. de pactis*, & Villalobos, *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *diff.* 7. quod ſi aliquis, cui nullum intereſt beneficium, nec ad fauorem alterius faciens, dat pecuniam, vt beneficiatus derelinquat, deſinat beneficium, non erit ſimonia, quia non emit hic rem ſacram; & ob id non incurrere in pœnas ſimoniaci, cum id non extendatur ad illum, qui beneficium relinquit. † Tamen ſi pecuniam 24 dat, vt beneficium relinquat, eo quod ſit tale beneficium ſibimet poſtea conferendum, aut alicui eius conſanguineo, ſiue amico, tunc ſimoniam fore dicunt, quia per pecuniam iter, & viam præparat ad conſequendum beneficium, ſicut contingeret in illo, qui alio pecuniam daret, vt remoueret illum ab oppoſitione, & concurſu, de quo vltimo, an ſit ſimpliciter verum *infrà* agitur de remouenda vexatione, & impedimento, *in cap.* 28.

QVÆSTIO III.

An muſici, qui in Eccleſiis diuina officia canunt, poſſint accipere aliquid temporale ſine labe ſimoniæ? An liceat alicui ludere preces cum alio pro præmio temporali? vbi aliquid de mediatoribus ad ſimoniam? Et an preces in fauore, & gratia niti ſoleant? Et an ſit ſimonia aliquid tanquam pretium ſumere pro labore interno functionis ſpiritualis?

SVMMARIVM.

1 *Cantores abſque ſimonia poſſunt pro cantu ſolemni accipere ſtipendium temporale à conducentibus eos in feſtiuitatibus, ſeu exequiis, vt à num.* 3. *contra vbi gens, num.* 2. *qui explicatur, vt ſub num.* 4.

2 *Cantus alias debitus ratione officij Eccleſiaſtici paciſci nequit pretio, niſi in ſuſtentationem muſicorum, & numero tertio.*

3 *Muſicorum cantus ſolemnis, non minus pretio paciſci valet, ac campanarum*

Ii 3 *pulſatio,*

pulſatio , pretio dato , ſi fiat ad deuotionem populi excitandam, n.4.

4 *Cantandi ſpecialis ars , & ſingularis vocis ſuauitas , temporali aſtimari poteſt cum Suarez.*

6 *Ludere preces pro Auemariis , ac papyro in praxi receptum eſt ſine ſimonia contra Cardinalem Lugum.*

7 *Sacrum dicere poteſt quis ſe obligare pro intentione illius , cum quo ludit & quomodo intelligatur poſſe fieri ſine ſimonia num. 8. & 9.*

9 *Orationes ludere pro præmio temporali , non vult neceſſario aquiparare orationes illi præmio.*

30 *Preces factæ ab aliquo, , vt gratiam Principis acquirat pro alio licent ſine ſimonia abſque pacto.*

11 Cap. nemo 14. hoc titulo , *& numero* 10.

12 *Simonia impropriè dicitur qua tantum importat turpem actionem occaſione rei ſpiritualis praſtitam.*

13 *Mediator ſimoniæ , non ſolum eſt ſimoniacus , ſed excommunicatus , & ille , qui dat mediatori ſibi procuranti beneficium, fallit ſub num.* 14.

15 *Famulis Papæ datum ad contrahendam cum illis amicitiam , non eſt ſimoniacum.*

16 *Simoniacum eſt recipere pro labore interno actionum ſpiritualium , niſi ſaluetur ratione laboris , qui reducitur ad externum, vt num.* 17.

17 *Confeſſarius , qui inſumit maiorem partem diei in audiendo confeſſiones , plus ſtipendij meretur , quam qui non ſic laborat , & num.* 18.

19 *Stipendia , quæ dantur Eccleſiaſticis ratione maioris laboris , accidentalis , non ſunt ſimoniaca , vbi exemplificatur.*

1 AD primam quæſtionis partem Toletus, *lib.*5. *cap.*86. & Suarez , *de relig. lib.*4. *cap.*21. *num.*15. indicant poſſe Muſicos ratione ſcilicet laboris, quem ipſi æſtimant , quaſi extrinſecum officio diuino, quia nimirum poſſet officium legi ſine cantu , aut quia ille cantus videtur reponendus inter ſpiritualia illa mixta, in quibus temporale prædominetur , ſiue quæ plus habent de temporali, in quibus licet ſimpliciter vendere quod temporale eſt, modo non habeatur ratio ſpiritualitatis; & iuxta hunc modum muſicos, & cantores videmus quotidie pecunia conduci ad cantum ſolemnem vocibus, melodiis , & inſtrumentis muſicis pro feſtiuitatibus ſolemnibus , quæ in diuerſis Eccleſiis ciuitatum, præcipuè in curia Pontificis, & in aliis Regalibus , & vbi ſedent Eccleſiæ Cathedrales, in quibus cum tali harmonia ſolemnia peraguntur.

Et quia Ioannes Vbigers Doctor Loua- 2
nienſis, *de iuſt. tract.*7. *cap.*4. *dubio* 8. *numero* 42. longe agens poſt hæc addit quod quando cantus ille ex munere clericali, aut ordine, ſiue ex officio ſpirituali adhibetur in Dei cultum , dicendum ſit nihil pretij pro eo poſſe dari , aut accipi , idque non tantum , ſi clerici, aut ſacerdotes, ſiue ex officio ſuo per ſe canant , ſed etiam quando vicarij nomine , & vice iſtorum canunt,quia actus plane ſpiritualis eſt & ex ſua ratione poſtulans quod virtute Religionis informetur, vt legitime fiat ; ſicut nec referat quod officium legi poſſit ſine cantu, quia vt vendibilis non ſit ſatis ſit quod ipſe talis cantus per ſe exigat , vt religioſe exerceatur; & quod ex ſpirituali in principio procedat , aut pendeat , nec conuenienter addit Vbigers dici videatur , quod in cantu Eccleſiaſtici officij prædominetur temporale , ſicut dici ſolet de calice conſecrato (vt *ſuprà* hic tetigimus) cum principaliter ipſe cantus adhibeatur , & æſtimetur , idcirco , quia in eo laudatur Deus , non propter aliud temporale , alia plura adducens.

Tamen ne longe agamus , cum ſolutio 3
multum , dependeat à dictis *ſuprà in dicto cap. nemo* 14. *hoc titulo*, vbi quod pro ſuſtentatione diximus miniſtros Eccleſiæ poſſe conſueta recipere , cum ſacramenta , & alia ſpiritualia adminiſtrant , iam ergo ſub facili diſtinctione reſpondemus ad dubium propoſitum cum Maldero , *in* 2. 2. *de iuſt. & iure tract.*9. *cap.*3. *dubio* 6. *ad argum.*3. Diana , qui refert integra verba , Vbigers, *part.*11. *tract.* 6. *miſcellan. reſ.* 36. *verſ. ego paucis*, ex eodem Toleto, *lib.*5. *cap.* 86. & Adriano , *quodlibeto* 9. *quaſt.* 1. *ad* 3. *principale :* quod ſi cantus ex munere clericali, aut ordine , aut dono ſpirituali adhibeatur , non liceat eius pretium ; ſed tantum
pacíſci perſonæ ſubſtentationem , † ſecus 4
ſi aliunde ad populi deuotionem excitandam (vt quotidie practicatur in curiis, & ciuitatibus Chriſtianitatis) adhibeatur : nam tunc non minus licebit eius pretium paciſci , quam pulſus campanarum , quo homines ad orationem vocantur, & incitantur ; & in hunc ſanè ſenſum Toletus poſuit ſupra cantum Eccleſiaſticum cum illis ſpiritualibus mixtis, in quibus prædominatur temporale , aut quæ plus habeant

de

de temporali, vbi liceat ſimpliciter vendere, quod temporale eſt, modo non habeatur ratio ſpiritualitatis; & ſic Vuigers *ſuprà* in ſua opinione inſiſtendo, dicens pro ſubſtentatione licere cantoribus, & muſicis aliquid temporale recipere: addit quod ipſa tamen ſpecialis ars cantandi, & ſingularis vocis ſuauitas forſitan poſſent pretio æſtimari, & ſi probabilius dicat eſſe contrarium, cum Prædicatori ob eius loquelæ dulcedinem,
5 non idcirco ſit temporale dandum. † Et quamuis Vuigers non admittat Suarez, *vbi ſuprà* dicentem nimirum, quod cantores muſici conducti, & qui inſtrumentis muſicis ludunt tantum adhibeantur ad ornandum diuinum officium ſuis vocibus, aut inſtrumentis reueta per ſe non exercendo actionem ſpiritualem, nec officium diuinum recitent aut peragant; eoque improbet, quod actus illi, & inſtrumenta ſint idonea, & conuenientia ad laudandum Deum; Et quia laudes, veſperæ, & aliæ preces decantari poſſint per tales conductos muſicos, & muſicalia inſtrumenta; quod ſi ita non acciperetur, videretur potius muſicos illos adhiberi ad demulcendas aures curioſorum, non id ſine vanitate, & culpa, populumque cenſeri vocatum potius ad comœdos audiendos, quam ad intereſſendum officiis diuinis; ſed ſcrupulus iſte Vuigers contra Suarez per *ſuprà* relatam diſtinctionem Malderi, & practicam quotidianam conducendi tales muſicos ſatis manet ſedatus.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem video Eminentiſſim. Cardinalem Lugum, quem refert Diana, *dictâ parte* 11. *tractatu* 6. *reſol.* 9. putantem eſſe illicitum, cum ſimoniæ periculo, quatenus ſpirituale opponitur temporali in contractu oneroſo, in quo æqualitas exigitur inter ea, quæ ab vtroque contrahente ſunt ſoluenda, ludere ſcilicet preces cum alio pro præmio temporali, ſed quia inter nouitios Religionum; imo & inter alios ſoleant exerceri ludi hi obligando ſe ad dicendas tot Auemarias pro papyro, aliove modo quodque ſine ſcrupulo ludentium, & ſuperiorum videntium contingat, exiſtimo ſaluandum eſſe à tali ſcrupulo dictum Eminentiſſimum ſi conſiderentur, cum Ioanne Pontio nominatim aduerſus illum ſcribente, & putante licere id *in curſ. Theologico diſtinct.* 56. *quæſtione tertia, concluſione tertia, numero* 9. per fundamenta ſequentia.

Primo, quia ſicut abſque ſimonia po- 7
teſt quis ſe obligare ad dicendum ſacrum pro alterius intentione cum conditione, quod ipſe ſoluat ipſi decem aſſes, & alter poſſit ipſi ſoluere illos, propterea ita prorſus poſſit aliquis obligare ſe ad dicendum ſacrum pro eius, cum quo ludit intentione, ea conditione, vt ſi ipſe vincat, alter ſoluat ipſi decem aſſes, non quidem pro ſacro, nec pro applicatione intentionis, ſed pro labore, quem ſumit in ſacro dicendo, vel pro ſubſtentatione (quod æquius pro ſubſtentatione nobis videtur per adducta *in dicto cap. nemo*, etiam de ſtipendio ſacri.) † Et ex eo etiam probat Pontius, quia 8
obligans ſe ad dicendum ſacrum, ſi perdat, non exponit, niſi decem aſſes, quos ipſemet poſſet habere, ſi diceret ſacrum pro alterius intentione; & ſic non quidem exponi idem ſacrum, ſed quod correſpondet ſacro tanquam pretium laboris in eo dicendo inſumpti, aut tanquam pars ſubſtentationis, quæ deberetur ei, qui dicere vellet ſacrum. † Et rurſus probat, quia qui vel- 9
let ludere orationes pro aliquo præmio temporali lucrando per ludum, non neceſſario deberet propterea exiſtimati æquiparare orationes illi præmio; non enim ait talem æqualitatem requiri ſemper in re vtrimque expoſita ludo, quia poteſt quis, ſi voluerit iuſte exponere viginti nummos pro vno, cum ſit Dominus argenti, & ſicut poſſet abſolute nummos donare; cur inquit Pontius, non poſſet eos periculo exponere pro vno nummo, ſi velit: hanc partem videtur amplecti Diana, qui aliqua notabilia forte ad comprobationem ſcribit, apud eum videnda, *ex verſiculo notandum vſque ad finem dict. reſ.* 9. potius, vt videtur, ne contradiceret Eminentiſſimo Cardinali, quem approbat ibi in vltimo notabili contra ipſum Pontium in alio caſu.

Ad tertiam quæſtionis partem, an pre- 10
ces in fauore, & gratia niti ſoleant? & ſi quæſitum diſtet à propoſitis, potiuſque pertineat ad ſimoniam, quæ prouenit à lingua, iuxta quæ dixi *in cap.* 1. *ſuprà ſub quæſt.* 1. vbi de proueniente à munere, ab obſequio, & à lingua, vbi in quibus quælibet conſiſtat nunc exiſtimo dicendum iuxta verba textus, *in dicto cap. nemo* 14. *hoc titulo*, ibi: *Gratia, vel fauore*, intelligendas quidem preces habentes rationem pretij, iuxta exempla ibi poſita, veluti ſi fiant ex pacto expreſſe, vel tacite initio, cum eo, qui ſpirituale confert, vt ſi

ſi quis verbi gratia, det beneficium Titio, vt oret Principem pro ſe, vel vt ipſum laudet apud Principem, ſeu alium, quia tunc huiuſmodi actiones pretio æſtimantur, & commutari videntur cum re ſpirituali, de quo, & aliis poſuimus exempla; & caſus *ſub Rubrica à quæſt.*2. quos & alios videtur congetere Bonacina, *de ſimonia quæſt.*1. §.1. *à num.*13. *verſ. ex noſtra ad num.* 16. quos cum eo refert Barboſa, *in dicto cap. nemo, num.*4. *verſ. vnde*, ante eos tenet ſuppoſitum Suarez, *lib.*4. *hoc titulo. cap.*40. *num.* 10. qui *num.* 12. & S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 5. *ad* 3. Filliucius, Leſſius, Bonacina, Azor, Nauarr. Redoan, & Victoria ſequuti à Barboſa, *dicto num.*4. ſecus eſſe dicunt fore, ſi nullum inquam pactum præceſſit, vel ſi preces poſtulatæ non fuerunt à collatore beneficij, ſeu rei ſpiritualis eum tunc cenſeantur factæ gratis, & excludere ſi-

11 moniam. † Et ſic preces, de quibus *in dicto cap. nemo*, ſolum induxiſſe ſimoniam latè acceptam: ſic Barboſa ex Bonacina, *dicto* §.1. *num.* 17. *verſ. reſpondetur*, vel vt voluit Suarez nomine fauoris, vel gratiæ, in illo textu intelligi fauorem, ſeu gratiam, quam facit; non qui preces exaudit, ſed quam ipſe intendit pro actione, quam facit; & quia intendit temporale pro ſpirituali,

12 ſimoniam committat, † ſed melius Barboſa dicit cum dicto Bonacina, vt lato modo ibi loquatur Pontifex de ſimonia, quæ tantum importat turpem actionem occaſione rei ſpiritualis præſtitam, & per hoc poſſunt hic applicari dicta de beneficiis ex pacto, aut ſine eo, *in cap.*12. *ſuprà hic.*

13 Ex dictis, & *ſuprà ſub dicta Rubrica à quæſt.*2. & aliis, ac *ſub dicto cap.*12. & aliis, iam nunc breuiter reſpondebimus mediatorem ſimoniæ eſſe etiam ſimoniacum, & in ſimul excommunicatum eſſe *per extrauagant.*2. *hoc tit.* vbi DD. imò addunt Nauarrus, *in man. cap.*23. *num.*109. *ad* 3. Villalobos, *in ſumma p.* 2. *tractat.*37. *diff.*27. & ante eos Innocent. *in cap. tuam de ætate,*

14 *& qualit.* Panormit. & Bellamera, † idem contingere in eo, qui dat mediatori ſibi procuranti beneficium: Nam idem eſt illi, qui facit collationem, quam ad illam interloquutori moventi animum illius, qui confert, ſoluant tamen ſic dantes mediatori, ſi ſic facerent ratione laboris in eundo, & redeundo ad perficiendas diligen-

15 tias, † ſicque intelligi quod ſolet in Curia dari famulis Papæ ad contrahendum cum illis amicitiam principaliter; ſecus, ſi vt conſequerentur beneficia magis principaliter; ſed quia magis manet explicatum, *ſub dicta Rubrica à quæſtione ſecunda*, plus non inſiſtimus de his mediatoribus loquendo: aliquid tactum eſt *ſub cap. primo, hoc titulo*, vbi agimus de ſimonia confidentiali.

Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit 16 ſimonia aliquid accipere pro labore interno functionis ſpiritualis? & hic applicatis quæ dixi *ſub dicto cap. nemo* 14. *hoc titulo*, de poſſe recipi temporale in ſubſtentationem miniſtri pro labore in adminiſtrando, quia, vt latè ibi repetitum eſt, dignus eſt operarius mercede; quia tamen intelliguntur de labore externo; ideo exiſtimo ſimoniacum fore pro labore interno, de quo nunc inquiritur aliquid accipi temporale; quia & ſi labor ille internus aliquam æſtimationem habeat, nullam tamen habere per ſe, niſi in ordine ad valorem actus ſpiritualis ſubſtantialem, qui pretio temporali inæſtimabilis eſt; non enim dicunt Syluester, *verbo ſimonia quæſtione 9. numero* 3. Sotus, *de iuſtitia, lib. 9. quæſtione* 6. *art.* 1. Valentia, *tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſtione* 16. *puncto* 2. Suarez, *in* 3. *part. tom.* 3. *diſput.*86. *ſect.*1. & alij poſſe pretium recipi pro dicto labore interno intrinſeco, & neceſſario coniuncto operibus ſpiritualibus; poſſe tamen dicunt recipi ſtipendium ſubſtentationis, ſi alias actio ſpiritualis debita non ſit. † Et iuxta hunc modum explicandum exiſtimamus contrariam 17 ſententiam ſaluantem à ſimonia, gloſſæ ſcilicet, *in cap. ſignificatum de præben.* & Bonauenturæ, *in* 4. *diſtinct.*25. *art.* 1. *quæſt.* 4. & Ricardi, *ibi art.*3. *quæſt.*2. *ad* 8. ac Adriani, *in dicto quodlibeto* 9. *quæſt.*1. *ad* 3. quos refert Diana, *dicta p.* 11. *reſ.*34. *verſ. ſed ſi quæras*, dicentium licere pretium accipi pro dicto labore interno, quia labor ille, ac moleſtia, non eſt in ſe ſpiritualis, aut ordinis gratiæ; & quia habet fatigationem corporis, quæ eſt pretio æſtimabilis; & quia vt dicunt Math. *cap.* 10. & Lucæ, *cap.* 20. in his rebus ſpiritualibus dignum eſſe mercede, hoc eſt pro labore, & tempore, quod inſumit in ſacris faciendis; & quatenus illæ actiones ſacræ ſunt ſibi moleſtæ, & aliarum actionum ſibi vtilium impeditiuæ. † Qua ratione eſſe 18 dignum maiori ſubſtentatione, qui toto die audit confeſſiones, quam qui vna hora, & qui Miſſam canit, quam qui illam recitat: Etenim hæc & aliæ conſiderationes, quas adducunt Richard. & præcitati, reducuntur ad recipiendum pro labore quidem externo, & pro ſubſtentatione Miniſtri iuxta primam ſententiam.

Qua

19 Quapropter facilius excuſantur à ſimonia ſtipendia, quæ dantur illis Miniſtris ratione aliorum laborum accidentalium, & quaſi magis extrinſecos ad actiones ſacras, qui reuera non ſunt neceſſarij ad illas exercendas, niſi ex accidenti, veluti eſt labor agendi iter vnius leucæ, ad dicendum ſacrum, quando id non annectitur officio, vel beneficio, & expectare quotidie per horam, vel aliud tempus ad celebrandum: (*O miſeria ſacerdotum, qui ſolent in domibus Principum, & aliorum inferiorum Mercatorum, oratoria priuata tenentium induti veſtimentis ſacris expectare per multas horas, vt ipſi veniant cum familia, forte indecenti veſtitu ad audiendam rem ſacram, aliaque indecentia patiendo digna quidem, vt cum magna diligentia aboleantur per ordinarios grauibus quidem pœnis.*) Dicere miſſam ſtatutis horis, vel in certis locis: nam propter hos labores, & alios ſimiles, vt maius ſtipendium ſoluatur, aut promittatur, non eſt ſimoniacum, cum ſint temporalia opera; priuentque laborantem aliis commodis temporalibus: ita in terminis Diana, *dicta reſ.9. p.11. tractat.6. miſcell. verſ. nota vero*, & comprobatur ex adductis cum Gutierrez, Soto, & aliis, *ſupra in dicto cap.nemo, & ſub hoc textu.*

AD TEXTVM
In Cap. De ſimoniac. XXII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Simoniace ordinatus ignoranter, excuſatur à pœnis.*

1 VT acrius, vel mitius puniatur delinquens, attenditur malitiæ, ſiue ſimplicitati eius, ob titulum ſupra de accuſationibus & de calumniatoribus; item de delictis puerorum cum aliis; ideo bene Pontifex in præſenti interrogatus de ſimoniacè ordinatis puniendis, vel diſpenſandis, reſpondet certum non poſſe dare reſponſum; & ſic applicans iudicium ad diſtinguendum inter ignoranter ordinatum, dixit cum ſimoniace ordinato, qui ſimoniacus non eſt, quia ignoranter diſpenſari in ſuis ordinibus remaneat: quare quia *infrà in cap. fin.* de pœnis in ſimoniacos agitur, & *in cap. penult. de diſpenſationibus*; ideo applicando hic, quæ dicta ſunt latè de ordinatis ſimoniacè; nunc pro tolerantia in fauorem ignorantium adiunges quæ dixi *ſuprà in Rubrica de conſtitut. quæſt.6. verſ. ad quintam*, vbi egi de illa: *an legem ignorans excuſetur à pœna legis?* aliquid *ſub titulo de ſumma trinitate, & fide Cathol.* & vtrobique de ſimplici ignorante, aut callide ignorantiam affectante, ſiue ſupinè; & quia facit textus, *in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcript.* de differentia inter doloſum, aut ignorantem reſcripti impetratorem, tam ad validitatem, quàm ad ſubreptionem, ibi, *in Rub. à num.9.* & ibi *quæſt.5. à num.34. DD. per cap.1. de conſt lib.6.* vbi excuſantur legitimè ignorantes à pœna; Quare iam hic ſolum agemus *de quæſt.ſeqq.*

QVÆSTIO I.

An ſit validus titulus beneficij ſimoniace obtenti data ex parte prouiſi ignorantia? Quid in penſione, ſeu alio officio Eccleſiaſtico? Et an habens beneficium ſimoniace, vllum ius acquirat? vel ſi per mediatorem ſimoniace ignoranter obtineat, teneatur ſic beneficium obtentum dimittere? Quid in electione? & præſentatione? Et quid in poſſeſſore inſcio, vt gaudeat regula de triennali, ſeu annali?

SVMMARIVM.

1 *Titulus beneficij ex parte prouiſi eſt inualidus per ſimoniam obtenti, etiam data probabili ignorantia, ex parte prouiſi, & quare numero ſecundo; tamen aliter numero 3. & 4.*

2 *Ignorantia non ſuffragatur ad tollendam nullitatem, quæ non fuit inducta in pœnam.*

5 *Beneficium habens ſimoniacè, an vllum ius acquirat?* remiſſiue.

6 *Beneficium obtinens ex ſimonia patrata à mediatore, tenetur illud ſtatim dimittere; non tamen reſtituere fructus bona fide conſumptos, vt num. 7. qui nec incurrit excommunicationem.*

8 *Simonia commiſſa cum vno ex electoribus, vel pr:ſentatoribus, inſcio electo, ſiue præſentato, an inualidet actum necne* remiſſiue. *Vbi de collatione, & aliis. Et quid in ſimonia conuentionali, aut ſemireali? num.9.*

10 *Triennalis poſſeſſio iuuat obtinentem beneficium bona fide ignorantem ſimoniam ab alio commiſſam.*

11 *Annalis poſſeſſio iuuat obtinentem beneficium ignorantem ſimoniam ab alio commiſſam.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ dixi de ſimonia in beneficiis commiſſa, *in cap.12. hoc tit.* item & de illa, quæ committitur in penſionibus ibi, & de officiis Eccleſiæ, *ſub cap.21.* proximo, breuiter ad inquiſita reſpondebitur; item & de mediatoribus in ſimonia, *ſub Rub. à qu.2. & cap. praecd. quaeſt.3. num.13.* quare cum Barboſa, *hic num.21. in verſ. vt poſt ipſis ignorantibus.* dico quòd adhuc titulus beneficij per ſimoniam obtenti, etiam data probabili ignorantia ex parte prouiſi, eſt inualidus, Abbas, *in cap.penult.de elect.notab.1.* Couarr. *in reg. peccatum 2. p. §.8.num.8.* Suarez, *tom.1. de relig. lib.4.cap.57.n. 35.* Leſſius, Molfeſius,
2 & Bonacina, ab eo relati; ex ea inquam ratione, quia titulus beneficij ſimoniacè habiti, non in pœnam criminis, ſed ex ipſa rei natura eſt inualidus; ſic vt ignorantia quantumcumque probabilis non ſuffragetur ad tollendam nullitatem, quæ non fuit inducta in pœnam: argum. gloſſæ receptæ *in cap.ſtatutum, verb. numerandum de praebend. lib.6.* ſingularis in id ſecundum multos citatos à Couar. *in cap.3.num.4. de teſtam.*

3 Sed quia hæc reſolutio poteſt inuolui ex dictis *ſub dicto cap.12. quaeſt.1.* vbi *à num.1.* agentes de hac ſimonia in beneficiis, an ſit prohibita de iure diuino, iuxta quod ius poteſt eſſe conformis doctrina dicta, cum tunc eſſet ab ipſa natura mala obtentio ſimoniaca: tamen quia vt certius probatum, eſſe malam, quia prohibitam iure poſitiuo, & ignorantia facilius ſaluet à culpa ex textu noſtro; ideo videtur, vt quocumque modo inſpiciatur titulus, non ſit ipſo iure inualidus, licet poſtea cum mala conſcientia aduenerit, poſſit reddi nullus, ac debeat beneficium dimitti. Et vt latius leges, *infra in cap. fin. quaeſt.4. à num.1.* & ante *quaeſt.3.*

4 Et comprobatur hæc obiectio, quia idem Suarez, *dicto cap.57.* Vgolinus, *de ſimonia tab.4. cap.5.* Filliucius, *tract.45. cap.13. qu.8.* Bonacina, *de ſimonia quaeſt.7. puncto 2. n.21.* dicunt relatam concluſionem habere tantum locum in beneficiis; non quidem in penſionibus, & officiis Eccleſiæ; ergo, & in beneficijs, quia æqualiter in penſione Eccleſiaſtica, quæ dicitur beneficium ipſo iure deberet eſſe titulus nullus, ſicut in beneficiis; imò ex eadem ratione in officiis iuxta dicta de illis, *ſub cap.1. hic:* Quare potuerunt dicere idem Bonacina, *ſupra nu.22.* & Nicolaus Garcia, hodie in praxi contrarium eſſe obſeruandum, etiam in penſione.

Ad ſecundum, an habens beneficium 5
ſimoniacè vllum ius acquirat? reſpondetur ex dictis, & ex proxime dicendis de mediatore, & in terminis, de hac Couar. citatus.

Ad vltimam, num teneatur beneficium 6
obtentum dimittere, ſi per mediatorem ſimoniace, ignoranter tamen illud obtineret? in quo dubio reſpondetur ex ſententia D. Thomæ, *2.2. quaeſt.100. art.6.* vbi Theologi, & Eſcobar, *dict. §.8. num.7.* Gutierrez, *lib.2. canonic. cap.23. à num.18.* Villalobos, *in ſummas p.2. tract.37. diff.27. num.2.* quod illico, ac ſciuerit obtinens beneficium per ſimoniam à mediatore commiſſam, tenetur illud reſignare; & hoc quidem non ob pœnæ rationem, quia ſi ſic foret, non quidem obligaretur ante ſententiam ex iam dictis *num.1.* ſed ex quadam inhabilitate, quam voluit ius inducere, & ſi iſte obtinens non peccauerit, vt in irregularitatibus, quæ aliquando ſunt pœnæ, aliquando autem non, & omnes per textum noſtrum, *cap. de regularibus hoc tit. & extrauag. 2.* eodem, vbi alij DD. *ad pœnam contra mediatores ex conſtitutione Eugeniana infra cap. fin. quaeſtion.4. num.fin.* † Et qood ſic obtinens non incurrit
excommunicationem, nec eſt obligatus ad 7
reſtituendos fructus, quos bona fide conſumpſit, ſed quod adhuc extantes tenetur reſtituere: ita D.Thom. & Eſcobar, & eſt verum per illa, quæ latiſſime ſcripſi, *in cap.11. de reſtit. ſpol. ad §. ſi quis,* à non Domino, *inſtit. de rer. diuiſ. & ad §. 1. inſtit. de officio iudicis:* infinita alia iura difficilis intellectus explanando.

Poteſt quidem dubitari de duobus, an 8
ſi ſimonia commiſſa fuerit cum vno ex electoribus, ſeu præſentatoribus, ſiue collatoribus, inſcio electo, ſeu præſentato, ſint iſti actus validi, in quo Nicolaus Garcia, *de benefic. p.8. cap. 1. num.12.* Molfeſius, *in ſumma Theologiae moral. tract.6.cap.15. num.8.* Bonacina, *de ſimonia vbi ſupra quaeſt.7. puncto 2. num.24. verſ. limitatur,* quos ſequitur Barboſa, vt tunc ſit valida electio, vel præſentatio, de quo poteſt quidem dubitari, an verum ſit per dicta hic *à num.1.* cum idem

deberet

deberet eſſe de beneficio iam per collatio-
nem, aut inſtitutionem, modo dicto obten-
to; & ſic pro hoc ſane dubio magis eluci-
dando videbis *infrà* quæ dico de ſimonia
in electionibus, præſentationibus, & inſti-
tutionibus, *cap. 23. ſequent. cap. 27. cap. 33.*
9 *cap. 43. & cap. 44.* † Et Bonacina, *vbi ſuprà*
num. 25. limitat etiam in ſimonia conuen-
tionali tantum, & ſemireali, non inquam
in reali, & completa. Et an collatio per ſi-
moniam ſit valida? late Suarez, *de relig. lib. 4.*
cap. 57. vbi leges. Videbis, *in cap. fin. quæſt. 4.*
verſ. ad 2.

10 Aliud ineſt dubium, an obtinens bene-
ficium bona fide ignorans ſcilicet ſimo-
niam ab alio commiſſam, gaudere poſſit
regula de triennali poſſeſſore; ita vt elap-
ſo triennio, turbari queat, & moleſtari cir-
ca illud beneficium, refert hic, *dicto num. 2.*
verſ. vtrum, Barboſa ex Vgolino de ſimo-
nia, *tab. 4. cap. 6.* §. 9. ex Valerio Reginaldo,
in praxi fori pænitent. lib. 23. num. 185. Nicol.
Garcia, *dicta p. 8. cap. 1. à num. 14.* ſecundum
quos, & ex his, quæ ego dixi *ſub Rubrica*
de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſt. 1. verſ. ad
tertiam, *ex num. 19.* vbi de triennali, & *à*
num. 27. de annali & earum effectibus; & ſic
iſtis lectis, in terminis reſpondet, *vbi ſuprà*
Garcia, *num. 15. dict. cap. 1. p. 8.* etiam cum
Vgoleſſio Sarnenſ. illum triennalis titu-
lum, quamuis coloratum ſufficere, vt ig-
norans tueatur in poſſeſſione beneficij ſi-
moniacè obtenti; & quod ſic tenuerit Ro-
ta, *in deciſ. Calagurrit. confidentiæ*, quam ad
litteram refert, *p. 11. cap. 3. num. 169.* & in
alia Ciuitatenſ. confidentiæ 23. Ianuarij co-
ram Cardin. Mantica, ego *in Rubrica dicta*
num. 20. vbi quod licet illa de triennali, *in*
poſſeſſore, cui deeſt titulus, Creſcent. *deciſ. 4.*
illo tit. de quo, nec apparet, ſed ſi adſit ali-
quis, & ſi diſcoloratus, tunc ſit poſſeſſor
tuendus, vt pulchrè ſcripſit Veral. *in de-*
11 *ciſione 45. p. 3.* Riccius, *collect. 505.* † Et de
regula, de annali, vt tueatur in poſſeſſione,
videtur efficacius per illa, quæ ibi dixi *ad*
num 27. vbi latè de effectibus huius regulæ
de annali, ſcripſi, circa quam Creſcent. &
Riccius, *ſuprà* dixerunt in hac ſuperiorem
eſſe annalem triennali, quod in hac de-
fenditur obtinens in poſſeſſione, adhuc *ſi*
titulo careat.

AD TEXTVM

In Cap. Mathæus, XXIII. Cap. Nobis, XXVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum, & peccatorem reuelare pro con-*
ſilio habendo non licet, & de intelle-
ctu huius textus in hac parte n. 2.

TExtvs iſte quatenus agit de 1
ſimonia in electionibus, *infrà*
agitur plene *in dicto cap. nobis 27.*
& quatenus, *in verſ. ſecreta nobis*
inſinuatione monſtrauit, mouet Barboſa cum
Nauarro, *in cap. ſacerdos de pænit. diſtinct. 7.*
num. 127. in fine, quod pro conſilio haben-
do, licet videatur licitum eſſe peccatum,
& peccatorem reuelare, ſed ab omni veri-
tate eſſe alienum dicunt, & per hoc poſſe
adiici, quæ de ſigillo in confeſſione, *infrà*
ſub cap. omnis de pænit. & quæ dixi de ſe-
cretorum fide late *ſub cap. decimo octauo, de*
teſtibus, quæſtione fin. & referens Nauarr. *in*
textu noſtro, nullum verbum eſſe, quo ſigni-
ficetur Mathæum Cardinalem, de quo hic
ſuſcepiſſe caſum relatum in pœnitentia,
† ſed ſolum ſecrete id retuliſſe Papæ: po- 2
teris adiungere hic nonnulla, quæ adduxi
ſub cap. nouit. de iudic. circa medium, vbi de
præcepta reuelatione per monitoriales, &
quæ latiſſimè ſcripſi, *in cap. ad noſtram 21.*
de obligatione ad reuelandum, vel non
virtute monitorialium, quæ alias abſcon-
dita ſunt. De materia huius textus præter
ordinarios, diſputat Suarez latè *tract. 1. lib. 4.*
de ſimonia cap. 50. & 51. de electione Pontificis
per ſimoniam, Scortia, *in conſtit. Iulij 2. epito-*
me 50. de qua, *in dicto cap. 27.* & quia hic
principaliter inquirunt DD. *de titulo excu-*
ſandi ſimoniam ob redimendam vexationem;
ideo de iſta materia agemus, licet de illa
tractent DD. *infra in alijs capitibus.*

QVÆSTIO I.

An iuſta vexatio poſſit redimi cum pecunia ab eo, qui non habet obligationem opponendi? Et proceſſiones iuris ſpiritualis an poſſit dari cedere nolenti? Et an ſi electus vexetur per viam iuris circa poſſeſſionem iam habitam, poſſit pretio redimere vexationem? Vbi quid in iam obtento beneficio aut alio ſpirituali dono? Et an ſi quis poſt collationem beneficij impediatur iniuſtè accipere poſſeſſionem beneficij, poſſit hanc vexationem pecunia redimere?

SVMMARIVM.

1. *Vexatio iuſta verius videtur, vt pecunia redimi nequeat ab eo, qui non habet obligationem opponendi.*
2. *Cedere nolenti ad redimendam vexationem, in iure ſpirituali dari pecunia num poſſit?* remiſſiuè
3. *Vexationem redimere in beneficio iam acquiſito pecunia, non eſt ſimonia, ſecus in acquirendo, num.4.*
4. *Impedimenta remouere licet cuilibet poſt acquiſitum beneficium.*
5. *Ius acquiſitum non cenſetur, quod procedit ex ſcientia, & moribus oppoſitoris, ſed ex collatione.*
6. *Vexatio poteſt redimi pecunia poſt collationem beneficij quietam, etiamſi adhuc poſſeſſio adepta non ſit contra aliquos, num.7. & quare num.8. & quod ea valet ſine auctoritate ſuperioris, vt num.9. & q.2. ſub n.11.*

1 AD primam quæſtionis partem, & hic applicatis quæ dixi de legitimo contradictore *ſub cap. 17. & cap. penult. de ſent. & re iudic.* video, quòd licèt Paſqualigius *deciſione* 237. conetur aliquibus argumentis affirmatiuam ſententiam defendere, ſed videtur potius negatiuæ adhærendum, vt volunt Tancred. *de religione tract. 2. lib.4. diſput. 34. quæſt.4. num. 33.* cum iuſta vexatio non poſſit pecunia redimi, quia etſi daretur bono zelo, non quidem ad parandum beneficium pecuniam dari; ſic vt dantis manifeſtatio appareat bona, & opus virtutis adhuc non licere per ſacros Canones, dicunt addentes dictam ſimoniam eſſe tantum de iure humano, indeque non inducere ſtatim pœnas contra ſimoniacos à ſacris Canonibus latas: ſic Tancred. *ſuprà,* & Diana *p. 11. tract. 6. miſcel. reſolut. 31. verſ. quæro quarto,* qui ex Paſqualigio ſignat alias quæſtiones *ibi in verſ. tandem,* quam ex eodem Tancredo omnino legendo *ſuprà de relig. tract. 2. lib.4. diſp. 34. à num. 38. ad* 60. ſed quia hæc difficultas clarius patebit ex ſequentibus, & adducendis *infrà ſub qu.* 2. ideo iam ad alia pergamus.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an 2
proceſſione iuris ſpiritualis, poſſit dari cedere nolenti ad redimendam vexationem nolentis cedere? Et licet Paſqualigius *vbi ſuprà, deciſione* 241. affirmet; Diana tamen, & Tancredus illum fortiter impugnantes negant, ſed quia reſolutio pendet à bono iure, vel malo litigantium, de quo *ſub qu.2. hic,* ideo in hac non plus immoramur.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi ele- 3
ctus vexetur per viam iuris circa poſſeſſionem iam habitam, poſſit pretio redimere vexationem? affimat Paſqualigius, negant Diana, & Tancred. *ſuprà.* Sed quia communiter DD. diſtinguunt inter habentem ius in beneficio acquiſitum, aut acquirendum, de quo aliqua ad permutandum, poſſe, vel non? dixi *ſub cap. 12. hoc titulo.* Iam nunc in propoſito dubio reſpondeo, poſt ius quæſitum, ſeu obtentum beneficium, aut aliquod ſpirituale donum, non eſſe ſimoniam redimere vexationem, quæ pro iure tollendo iniuſtè infertur, Rebuffus *in praxi benef. tit. de ſimonia in renunciatione à num.*18. Redoan. *eodem tit. p. 2. cap. 31. n.44. & p. 3. cap.2. num. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. cap. 23. num.* 124. Nauarr. *in man. cap. 31. ſub num.* 102. *& conſ.* 48. *n.44. hoc tit.* in nouis, Suarez *de Relig. tom.1. lib.4. hoc tit. cap. 19. num.7. & cap. 50. à princip.* Tamburin. *de iure Abbat. tom.1. diſputat.* 10. *quæſt.4. num.5.* Filliuc. *tract. 45. cap.11. qu.3.* Cardinal. Tuſch. *tom.8. litt.V. concluſione* 174. Guttierrez *Canonic. lib. 2. cap. 23. à num.* 37. Menochius *conſil.* 67. *à num.* 17. Barboſa *hic ex num.* 4. cum Cardinali Toleto, Proſper. de Auguſt. Comitolo, & Azotio, & alij DD. colligentes etiam hoc *ex text. in*
cap. dilectus hoc tit. † Probantes licere cui- 4
quam poſt acquiſitum beneficium impedimenta remouere, quia qui hoc facit, non acquirit rem ſpiritualem, ſed tantum redimit vexationem: ſic ex D. Thom. 2.2.
quæſt. 10. *artic. 2. ad* 5. † & Aragon. ibi, Vil- 5
lalobos *in ſumma p. 2. tract. 37. difficult. 30. num.4.*

num. 4. addens ex eodem Aragon. non vocari ius acquiſitum, quod procedit ex ſcientia, & moribus oppoſitoiis, niſi tantum illud quod quis habet ratione collationis beneficij; ob quod in iam obtento ſpirituali dono non eſſe ſimoniacum à fortiori dicendum eſt.

6 Ad quartam quæſtionis partem, an ſi quis poſt collationem beneficij, impediatur adipiſci poſſeſſionem, poſſit vexationem redimere pecunia? In quo dubio Aragon. *vbi ſupra*, Ledeſma *in ſumma* 1. *p. tract.* 12. *concluſione* 27. Soto *de iuſt. lib.* 9. *quaſtione* 6. *artic.* 1. Villalobos *dict. diff.* 30. *num.* 5. tenent poſſe illam redimere, quia iam per collationem habet plenum Dominium ſpirituale, hoc eſt ius in beneficio; non enim poſſeſſio illi aliquod ius præſtat, cum tantum ſit apprehenſio exterior, quæ ſi aliquid habet ſpirituale, ſolum prouenit à titulo, quem per collationem Beneficiatus habet.

7 Sed quia probabiliter aliqui negant, vt Abbas *in cap. ad aures hoc tit. num.* 6. vbi Innocent. & Felin. *in dicto capit. dilectus* 28. *num.* 3. cum aliis, & per gloſſam expreſſam *in cap. decimas* 2. 17. *quaſt.* 7. ex eo fundamento, quia poſſeſſio beneficij quid ſpirituale eſt, poſſemus in dubio plura dicere ſumendo argumenta ab illa differentia, quam latè poſui *ſub Rubrica de cauſa poſſeſſ. & propriet. inter poſſeſſionem iuris, aut facti.*

8 † Adhuc in hac materia non eſt diſcedendum à ſententia Aragon. & aliorum, quam, & etiam ſequuntur Sanchez *in opuſculo, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 30. *num.* 15. quia tota ſpiritualitas poſſeſſionis beneficij, eſt ratione tituli, in quo talis habet ius ad rem acquiſitum per collationem; eam etiam docent Moſcoſius *in ſumma tractat.* 15. *cap.* 15. *num.* 51. Raphaël de la Torre *in* 2. 2. *tomo* 2. *quaſt.* 100. *art.* 4. *diſp.* 9. validiſſimis fundamentis confirmans Diana *p.* 5. *tractat.* 15. *miſcel.* 2. *reſ.* 3. qui dicit in hoc non eſſe dubitandum, & apertè probatur ex adductis *ſub dicto cap.* 12. cum permutatio valeat fieri, etiam de beneficio ad beneficium, in quo quis habet ius ad rem, dum non ſit litigioſum: videbis iterum Dianam *p.* 4. *tract.* 4. *miſcel. reſ.* 152. cum Sanchez *in opuſcul. verſ. notandum.*

9 Quare dum per gloſſam *dicti cap. dilectus* 28. *verbo Reſtituere quod accepit*, ibi: *ſed verius*, notant ibi Anchar. *notab.* 2. *& num.* 2. *verſ. dic quod quandoque*, Butt. *num.* 2. *in notab. & num.* 3. *verſ. oppon.* Sarnenſ. *in reg. de annali p.* 2. *num.* 4. *verſ. & quamuis*, Nauarr. *conſ.* 64. *hoc titulo*, Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.* 14. *quaſt.* 3. *num.* 7. & Rota *in Aretin. Capell.* 9. *Februarij* 1618. *coram Buratto, deciſ.* 307. *num.* 5. vbi etiam poſt Flamin. *lib.* 7. *quaſt.* 1. *num.* 104. Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.* 3. *num.* 249. quod ad redimendam vexationem *ſuper beneficio*, poteſt quis ſoluere aliquid moleſtanti ipſum iniuſtè, nec ſuperioris auctoritatem requiri, vt addit idem Garcia, ac refert Barboſa *in dicto cap. dilectus*, ad id ſuperioris authoritatem non requiri, intelligi ſolum in habente ius ad rem in beneficio per collationem, etſi poſſeſſio adepta non ſit ex *num. praced.*

QVÆSTIO II.

An qui ad redimendam vexationem electori dedit pretium, ne minus dignus eligeretur ad beneficium, ſit ſimoniacus, incidatque in pœnas? Et an ſit licita redemptio vexationis, ſi quis offerat pecuniam electori, qui vult eligere indignum, niſi pecuniam à digniore accipiat? Et an quando quis non vi, vel fraude illata, ſed ſolum per ſubornationem, preces, & munera, quæ electoribus confert, impedit ne quis eligatur, poſſit ille pretio redimere hanc vexationem, etiamſi ſubornans ſit vnus ex electoribus? Et an ab electo, nondum confirmato poſſit licitè in beneficialibus, aut electionibus redemptio vexationis pro pecunia fieri?

SVMMARIVM.

1. *Electori licet pretium dare, ne minus dignus eligatur, & hoc praſertim cum Electores parati ſunt minus dignum eligere, num.* 2.
3. *Electoribus inique impedientibus bonam beneficiorum electionem fieri, licet dare pecuniam, vt vexatio tollatur.*
4. *Electori inclinanti ſuam voluntatem ad dignum, poteſt dari pecunia, vt benè eligat, ſed quod ex hoc non ſit excommunicatus, aliiſque pœnis obligetur, nec beneficio priuetur, aut fructus reſtituere teneatur.*
5. *Vexatio redimi poteſt pecunia illius electoris, qui vult eligere minus dignum,*

ſi non recipit illam à magis digno, numero 6.

7. *Vexationem dando pecuniam, poteſt quis redimere, quando elector per preces ſine vi paratus ſit minus dignum eligere, licet impediens per ſubornationem poſſet prodeſſe.*

8. *Vexatio, vt redimatur, poſſum dare pecuniam, non ſolum tertiæ perſonæ, ſed vni ex electoribus, ne ſubornet alios; dummodo non dem, vt pro me ſuffragetur.*

9. *Pecuniam dare non licet, vt electus remoueat vexationem ſecundum aliquos, ſed verius, vt etiam nondum accepta poſſeſſione, alÿ eſſe dicunt, n.10. 11. & 12.*

11. *Canonicus electus poteſt ſuam electionem defendere, ſicut confirmatus, aut inſtitutus ipſum beneficium.*

13. *Impedimentum, ſi aliter, quam data pecunia poteſt tolli, vtpote adeundo ſuperiorem, non erit licita datio pecuniæ in ſpiritualibus, & beneficialibus vexationis cauſa remouendæ; aliter ſi à ſuperiore id non poſſet, vt n.14.*

14. *Vexatio in ſpiritualibus, quæ redimi, ac remoueri poteſt licitè pecunia, eſt quando potentia aduerſarÿ litigantis, & impedientis conſequi beneficium nequit, vbi de aliis exemplis.*

15. *Vexatio verius eſt, vt in iure quæſito in re, vel ad rem pecunia redimi valeat.*

16. *Vexator iniuſtus, qui pecuniam accepit, vt deſiſteret à vexatione, reſtituere cogendus eſt, ſi non ſtetit promiſſis. Quid ſi ſteterit promiſſis? ibi.*

1 AD primam quæſtionis partem communiter docent DD. licere pretium
electori dare, ne minus dignus eligatur,
ita Moſcoſius *in ſumma tractat.*15. *cap.* 15.
*num.*6. Villalobos *in ſumma tomo* 2. *tract.*37.
difficult. 23. *num.*3. & ſic Caietan. *opuſculo* 10.
quæſt. 1. Soto *de iuſt. lib.*9. *quæſt.* 6. *artic.* 1.
Aragon. 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 2. *in fine*, Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *poſt* 23. *con-*
2 *cluſ.* † dixerunt, quòd quando electores
ſunt parati ad eligendum indignum, licitum eſt eis dare temporale, ne tale faciant,
quia hoc nec vendere, aut emere eſt rem
ſacram, nec aperire viam ad illam, ſed au-
3 ferre peccatum grauiſſimum † Et ſic, vt
poſſit dari pecunia abſque ſimoniæ labe
electoribus beneficiorum Eccleſiaſticorum
volentibus indignum eligere, aut inique
impedientibus electionem fieri, quia pecunia non datur pro electione, ſeu exercitio ſpiritualis muneris, ſed vt voluntas
electorum abſtrahatur ab obiectis indignis
aut minus dignis, vel vt tollatur vexatio,
quæ inique infertur, tentando indignum,
vel minus dignum eligere, aut iniuſtè impediendo electorem, Suarez *de relig. lib.* 4.
*hoc tit. cap.*50. *num.* 36. Barboſa *in cap. nobis* 27. *ſub num.* 3. *verſ. poteſt*, Bonacina *de ſimonia quæſt.* 6. *puncto* 5. *num.* 11. vbi ſubdit
nunquam redimendam eſſe iniuſtam vexationem in electionibus beneficiorum
Eccleſiaſticorum, dum abſque graui incommodo adduci poteſt ſuperior, qui vexationem impediat.

Grauis enim difficultas eſt, num, ſi duobus 4
petentibus vnum beneficium, & electore
inclinante ſuam voluntatem ad indignum,
vel ad minus dignum eſſet ſimonia pretio
redimere hanc vexationem; quia tantùm
habet ius ad rem, ſatiſque probabile dicit
Diana *p.*5. *tr.*14. *reſ.*1. hanc ſimoniam propter
hoc commiſſam non eſſe de iure Diuino,
ſed humanu, & propter hoc, vt non ſubiaceat pœnis ſimoniæ; indeque, vt talis
non ſit excommunicatus, nec ipſo iure beneficio priuetur, nec fructus reſtituere teneatur: aliaque adducit ex Sanchez *in opuſc. tom.... lib.*2. *cap.* 3. *dubio* 30. *num.*6. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.*10. *cap. vltimo* §. 2. *num.* 22. quæ cùm non ſint multum conſequenter, & ex dicendis, diſtinctius ſatisfiet; ideo, ad alias difficultates pergamus.

Ad ſecundam quæſtionis partem negant 5
poſſe id fieri abſque ſimonia: Diana *p.* 4.
tract. 4. *reſ.* 152. *in princip.* & iterum *tract.*
14. *dict. p.* 5. *reſ.* 2. cum Zelio, Moſcoſo, &
Suarez, Villalobos, & D. Thoma, *dict. q.*100.
2. 2. *art.* 5. *& per textum noſtrum*, quia per
pecuniam munitur via ad acquirendum aliquid ſpirituale quod eſt apertè ſimonia. † Sed 6
quia Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſp.*173.
ſect. 17. §. 274. *vſque ad* §. 237. contrariam
ſententiam tenet ad Canones contrariæ, reſpondens, eo quod in hoc caſu non muniatur via directè ad ſpirituale acquirendum, ſed præcisè ad conſtituendum iudicem in animi æqualitate debita ſingulis, nempe vt velit illum eligere, quem iudicat non poſſe ſine peccato præterire, nec
aliud directè intendatur, quam remouere impedimentum, vt aptior eligatur; &
quia vbi concurrunt duo mala, licitum
eſt conſulere minus, vel ſignificare eius
materiam: alia idem Hurtado adducens
in confirmationem, vt refert idem Diana
dicta p. 5. *tract.* 7. *reſ.* 17. quæ confirmantur
ex aliis, quæ adducit Baſilius Pontius *de matrim. lib.*5. *cap.*18. §. 6. *n.*39. qui *n.*44. alia
de electoribus ad cathedras punit; & hoc

videatur

videatur confirmari ex poſitis bic *numero* 1. *verſ. ad primam*; ideo hanc partem firmiſſimè teneo.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, quando ſine vi, vel ſolum per ſubornationem, &c. in quo dubio duplex eſt ſententia, Sotus *de iuſtitia lib.* 9. *quæſt.* 6. *art.* 1. *ad* 5. & Moſcoſius *in ſumma tract.* 15. *cap.* 15. *nu.*4. negatiuam tenent, quia hæc vexatio, non pecunia, ſed alio inquam modo poteſt redimi: tamen Villalobos *in ſum. p.* 2. *tract.* 37. *diff.* 10. affirmat *ſub num.* 3. quia ſicut ille ambitioſus poteſt damnare, & non proficere; tunc pecuniam illi dare, non erit beneficium emere, ſed vexationem redimere: docet etiam Sanchez *in opuſcul. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 30. *numero quinto*, qui referens vtramque ſententiam Doctorum, eligit affirmatiuam, docendo ſatis probabile eſſe non fore ſimoniam redimere; licèt impediens per ſubornationem poſſit etiam prodeſſe: ſequitur Diana omnium verba referens, *dicta p.* 5. *tract.* 14. *reſ.* 2. vbi notabiliter notans, vt licet Syluio 2. 2. *qu.* 100. *artic.* 2. *concluſione* 2. Leſſio, *cap.* 35. *dubio* 17. Maldero *in* 2. 2. *tract.* 9. *cap.* 3. *dubio* 17. &

8 alij, docent, † ex hoc ſequi me ad redimendam vexationem pecuniam poſſe dare, non ſolum tertiæ perſonæ; ſed vnæ ex electoribus, ne ſuborner alios, dummodo non dem, vt pro me ſuffragetur: tamen probabiliter licere cum Sanchez ait.

9 Ad vltimam quæſtionis partem Innocentius, vt intelligeret textum noſtrum hic dixit non fuiſſe licitum pecuniam dare, quia electus nondum fuerat confirmatus, nec poſſeſſionem adeptus beneficij: ſic docens circa beneficium, aut aliud ius ſpirituale plenè quæſitum, & poſſeſſum vexationem redimere, quia ſpirituale nihil acquiritur; non ſic quando plenè quæſitum non ſit, ſed de iure quærendo agitur, non videri licitum; eo quod tunc videtur ius illud pecunia comparare, textumque hunc in his terminis procedere ſecundum Zabarellam, Abbatem, & communem *in dicto cap. dilectus*, Syluefter *de ſimonia qu.* 13. Angel. *eodem verb. el* 2. §. 13. Præpoſit. qui teſtatur de communi *in ſumma* 1. *quæſt.* 1. Suarez *de relig. dicto lib.* 4. *cap.* 50. *n.*8.

10 Tamen quia hoc dictum impugnatur ex dictis *ſub quæſt.* 1. nempe ſola collatione, abſque poſſeſſione dari ius quæſitum ad poſſe redimere vexationem pecunia; ideo Barboſa hic potuit impugnare intellectum ad hunc textum Innocentij, & aliorum *num.* 7. *verſ. ſed communis*, quia quamuis videatur conuenire Hypotheſi textus noſtri abſque fundamento iuris, eſſe dicit, cum non ſemper liceat contra ius quæſitum vexationem redimere, ſi aliter impedimentum valeat commodè remoueri.

† Non inquam dicit ad rem facere, quod 11 beneficium nondum ſit plenè quæſitum, quoniam Canonicus electus poteſt eodem modo ſuam electionem defendere, ſicut confirmatus, aut inſtitutus ipſum beneficium. † Et ſic fruſtra diſtinguere DD. in- 12 ter beneficium plenè acquiſitum, & non plenè, cùm vtroque caſu nihil aliud intendat redimens vexationem, quam iniuſtum impedimentum remouere; & ſic ſimoniam non committi. Et confirmatur, quia ſicut dictum eſt ex ſolo iure ad rem per collationem ſufficere ad vexationem redimendam, ita, & per electionem ante confirmationem, qua ſola tale ius datur.

Quare pro intellectu textus hic, poſt- 13 quam ex gloſſa *verbo paucis* dicitur contradicentes ius habuiſſe probabile ad electionem impugnandam, aut quia fuerat contentus contra textum *in cap. quod ſicut* 28. *cap. coram* 31. *de elect.* vel quod aliquem patiebatur defectum electus, ex his, quæ habentur *in cap. cum in cunctis de elect.* ſic vt non redimeretur vexatio, ſed magis ius ſpirituale, quod non admittunt Abbas *hic num.* 4. Anania *num.* 3. quia oſtendunt ex verbis hic contradictionem fuiſſe iniuſtam, vt refert Barboſa *num.*6. ego cum eo hic *num.*8. exiſtimo non fuiſſe datam illicitè pecuniam, quod electus nondum fuerat confirmatus, nec etiam, quia contradicentes iuſtam cauſam habebant, vt contra verba hic Innocentius vult; ſed quia conſtabat tantam non eſſe aduerſarij potentiam, quod commodè non poſſet alio modo ius conſequi apud iudicem, & obiecta impedimenta remouere: quo pacto procedere textum *in cap. ad aures hoc titulo*, poterat enim excommunicatus, de quo ibi ſuperiorem adire, vt gloſſa, & DD. ibidem obſeruant.

Et alia addens Barboſa *ſub dicto num.* 8. 14 de his quæ concurrere debent ad vexationem iuſtè redimendam, nempe vt vnum ſit, quod vexatio ab eo fiat, qui ratione officij, diuitiarum, aut aliunde, adeo ſit potens, vt niſi eo modo à lite, vel moleſtia redimatur, vel remoueatur, non poſſit redimens commode; aut ſine magno incommodo ius ſuum pacificè poſſidere, conſequi, aut defendere, vel tantum ſit in mora periculum, vt magnum aliquod detrimentum immineat, ſi iudicialis au thoritas ſpectatur, vt tradunt gloſſa verbo

abſolutio

Digitized by Google

abſolutio in dicto cap. ad aures, vbi Ioann. Andr. & *in dicto cap. dilectus*, Abbas *num.* 4. Anania 8. Felin. 3. ac vt receptum teſtatur parum ſibi conſtans Redoanus *in hoc tractat. p. 3. cap. 2. numero* 17. concludit dictum noſtrum textum poſſe non ineptè intelligi, electum ibi læſam habuiſſe conſcientiam; indeque iuſſus, vt celeriter adminiſtrationem dimitteret, ne fortaſſe, ſi ſcrupulum remouere non poſſet, maneret in peccato, ad quod etiam erronea conſcientia obligaret *ex cap. fin. de præſcript.* indeque Pontificem hic, quod tutius eſſet imperaſſe ex *text. in cap. penult.* de homicidio; ita colligens ex verbis hic *multum tibi conſulis, &c.* non enim ait conſtabat de ſimonia, ſed dubitabatur.

15 Ex quibus omnibus *ſub hac quæſt. & qu. 1.* dictis, etſi poſſet dici reiiciendam eſſe illam diſtinctionem, quam affetunt DD. de vexatione ante ius quæſitum, vel poſt ius acquiſitum; & od id exiſtimaret Gregor. de Valentia *in 2. 2. D. Thomæ diſp. quæſt. 16. puncto* 9. fore reiiciendam, exiſtimans vtroque modo licere vexationem redimere in beneficiis, & aliis ſpiritualibus; & ſic in foro conſcientiæ, non obſtare, quominus poſſit vexatio redimi licitè, etiam ante ius acquiſitum, verum de iure quæſito in re, vel ad rem, dicendum eſt vexationem tantum redimi poſſe, vt tradit Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 1. qu.* 100. *artic.* 4. *diſp.* 9. impugnans Valentiam, & Dianam hæc referens *dict. 5. p. reſ. 2. verſ. non deſinam*, hoc tantum de Gregorio de Valentia notauit pro curiuſis.

16 Poſtremo addendum eſt pro hac iniuſtum vexatorem, qui pecuniam acceperat, vt deſiſteret à vexatione, cogendum eſſe ad reſtitutionem, ſi non ſtetit promiſſis: ſic gloſſa *in cap. dilectus* 28. *verbo promiſſionem, verſ. ergo videtur*; & addit Barboſa *ibi num. fin.* à contrario ſenſu videri probare cogendum non eſſe ad reſtitutionem, ſi ſteterit promiſſis, & re ipſa ceſſauit ab iniqua vexatione, quod ait dicendum non eſſe, vt dicta Gloſſa habet, ſed vt reiecta eius reſponſione exiſtimantis in illo text. ſupplendam eſſe dict. *maximè*, melius reſpondendum Pontificem ibi ad interrogata reſpondiſſe, interrogabatur, & querela apud eum erat ſolùm de non ſeruata promiſſione, & ipſe reſpondet promiſſorem cogendum eſſe ad reſtitutionem pecuniæ acceptæ, ſi conſtet non ſeruaſſe promiſſionem: ſic cum Suarez *cap.* 50. *num.* 10. Bonacina *qu. 6. p. 5. n.* 11.

QVÆSTIO III.

An habens ius litigioſum in beneficio poſſit dare alteri prætendenti aliquid, vt non proſequatur ius ſuum? Et an liceat dare alicui pecuniam, ne mihi in electione exceptionem opponat, quam de iure poteſt, vel concurrenti, vt à concurſu deſiſtat, ſeu paciſci cum aliquo, vt non concurrat, & quod tu non concurres cum illo in ſubſequente? Et an quando ius ad poſſeſſionem eſt dubium, liceat pretio redimere vexationem contra poſſeſſionem illatam? Et an ſi quis det alicui pecuniam, vt metum competitori incutiat ad hoc, vt deſiſtat à concurſu circa electionem ad beneficium, ſit ſimonia? Et an ſine ſcandali peccato poſſim redimere vexationem iniuſtam in adminiſtratione ſacramentorum præbendo pecunias? Et an ſi meus v. g. aduerſarius obtulit iudici pecuniam, vt mihi opituletur, aut electori, quam illi accepit, poſſim ego illum pecuniis allicere, vt mihi? Et an licitum ſit litiganti in foro conſcientiæ dare iudici etiam ſtipendium habenti, vt per ſe iuſtam ferat ſententiam?

SVMMARIVM.

1. *Componere ſe ante adeptam poſſeſſionem, quando liceat?* remiſſiuè.
2. *Dare aliquid, vt quis non proſequatur ius in beneficiali cauſa, ſimoniacum non eſt, ſicut dare etiam, vt non moueat litem, num. 3. ſic vt vitaret expenſas, vt dict. num. 2.*
4. *Simoniacum eſt dare aliquid alicui ex oppoſitoribus, ne mihi opponat in electione exceptionem, quam iure poteſt opponere, vt num. 5. veluti quod eſſet irregularis, num. 6.*
6. *Paciſci cum aliquo, vt non concurrat in hac electione, & quod tu non concurres*

in

in alia ſimoniacum potius dicitur.

7. *Vexationem, num liceat pretio redimere, cum dubium eſt ius ad poſſeſſionem*, remiſſiuè.

8. *Simoniacum eſt dare pecuniam alicui, vt metum incutiat competitori, vt à prætenſione beneficij deſiſtat contra Paſqualigium.*

9. *Pecuniam dare adminiſtranti Sacramentum Baptiſmi, vt extrema neceſſitate occurrente, illud adminiſtret, eſt peccatum ſcandali, & ſimonia ſecundum communem; alij contra, vt à num. 10. etiam in cæteris ſacramentis, ac in aliis caſibus.*

10. *Pecunia poteſt allici voluntas iniqui miniſtri, vt mihi velit conferre ſacramentum.*

11. *Adultus, vt poſſit offerre pecuniam ſine labe ſimoniæ, vt iniquus Sacerdos, ac miniſter ſibi conferat, nedum Baptiſmum; imò & Euchariſtiam, ac Pœnitentiam, nedum in extrema, ſed etiam in quacumque graui neceſſitate, vt euitetur facilius ſic damnatio æterna peccatoris indigentis, vt à num. 12. contra communem.*

12. *Neceſſitas vbi eſt grauis excuſamur à vitanda occaſione ſcandali aliorum ex malitia; ſed in ſacramentis, & aliis infra, vt num. 15.*

13. *Neceſſitas grauis indicatur, quoties obligat præceptum confeſſionis, & accipiendi Euchariſtiam, ac Extremam-Vnctionem, & quoties aliquis in peccato mortali eſt, aliiſque modis, vt ſub numero 14.*

15. *Gaſpar Hurtado auctor nouarum propoſitionum, illas ſcribit ſub incerto.*

16. *Pecuniam poſſum offerre Iudici, qui à meo aduerſario recepit, vt mihi opituletur ſi mea offerendi ratio eſſet ſuperior, vt n. 17. aliàs non ſic.*

18. *Iudici dare ad redimendam vexationem, vt pro litigante ferat ſententiam, timente ab altera parte idem periculum, licitum eſt ex parte dantis, & iudicis.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondet Villalobos *in ſumma p. 2. tract. 37. num. 6.* ex dictis *tract. 9. diff. 31. num. 4.* lite pendente non licere ante adeptam collationem beneficij inter ſe componere abſque Pontificis authoritate pro bono pacis: ſic cum Ledeſma, & Orellana; loquuntur tamen de imponenda hoc titulo penſione; ſed quia de hoc late dixi ſub *cap. 12. quæſt. fin. hoc tit.* ad intellectum textus *in cap. niſi eſſent de præbendis*, iam pergamus ad quæſitum primæ difficultatis.

Ergo cum diſtinctione reſpondet Ioan- 2
nes Ponrius *in curſu Theolog. diſputatione 56. quæſt. 2. concluſione 10. num. 37.* & quamuis ſententia communior neget poſſe dari: tamen ipſe tenet non eſſe ſimoniam, ſi daretur aliquid, non pro beneficio, quod dans putaret eſſe ſuum, ſed vt vitaret expenſas, quas deberet facere, vt defenderet ius ſuum, quia procurare per decem nummos ne quis exponeretur periculo perdendi centum nummos, quos in lite deberet expendere, nihil prorſus habet malitiæ, nec etiam illud, pro quo dat, videtur Diana amplecti, & ego ſic teneo ſub hoc modo, ex dictis *ad cap. niſi eſſent*, cum ibi etiam Epiſcopus poſſit litigantes componere ante collationem, & probat etiam Ponrius; nam licet dare aliquid, vt alter iuri ſuo renunciet, poſitiuè videatur ſimoniacum, quia ius illud eſt ſpi-
rituale. † Sed dare aliquid, vt non mo- 3
ueat litem ad proſequendum ius ſuum, & conſequenter ad renunciandum iuri ſuo, negatiuè hoc eſt, non proſequendo ipſum non apparet ſimoniacum, quia illa negatio proſecutionis iuris, non eſt ius ſpirituale. Et idem dicit ſi reciperet aliquid ab altero, vt ipſemet non proſequatur ius ſuum.

Ad ſecundam, & quinque ſequentes, 4
quia ex iam dictis facile poſſet reſponſum dari; ideo ego breuiter reſpondebo, nempe, & reſpondens negatiuè Paſqualigius, quem refert Diana *p. 11. tract. 6. miſc. reſolut. 31. ſub verſ. tandem*, dicens non eſſe ſimoniam date pecuniam, ne mihi in electione exceptionem opponat, quam iure poteſt opponere, vel concurrenti, vt
à concurſu deſiſtat, † quem impugnat 5
Tancredus *de Relig. tract. 2. lib. 4. diſput. 34. à num. 38. ad 60.* Tamen in primo dubio hic propoſito, Villalobos *ſuprà dict. diff. 30. num. 7.* cum Nauarro *conſ. 40. num. 1. hoc tit.* dicit ſimoniam eſſe dare pecuniam alteri oppoſitori, vt non opponat exceptionem, veluti, quod eſſet irregularis; eo quod hac de cauſa aperiretur via ad obtinendum beneficium ſimoniacè.

Et idem Paſqualigius *deciſione 249.* di- 6
cit non eſſe ſimoniacum paciſci cum aliquo, ne concurrat in hac electione, & tu non concurras cum illo in ſubſequente; impugnat vero illum Tancred. *ſuprà*, & videtur pro Tancredo facere, quia vt *infra* dicam agendo de electionibus, & renunciationibus *cap. 27.* eſt ſimonia, ſi tra-

ctatus fieret inter electores, vt ſemel in vna electione concurrerent,& ambo iterum in alia.

7 Ad aliud, an quando ius ad poſſeſſionem eſt dubium, liceat pretio redimere vexationem, in quo adhibet diſtinctionem ſupra Paſqualigius, quam impugnat *ſuprà* Tancred. ſed ego reſponderi ſatis iudico ex dictis *ſub quaſt.* 1. *h.c à num.* 1. *& ſub qu.*2. *in fine.*

8 Ad aliud de dante pecuniam alicui, vt metum incutiat competitori, ad hoc, vt deſiſtat à concurſu circa electionem ad beneficium,an ſit ſimonia,ad quod idem Paſqualigius negat *deciſione* 250. tamen idem Diana *dicta reſ.* 37. *in fine in verſ. ſed ego.* ex eodem Tancredo *vbi ſuprà* illum accerrimè impugnante, ac reſpondente ad argumenta eiuſdem Paſqualigij, ait, atque concludit,vt non audeat,nec poſſit huic opinioni, & relatis Paſqualigij aſſentire, & adhærere, cum ſint ſingulares, & ferè omnes contra communem ſententiam Doctorum, vt ipſemet fatetur; & ſic merito Tancredum illas impugnaſſe.

9 Ad tertiam, an ſine ſcandali peccato poſſim redimere vexationem iniuſtam in adminiſtratione ſacramentorum præbendo pecunias? & negant licere pecuniam offerre, vt adminiſtrans ſacramentum Baptiſmi exiſtenti in extrema neceſſitate, quia emere ſacramentum intrinſecè malum eſt, ac proinde ex nulla circunſtantia ſuccurrendi extremæ neceſſitati licitum fore, & ex eo, quia in hac obligatione pecuniæ non ſolum ſcandalizatur frater accipiens illam, ſed etiam eſt peccatum ſimoniæ, quia in ipſa obligatione pecuniæ emitur ſacramentum, quod tam ſimoniacum eſt, quam ipſum vendere: ita D. Thom. *in* 4. *diſt.* 5. *quaſt.* 2. *art.* 2. *quaſtiunc.* 50. *dict.* 2. Paludan. *ibi quaſt.* 3. *num.* 17. Marſil *quaſt.* 4. *art.*4. *dubio* 14. Scotus *diſt.* 15. *quaſt.* 2. *ad* 2. Gabriel. *ibidem quaſt. vnica art.* 2. *poſt* 2. *concluſ.* Alex. de Alex. 2. *p. q.* 187. *num.*3. *art.*3. §. 1. & alij penes Vaſquez *in opuſculo de ſcandalo qu.* 43. *art.* 8. *dub. vlt. num.*59.

10 Tamen alij, vt Hurtado in manuſcriptis *hoc titulo diſput.* 1. *diff.* 4. quem amplectitur Diana *p.* 5. *tract.*7. *de ſcandalo reſ.* 16. putant poſſe dari pecuniam Sacerdoti nolenti moribundum infantem baptizare ſine pretio; imò quod ſi alia ratione nequeat perſuaderi Sacerdus, vt baptizet, teneatur offerens pecuniam illi dare ſub obligatione, ex eo inquam, quia id non eſt ſcandalum, cum ego rem petam, quæ poteſt fieri benè, & malè, nec dum occaſionem ad peccandum ex infirmitate, aut ignorantia, ſed ex pura malitia, quam ego non teneor vitare cum tanto meo incommodo, aut alieno, vt de vſurario dictum eſt *in cap.* 7. *de iureiur.* non enim illud do pro ſacramento, ſed præciſè volo allicere voluntatem iniqui miniſtri, vt velit mihi conferre ſacramentum; non enim illa oblatio eſt abſolnta,ſed tantum conditionalis, nempe ex ſuppoſitione quod ille aliter nolit, non poſſim ego dici illum inducere, nec vt ſequatur aliquod incommodum ex tali oblatione pecuniæ; eo quod oblata ea pecunia, infantem excipio ab æterna damnatione; itaque ex his, & aliis docent etiam Bonauentura *in* 4. *diſt.* 5. *art.* 2. *quaſt.* 1. *in fine*, alter Hurtado de Mendòza, etiam ex Societate Ieſu *in* 2.2. *diſp.*173.*ſect.*17.§.111. *& ſeq.* Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 5.*cap.*18.§.6. *num.*32. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 25. *num.* 38. *&* 39. Suarez *de Relig tom.* 1. *lib.*2. *hoc tit. cap.* 12. *n.*13. Vaſquez *in opuſculo dicto art.*38. *n.*59.

Et quia hæc reſolutio pendet multum ab illis, quæ dicta ſunt *in cap. nemo* 14. *hoc tit. à quaſt.*1. *de infante*, dubium non eſt in Baptiſmo, vt ibi *à num.*15. de adulto poſſet dubitari, per ibi dicta, ſed quod etiam in Sacramento Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ poſſit adultus offerre pecuniam Sacerdoti, vt ipſi adminiſtret ſacramentum vtrumque, quia petit rem poſſibilem fieri benè, quæ ſi malè ſit, & propter malitiam Miniſtri, ego non tenebor vitare cum tam graui meo incommodo, nec item ſacramentum emo, nec æſtimo pecunia, ſed quod tantum illa oblata allicio voluntatem Miniſtri, cum durum quidem ſit hominem cogere, vt moriatur cum tanto diſcrimine ſalutis æternæ; eò quod ſit maximè incertum, vtrum exerceamus contritionem perfectam, quæ in hominibus flagitioſis eſt frequenter maximè difficilis; attritio vero multo facilior, maximique momenti ſit nihil occaſionis prætermittere ad ſecuritatem ſalutis æternæ. 11

Quare idem Hurtado *ſuprà* §. 224. etſi Suarez *ſuprà* proximè dictum tantum admittat in grauiſſima neceſſitate, ſed ipſe illam admittit in quacumque graui neceſſitate, quia vbi eſt grauis neceſſitas excuſamur à vitanda occaſione ſcandali aliorum ex malitia, & quia illa actio, non eſt emptio ſacramentorum, ſicque vt excuſemnr ab illa externa donatione, neceſſitatis grauitate; ob quam ait ſimoniam non committi. † Vnde vt explicat Hurtado, qualis dicatur talis neceſſitas grauis, ſcribit, toties obligat præceptum annuæ confeſſionis, & communionis Euchariſtiæ, item ad accipiendum 12 13

piendum viaticum, ſeu Extremam-Vnctionem, quia licet illa ſacramenta non ſint neceſſaria ad ſalutem, ſunt tamen vtiliſſima, illiſque carere, ſit calamitas grauiſſima.

14 Item Hurtado vocat grauem neceſſitatem, quoties aliqnis eſt in peccato mortali, qua de cauſa etiam ſcribit, vt poſſit offerre pecuniam Sacerdoti, vt illum abſoluat, ſi illa die non ſit habiturus alium, à quo abſoluatur ſine pecunia; eſt enim (ait) grauiſſima neceſſitas, quia eſt grauiſſimum malum ire cubitum in peccato mortali, multi enim ſani cubant, nec viui ſurgunt electo. Item dicit vt Sacerdos priuans aliquem frequenti vſu ſacramentorum, & Miſſæ ſacrificio, liceat tunc illum pecuniis allicere, quia eſt grauiſſimum damnum ſacramentorum ſubſidiis carere. Item quoties aggredimur iter longum carituri Sacerdotibus; imò quoties obligat præceptum Eccleſiaſticum de audiendo ſacro, cùm ſit grauiſſima neceſſitas obſeruare leges Eccleſiaſticas. Et addit quod ſi quis eſt excommunicatus, & ei à Sacerdote negetur iniuſtè, nec poſſit ſine graui incommodo ſpirituali, aut temporali differri, poſſit ea vexatio redimi: hæc Hurtado quæ repetit Diana *dicta reſ. 16. p. 5. tract. 7. in fine verſ. notandum.*

15 At quia idem Hurtado addendo relatam doctrinam poſſe procedere, ac licere in omni graui neceſſitate; ipſe tamen nollens eſſe auctor harum opinionum primus relinquens illas tempori maturandas, vt etiam facit idem Diana, & nos diximus alia, non ſic largè *ſub dicto cap. nemo 14. hoc tit.* exiſtimamus hæc de grauiſſima, & extrema neceſſitate ſecurius amplectenda; non inquam de qualibet graui in exemplis poſitis: quare pro reſolutione repetes ibi dicta.

16 Ad quartam quæſtionis partem, an ſi meus v.g. aduerſarius obtulit iudici, aut electori pecuniam, quam ille accepit, poſſim ego illum pecuniis allicere, vt mihi opituletur: difficilem quæſtionem eſſe dicit Diana, *dicta p. tractat. 7. de ſcandalo reſ.* 17. *in verſ. ſed difficultas*; & vt reſpondeat Patri Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſputatione* 173. §. 243. *ſect.* 17. ait primo eſſe opus, vt mihi conſtet ſatis apertè electorem, aut iudicem accepiſſe pecuniam, alioquin non poſſim ego eam offerre licitè. Secundo non videri improbabile, ait, eam pecuniam offerre, quia quod ego peto, poteſt fieri benè, & malè; quod ſi malè fit, eſt in illius culpa, quam ego vitare non teneor cum graui damno, & vocat graue damnum, vt iudex, aut elector ſit pecuniis à competitore deuinctus, & quòd tunc ego non ſum occaſio peccati, quia iam ille eſt formaliter in peccato; imò, & abſolutè cenſet non licere offerre pecuniam, quia ego non vexor iniuſtè; iudex enim, eſt elector, poſſunt enim antecedenter eſſe determinati ad ferendam ſententiam pro competitore ſine vlla iniuſtitia. Quid enim intereſt (ait) illos eſſe determinatos pecuniis, potius quam alia de cauſa? Potero tamen ego indicare meum animum, & oſtendere me eſſe paratum ad dandas pecunias, ſi iudex, aut elector eas voluerit: hæc non eſt prouocatio, nec conſilium; at verò mihi non licet eas dare, aut mittere: ita Hurtado, cuius verba repetit Diana, nec refutans, nec approbans, † ſed ego admitterem, quam ex parte offerentis eſſet ſuperior ratio iuſtitiæ, quam aduerſarius haberet pro dicta *ſub cap.* 21. *ſupra*, & dictis hic *in verſ. ad vltimam ſequenti.* 17

18 Ad vltimam, quod licitum ſit in foro conſcientiæ litiganti ad redimendam vexationem iudici, etiam publicum ſtipendium habenti, dare aliquid temporale, vt pro ſe iuſtam ſententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut omnino vero ſimilius futurum, quod euidens litigantis iuſtitia ab eodem iudice, alioquin inique iudicaturo præuertatur, vel iniuſtè deferatur: nam ex parte ſic petentis datur iuſta cauſa petendi, nempe neceſſitas conſeruandi ius ſuum in iudicium deductum; vel vtilitas moralis in acquiſitione alterius iuris in iudicio prætenſi. Ex parte verò iudicis concurrit promptitudo ad dictum opus de ſe licitum, nempe iuſtam ſententiam peccaminosè faciendum, ferendo eam iniuſtè: ſic referendi per gloſſam *in cap. non ſanè* 14. *qu.* 5. de quo latè *ſub dicto cap.* 21. dixi; Abbas *in cap. cum ab omni num.* 8. *de vita, & honeſt. clericorum*, Syluester *verbo reſtitutio* 2. §. 1. *eoque verbo* 4. §. 1. Couarr. *in Reg. peccatum p.* 2. §. 3. *num.* 1. *concluſione* 2. Menoch. *de arbitrar. caſu* 343. *num.* 8. *&* 9. Molina *de iuſt. tract.* 8. *diſput.* 8. *à num.* 2. Sayrus *in Claui Regia lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 7. Barboſa *hic num.* 8. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 64. Rebel. *de iuſt. oblig. p.* 2. *lib.* 18. *quæſt.* 22. *nu.* 4. Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma tom.* 2. *cap* 41. *num.* 7. Graffis *in deciſ. aureis p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 123. *à numero* 1.

AD TEXTVM.

In Cap. Ad aures XXXIV. & Cap. XXIIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Vexatio iniuſta, vt auferatur in ferendis cenſuris, aut abſolutione, licet dare pecuniam, vt* n. 2.
3. *Sacerdoti iniuſtè abſolutionem deneganti, licitè valet dari, pecunia, vt abſoluat, non ſic in iudicio contentioſo.*
4. *Excommunicatus, num ſatisfacta parte egeat abſolutione?* remiſſiuè.
5. *Simonia eſt, ſi confeſſarius cogat pœnitentem pœnitentiam acceptare, in qua illi imponit onus miſſarum, pro quibus dicendis ipſimet, pœnitens eleemoſynam det pecuniæ; non ſic ſi generaliter talem ei pœnitentiam imponeret, etſi fortè ſperet lucrum talis eleemoſynæ.*

1 QVod pro abſoluendo excommunicarum pretium aliquod exigi non debeat, probat textus hic; ad quod applicabis multa, quæ de abſolutione ſacramentali dicta ſunt ſub *cap. 1. & cap. nemo* 14. *hoc tit.* item quod dixi *ſupra in cap. non ſatis* 8. *quæſt. fin.* vbi an poſſint regulares ſuperiores abſoluere ſubditos ab excommnnicatione *incurſa ob ſimoniam?* & num poſſit pro redimenda vexatione ad obtinendam banc abſolutionem aliquid dari? Et quia Innocent. per textum hunc affirmat, ſed Ioann. Andreas conciliando gloſſam *verbo abſolutionis negantem,* diſtinctione vtendo modo ſequenti, concilians air, quod ſi excommunicato imminet aliquod periculum, ſeu præiudicium ex dilectione abſolutionis, puta quia ſperatur eligi, vel debet eligere, tunc habeat locum opinio buius gloſſæ, facit dicta per Hurtado *ſupra in cap. præced. quæſt.* 3. *ſub verſ. ad tertiam* cum aliis, vbi quod ex graui neceſſitate, etiam abſolutio ab excommunicatione valet pecunia redimi; ſed ſi non imminet, runc vetam eſſe ſentenriam Innocentij, & Panormit. hic, vt refert Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæſt.*4. *verſ. quæres.* Et videbis quæ dico *in cap. penult. q.*1. *verſ. ad vltimum*, vbi de mendicantium confeſſariis.

Vernm ipſe Barboſa *hic num.*3. Bonacina 2
in hoc tract. quæſt. 5. *puncto* 5. *num.*10. & Suarez *lib.* 4. *de ſimonia cap.* 50. *ad fin. num.* 43. verius, & indiſtinctè aſſerunt ſimoniam non committi tradendo pecuniam ad redimendam iniuſtam vexationem in ferendis cenſuris, vel in abſolutione impendenda, vt ſi excommunicatio iniuſtè inferatur, aut abſolutio iniuſtè denegetur, aut per potentiam, & vim impediatur; eo quod pecunia tunc detur pro tollenda vexatione, & iniquo impedimento, ac iniuria, non pro actu ſpirituali. Et quia de hoc impedimento, etiam in materia ſacramentali, beneficiali, & aliis latè dictum eſt poſſe pecunia redimi ad tollendam vexationem *in cap. Matthæus* 23. *proximè præced.* ideo iam
non pergimus ad alia de vexatione. † Et 3
quod ſimonia non committatur, ſi detur pecunia Sacerdoti iniuſtè abſolutionem deneganti ad tollendum prauum affectum, ſeu iniuſtam vexarionem DD. per textum *in cap. dilectus* 28. *infrà*, vbi Gloſſa *verbo excommunicatione iniuſta*, Redoan. *de ſimonia p.* 3. *cap.*21. *num.*6. Suarez *lib.*4. *eo tit. cap.*19. *num.* 8. Bonacina *de ſimonia quæſt.* 4. §. 16. *num.* 3. videndus Baſſeus, *verbo ſimonia* 3. *p.* 1. *ſummæ ſub num.* 12. vbi quod pro abſolutione à cenſuris, & omni actu iuriſdictionis contentioſæ prohibitum eſt.

Hic *in verſ. creditoribus ſatisfecit:* per bunc 4
textum, & verba, poteſt hic ad longum agi de illa quæſtione, an ſatisfacta parte, egeat nihilominus excommunicatus abſolutione? Ideo quia Balboa *cap.*1. *de iudiciis à num.*60. & 61. egit de illa: *An excommunicatus, donec ſatisfecerit, facta ſatisfactione, abſolutione indigeat?* cuius occaſione per textum noſtrum, & alios plura iura explanat, & nos dixerimus *in cap. paſtorali* §. *verum de appellat.* & alibi: ideo non tractamus.

Et quod ſit ſimonia, ſi confeſſor cogat 5
pœnitentem pœnitentiam acceptare, in qua illi imponit, vt dici faciat tres miſſas, v.g. pro ipſius peccatis, ſibique det eleemoſynam illarum ad illas dicendas, quia talis obligatio, eſt pretio æſtimabilis, Baſſeus *ſupra dicto num.* 12. non ſic ſi perſonam, qui illas dicat non deſignet, etiamſi ipſe Sacerdos ſperet fore, vt illas dicat, nec etiam, ſi poſt datam abſolutionem illas petat à pœnitente: idem Baſſeus, Suarez *de Relig. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 4.

AD

AD TEXTVM

In Cap. De regularibus, XXV.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio ſimoniacè facta, ignorante prouiſo, eſt nulla ipſo iure.*

ABVNDE de hoc textu & aliis
ſuprà dictum fuit, latiſſime,
1 *in cap. non ſatis octauo, hoc titu-*
lo, & ideo nihil amplius ad-
dimus, & *numero fin. in verſiculo ſi autem*
ignorantibus, dum ait Barboſa, *numero fin.*
cum Azor, vti iam *ſuprà* dictum eſt,
quod electio ſimoniaca eſt, ſi aliquis,
ignorante electo, pro eo eligendo pe-
cuniam dederit: & plura de ſimonia,
ignorante beneficiato commiſſa, dixerim
ſupra in cap. de ſimonia vigeſimo ſecundo,
hoc titulo; ideo non plus addimus hic,
niſi quæ de ſimonia in electionibus va-
let committi, *infra in cap. vigeſimo ſepti-*
mo, hoc titulo, & ſolum hic adnotamus
ex gloſſa, *tibi*, ibi: *ignoranti*, *cap. ex*
inſinuatione vigeſima ſexta; hoc titulo, quod
prouiſio ſimoniacè facta ignoranre pro-
uiſo, eſt nulla ipſo iure, Caſſador. *de-*
ciſione tertia, de ſequeſtratione, poſſeſſione, Sua-
rez, *de religione tomo primo, hoc titulo, ca-*
pite trigeſimo octauo, numero trigeſimo quinto,
Gutierrez, *canon. libro ſecundo, capite vi-*
geſimo tertio, à numero vigeſimo quarto, cum
multis, Garcia, *de beneficiis parte octaua,*
capite primo, numero ſexto, Barboſa, *ibi, nu-*
mero tertio, & Eſcobar, *contra in regula*
peccatum, parte ſecunda, §. octauo, Vgolin.
hoc titulo, tabul. quarta, capite 7. Nauarr.
*in man. cap.*25. *numero* 11. Corras, *de benef.*
*part.*4. *cap.* 3. *num.*3.

AD TEXTVM

In Cap. Ex inſinuatione, XXVI.

PRÆMISSVM.

IN textu hoc agitur de ſimonia,
quæ committitur in renuncia-
rione; ſed quia de hac dixerim 1
aliqua, *in cap.*12. vbi & multa
de illa, quæ committitur in beneficiis, etiam
ex permutatione, vbi diximus eſſe renun-
ciationem; ideo ibi dicta hic veniunt ap-
plicanda. Et quia ex propoſito ago de ele-
ctionibus, & renunciationibus hic, ideo
etiam accipies ſequentia, præter quæ dixi
*ſub titulo de renunciatione ſupra lib.*1. vbi plu-
res quæſtiones habiles pro hac materia po-
ſui, interim ad quæſtiones hic reperes ſe-
quentes, *ex cap. fin. de renunciatione*, ibi:
quæſt. 1. *An renunciatio facta coram Epiſcopis,*
& cæteris Ordinariis ſub conditione retinendæ
poſſeſſionis, aut alterius rei temporalis, ſit ſi-
moniaca? Et quid *de renunciatione conditio-*
nali ſine penſione, vel ea mente ex conſtitut.
*Pij V. vt certa perſona, & de aliis quæſt.*2. Ad
aliam *ſub cap.*2. *de reſtit. ſpoliat. quæſt.* 2. Vbi
de regreſſu. Ad alias quæſtiones. Vide, *in-*
frà in cap. Iacobus 45. *in fine.*

QVÆSTIO I.

An ſi quis reſignet beneficium cum conditione, vt ſibi penſio ſoluatur, ſit ſimonia confidentialis? An ſi aliquis reſignat beneficium cum intentione, vt reſignatarius iterum conferat, & reſignet verbi gratia, ſuo Nepoti; committat ſimoniam prohibitam in Bullis Pianis? Et ſit ſimonia cum beneficium reſignatur in fauorem tertij, cum clauſula *non aliter, nec alias?* Et quid quando reſignans, & Reſignatarius conueniunt, vt dicatur in narratiua maior beneficij valor, vt penſio ſuper illo aſſignetur?

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio eſt ſimoniaca ſub ſpe retinendæ penſionis, aut alterius rei temporalis, & quod non ſit confidentiali illius pænis ſubiecta, à num.2. & 3. diſputatur, de ſententia, à num.5.*

2 *Confidentiæ crimen in reſignatione probatur, vt num.3. & 4.*

5 *Pij V. conſtit. verba referuntur; & explanantur, ad coniecturandam ſimoniam confidentialem, vel tantum ordinariam, vt numero 6. & 10. à numero 11.*

6 *Reſignans apponens partem, vt ſibi reſtituatur fructus, non videtur confidentialis ſimoniacus, & ſi ſimoniam arguat.*

7 *Reſignans beneficium. reſeruans ſibi penſionem, ſine licentia Papæ, non committit ſimoniam confidentialem, ſed ſolum ſimoniam prohibitam de iure poſitiuo Eccleſiaſtico.*

8 *Simonia in dubio ſumitur de illa, quæ tantum proprie, & ſtricte talis eſt.*

9 Cap. cum olim de rerum permut.

11 *Beneficium recipiens cum ea intentione, vt reſignatarius iterum reſignet, aut conferat ſuo Nepoti, verbi gratia ſub dubio, èſt, ſi committatur ſimonia confidentialis, vbi remittitur ad alium locum.*

12 *Reſignatio de iure antiquo poterat fieri in fauorem tertij, cum clauſula* non aliter, nec alias, *in manibus Epiſcopi, hodie ſolum coram Pontifice per extrauagant. Pij V. & num.13. & 14. vbi quod Papa tenetur dare illud iuxta intentionem reſignantis, & ſub num.15. & 16.*

13 *Reſignatio abſolute facta videtur ex conſtitutione Pij V. auferre ab Epiſcopo coram quo fit collatore, vt reſignatum beneficium nullo modo det conſanguineis reſignantis. Quod in Hiſpania admiſſum non eſſe refertur.*

15 *Renunciatio libera in manibus Epiſcopi ſemper fuit permiſſa, conditionalis, dicitur à iure reprobata, fallit in Pontifice.*

16 *Renunciare valet quilibet Beneficiarius cum acceſſu, regreſſu, aut penſione ſuum beneficium in fauorem, aut ſub qualibet conditione coram Pontifice.*

17 *Renunciationes conditionales, Epiſcopus, legatus Papæ, Nuntius, aut alius inferior Prælatus admittere nequeunt, tanquam ſimoniacas; quod vltimum de ſimonia alij non admittunt, vt num. 18.*

19 *Reſignatio conditionalis, etſi ſecundum aliquos admitti valeat ab Epiſcopo, verius vt non poſſit illam acceptare, reiecta conditione, tanquam ſimplicem illique conferre beneficium, in cuius fauorem renunciatur.*

20 *Actus ſub conditione, celebratus, non impleta, nullum operatur effectum.*

21 *Actus cum qualitate geſtus, reiecta qualitate acceptari valet.*

22 *Reſignatione pura vacat beneficium, ſed non per conditionalem.*

23 *Turpes conditiones, à matrimonio carnali repelluntur, quid à ſpirituali?*

24 *Simoniaca dicitur narratiua pacta inter reſignantem, & reſignatarium, vt maior beneficij valor narretur, vt ſic amplior penſio ſuper eo imponatur, non ita, ſi in pactum deductum id non ſit; ſub num. 25.*

26 *Reſignari ſimoniaco nequit beneficium, vbi quid ſi aliter in eius gratiam emit.*

AD primam quæſtionis partem, quia Nicolaus Garcia, *lib.11. de beneficiis, cap.3. §.2.* latè dicens, quòd renunciatio debet eſſe libera, plures adducendo deciſiones, & declarationes, poſt quem Barboſa cum multis, *ſub tit. de renunciat.* vbi, & nos, *ac de iure Eccleſ. p. 2. lib. 3. cap. 15. à num.1. & num.49.* vbi dicens renunciationem factam coram Epiſcopo, & cæteris ordinariis, collatoribus, eſſe ſimoniacam ſub conditione retinendæ, penſionis, aut alterius rei temporalis, vt reſoluunt gloſſa, *verbo dimittere in cap. ex parte 12. de officio deleg.* Caſſador. *deciſ. 2. à num. 3. hoc titulo.* Rota, *deciſ 46. lib.2. p.3. & deciſ.96. & 921. lib.3. eadem, p.3. diuerſor.* & in Balnoringien. *ſimonia, 17. Mai.* 1624. coram Coccino Decano, Suarez, *de relig. lib. 4. hoc titulo, cap.35. num.22.* Filliucius, *tomo 3. tract.45. cap.8. quæſt. 10. num.34.* Bonacina, *de ſimonia quæſt.4. §.14. num. 2.* cum in hoc caſu temporalis conditio in ſpiritualibus adiiciatur, per quam conuentio non ſit gratuita, & aliquid continet, quod pretij rationem habere videatur, vt colligitur *ex cap. tua nos hoc tit.* 1

2 Sed an ſit ſimonia confidentialis, docent Suarez, & Garcia, quos citat, & ſequitur Caſtro-Palao, *tomo 3. diſput. 3. puncto 18. num.6.* Ioan. Vuigers, *de iuſt. tract. 9. cap.4. dubio 17. num.96.* quia confidentia ſimoniaca eſt reſignatio beneficij ſub conditione, vt prouiſus fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis,

aut

ant cedentis, aut alterius relinquat, & re-
mittat ; & ſic idem dicendum de reſigna-
tione ſub teſeruatione penſionis ; quia
penſio pro parte fructuum debet compuia-
3 ri. † Item quia vna ex coniecturis, quæ ibi
adducitur ad probandum crimen confi-
dentiæ eſt, ſi reſignans poſt reſignatio-
nem fructus percipiat ; quæ præſumptio
ceſſaret, ſi non eſſet confidentia reſigna-
re cum pacto, vt dentur aliqui fructus re-
ſignanti.

4 Tertio, quia in Bulla Pij IV. ad cuius
confirmationem Pius V. expediuit, vt con-
ſtat ex prœmio, de qua diximus, *ſub Ru-
brica hoc tit. quæſt.2. à num.*1. damnatur, vt
ſimonia confidentialis ea reſignatio, quæ
fit cum onere ſoluendi penſionem, vel fru-
ctus beneficij eidem reſignanti, vt omnes
fatentur, ob cuius cauſam Leſſius, *de iu-
ſtitia lib.9. cap.*35. *numero* 97. ſe credere ait
illam Bullam in hac parte non eſſe re-
ceptam.

5 Contrariam tamen ſententiam non mi-
nus probabilem dicunt alij ex eo, quia
motus proprius Pij V. explicans, quando
cenſeatur ſimonia confidentialis, dicit
quod ſequitur : *Si quis ex reſignutione, vel
ceßione beneficij ſimpliciter, aut cum circuitu
retroceßionis receperit beneficium, vt eidem di-
mittenti, vel alteri conferatur, poſtea, aut
eorum fructus, vel eorum pars alij, vel aliis
conceduntur, vel penſiones ſoluantur ex eiſdem,
ſimonia confidentialis cenſeatur* ; & quia ex
conſideratione horum verborum combi-
nat. cum ſequentibus, *ad vtilitatem con-
ferentis, vel cedentis, vel alterius, vel penſionem
illi, vel illis, vel alij, quem Patronus collator,
vel cedens ſignauerit perſoluat* : conſiderent
referendi ex his vltimis, ſimoniam non
dari confidentialem, dici ſolum ſimo-
niam, quando collator, vel Patronus pa-
ciſcitur, vt ſibi vel reſignanti, vel alij de-
6 tur aliquid ex fructibus, † ſed quod quan-
do reſignans apponit pactum, tantum di-
citur, vt teſtituantur fructus alij, vel aliis
inferunt, vt cum reſignans apponit pa-
ctum, vt ſibi reſtituantur fructus, non ſit
ſimonia confidentialis ibi damnata, eo
quia ſatis ſit, vt ille motus proprius non
iudicet eſſe confidentiam ; tum quia da-
re, vel promittere eidem fructus ; ſimo-
niam arguit, ſed non confidentiam, ſicut
dare, vel promittere alij, vel aliis, quia
hoc arguit, quod reſignans, confidit reſig-
natario, & conuenit cum eo, vt daret il-
lis, nec ex verbis poſitis in prœmio habe-
tur argui confidentiam ex ſola reſeruatio-
ne fructuum, ſed ſimul dicit beneficia,
apud alios deponunt, vel ineunt pactum,
vt de illis poſſint poſtea diſponere, quod
eſſet manifeſta ſimonia confidentialis. In
vltimis inquam verbis non dicere eſſe
ſimoniam confidentialem ; eo quod re-
ſignans percipiat poſtea fructus, ſed eſſe
coniecturam, ſic poſſe coniecturari non
purè datum beneficium : ſic ex his, &
aliis affirmat non eſſe confidentiam præ-
ter Vgolinum, Nauarrum, Menochium,
& Leſſium, Thom. Sanchez, *in opuſculo
tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*3. *dubio* 34. *num.* 12. & ſic
Machad. *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 3. *tractat.tertio,
docum.* 18. *numero quarto*, quem ſequi vi-
detur Diana, *parte nona, tractatu* 9. *miſc.
reſ.*17.

Quare notat in opinione Sanchez, quod 7
ſi quis reſignaret beneficium reſeruans ſi-
bi penſionem ſine licentia Papæ, quia non
committeret ſimoniam confidentialem,
ſed tantùm ſimoniam prohibitam de iure
poſitiuo Eccleſiaſtico, non ſubiaceret reſti-
tutioni, nec pœnis ſimoniæ, ob id in tali
caſu, non eſſe quem excommunicatum,
nec priuatum beneficio ſic recepto ipſo
iure, nec teneretur fructus reſtituere, quia
canones loquuntur de ſimonia diuino ſi-
mul, aut çanonico iure reprobata ; & quia
verba in dubio debent ſumi in potiori ſig-
nificatione. † Et ſic in materia ſimoniæ 8
ſumi tantum, eam quæ propriiſſimè eſt
ſimonia iure diuino prohibita, quæ tan-
tum propriè, & ſtricte eſt ſimonia, vt con-
ſtat ex definitione, quæ eſt emptio, &
venditio rei ſpiritualis : idem Sanchez in-
diuidualiter pro hoc caſu *tomo* 1. *lib.* 1. *cap.*3.
dubio 108. *num.*2. 3. *&* 4. repetit ex eo Diana,
verſ. nota vero, reſpondentes, *ad extrauag.*2.
hoc titulo.

Et quia *in cap. cum olim de rerum permut.* 9
quod loquitur de permutationibus tantum
habet pœnam priuationis, ferendam ; ta-
men excommunicationem vere non ha-
bear. † Et inſuper Diana, ex Caſtro Pa- 10
lao, *ſupra n.*1. notat *in conſt. Pij IV.* & Pij V.
penſionem, & quodlibet aliud ſub nomi-
ne beneficij propriè non comprehenſum,
etiam ſi reſignetur cum acceſſu, vel re-
greſſu, vel alio quouis modo ſimoniaco
non prohiberi, nec puniri in dictis con-
ſtitutionibus, vt etiam docet Suarez, *de
relig. tom.*2. *lib.*4. *de ſimonia cap.* 43. *num.*4.
Mihi tamen multum vrgent prima verba
prœmialia, *dict. conſtit. Piana*, pro affir-
matiua ; & dictis etiam *ſub Rub. dict. quæſt.*1.
à num. 1.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſi 11
aliquis reſignet beneficium cum inten-
tione,

tione, vt reſignatarius iterum reſignet, aut conferat, verbi gratia ſuo Nepoti, committat ſimoniam prohibitam *in dictis Bullis Pianis?* Machad. *tomo* 1. *lib.* 3. *parte* 3. *tractatu* 3. *docum.* 18. *numero* 3. ex Suarez, & Nauarro, putauit non ſufficere intentionem etiam manifeſtam, ſi pactio, & conuentio non interueniſſent; alij verò contra; inter quos cum multis Caſtro-Palao, *tom.* 3. *diſputatione* 3. *de ſimonia, puncto* 18. *numero* 4. exiſtimantes ea intentione reſignantem beneficium, vt reſignatarius maneat obligatus, iterum in ſui fauorem beneficium reſignare, vel fructus ſoluere, committere ſimoniam, modo tamen intentio illa recipienti beneficium manifeſtetur, quia abſque hac manifeſtatione, ſolum eſt mentalis ſimonia, quæ pœnis Eccleſiaſticis non ſubiacet, vt conſtat *ex cap. fin. hoc titulo.* Et hæc multum intelliguntur ex dictis, *ſuprà in cap.* 12. *hoc tit.* vbi latè de permutationibus beneficiorum ſine pacto, aut cum illo; ad quæ recurres pro vera reſolutione, & vberius, *ad Nicol. Garciam dicta part.* 11. *cap.* 1. §. 2. *à num.* 61. longe aliqua, *infrà quæſt.* 2.

12 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit ſimonia cum beneficium reſignatur in fauorem tertij cum clauſula *non aliter, nec alias*, de iure antiquo poterat reſignatio hæc fieri in manibus Epiſcopi; eo quod non eſſet prohibitum, vt dicunt Nauarr. *in man. cap.* 23. *num.* 107. Suarez, *de relig. hoc titulo tractatu* 3. *lib.* 4. *cap.* 35. *numero* 6. hodie inquam ſolum Pontifici licere eam reſignationem admittere *per extrauagant. D. Pij V.* in verbis ſequentibus: *Caueant autem Epiſcopi, & alij prædicti; itemque omnes electores, præſentatores, & Patroni, tam Eccleſiaſtici, quam Laici quicumque ſint, ne verbo quidem aut futuri nutu in huiuſmodi beneficiis, & officiis ſucceſſores ab ipſis reſignatoribus, aut aliis eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis, promiſſio inter eos, aut intentio qualiſcumque*
13 *intercedat.* † Et poſtea mandat collatoribus beneficiorum, ne illa dent ſuis propinquis, cognatis, affinibus, ſeu familiaribus reſignantium, aliàs in contrarium factum ſit irritum: quæ verba dicunt relati, & communiter alij, ac Villalobos videndus, *parte* 2. *tractatu* 9. *different.* 20. & *tractatu* 37. *different.* 32. dirigi ad Prælatos, nec loqui de intentione reſignantis, *numero primo & ſecundo*, vbi dixit reſignationes factas illo inquam modo poſſe ab Epiſcopo acceptari ſimpliciter abſque eo quod modum acceptet, quod non admittit in praxi *infra in verſiculo, & quia*, & quod nec ſigno, aliiſue demonſtrationibus in manibus Prælati fiant, & quod legitimè factæ ſimpliciter nequeant inferiores collatores illa beneficia libere reſignata dare ſuis cognatis, familiaribus, aut propinquis: refert Barboſa cum multis, *de iure Eccleſ. lib. tertio, cap.* 15. *numero* 62. cum Sanchez, Filiucio, Suarez, & aliis, & ſi dictam Bullam in Hiſpania non eſſe ſeruatam aſſerat ex Garcia, *parte* 11. *cap.* 3. *numero* 273. & ex Caſtro Palao, *tomo ſecundo, tractatu* 13. *diſputatione* 6. *parte* 2. §. 1. *numero* 7. Diana, *parte* 5. *reſol.* 26. *tract.* 14. qui cum Moſcoſſo, *in ſumma, tractatu* 15. *cap.* 10. *numero* 2. ait Philippum II. ab ea ſupplicaſſe, reſcribendo Epiſcopis, vt poſſent prouidere iuxta ius antiquum, etiam ſuis conſanguineis, & familiaribus, vel ipſius reſignantis, quid de Patrono? *infrà cap. ſequenti.* Adduntque relati Na- 14
uarr. Suarez, & Villalobos, vt facta reſignatione coram Papa, teneatur ipſe in fauorem illius, qui aſſignatur à reſignante, beneficium dare, & quod alias eſſet ab illo, illud auferre ſine cauſa, & voluntate reſignantis alij conferendo, vt dixit Rebuffus, *in practica, titulo de reſignat. confer. numero decimo ſexto*, Suarez, *ſuprà num.* 13.

Etenim renunciatio pura in manibus 15
Epiſcopi ſemper permiſſa fuit, quam admittere poſſit, probat, *ex toto titulo, de renunciat.* Rebuffus, *in praxi, titulo de pura reſignat. à numero primo*, Ripa, *in cap. cum M. numero* 23. *de conſtitut.* conditionalem verò à iure reprobatam dicunt DD. iuxta gloſſam, *in dicto cap. ex parte de officio deleg.* & quod praxis, & ſtylus Romanæ Curiæ à multis ſæculis obſeruatus obtinuerit, vt hæc conditionalis renunciatio à Romano Pontifice admittatur, meminerunt Coſmas, *in Pragm. Sanct. titulo de annatis in gloſſa, verb. ſimplices*, Rebuffus, *in praxi de renunciat. expreſſa*, Mendos, *de ſignatura gratia titulo de ingreſſu, verſiculo notandum:* Nauarr. *dicto cap.* 23. *numero* 107. *verſiculo ad decimam*, Barboſa, *de iure Eccleſiaſt. dicto lib.* 3. *cap.* 15. *ex numero* 43. † Dicens, *numero* 44. & 45. cer- 16
tum eſſe poſſe quemquam beneficiarium ſuum beneficium cum acceſſu, regreſſu, penſione in fauorem, aut ſub qualibet conditione coram Romano Pontifice renunciare, cum à ſimonia, quia prohibita illa ſcilicet, quæ à iure communi inducta eſt,

eſt, auctoritas ſummi Ponrificis, & eius
ſententia omninn excuſat, vt notat Gloſſa,
in ver. liceat, cap. cum pridem de pactis, Vbi
Imola, *numero* 8. Caſſador, *deciſione* 2. *hoc
titulo numero* 3. Staphileus, *de litteris gra-
tiæ, titulo de variis modis vaec. numero* 28.
Decius, *conſilio* 141. *numero ſecundo*, Re-
doan, *hoc titulo parte* 2. *cap.* 2. *numero* 10.
Rota, *in Oſcen. penſ.* 27. *Iunij* 1601. *coram
Coccino*, & in Balneorig. *ſimonia* 17. *Maij*
1624. coram eodem, ſicque de ſtylo cu-
riæ ſeruari teſtatur Nauarr. *ſuprà*, Flamin.
Pariſ. *de reſignat. lib.* 14. *quæſtione* 13. *nume-
ro* 14.

17 Et ad propoſitum noſtri dubij non ſic
dicendum in renunciatiune conditionali
coram Epiſcopo legato, Nuncio, vel
quocumque alio inferiori Prælato, quia
conditionales renunciationes, tanquam
ſimoniacas admittere non poſſunt: Ab-
bas, & alij *in dicto cap. ex parte*, Redoan,
dicta parte 2. *cap. decimo, à numero primo*,
Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *numero tertio*,
Suarez, *dicto lib.* 4. *cap.* 5. *numero* 22. Bo-
nacina, *de ſimon. quæſtione* 4. §. 14. *ex nu-
mero* 2. aut ſi velis ſequi Valent. *tom.* 2.
diſputatione 6. *quæſtione* 16. *parte* 3. *verſicu-
lo ſunt tamen*, Caſtro Palao, *tom.* 3. *tract.
vltimo, puncto* 4. *numero* 2. Dianam, *p.* 6.
18 *tractatu* 7. *reſ.* 41. *prope fin.* † quia hoc de
ſimonia non admittunt, ſi ea intentione
reſignes, & ſpe, vt alteri tibi à ſuperio-
re conferatur, alias non reſignaturus, non
ſis ſimoniacus, ſi non intendas obligare
ſuperiorem obligatione alia præter anti-
dorotalem.

19 Et quia *ſuprà* ex Suarez, Rebuffo, &
Villalobos, dicitur *in princ. huius dubij* poſ-
ſe Epiſcopum; imo & legatum, vel quem-
libet alium inferiorem à Papa ordinarium
collatorem conditionalem renuntiationem
factam cum dicta clauſula: *Non alias, ali-
ter, nec alio modo*; reiecta conditione, qua-
ſi ſimplicem admittere, & beneficium
alteri conferre, vt etiam exiſtimarunt
Boerius, *in tractatu de poteſtate legati, quæ-
ſtione ſecunda*, Redoan, *de ſimonia, dicto
cap.* 2. *quæſtione* 13. *numero* 9. Couarr. *dicto
cap.* 5. *numero quinto*, tamen acriter idem
Barboſa, *dicto cap.* 15. *ex numero* 46. cum
Decio, Pariſio, & Flaminio, *dicto lib.* 1.
de reſignat. cap. 3. *numero decimo quinto*, di-
cit, nullo modo poſſe Epiſcopum, in cu-
ius manibus renunciatio conditionalis
facta fuit reiecta conditione, tanquam pu-
ram acceptare renunciationem, & bene-
ficium, tanquam vacans ei vi ſuæ ordina-
20 riæ poteſtatis conferre, † quia actus ſub
conditione celebratus conditione non im-
pleta, nullum effectum operatur, argu-
mento textus, *in §. ex conditionali, inſtit.
de verb. obligation. lege item quia §.* 1. *digeſtis
de pactis*, † non enim actus cum qualita- 21
te geſtus reiecta qualitate acceptari valet
cum Barthol. Iaſone, Felino, ſed in for-
ma ſpecifica eſſe adimplendum per do-
ctrinam textus, *in lege Mænius, lege qui hæ-
redi digeſtis de condit. & demonſtr.* latè Flam.
dict. quæſt. 5. *num.* 15.

Nec obſtare dicit Barboſa, *dict. cap.* 15. 22
ſub numero 48. nempe, quod per reſigna-
tionem abſolutè beneficium vacat, vt col-
ligunt aduerſarij, *ex cap. ecce* 7. *quæſtione* 1.
*cap. ex tranſmiſſa, de renunc. cap. ſuſceptum, de
reſcript. lib.* 6. indeque reſignantem ad reſigna-
tum beneficium abſque prouiſione, redire
non poſſe; ſed quòd poſſit ordinarius ex
noua collatione prædictum beneficium
conferre, *ex dicto cap. ex tranſmiſſa in fine*,
quia reſpondet Barboſa hæc tantum proce-
dere in pura renunciatione, non autem in
conditionali, de qua hic agitur, † Nec fa- 23
cere pro eis, quod turpes conditiones à
matrimonio carnali repelluntur, *cap. fin.
de condit. appoſit.* & ſic à fortiori, vt remo-
ueri debeant à ſpirituali coniugio, *ex cap.
inter corporalia de renunciation.* quia præter-
quam quod huius paritatis *in dicto cap.*
eſt late à nobis dictum, & qualiter acci-
piatur, reſpondet ibi Barboſa hanc æqui-
parationem non ſemper admittendam,
præcipuè in hoc caſu, in quo iure ſpecia-
li conditiones turpes à matrimonio repel-
luntur iuxta *dict. cap. fin. ad fin.* & ſatisfa-
ciendo aliis, etiam probat hanc partem,
ſub numero 47. *in fine, ex cap. ſi beneficia de
præb. lib.* 6. *& in clementina vnica de rer. permut.*
Quæ ius nouum non ſtatuit, vt perperam
ex aduerſo fuit opinatum; & ſic intelligo
contra Villalobos, & Rebuff. *vbi ſuprà*, plu-
ribus probat latè agens Nicolaus Garcia
dicta parte 11. *cap.* 1. *ex num.* 52. dicens ſi-
moniacam eſſe talem renunciationem, ſic
cum 36. DD. improbans, *ibi num.* 53. So-
tum, Valentiam, Vegam, Duarenum,
Couar. Staphil. Zerolam, comprobans,
ex Bull. Pian. numero 154. *&* 155. *& nume-
ro* 156. ſic deciſum in vna Sarrinatenſ. be-
neficij coram Nouato 1549. *in Rota*, &
cum multis aliis.

Ad quartam quæſtionis partem, quid 14
quando reſignans, & reſignatarius con-
ueniunt, vt dicatur in narratiua maior
beneficii valor, vt penſio ſuper illo aſſig-
netur, in quo dubio, & quod gratia hoc
modo impetrata ſit ſubreptitia, de nihilo-

que ſeruiat, videntur probare DD. *ex textu in cap. ad aures, cap. ſi proponente, cap. ſuper litteris*, vbi latiſſimè dixi, & de vero valore exprimendo *ibi ſub Rubrica de reſcript. & in cap. poſtulaſti eo titulo*, & quod talis pactio ſit ſimoniaca poſt alia ab eo dicta fatetur, Nauarr. *conſilio 29. numero 11. hoc titulo*, dicens, vt non auderet illos omnino à ſimonia excuſare, quia iſtud eſt pactum tacitum dandi ſpirituale pro temporali ſine conſenſu Papæ, quod eſt ſimonia, vt probant iura *in cap. quam pio 1. quæſt. 2. cap. fin. de pactis*, & alia plura, quæ expendimus latè, *ſub capite decimo ſecundo hoc titulo.* vide *infra quæſtione 2. numero 13. & 14.*

25 Et quamuis idem Nauarr. *conſilio 28. & 29. hoc titulo*, dicat hic ſimoniam non dari, quia iſti ſic conuenientes non vendunt, nec emunt rem ſpiritualem, quod eſt neceſſarium, vt ſit ſimonia iuxta diffinitionem illius; & ſic vt nec ſit ſimonia mentiri in quantitate beneficij valoris, cum hoc non faciat, vt ſit emptio, aut venditio rei ſpiritualis; indeque, vt hoc remaneat in ſua propria natura: tamen Villalobos, *in ſumma, parte ſecunda, tract. 37. diff. 33. in fine*, tenendo, vt ſit ſimonia, reſpondet Nauarro, eius opinionem poſſe veram dici in caſu, quo ſine pacto, & conditione Papæ mentiretur, ſed pacto, & conuentione præmiſſis, vt hic non ſit excuſandum à ſimonia, quia virtualiter datur res ſpiritualis pro temporali, ait Villalobos, quod nos admittimus, alias inquam hoc modo, ſæpe fieri audio, vt maiores penſiones imponantur, quam admitterentur à Papa, quod eſt grauamen quidem ſimoniacum, vt de ſe patet, & arguitur ex dictis, *ſub dicto cap. 12.* dum actum fuit de penſionibus ſimoniacis, & à generalitate *cap. fin. de pactis*, cum aliis, applicabis, *dicta quæſt. 2. verſ. ad tertiam.*

26 Etenim dicendum eſt, vt ſimoniacò beneficium reſignari non poſſit, cum & illud tanquam inhabilis obtinere non valeat: ſic Flamin. *de reſign. lib. 4. quæſt. 3. num. 20.* Suarez, *de relig. lib. 4. hoc tit. cap. 58. num. 9.* Nicol. Garcia, *de benefic. p. 11. cap. 1. num. 56.* Barboſa, cum Vgol. & Leſſio, hic *num. fin.* qui cum Henriquez, *in ſumma lib. 13. cap. 37. §. fin.* dicit, vt non ſit incapax, ſi alter in gratiam ipſius emit; ſed quod hic rem ſciens contraxit ante collationem.

QVÆSTIO II.

An ſola reſignatio beneficij cum acceſſu, regreſſu, & ingreſſu, ſeu permutatio in Bullis Pianis prohibeantur ſub ſimonia? vbi qui dicantur acceſſus, & regreſſus, &c. Et an ex mutuo inducatur ſimonia confidentialis? Et an ſit ſimoniaca reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impenſam in admiſſione, & expeditione litterarum penſionis pro reſignante? Et quibus modis poſſit ſe habere intentio renunciantis, vt beneficium alteri detur? An per renunciationem ſimoniacam abdicatur ius à reſignante? Et an liceat nominare ſucceſſorem reſignanti?

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio ſola beneficij cum acceſſu, regreſſu, & ingreſſu, videtur non prohiberi ſub ſimonia in conſtitutionibus Pianis, quid de permutatione? numero 2.*

2 *Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. videntur quoad ſimoniam confidentialem, non comprehendere permutationem, & num. ſeqq. & à num. 6.*

3 *Beneficium vacat ex cauſa permutationis (effectuata ſcilicet) ſic vt ſine noua collatione renuncians beneficium nequeat ad illud redire.*

4 *Acceſſus, ingreſſus, & regreſſus in beneficiis quomodo exemplificentur?*

5 *Beneficium non vacat ex cauſa permutationis, quod adhuc ab vno ex compermutantibus dimiſſum non eſt, ſecus permutatione effectuata, ſaltim ex dimiſſione vnius.*

6 *Simonia confidentialis ex mutuo pacto expreſſo, vel tacito, ſatis ſubintelligitur contra Flaminium, quando mutuum fuit factum ante, vel in ipſa reſignatione, vt & ſi non confidentia, ſimonia autem committatur, vt numero ſeptimo.*

8 *Renunciatio debet eſſe libera, & ſpontanea, vt à ſimonia liberetur.*

9 Re

9 *Reſignatio facta cum pacto, vt reſignatarius faciat omnem impenſam in admiſſione, & expeditione litterarum penſionis, eſt ſimoniaca, & numero* 10. *niſi ſaluetur Papæ beneplacito, & numero* 11.

12 *Gratia Papæ, vt verbi gratia expenſæ faciendæ, in expeditione fierent per reſignatarium obtenta ex falſa cauſa, expreſſa cauſa in reſignatione, vt quia fuit dictum*, attenta paupertate reſignantis, *eſt confidentialis, niſi dicta clauſula fuiſſet poſita in ſupplicatione à reſcriptoribus, ipſis inſciis.*

13 *Penſionis reſeruatio, ſaltim ſubreptitia, & nulla cenſetur, ſi maior valor narretur ex tractatu, & quid aliud n.*14. *ex Flaminio, & Garcia.*

15 *Intentio ſola, & ſi cognita in beneficiis, non eſt pactum quoad ſimoniam formalem, & ſi infundat mentalem numero* 16.

17 *Intentio dantis in reſignatione, dupliciter intelligitur quoad conſtitut. Pij V. primo, vt ipſa ſola non inducat ſimoniam, niſi vellet reſignantem obligare, aut collatorem, vt n.* 18. *&* 19.

20 *Reſignans potius eſt, vt non amittat ius ſui beneficij, donec litteræ fuerint executæ, & beneficium reſignatario acquiſitum.*

21 *Reſignans, & ſi deputetur ab ordinario, vt tanquam œconomus beneficium adminiſtraſſet, non inde illud amiſit, nec ſi reſignatarius, vt quia excommunicatus, num.* 22.

23 *Reſignans libere ſine pacto, ſignificans tantum collatori, vt alij det, non improbatur, relinquendo libertatem in collatore, vt cui velit, conferat.*

1 AD primam quæſtionis partem, an ſola reſignatio beneficij cum acceſſu, regreſſu, & in ingreſſu, & etiam permutatio in Bullis Pij IV. & Pij V. prohibeantur ſub ſimonia? & ſuppoſitis iam adductis hic *quæſt.* 1. Suarez, *de relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 43. *num.* 11. Machad. *tom.* 1. *lib.* 3. *de perfecto confeſſ. p.* 3. *tract.* 3. *docum.* 18. *num.* 2. exiſtimaor non committere ſimoniam confidentialem, quia Pontifex ſolùm de beneficiis acceptis ex reſigoatione, aut ceſſione loquitur; permutatio autem non propriè dicitur ceſſio, & reſignatio, & eſto ea de cauſa permutantes committerent ſimoniam, ſed non ſimoniam confidentialem his canonibus punitam.

2 Tamen Caſtrus Palaus, *tom.* 3. *diſp.* 3. *de ſimonia puncto* 18. *num.* 2. quem refert, & ſequitur Diana, *p.* 9. *tract.* 9. *miſcel. reſ.* 18. *verſ. ſed eſt difficultas*, putant ſecus eſſe affirmandum de Epiſcopo, & quolibet alio collatore beneficij, etiam ex cauſa permutationis, ſi ſub his confidentiis conferat, quia verba Pii V. quoad collationes, ſunt valde vniuerſalia, ait enim, *ſi ordinarius, aut collator contulerit, ante hoc, aut conferat in futurum beneficium Eccleſiaſticum quouis modo vacans*, † vacat autem ex cauſa permutationis beneficium, vt eſt recepta ſententia 3
omnium, relata à Nicolao Garcia, *de beneficiis p.* 11. *cap.* 4. *à num.* 1. taliter quod non poteſt renuncians beneficium ex cauſa permutationis redire ad beneficium renunciatum ſine noua collatione, etiam ſi permutatio non ſequatur, ſeu non teneat, aut habeat effectum, niſi renunciatio eſſet in manibus Pontificis ibi *ex Gloſſa de rer. permut. in cap. penult.* Gambara, Cappella Tholoſana, Felino, Salua, Rebuffo, Maſcard. *de probation. concluſ.* 1401. *n.* 5. Rota, *deciſ.* 3. in antiquior. & *deciſ.* 9. & vltima, *in antiquis de rer. permut.* & 1. & 4. *in nouiſſ. eodem titulo de rer. permut. & deciſ.* 1. *de filiis Presbyter.* etiam in nouis in fine, quamuis contrarium dixerint Ioannes Andreas, Federicus, & alii ab eo relati *num.* 6. *qui num.* 9. ex eo fundamento dicit reſpectu Pontificis, quia permutatio facta coram Papa, ſi non habet effectum, ius non abdicatur à Reſignante vt *in deciſione* 4. *de rer. permut.* 1. *de renunc.* Flamin. Mandoſius, quos refert, & hoc ſicut in reſignatione in fauorem, & conditionalem, de qua ſupra, & hic *in fine.*

Ad aliud, quid dicantur acceſſus, re- 4
greſſus, & ingreſſus, etſi iam alibi dictum ſit, *ſub tit.* 4. *de renunc.* aliquid *ſub cap.* 2. *de reſtit. ſpol.* nunc quatenus intereſt pro breui intellectu dictarum Bullarum, breuiter, & clarè dicendum eſt, vt *acceſſus* vocetur ſi mihi impedito ob ætatem, vel alia de cauſa Prælatus conferat ius, vt quam primum capax ſim ingrediar in beneficio, quod Petro interim confertur. *Regreſſus* autem, ſi beneficium à me poſſeſſum cedam alteri, ſeruato iure regrediendi ad illud, ſi forte ille penſionem non ſoluerit, aut religionem ingrediatur, aut Epiſcopus fiat, aut præmoriatur: at vero *ingreſſus* dicitur ſi beneficium mihi collatum ante captam poſſeſſionem eius, alteri reſignem, reſeruato mihi iure ingrediendi poſſeſſionem illius, ſi ille præmoriatur, aut fiat Epiſcopus, Leſſius, *lib.* 2. *de iuſtitia cap.* 35. *dubio* 16. *numero* 8. Ioann. Vvigers, *de iuſtitia tract.* 7. *cap.* 4. *dubio* 17. *numero* 97. & alii communiter.

5 Vnde ſit, vt ſi duo v.g. reſignent beneficia ſua cauſa permutationis, & facta collatione vni, alier decedat ante factam ſibi collarionem ſuperſtes, non babet ingreſſum ad beneficium à ſe dimiſſum, quia quoad eum permutatio habuir effectum. quamnis ſuperſtes, cui fuit collatum beneficium à compermutante reſignatum, poſſit vtrumque retinete, illo decedente, antequam ipſe ſuum reſignaret, cum per eum non ſtetit, quin permutatio adimpleatur, Gonzalez *ad regulam menſ. Cancel.* 8. *gloſſa* 15. §. 2. *à num.* 40. qui, etſi de vltimo dubitet, vt tefert Garcia *ſupra dicta parte* 11. *cap.* 1. *num.* 10. *à num.* 55. ipſe tamen Garcia cum Hojeda, Leſſio, Rebuffo, & Azorio ita tenet, & confirmatur ex dictis hic *à num.* 2. & ipſe Garcia *dicto cap.* 4. *p.* 11 *à n.* 88. ſatisfacir auferendo Gonzalez difficultates, ipſum leges.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ex mutuo, inducatur ſimonia confidentialis? & præmiſſis pluribus, quæ de ſimonia confidentiali, an cum pacto, an cum ſola intentione iuxta dictas Bullas, de quibus *ſupra in Rubr. quæſt.* 2. & hic *quæſt.* 1. *&* 2. & latè cum infinitis deciſionibus Garcia *dicto cap.* 1. *p.* 11. *in* §. 2. legendus ibi: *à num.* 1. *ad* 69. *&* 70. idem *num.* 71. & ante illum Flaminius Pariſ. *de confidentia quæſtione* 36. & dicit Flamin. ex mutuo ſimoniam præſumi, & confidentiam, quando pactum tacitum, ſiue expreſſum adeſt, & hoc ſiue fiat ante, vel poſt, vel in ipſa reſignatione ipſum mutuum; ſed quod ceſſante pacto, non adeſt ſimonia, nec confidentia.

7 Et licet idem Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 14. *quæſt.* 7. *à num.* 2. *& quæſt.* 36. *num.* 4. poſt Nauarr. *conſ.* 22. *&* 23. *hoc tit.* dixerint ex mutuo, non confidentiam, etiam ex pacto vidiſſe conſultum per viros peritiſſimos in facti contingentia, ex eo quod verba conſtitutionis huic caſui non adaptantur, nec applicantur: tamen idem Garcia cum Vgolino, *lib.* 1. *de ſimonia cap.* 9. §. 5. *num.* 2. Azor. *inſtit. mor.* 2. *p. lib.* 7. *qu.* 2. Suarez *dicto lib.* 4. *de relig. cap.* 38. *à num.* 6. dicit opinionem Nauarri ſibi placere, & eſſe certam, quando mutuum fuit factum ante reſignationem, vel in ipſa reſignatione, quia tunc non videtur committi confidentia, ſed ſimonia, & quod alias ex mutuo ſtante pacto, ſeu conditione, committatur ſimonia, alias non tradunt relari.

8 Ad tertiam quæſtionis partem, cum renunciatio debeat eſſe libera, & ſpontanea, non metu facta, aut per dolum, vel fraudem exorta, licèt donec reſcindatur, mero iure teneat, *c. ſuper hoc, cap. penult. de renunciat.* & vt debeat eſſe pura, non ſolum à pecunia, *dict. cap. ſuper hoc*, ſed etiam ab omni pactione, modo, vel condirione, alias ſimoniaca ſit, & nulla, *cap. cum pridem, cap. fin. de pactis, cap.* 1. *ex parte* 1. *de officio de leg. cap. tua nos, hoc tit.* de quo latè dixi *ſub cap.* 12. † Inde eſt, quod reſignatio facta 9
cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impenſam in admiſſione, & expeditione litterarum penſionis pro reſignante, ſit ſimoniaca, Nauarr. *conſ.* 25. *&* 30. *hoc tit.* Flamin. Pariſ. *de reſign. quæſt.* 7. *num.* 9. *&* 10. Nicolaus Garcia *de beneficiis, dicta p.* 11. *cap.* 3. §. 2. *ex num.* 143. *& à num.* 147. videndus *ad* 151. vbi *num.* 148. † ait etiam 10
procedere, quando præcedente pacto, reſignatarius facit impenſam pro reſignante, etiamſi poſtea illam ſit retentutus in primo termino ſolutionis penſionis, nec practicam eſſe in contrarium, quidquid dixerint Flamin. & Azor. 2. *p. inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 27. *quæſt.* 7. teſtante de ſtylo in contrarium, quia vt licitè fiat, ſolet requiri beneplacitum Papæ, Rebuff. *tit. de noua prouiſ. numero* 35. Lotta *deciſione* 338. *in miſcel. manuſcript.*

Et quod pacta, quod vnus permutans 11
ſoluat omnes penſiones, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas ad vtrumque permutantium pertinentes, & ſimilia ſint ſimoniaca, niſi Pontifici declarentur, & ipſe conſentiat, dixit Suarez *de relig. tract.* 3. *lib.* 4. *hoc tit. cap.* 34. *num.* 19. † Et quod gratia, & 12
beneplacitum Papæ, vt expenſæ v.g. faciendæ in expeditione fierent per reſignatarium obtenta ex falſa cauſa expreſſa in ſupplicatione, pura, quia fuit dictum; *attenta paupertate reſignantis*, præcedente tractatu, ſit confidentialis, probat Nicol. Garcia *dicto cap.* 3. *num.* 149. nam conſtat de pacto illicito prohibito, & confidentiali, quod fuit conſumatum: nam fuerunt factæ expenſæ iuxta conſt. Pij IV. & Pij V. *de confident.* niſi dicta clauſula fuiſſet poſita in ſupplicatione à reuiſoribus ipſis inſciis reſignatario, & reſignante; nam hoc caſu excuſarentur à confidentia ex veriſſimili ignorantia, ad tradita *ſupra cap. de ſimonia* 21. *de ignorantibus*, & in terminis Garcia, *dicto num.* 149. *in fine*, dicit reſolutum *in cauſa Aretina confidentiæ* 23. *Ianuarij* 1565. *coram Litta* poſita per Farin. *deciſ.* 75. *à num.* 65. *& deciſ.* 101. licet ante iudex confidentiarum contrarium iudicaſſet.

Et licet ex eodem Flaminio Pariſio *q.* 41. 13
legendus

legendus ad relata *quæſtione* 46. dicatur, vt expreſſio maioris valoris beneficij reſignati facta à reſignante, & reſignatario vt Papa reſeruet maiorem penſionem reſignanti, num inducat ſimoniam, vel confidentiam, &c. Tamen ipſa reſer-
14 uatio ſit ſubreptitia, & nulla. † Nihilominus Nicolaus Garcia, *vbi ſupra numero* 150. *&* 151. Videndus, *ante numero* 40. concordat, vt dictum Flaminij procedat, cum reſignans, & reſignatarius ſimpliciter tractant, quod maior valor exprimatur, vt reſeruetur penſio inter eos conuenta, non tamen, quod penſio ſit ſoluenda à reſignatario, non obſtante, quod reſeruatio ſit ſubreptitia, & nulla, & antea dictum procedere in reſignante & reſignatario tractantibus, quod expenſæ fiant per reſignatarium, & ad colorandum iſtum tractatum, & pactum, perunt beneplacitum Papæ cum clauſula *attenta paupertate*, reſignantis, quia fortè alias non concedet quæ falſa erant.

15 Ad quartam quæſtionis partem repetitis quæ dicta ſunt *in dicto cap.* 12. *de pactis, & intentione in beneficiis*, nunc ad partem de intentione. Et in primis agnoſcitur non eſſe pactum intentio reſignantis, ſeu dantis beneficium, & ſi nota ſit collatori, ſeu beneficium recipienti, quia pactum, eſt duorum, pluriumve in idem placitum conſenſus; id eſt placidus conſenſus, *ex lege* 1. *digeſtis de pactis*, iuncta gloſſa, *ibi verbo placitum*, *& conſenſus*, intellige *obligatorium & animo*
16 *ſe obligandi*. † Tamen Garcia, *dicto* §. 2. *cap.* 3. *numero* 182. *&* 183. ait inficiari non poſſe, quin collator, aut reſignans ex cogitatione mentis, & praua animi intentione, incidat in ſimoniam mentalem contra Flamin. *lib.* 14. *quæſtione* 6. *num.* 39. dicentem cum aliis ſimoniam, nec etiam
17 mentalem committi. † Et quia de hac mentali dicitur *infra in cap. fin.* vbi de illius pœnis, & idem Garcia, *ex num.* 186. *dicto* §. 2. infinita congerat pro intellectu qualiter adductum de intentione iuxta Bullam Pij V. ibi: *Sola limitantia intentione*, & ibi: *licet ipſum confidentiæ crimen, alterius tantum partis, confidentia ſit admiſſum:* de qua *ex num.* 187. vbi leges; nunc breuiter dico intelligi dupliciter intentionem dantis. Primo, quod ita renuncians non intendat arctare, & obligare, vt beneficium alteri detur, ſed vt, liberè, & ex voluntate, ac ſponte fiat, & tunc nullam committi ſimoniam, nec mentalem, etiam ſi eſſemus in ſimoniacis de iure diuino, quamuis talis intentio nota eſſet conferenti, & etiam ſi alias non eſſet renunciaturus, iuxta dicta *quæſtione* 1. quia habere ſpem, non eſt ſimonia, Syluester, *verbo renunciatio*, *quæſtione* 6. *verſ. ad fin.* Caietan. *in ſumma*, *dict. verb. verſiculo circa primum caput*: Flamin. Pariſ. *dicto lib.* 14. *de reſign. quæſtione* 6. *numero* 7. *&* 8. Leſſius, *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 35. *numero* 95. Vgolin. *de ſimon. cap.* 22. §. 1. *numero* 4. *ad* 6. † ſecundo au- 18
tem modo, vt poſſit ſe habere, vt renuncians velit ad id arctare, & collatorem obligare; non tamen declarat ſuam prauam intentionem, nam tunc reuera committi ſimoniam mentalem, dicunt Leſſius, *dicto num.* 96. ſic etiam Garcia, qui intelligit *numero* 185. Abbat. Dec. Pariſ. Sotum, Rebell. Raphael. de la Torre, & quod dixit Suarez, *dicto lib.* 4. *de relig. cap.* 44. *& ſequenti tract.* 3. *de ſimonia*: & pro hac diſtinctione allegans infinitos, & alia adducens tradit idem Garcia, *dicto* §. 2. *cap.* 3. *lib.* 11. *de benefic.* textum, *in dicto cap. tua nos hoc titulo*, qui ſic debet intelligi cum Caiet. Salon. Soto, Valentia, Molina, Leſſio, Rebell. Azor, Syluestro, Nauarr. & aliis, adducentibus exemplum vſuræ mentalis, de qua *infrà ſuo loco*. † Et in hunc ſane ſen- 19
ſum, eſt intelligendus Barboſa, *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *numero* 65. *in conſtitut. Pij V. quanta*, ibi: *Nec futuri ſucceſſores ab eiſdem, verbo, nutu, aut alio ſigno deſignentur*; intelligendo ea de intentione expreſſa, vel tacita in conuentionem deducta, vt explicauit Flamin. & Nauarr. *conſilio* 38. *numero* 3. *hoc titulo & ad conſtitut.* Pian. *de confidentiis*, per quam omnis ſpes, & intentio, tanquam ſimoniaca videtur condemnata, ſatisfecit Nauarrus, *in man. cap.* 23. *num.* 109. legendus.

Ad quintam, an per renunciationem 20
ſimoniacam abdicetur ius à reſignante? quia iam *ſub quæſtione* 1. *præced.* & ſi contra aliqui dicant abdicari, & dixerimus non abdicari, niſi affectuata ſit renunciatio, modo *ibi* dicto. Et ſuppoſito, quod renuncians amittit omne ius, quod in beneficio habet per puram, & ſimplicem renunciationem à quocumque legitimo ſuperiore acceptatam; ſic vt tanquam vacans poſſit à quolibet conferri, non ſic, vt amittat poſſeſſionem, in qua inſiſtit, vt contra communem tenere videtur Barboſa, *dicto cap.* 15. *ex numero* 66. *&* 68. expendens textum, *ibi numero* 69. *in cap. ſolicita* 2. *de reſtit. ſpoliat.* de cuius intellectu ibi latè nos diximus. Sed per reſignationem conditionalem, nec titulum, nec

vllum ius à ſe abdicare cenſeatur, niſi conditionibus impletis, iam dictum eſt *ſub dicta quæſt.* 1. cum debeat præcedere à reſignatario perfecta beneficij acquiſitio; imò addit videndus Barboſa *dicto cap.* 15. *à n.* 71. *&* 75. vt nec probetur effectuatio, nec ius abdicetur à reſignante, donec litteræ fuerint exequutæ, & beneficium reſignatario acquiſitum ex Rota, coram Greg. XV. *deciſione* 159. *numero* 6. fuiſſeque dictum *Abulenſ. & Zamorenſ. coram Pena*, impreſſa per Garciam *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 126. *& in vna Burg.* & ex aliis adductis à Bar-

21 boſa, † vbi *dicto numero* 75. 76. *&* 79. cum aliis extendit, quamuis reſignans, tanquam Oeconomus ab ordinario deputatus, beneficium adminiſtraſſet, quia huiuſmodi actus non concludit neceſſario quod reſignans habuerit animum abdicandi à ſe benefi-

22 cium, & poſſeſſionem in euentum. † Item ſi ex aliqua alia cauſa, beneficium obtentum non ſit à reſignatario, qui erat excommunicatus, & in aliis, vt ibi refert. Quare, & quia alibi dictum eſt, non inſiſtimus, leges tamen pro complemento quæ adducit Ioannes Guttier. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 23. *à num.* 75. cum aliis, vbi de renunciatione facta in manibus inferioris, intentione, vt alij conferatur, nulla conditione, aut pacto: *& numero* 75. quid de ſimili confidentia intelligens *à numero* 78. motum Pij V. *ad* 81. vbi quod confidentia in beneficialibus quædam, eſt licita, quædam illicita, vbi latè.

23 Ad vltimam dico, vt ſi non deducatur in pactum, vt ipſi detur, ſed tantum ſignificando collatori, vt ſi vellet, det ipſi, & Sanchez *in opuſcul. tom.* 1. *libro* 2. *cap.* 3. *dubio* 36. *numero* 23. *&* 24. dicit quoſdam iuniores dixiſſe, vt ſi fieret ante renunciationem, non careat ſcrupulo, quia Pontifex intendit vitare omnem modum ſucceſſionis, ſed ſi fiat poſt factam liberam reſignationem in manibus Prælati, nullum eſſe ſcrupulum, vt illi detur: & addit plus Sanchez contra motum proprium *Py V.* ſignificare ſucceſſorem Prælato, relinquendo omnino in eius voluntate prouiſionem, illa verba: *Motus caueant, ne nutu, aut verbo, &c.* intelligantur, taliter, vt inducatur pactum tacitum, vel expreſſum, aut de his aſſumendis, promiſſio, vel intentio, intelligatur promiſſio ſcilicet expreſſa vel intentio in pactum tacitum, quod dicit eſſe notatu dignum, Diana *p.* 5. *tract.* 14. *reſ.* 26. *in fine.*

AD TEXTVM
In Cap. Nobis XXVII. & Cap. Sicut XXXIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

IN his iuribus agitur de ſimonia, quæ in electionibus committitur Eccleſiaſticis; & quia iam de electione latiſſimè à nobis dictum eſt *ſub eo tit.* item & de poſtulatione, in quibus ſimonia poteſt committi, ac aliquid dictum à nobis ſit *ſub cap.* 12. *hoc tit.* vbi de ſimonia, quæ committitur in prouiſionibus, & permutationibus beneficiorum. Et accommodando hic proximè dicta *in cap.* 26. *hoc tit.* de renunciatione beneficiorum ſimoniaca; iam eſt vt breuiter aliqua de electione dicamus præter ibi adducta *ſub cap. dicto* 26.

QVÆSTIO I.

An ſit ſimonia quando Electores inter ſe conueniunt, vt vnus ſuffragium det vna vice pro vno, alter vero alia vice pro alio? Et an ſit confidentialis reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſe habet vocem, vel multum poteſt? Et an ſit ſimoniaca electio, ſi aliquis eligendo, inſcio pecuniam dederit, vt ille eligatur? Quid præſumatur, ſi conſanguineus, vel amicus dederit? Et an ſimoniaca electio electo ignorante, facta, ſit reprobanda, vel ſit ipſo iure nulla? Et quid quando commiſſa eſt cum vno ſolo Patrono? Vbi an ſit ſimonia vendere ius Patronatus?

SVMMARIVM.

1. *Electores conuenientes inter ſe, vt vnus ſuffragium det vna vice pro vno, alter vero alia vice pro alio, committunt ſimoniam iure poſitiuo prohibitam, vide num.* 3.

numero 3. vbi aliud videtur.

2. Spes differt à pacto, & ſic offerens curare dari alicui beneficium, ſi propterea deſinat aliquod officium, non eſt ſimoniacus.

3. Simoniacus non eſt qui dicit amicis ſuis, adiuuate me in occaſione ſuffragio veſtro, nam ego alia vice adiuuabo: adhæret tamen ſimonia.

4. Simonia eſt commutationem facere in actionibus pertinentibus ad prouiſiones beneficiorum, vt ſi paciſcatur inter electores, & alternatur electio, vel elector cum confirmatore, vel vt electio fiat pro collatione, vel præſentatio offeratur pro renunciatione beneficij, & quare?

5. Beneficium promitti non licet pro ſuffragio, ſeu voce electionis.

6. Electio ſpe præmij, ſeu pretij, fieri non debet.

7. Confidentialis reſignatio non dicitur facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſe habet vocem, vel multum poteſt.

8. Electio ſimoniaca eſt, ſi aliquis eligendo inſcio pecuniam dederit, vt ille eligatur, niſi data fuiſſet doloſè, vt electioni noceret: idem ſi elector, vel collator eſſet alias collaturus, vel electurus, ſi motus fiat conſilio, vel intereeſſione illius.

10. Electio facta, inſcio eligendo, non facit electionem nullam, etſi in collatione aliud videretur, & n. 14.

11. Beneficium poſſidens habitum per ſimoniam, ſe ignorante, gaudet beneficio regulæ de triennali.

12. Cap. ſicut tuis 33. hoc tit. & n. 13.

13. Conſanguineus, vel amicus dans pecuniam pro obtinenda aliqua dignitate, non præſumitur dediſſe de mandato electi, vt n. 12. nec electo imputatur prohibenti ne detur.

15. Patroni plures præſentantes, vt vnum collegium, infirmatur præſentatio, ſi vnus eorum ſimoniam commiſerit; ſecus ſi quilibet, vt ſinguli præſentet, & vnus eorum ſimoniacè fecerit, vt n. 16.

17. Patroni non incurrunt pœnas bullæ Pij V. ex eo quod ad beneficium præſentent conſanguineos, niſi præſentent contra id, quod illis prohibetur, n. 18.

19. Patronatus ius in beneficialibus eſt materia ſimoniæ, & quare n. 20. & 21.

21. Patronatus, ſi de per ſe vendatur, eſt materia ſimoniæ, ſecus ſi vna cum fundo, cui adhæret, & num. 24.

22. Præſentare aliquem ad beneficium cum ea conditione, vt præſentatus litiget ſuis expenſis, illud iuſpatronatus litigioſum eſt ſimonia; ſecus ſi eam ea conditione, vt præſentans poſſit alium præſentare, ſi præſentatus intra tempus à iure ſtatutum, ſuam præſentationem non proſequeretur.

23. Patronatus ius cedere nequit vnus ex hæredibus data ſibi maiori parte hæreditatis, nec illud in feudum dare, nec poni in contractu oneroſo, & n. 24.

24. Patronatus ius acquirens, vt valeat filium præſentare debet ab illo priuari.

25. Patronus à præſentato abſque labe ſimoniæ aliquid temporale exigere non valet, niſi quod in ipſa fundatione conſtat impoſitum.

26. Præſentatio ſimoniaca eſt, quando aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, ſeu præſentationibus Patronorum, etſi fiat pro ipſo præſentato ignorante.

27. Patronus nequit promittere præſentationem antequam vacet Eccleſia, nec ante id tempus poteſtatem præſentandi concedere.

28. Præſentatio facta ſub conditione, ſeu onere celebrandi miſſas, non eſt ſimoniaca, niſi onus miſſarum impoſitum ſpectaret ad ipſum præſentantem.

29. Conditiones, quæ de iure inſunt, non inducunt ſimoniam.

30. Præſentatio ſimoniaca non eſt facta cum onere defendendi iura beneficij, recuperandi bona, & congerendi in vnum ſcripturas attinentes ad beneficium.

31. Principes, & alij recipientes pecuniam, vt tanquam Patroni in electione conſentiant, ſeu vt eam ratam habeant, ſunt ſimoniaci.

AD primam quæſtionis partem Nauarr. 1
in manuali cap.23. numero 100. & conſ.8. num. 5. de ſimonia hoc tit. Fr. Eman. Rodrig. *tom. 3. quæſt. regul. 63. artic. 4.* Villalobos *in ſumma p. 2. tract. 37. diff. 24.* cum Syluestro, & Angelo, docent quod etſi non ſit ſimonia iure Diuino prohibita, erit tamen iure poſitiuo, quo omnia pacta, & conuentiones ſunt prohibita, vt dixi latiſſimè *in cap. 12. quæſt. 1. à num. 1.* & pro alias ibi, & agnoſcunt relati per textum *in cap. cum pridem, cap. fin. de pactis, & cap. quam pio 1. quæſt. 2.* † Et idem Fr. Emanuel Rodrig. 2
ſuprà diſtinguit inter offerre ſpem, & pactum inire, quia ſi ſuperior ſubdito dixiſſet, propter me deſinas tale officium, quia ego curabo aliud tibi dare, (& ſæpè contingit) ſine animo obligationem inducendi,

non

non etit, ſimonia, etſi aliquo modo apparet ſubornatio. 3 † Et hac quidem via plures excuſari, qui dicunt, amicis adiuuate me in hac occaſione ſuffragio veſtro, nam ego vos alia vice adiuuabo, eo quod hoc non eſt pactum facete: attamen Villalobos ait telatum ſimoniæ admodum adhætere.

4 Vnde infertut ſimoniam eſſe, ſaltim contta ius poſitiuum commutationes facere in actiunibus pertinentibus ad prouiſiones beneficiorum, vt v.g. quando duo electores ita paciſcuntur, vt inter eos alietnetut electio, vel elector cum confirmatore, vel ſi electio fiat pro collatione iuxta ſpeciem textus *in cap. de hoc tit.* vel præſentatio Patronatus offeratut pto tenunciatione beneficij, nam in vniuerſum huiuſmodi pacta, & conuentiones prohibitæ ſunt, *dict. cap. fin. cap. cum pridem de pactis*: ſequitur Balboa *in dicto cap. fin. de pactis*, præſtans ratiunem: nam licet hic permutetut ſpitituale pro ſpirituali, at vero præſumptione quadam non æſtimatut, vt quid ſpirituale, ſed vt medium ad luctum temporale conſequendum.

5 Et ob id dici debet, vt non liceat promittere beneficium pro ſuffragio, ſeu voce electionis, Valet. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 23. *num.* 244. *verſ.* 2. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *hoc tit. cap.* 39. *num.* 14. Barboſa *in dicto cap. de hoc* 11. dicens cum Azor. *num.* 2. *&* 3. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *verſ. & itidem*, ſimoniacam eſſe electionem, ſi pro ſuffragio ſiue, vt dicunt pro voce electionis beneficium promittatur. 6 † Etenim electio ſpe præmij, ſeu pretij fieri non poteſt, vt dicunt Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 37. Barboſa hic *numero* 3.

7 Ad ſecundam, an ſit confidentialis teſignatio beneficij? breuitet dico cum Pariſio Flaminio *de confidentia quæſt.* 48. *in fine*, vt reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetut reſignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſe habet vocem, vel multum poteſt, non ſit confidentialis teſignatio, quia hic caſus non comprehenditut *in conſtitut. Pij IV. & Pij V. de confident.* ſed docent Nauatt. *in man. cap.* 25. *num.* 100. *verſ. nam cum quis*, Nicolaus Garcia *de benef. p.* 11. *cap.* 3. §. 2. *n.* 146. ex hoc ſimoniam committi: hæc iuuantur amplius ex dictis *de confidentia in Rubr. ſub quæſt.* 2. *à num.* 1. *& in cap.* 26. *præced. ſub quæſt.* 1.

8 Ad tettiam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ *ſuprà* dixi *de ſimonia*, à mediatore commiſſa, inſcio beneficiato, *in cap. de ſimonia* 21. *hoc tit.* iam breuiter *ex hoc text.* reſpondetut eſſe ſimoniacam electionem, ſi aliquis eligendo, inſcio pecuniam dederit, vt ille eligatut, niſi data fuerit doloſè, vt electioni noceret, Nicol. Garcia *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 8. † vbi *num.* 9. ampliat etiam, ſi elector, ſeu collator eſſet 9
alias electurus, ſeu collaturus, ſi motus fuit conſilio, vel interceſſione illius: vnde ait Batboſa cum illo hic *num.* 4. *&* 5. cum Ludouico Gomez, & Suarez *tom.* 1. *de religion. tract. de ſimonia, cap.* 38. *num.* 35. vt qui beneficium tali modo adeptus eſt, non faciat fructus beneficij ſuos, & quod collatio ſit nulla: ita telati contta Couarr. *in reg. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 8. Nauatt. *in man. dicto c.* 25. *num.* 13. *& conſ.* 37. *num.* 3. *& conſ.* 55. *&* 96. *ſub hoc tit.*

Nec obſtat dicere quod ſit reprobanda electio ſimoniaca alicuius ab aliis ipſo 10
inſcio commiſſa, niſi conſtaret, quod ille malitioſè commiſerit ſimoniam in fraudem eligendi, quia hoc eſt de electione, non de collatione: ſic intelligendi ordinatij Abbas, Innocent. Collect. Zabar. Bellamet. Ioan. Andt. Panormit. Felin. Viuian. & alij relati à Barboſa *hic numero* 1. † Et 11
licet idem Barboſa non teſoluat *ſub dicto numero quinto in fine*, quæſtionem, vtrum poſſidens beneficium habitum per ſimoniam, ſe ignorante, commiſſam, haberet titulum coloratum, & gaudeat beneficio tegulæ de triennali, de quo Rebuff. *de pacis poſſeſſor. numero* 198. *ad fin. verſ. Etiam cum ſimonia*, Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 140. Mantica, *Rota deciſ.* 221. *num.* 3. Nicol. Garcia *p.* 8. *de benef. cap.* 1. *num.* 15. Vgolin. *de ſimonia tab.* 4. *cap.* 6. §. 4. *nu.* 2. de quo pro affirmatiua iam *ſuprà* reſpondi per illa, quæ dixi *de hac triennali, & annali reg. in Rub. de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſt.* 1. *à numero* 19. *& in cap. cum Matthæus* 23. *in fine.*

Ad quartam, breuitet reſpondetut ex ver- 12
bis *cap. ſicut tuis* 33. *hoc tit. in verbis illis: Cum is nulla ſit tibi conſanguinitate coniunctus*, quod ſi conſanguineus, vel amicus alicuius electi ad aliquam dignitatem, dederit pecuniam pro obtinenda aliqua dignitate, non præſumatut dediſſe de mandato electi, niſi illius interuenerit ſcientia: Farinac. *in praxi crimin. p.* 5. *quæſt.* 134. *nu.* 67. Barboſa *in dicto cap. ſicut n.* 3.

Sed quod electo confirmato, non imputetut, ſi eo prohibente, pro illius confir- 13
matione pecunia data ſit, probant communiter DD. pet textum ibi *in dicto cap. ſicut tuis* 33. nam quando prouiſus ſciens, vel dubitans,

bitans, committit ſimoniam, in ſui fauotem contradixerit, & declarauerit ſe illi nolle conſentire, tum promiſſionem irritam non videri ſcribunt Syluester *verbo ſimonia q.* 13. Azor. *inſt. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *verſ. quid ſi*, Bonacina *de ſimon. quæſt.* 7. *puncto* 2. *num.* 17. *verſ. ſecundo intelligitur*, Barboſa *in dicto cap. ſicut num.* 2. Toletus *inſtitut. confeſſ. lib.* 5. *cap.* 90. *verſ. dico quarto*, Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *n.* 178. Vgolin. *de ſimonia tab.* 4. *cap.* 6. *num.* 3. *& de irregul. cap.* 8. *n.* 3.

14 Ad quintam quæſtionis partem, an ſimoniaca electio, electo ignorante, facta, ſit reprobanda, vel ipſo iure ſit nulla? reſpondetur per verba noſtri textus ibi: *Penitus reprobanda*; vt veniat reprobanda, non vt ſit ipſo iure nulla, quia pecunia fuerat promiſſa vni eligentium pro omnibus ignorante electo: quo caſu non eſſe electionem ita odioſam, licet ſit ſimoniaca, & caſſanda ſcribunt Coſmas *in pragmat. ſanct. p.* 1. *tit. de electionibus, cap. ſicut §. quod ſi aliter verſ. ipſo iure*, Boër. *deciſ.* 117. *n.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *à num.* 176. & licet contrarium teneant DD. citati à Barboſa *in dicto cap.* 26. *præced. num.* 3. cum Caſſadoro, Gomez Suarez, Gutierr. & alij, cuius contrarium docent Couarr. *in dicta reg. peccatum p.* 2. *dict. §.* 8. *num.* 8. Corraſ. *p.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. Nauarr. *in man. dicto c.* 25. *n.* 113. *& conſ.* 37. *num.* 3. *& conſ.* 95. *&* 96. *de ſimonia.* Vgolin. *dict. tit. tab.* 4. *cap.* 7. tamen ſtando in ſententia iam relata aliter in prouiſione, ac in electione cenſetur.

15 Ad ſextam quid quando commiſſa eſt cum vno ſolo Patrono; & licet ex verbis hic, *vni, vel omnibus eligentium*, dicant Abbas *hic notab.* 1. Nauarr. *in man. dicto cap.* 25 *n.* 113. Molſeſſius *in ſumma Theolog. moral. tract.* 6. *p.* 15. *n.* 8. Bonacina *de ſimonia qu.* 7. *puncto* 2. *num.* 24. *verſ. limitatur ſecundo*, ſimoniacam dici electionem cum vno Patrono commiſſam ſolo; ſicque Rota cenſuerit apud Farin. *deciſ.* 22. *in collect. nouiſſ. alias p.* 4. *diu*, quem refert Nicol. Garcia *de benef. dicta p.* 8.
16 *cap.* 1. *num.* 10. *&* 12. † Tamen dicunt, & Barboſa *hic nu.* 2. intelligi procedere in eligentibus, præſentantibus, aut conferentibus, vt vniuerſis iure collegij. Et in his terminis loqui textum hunc, quia tunc omnium vna eſt electio, præſentatio, aut collectio; & ſic ſimoniam cum vno commiſſam tangere, & vitiare electionem, præſentationem, aut collationem, & contrarium conſtituendum fore in patronis præſentantibus, vt ſingulis, cùm quilibet præſentet de per ſe, totque ſint præſentationes, quot Patroni, & ſic vnam præſentationem ſimoniacam, ſeu vitioſam non influere in alias; itaque procedere in hoc caſu *Rotæ deciſ. apud Farin. deciſ.* 103. *in* 2. *collect. nouiſſ. alias p.* 4. *in nouiſſ.*

Ex quibus quoad Bullam Pij V. de qua *ſub cap. præced.* & hic, vbi eadem Bulla, eſt vſu recepta, dubitari valet, an Patroni poſſint præſentare ad beneficia reſignata conſanguineos reſignantis; & adiunctis hic *ſupra* dicta de ordinario collatore *ſub dicto cap. præced. ſub verſ. ad tertiam qu.* 1. quia *in dicta Bulla* non loquitur prohibitio de his, ſed cum collatoribus, ne illis conferant dicunt Thomas Sanchez *in opuſc. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 36. *num.* 24. Diana *cum eo p.* 5. *tract.* 14. *miſcel. reſ.* 26. *ſub verſ. ſed hi* poſſe intelligi, ne illis conferant proprio motu, ſecus quando præſentatur à Patrono; & quod quamuis pœnæ *in dicta Bulla* ſtatutæ comprehendant etiam Patronos præſentantes, † id 18
tamen intelligendum ſit, quando præſentant contra id, quod ibi illis prohibetur, quod tamen dicunt non eſſe præſentare conſanguineos reſignantis, ſed quod Prælati non admittant nominationem ſucceſſoris factam à reſignante.

Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit ſimonia vendere ius Patronatus? & quia *ſuprà in cap. quanto* 3. *de iudiciis qu.* 1. *ſub num.* 7. *&* 8. dixerim ius Patronatus eſſe materiam ſimoniæ per textum *in cap. quia clerici de iure patron.* vbi aduocatia vendi prohibetur, vbi aduocatia ſignificat idem, quod ius patronatus, vt explicant Gloſſa, & Ioan. Andr. ibi; & licet ibi diſputemus *in dicto cap. quarto ſub quæſt.* 1. an ſit hoc ius ſpirituale ab origine, an propter ſubiectam materiam.
† At quia ſimonia committitur, non ſolum in ſpiritualibus, ſed in annexis illis, vt *ſuprà ſub Rubr. in diffinitione*, & alibi ſæpè, ac docent DD. *per textum in cap. quæſitam, de rer. permut. cap.* 1. *de tranſ. cap. querelam hoc titulo*, inde eſt, vt cum iure poſitiuo detur ſimonia propter prohibitionem Eccleſiæ, vt late dixi *ſub cap.* 12. *hoc tit.* agendo de beneficiali ſimonia, conſequens eſt, vt ſimonia in venditione iuris patronatus committatur, & quod ſit annexum ſpirituali, probant per textum *in cap. de iure patronatus.*

Hæc tamen doctrina intelligenda venit, ſi ius patronatus de per ſe ſolum venderetur *ex dicto cap. de iure.* Tamen ſi vna cum fundis, aut villis, quibus adhæret, nec plus pro illis fundis petatur à venditore, ratione iuris Patronatus, quam de per ſe valent, tunc ſimoniam non committi dicendum eſt per DD. communiter *in cap. ex litteris, cap. cum*

ſecundum, de iure Patron. cum tunc procedat,
eo modo, quo venditur calix conſecrarus
aut venduntur ornamenta Eccleſiæ merè,
iuxta valorem materiæ, nihil pro conſe-
cratione, aut benedictione piæſtando iux-
ta quæ dixi *ſub cap. nemo* 14. *hoc tit.* vbi de
calice, & aliis ornamentis; item & aliqua
de ſacramentalibus: ita Theologi cum
D.Thoma 2.2. *quæſt.*100. *art.*4. *ad* 3. viden-
dus Suarez *de relig. tract.* 3. *lib.* 4.*cap.*28.*n.*8.
vbi explicar qualiter procedat hæc ſimonia
in ſuo urigine à iure Diuino.

22 Ex quo infertur ſimoniam eſſe aliquem
præſentare, quando ius Patronatus eſt liti-
gioſum, cum ea conditione, vt litiget illud
ius piopriis expenſis, vt Vgolinus ait de ſi-
monia *tabula* 1. *cap.* 49. §. 2. *n.* 5. Villalobos
in ſumma p. 2. *tract.* 37. *diff.*18. *n.*4. qui dicit
ſimoniam non dari, ſi aliquis piæſentare-
tur, ſi intra rempus à iure ſtatutum ſuam
præſentarionem non proſequeretur, poſſit
Parronus piæſentans ſuo iure vti; alium piæ-
ſentando, aut facere, quod voluerit, quia
hoc in caſu, non adhibetur præſentato vl-
lum onus aliud, quam quod habet de ſe,
cum non obligetur piæſentatus ad litigan-
dum pro Patrono, nec vt probet ius, quod
Patronus habet ad præſentandum, ſed tan-
tum, vt piæſentatus litiget pro ſe, & pro-
pter ius, quod ex tali piæſentatione ſibimet
competit, etiamſi exinde indirectè ipſimet
Patronus conſequatur emolumentum, eſto
præſentatus litem vincat: ſic Suarez *vbi ſu-
prà num.*14. Nauarr. *conſ.*12. *hoc tit.*

23 Et etiam infertur, vt non valeat vnus ex
hæredibus alteri cedere ius Parronatus re-
compenſando illi propter maiorem hære-
ditatis, ſiue bonorum partem, nec illud ins
in feudum illi dare, nec poni in contra-
ctu oneroſo: nam omne id foret ius Patro-
natus vendere, Abbas *in cap. querimoniam, &
in cap. ex litteris* 2. *de iure Patronatus*, Villa-
24 lobos *ſupra num.*5. qui *num.*6. addit † *ex cap.
quia clerici de iure Patron.* quod ſi aliquis ac-
quiſit Patronatns ius, vt valeat præſentare
filium piopriam, aur nepotem, debet ab
illo priuari; non enim poteſt ius Patronatus
in feudum dari, aut vendi, ſed cum vni-
uerſitate bonorum; niſi hac præcipua de
cauſa bona videantur vendi, vt iſtud ius
vendatur; tunc enim per ſe, aut præcipuè
vendi non poſſet citra ſimoniam, *dict. cap.
de iure* cum Rocho de Curte, Lambertino,
Barboſa *de iure Eccleſ. p.*3. *cap.*16. *à num.*241.
Redoan. *de ſimonia p.* 3. *cap.*3. *num.* 11. Azor.
inſtit. mor. lib. 6. *cap.* 20. *qu.*8. Suarez *lib.*4. *de
ſimonia, cap.* 28. *à n.*17. Bonacina *de ſimonia
qu.*4. §. 11. *n.* 3.

Igitur eſt reſoluendum, vt Patronus abſ- 25
que labe ſimoniæ, non poſſit à præſentato
aliquid temporale exigere, niſi quod in ipſa
fundatione conſtat impoſitum, *cap. ſicut, de
ſupplenda neglig. Prælator. cap. præterea de iu-
re Patron.* † Eſt enim ſimoniaca præſenta- 26
tio quando aliquid datur, vel promittitur
pro habendis vocibus, ſeu præſentationi-
bus Patronorum, *cap. veniens el* 1. vbi Abbas,
& Decius *in* 2. *notab. de teſtib.* Nauarr. *in man.
cap.*23. *n.*100. *verſ. nam cum quis*, Rochus de
Curte, & Lambertin. cum aliis, quos ſequi-
tur Barboſa, *dict. cap.* 12. *de iure Eccleſ. p.* 3.
*num.*202. quamuis id fiat, ipſo præſentato
ignorante, *cap. penult. de elect. cap. Nobis hoc
tit.* Rota *deciſ.* 285. *num.* 3. *p.* 1. *diuerſ. in com-
ment. capella.* † Nec enim poterit Patronus 27
promittere præſentationem antequam va-
cet Eccleſia, nec ante id tempus poteſta-
tem piæſentandi concedere, *cap. fin. de con-
ceſ. Presb.* Nicol. Garcia *de beneficiis, p.* 10. *c.*1.
*à nu.*4. Rota *in Fauentin. benefic.* 13. *Iuny* 1614.
coram Buratto, vbi Ferentil. *deciſ.* 6. *num.*1.
refert plures cum Coſma, Puteo, Delphin.
& aliis, Barboſa *ſupra num.*205. † qui *n.*203. 28
& 204. addit, quòd ſi præſentatio fiat ſub
conditione, ſeu onere celebrandi Miſſas,
minimè ſit ſimoniaca, niſi onus Miſſarum
impoſitum præſentato ſpectaret ad ipſum
præſentantem, cum per tale pactum rele-
uetur ab illo onere, vt fuit reſolutum *in
Romana iuris Patron.* 10. *Decemb.* 1600. *coram
Cardin. Melino.* † Vbi etiam habetur condi- 29
tiones, quæ de iure inſunt, non inducere ſi-
moniam. † Et quod propterea ſimoniaca 30
non ſit præſentatio facta cum onere defen-
dendi iura beneficij, recuperandi bona, &
congerendi in vnum ſcripturas attinentes
ad beneficium, cum hæc ſpectent ad in-
ſtitutum in beneficio: Lambertin. *lib.* 3. *de
iure Patron. quæſt.* 2. *in princ. n.*2. *ex dicta deciſ.*
Barboſa *dicto n.*204.

Pro complemento notabis cum Azor. 31
inſtit. moral. p. 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *verſ.
Et itidem*, Abbate, & Barboſa, *in cap. de hoc*
11. *hoc tit.* Principes, & alios quoſlibet ſæ-
culares recipientes pecuniam, vt tanquam
Patroni, electioni conſentiant, ſiue, vt eam
ratam habeant, eſſe ſimoniacos proculdu-
bio, & reſtituere debere accepta Eccleſiæ,
in qua eſt beneficium, quamuis non ſit ex
illius Eccleſiæ bonis beneficium conſtitu-
tum.

AD TEXTVM
In Capite Dilectus XXVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Moleſtans, vt poſſit pecunia amoueri*, remiſſiuè.
2. *Fides, non eſt ſeruanda, non ſeruanti illam.*
3. *Reſtituere pecuniam, num teneatur ille, aduerſus quem litem mouet?* remiſſiuè.

1 TExtvs iſte quatenus agit de poſſe moleſtantem pecunia amouere, vt deſiſtat à vexatione, latè dictum eſt *ſupra in cap. Matthæus* 23. & de abſoluere iniuſte nolenti, hic *in cap. ad aures*; ideo iam de hoc non amplius.

2 Ad verba ibi: *dilectus filius, promiſit:* & ibi: *verum dictus Archiepiſcopus poſt receptionem pecunia à moleſtus non quieuit; etſi res ita ſe habet, Archiepiſcopus reſtituere, ſi eum contra promiſſionem veniſſe conſtiterit compellatis.* Adiunges quæ dixi *in cap. 1. de iudiciis de promittente, & non adimplente*; item *ſub cap. 1. cum aliis de pactis*, & quod dixi non ſeruanti fidem, non ſit ſeruanda fides, vtnotat Barboſa hic cum multis *num.* 5. de quo dixi latè *ſub capit. 1. de probat.* & alibi.

3 Er quia idem Barboſa hic ex *num.* 2. 3. & 4. latè agit de quæſtione, num recipiens pecuniam in materia beneficiali, aduerſus quem illam recipiens, litem mouet, teneatur reſtituere? vbi leges; ideo nos alia non addimus.

AD TEXTVM
In Cap. Suam XXIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 SOqvitvr textus iſte de ſacramentalibus, de quibus nonnulla *ſub cap. nemo* 14. *hoc tit. quæſt.* 2. *verſ. ad ſecundam*, ſeu melius de ceremoniis pro ſacramento matrimonij, de quo iam ibi dixi *ſub quæſtione* 1. *in fine*; qualiter in eo, vt ſacramentom, aut contractus, poſſit ſimonia contrahi, aut ex alio capite, vt *ibi* dixi. Et quia *ſupra in cap.* cum in Eccleſiæ *in gloſſa benedictionibus, num.* 4. Barboſa nihil de benedictionibus nubentium dixerit, & hic proprius ſit locus; item & ad tractandum *de exequiis* mortuorum, & eorum ſepulturis; iam breuiter ad hæc duo *in quæſt. ſequenti.* Interim etiam leges quæ ſcribit longe Iulius Labotius, *var. quæſt. tract.* 2. vbi an ſit ſimonia vendere ſepulturam? Et *ibi*, an aliquid recipi pro tumulandis cadaueribus.

QVÆSTIO I.

An ſit ſimonia pro benedictionibus nubentium pecuniam accipere? Et an pro exequiis mortuorum, eorumue ſepulturis? Vel pro eo, nempe vt mortuus ſepeliatur in loco honorifico, aut nobiliori?

SVMMARIVM.

1. *Benedictiones nuptiales pecunia celebrata, ſunt ſimoniaca, niſi aliquid ſponte offeratur ad ſuſtentationem, n.* 2.
3. *Sacerdos poteſt locare operas ſuas, ſi ei ſumptus deſint.*
4. *Parrochus ſimoniam committit, ſi pro danda licentia aſſiſtendi matrimonio aliquid accipiat: fallit, vt n.* 5. *& quid de aſſiſtentia teſtium? num.* 6.
7. *Sepulchra num ſine ſimonia valeant vendi?* remiſſiuè.
8. *Sepulturam vendere, eſt ſimonia in quantum eſt benedicta, ſecus ceſſante benedictione Eccleſia.*
9. *Sepultura ſimonia committitur, data re temporali, pro illius electione; item ſi à confratribus vendatur pro extraneo ſepeliendo non confratre, & quando locus ſacer eſt communis ad fidelium ſepulturas, num.* 10.

Capella pro ſepultura ex tacito conſenſu Papa poſſunt vendi, vt num. 12 *& num.* 14. *vbi de ratione.*

13. *Simonia non eſt recipere aliquid temporale pro ſuſtentatione Miniſtri, tam pro ſepultura, quam officio tumulandi.*
14. *Capellas vendendi vſus pro ſepultura defunctorum, non eſt ſimoniacus.*
15. *Sepulchrum dicitur religioſum, & quod in nullius bonis ſit.*

16. *Sepulshrorum, ſiue ſepeliendi vſus acquiſibilis eſt.*

17. *Sepulchri hareditarij vſus, eſt pretio aſtimabilis, qui & vendi poteſt pro debitis defuncti.*

18. *Exequiis mortuorum, in quibus dantur candela, cerei, prandia, clerisus aſſiſtens licitè accipit, quia ipſa eam non pariunt, & à n.19. vide late à n.21.*

19. Cap. cum in Eccleſiæ, cap. non ſatis hoc titulo numero 25. cap. ad abolendam *de ſepulturis, & numeris ſequentibus, & num.25.*

20. *Funeralia vbique locorum cum pompa ſolent celebrari, vocatis collegiis, confraternitatibus, & cantoribus pro ſtipendio, & num.21.*

21. *Simonia vera erit, ſi pro exequiis temporalia exigantur, alias non ſic, n.22.*

22. *Leges Canonica non ſolum ſpiritualium venditionem, ſeu appretiationem Diuinis legibus interdictos prohibuerunt, ſed etiam illos omnes actus, qui venditionis imaginem habent, qualis eſt exactio antequam ſpiritualia conferantur, pactio, & his ſimilia, & quare tibi.*

23. Cap. ad Apoſtolicam hoc tit. quatenus, *vt obliget, pia conſuetudo in ſpiritualibus*, & à n.24.

24. *Conſuetudo pia dandi à Parrochianis, aliquid temporale miniſtris Eccleſia, praua erit, ſi ante adminiſtrationem illud petatur, qua nec vſu, etiam longo reuocatur, cum ſimoniaca ſit, vel ſaltem quandam ſimonia imaginem contineat*, & num.27. *vbi quod nec pignus, nec cautio poteſt peti.*

25. *Conſuetudo pia, qua ita ſe habet, vt aliquid à fidelibus liberè ſine exactione per longum tempus offeratur, laudabilis dicitur, & obſeruanda ſine labe ſimonia, & num.27.*

26. *Parrochis etiam debent dari, qua iuxta laudabilem conſuetudinem ſunt introducta aliis clericis dare, cum ea differentia, vt maius ſtipendium debeatur clericis, ad exequias peragendas de longinquo venientibus ratione itineris, & laboris.*

27. *Parrochi, & alij clerici ad tumulandum concurrentes, ſi iuſta ſtipendia, non eis ſoluantur, poſſunt officio iudicis inſtare, vt conſuetudo obſeruetur, n. 29.*

28. *Muſici, cantores, Clerici, de longinquo venientes, collegia, confraternitates, & qua non ſunt ad tumulandum neceſſaria, perſona poſſunt aliquid pacto, & conuentione petere.*

29. *Taxationes non ſunt facienda in his, qua per liberalem donationem conferri poſſunt, ſecus in his, qua de iuſtitia debentur.*

30. *Sepultura pretium ratione ſitus, vel honoratioris, licet, num.32. aliter ſentit Suarez num. 33. ſed de veritate n.34.*

Cap. quæſita 13. qu.2. cap. filius in princ. de teſtam.

31. *Hereditarij ſepulchri vſus, recipit pretij aſtimationem, num.32.*

34. *Honor emitur in Eccleſia, non rei ſacra, cum pecunia quis ſepelitur in ſelectiori loco.*

35. *Sedem honoratiorem emens, in qua ſedeat in Eccleſia, non committit ſimoniam.*

36. *Sepulchrum emptum, vel propriis ſumptibus adificatum, non eſt materia ſimonia, ſi vendatur quoad proprietatem iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo adificando.*

37. *Honoratior locus ſepulchri non oritur à maiori venditione. ſed aſtimatione humana.*

AD primam quæſtionis partem, ſup- 1
poſitis quæ de ſacramentalibus dixi
in dicto cap. nemo 14. *hoc titulo, ſub quaſt.2. &*
*ſub dicta quaſt.*1. item de benedictionibus,
iam eſt vt per ibi dicta de matrimonio *in*
verſ. ad vltimam, quod hic mouetur de benedictionibus nubentium, capiat reſolutionem, & ſic ex ibi dictis, *& ex dicto cap.*
cum in Eccleſia, & ex text. noſtro, dicendum
eſt, ſimoniam eſſe pro benedictionibus
nuptialibus pecuniam accipere. † Faten- 2
tur tamen DD. in dictis iuribus, & Villalobos *p. 2. ſum. tract. 37. diff. 25. num. fin.* vt
ſi aliquid ſponte offeratur, liceat ad ſuſtentationem Miniſtri, & hac ratione conſuetudinis, quæ debet obſeruari iuxta textum
in cap. ad Apoſtolicam hoc tit. de qua, & de
cuius textus intellectu, cum *dicto cap. cum*
in Eccleſia, & textu noſtro, vbi conſuetudo
reprobatur, iam ibi dixi *ſub dicto cap.* 14.
in quaſt. fin. † Et quia ibi, *ſub dicta quaſt.*1. 3
& quaſt. 2. latè dictum eſt, qualiter habeat
locum, vt Sacerdotes, etiam diuites recipiant pro labore, & ſuſtentatione abſque ſimoniæ labe, etiam in adminiſtratione ſacramentorum; iam facilis erit in intelligendo doctrinam Barboſæ hic *à num.* 3. 4. *& 5.* vbi probat cum multis, vt Sacerdos poſſit pro adminiſtratione ſpiritualium aliquid exigere, ſi ei ſumptus deſint; & quod non eſt inconueniens, vt locet operas ſuas.

Hine eſt, vt ſit ſimonia, ſi Parrochus 4
pretium accipiat pro danda licentia aſſiſtendi matrimonio, quaſi illam vendendo:
nam

nam etſi illa aſſiſtentia, vel licentia ad id
non ſit actus iuriſdictionis, vt oſtendit
Thomas Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.21.*
conceſſio tamen illius licentiæ, eſt actus ad
ſpirituale munus Parochi, & ab eo intime
emanans, & conſequenter eſt ſpiritualis,
5 & materia ſimoniæ. † Tamen ſi Parrochus
exigat ab illo ſacerdote, qui ab eo licen-
tiam petit ad aſſiſtendum alicui matrimo-
nio, vel totam obligationem, vel partem
illius, quam ipſe Parochus, erat perceptu-
rus ratione lucri ceſſantis, hoc modo iuſte,
& licite emi poſſit, percipere, & exigere,
6 † ſed quod aſſiſtentia teſtium poſſit abſ-
que ſimonia vendi, quia non eſt quid ſpi-
rituale, vel in ſe, vel ratione alicuius mune-
ris ſpiritualis, docent Bonacina cum aliis,
de ſimonia, quæſt.4. §.16.n.7.& 18. Baſeus, *p.1.*
§. 3. num.12. in fine.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, & ſup-
poſitis quæ dixi *ſupra ſub cap. quanto 3. de*
iudiciis quæſt.3. vbi de iuribus ſepulchrorum,
& de materia hac late, & bene, & ad
quem iudicem ſuper illis ſpectat cognitio,
& multa, quæ dicuntur *ſub tit. de ſepultu-*
ris, & quæ latè ab antiquitate ſcribit Iu-
lius Laborius *variarum lucubrat.* vbi eum
leges.

8 Et quod ſit licitum illam vendere infi-
delibus, & Paganis volentibus ſe ſepelire
extra locum ſacrum, vt certum ab omni-
bus habetur, quia ceſſante conſecratione,
aut benedictione Eccleſiæ, ſepultura nihil
in ſe habet ſpiritoale: ſic Villalobos cum
quadam gloſſa, & communi DD. *p.2. ſumm.*
tract.37. diff.12. num.1. qui *num.2.* dicit eſſe
ſimoniam vendere ſepulturam Eccleſiaſti-
cam, in quantum eſt benedicta, *ex cap.*
non ſatis 8. cap. cum in Eccleſiis, & ex hoc
noſtro textu ſic cum Syluestro, *verbo ſimo-*
nia num.2. & Hoſtienſi, tenentibus, vt ſit
ſimonia quæcumque res detur tempora-
9 lis pro eligenda ſepultura † addentes, vt
videatur ſimonia committi ab illis verbi
gratia confratribus, qui tenentes certam
capellam, vbi ipſi tumulentur, vendunt
aliquam ibi ſepulturam pro ſepeliendo ex-
traneo, & non confratre; & quod ſic vi-
deatur colligi, *ex cap. audiuimus hoc titulo,*
vbi *in verſiculo vel apud Religioſos eligit ſepul-*
turam notant Barboſa, *numero 2.* Suarez, *de*
relig. tom.1. lib.4. de ſimonia, cap.14. num.19.
Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23.*
10 *num. 226.* † quod quando locus ſacer eſt
communis ad fidelium ſepulturas, pro-
hibitum eſt ab Eccleſia ſepulturam ibi
vendere.

11 Et præmiſſo quod vendere ſepulturam,
eſt ſimonia: *quia prohibita*, iuxta gloſſam
in cap. ex parte 1. de offic. deleg. Villalobos,
dicta diff.12. num. fin. Fr. Eman. Rodriguez,
tom. 3. quæſt. regul. quæſt.53. art.2. & quod
inde ex tacito conſenſu Papæ; poſſint ca-
pellæ vendi, & ſepulturæ, & hunc eſſe
quendam modum dicendi, qui poteſt de-
fendi; ideo euenit, vt ſit licitum emere
ius ſepeliendi pro ſe, & ſuis, & quod alter
inibi ſepeliri non valeat: ita diſcipuli D.
Thomæ, Ledeſma, cum Orellana, *in ſum-*
ma 2. p. tract.12. concluſione 34. Suarez, *de*
relig. tract.3. lib.4. hoc titulo, cap.14. num.22.
† Et in hunc modum poſſe vendi capellas, 12
Villalobos, *ſuprà diff.12. num. 3.* & omnes
ex ea quidem ratione, quia hic non ven-
ditur res ſpiritualis nec aliquid annexum,
ſed tantum quoddam onus illi loco con-
iunctum. † Et inde etiam eſſe licitum, di- 13
cit Villalobos ex textu *in cap. ad Apoſto-*
licam per verba, ibi: *Et pias conſuetudines*
præcipimus obſeruari: vt recipiatur aliquid
temporale pro ſuſtentatione Miniſtri, tam
pro ſepultura, quam pro officio tumu-
landi.

Itaque dicendum eſt pro clariori intel- 14
ligentia, vt licet ſit ſimoniacum aliquid
exigere temporale, tanquam pretium pro
iure ſepulturæ, ſiue vt aliquis in certo loco
Eccleſiæ ſepeliatur, aut cæmeterij, cum ea
vendi non poſſit, ſed ſit gratis præſtanda
defunctis per eorum Parochos, *cap. ad abo-*
lendam de ſepult. vbi DD. antiqui, & mo-
derni; late, tamen, vt vſus vendendi
capellas pro ſepultura defunctorum, non
ſit ſimonia; tum quia datur per modum
eleemoſynæ ad reparationem Eccleſiæ, vel
ad ſubſtentationem Miniſtrorum illius, &
non pro pretio, ſicut datur ſtipendium pro
diuinis, & Miſſis celebrandis, docent Sua-
rez, *dicto cap.14. num.22.* Portel. *in dubiis*
Regul. verbo ſepultura num. 8. Hieronym. Ro-
driguez, *in eo tract. reſ.128.* Barboſa, *de*
iure Eccleſiaſt. part.2. lib.2. cap. decimo, nu-
mero 16.

Vnde, & ſi Rota, *deciſ.22. num. 2.* apud 15
Farin. *p. 1. in poſthum.* dixerit ſepulchrum
eſſe religioſum quid, & cum in nullius
bonis ſit, extra hominum commercium eſſe
dicatur; & ob id, nec acquiri ab aliquo,
nec poſſideri poſſit, *l. ſepulchrum ff. de relig.* 16
& ſumptib. funer. † Tamen ius, & vſum ſe-
pulchrorum, ſiue ſepeliendi acquiſibile
eſſe; ita vt qui acquiſiuit, in eo ſepeliri
poſſit, & cæteros, ne ibi ſepeliantur pro-
hibere, *lege 2. §. vſumfructum leg. familiaria,*
& l. ſequent. ff. de religioſ. & ſumptib. funer.
lege ſepulchri Codice eodem, idem Barboſa,

dicto cap. 10. *lib.* 2. *num.* 12. qui *num.* 17. cum Michael. Fæbo Lufitan. *deciſ.* 8. *numer.* 13. reſoluit, † quod vſus ſepulchri hæreditarij eſt pretio æſtimabilis, quique vendi poſſit pro debitis defuncti; de quibus, & aliis dictum eſt latè, *ſub dicto cap. quanto quæſtione tertia.*

18 Ad aliud de recipiendo pro exequiis mortuorum, notant DD. per textum noſtrum, *& dict. cap. ad Apoſtolicam*, quod ſi adeſt conſuetudo, vt aliquid detur in exequiis mortuorum, & conſimilibus, aut legitime apparet, de quaſi poſſeſſione exigendi, vt pote, vt dentur candelæ, cerei, prandia, nec non in adminiſtratione ſacramentorum, licet clerico non detur actio ad petendum, Hoſtienſ. hic *num.* 4. Barboſa, *fin.* Decius, *conſ.* 114. *per totum*, Vgolin. *de ſimonia in genere*, *tab.* 1. §. 10. *num.* 1. 2. *&* 7. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 110. *num.* 9. *& cap.* 210. *num.* 11. 12. *&* 28. Azor, *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 19. *quæſt.* 1. poſſe tamen populum cogi, ſi non iure actionis, ſaltem officio iudicis ad obſeruandam honeſtam, & laudabilem conſuetudinem, de qua dictum eſt pro intellectu *dicti cap. ad Apoſtolicam*, *ſuprà dict. cap. nemo decimo quarto*, *hoc titulo*, *quæſtione fin.*

19 Obſtat vero, vt pro exequiis ipſis, quoniam actiones ſunt ſpirituales, quidquam exigi non poſſet abſque vitio ſimoniæ, niſi libere, & piè offerri conſueuetir, & textus, *in dicto cap. cum in Eccleſia* 9. *cap. non ſatis hoc titulo*, *dict. cap. ad abolendam*, *de ſepulturis*, qui prohibent omnem con-

20 ſuetudinem contrariam, † ſed quia ſine ſcrupulo vti tantum videmus vbique locorum principalium funerales pompas maximo cum apparatu celebrari, & procul à Parochia, collegia, & ſacerdotes aliunde vocari, qui nulla ratione tenentur; item confraternitates, atque cantores, alia que huiuſmodi adhiberi, quæ ad exequias neceſſariâ non ſint, quibus dubium non ſit dari pecuniam, vt concurrant; ideo qualiter à ſimonia, liberum hoc omne dicatur erit operæ pretium diſcutere, vt pia conſuetudo *dict. cap. ad Apoſtolicam*, locum habeat.

21 Et præter quam quod *in dicto cap. nemo*, 14. *ſuprà ſub dicta quæſtione fin.* talis pia conſuetudo eſt intellecta iuxta terminos *dicti cap. ad Apoſtolicam*, pro vera reſolutione videtur diſtinguendum, vt diſtinximus *in dicto cap. nemo*, circa ſacramenta, & ſacramentalia, etiam in exequiis: nam ſi temporalia, tanquam pretium exigantur, vera ſimonia erit; ſin verò minus, vera ſimonia non erit. † Nam leges canonicæ non 22 ſolum ſpiritualium venditionem, ſeu appretiationem diuinis legibus interdictas prohibuerunt, ſed etiam omnes illos actus, qui venditionis imaginem habent, qualis eſt exactio, antequam ſpiritualia conferantur, pactio, & his ſimilia, ad illa, quæ dixi, *ſub cap.* 1. *cap.* 12. *& cap.* 14. *hoc titulo*, non quia in his vera ſimonia committatur, ſi intentio ad aliam cauſam referatur, quæ à pretio ſpiritualium ſit diuerſa: ſed quia talis exactio, & conuentio adeo ſunt commutationi, & dationi ſimiles, vt non leuis ſit præſumendæ ſimoniæ coniectura, aut certè manifeſtam habeant cupiditatis, & ſcandali rationem; ideoque merito malæ, & quæ mali ſpeciem habent, vel occaſionem in re tam periculoſa, prohibuerunt ſanctiſſime.

Vnde, etſi multum vrgeant quæ tradit 23 Barboſa, *in dicto cap. ad Apoſtolicam*, *num.* 18. *&* 19. quibus miro modo impugnat conſuetudines, quas ibi Pontifex pias vocat, dicendo oblationes illas pro exequiis pendere ab actu facultatiuo, qui nunquam obligat dantem: ad plura, quæ dixi *in cap.* 18. *de præſcriptionibus*, vbi quod in his facultatiuis, illa non datur: tamen ipſe Barboſa plura tentando, vt ſe explicet ibi videnda, concludit, nec conſuetudine, nec præſcriptione tales obligationes; etſi ab antiquo tempore deberi, ſed à reſpectiua obligatione parrochianorum dantium, & clericorum recipientium; at cum textus ille de conſuetudinibus piis expreſſe loquatur obſeruandis, etiam in adminiſtratione ſacramentorum, & iterum ipſe Barboſa, *numero fin.* & ante ibi, illas conſuetudines admittat; ideo textus ille intra terminos conſuetudinis piæ accipiendus eſt, vt omnes accipiunt, per illa, quæ latè dixi *in dicto cap.* 1. *cap.* 12. *& dict. cap. nemo* 14. vbi proprius de illius intellectu, *ſub dicta quæſtione fin.* cum ergo id, quod iuxta laudabilem conſuetudioem abſque vlla exactione, vltro à fidelibus offertur, aut poſt miniſterium petitur, nullam habeat mali ſpeciem, cum manifeſta cauſa ſit ob quam recipitur merito textus *in dicto cap. ad Apoſtolicam*, idem permiſit ſic ſacram canonum prohibitionem in hac re declarans.

Itaque poſt Abbatem, & alios in dictis 24 iuribus nunquam approbantes conſuetudinem, quæ à prauo vſu originem ſumpſerit; at cum nunquam poſſet conſtare in hac materia, quandò conſuetudo bona fuerit,

fuerit, aut praua, propter antiquiſſimum vſum piiſſimorum fidelium in hac oblationum, & exequiarum materia; re vera dici debet quod ſi conſuetudo, & vſus habeat, vt temporalia, tempore, quo ſpiritualia miniſtrantur ab obligatis Miniſtris pacto, vel exactione petantur, nec antea ſpiritualia conferantur, quam temporale illud præſtetur, quamtumuis longæua fuerit, veluti irrationabilis improbatur, quia ab inuitis videtur extorqueri, & ſimoniam præ ſe ferre, vel ſaltem expreſſam imaginem ipſius; & ſic tale videatur eius initium, qualis eius vſus nunc reperitur: ad plura, quæ latiſſime dixi *ſub tit.* & Rubro de conſuetudine, vbi quod nunquam prauæ conſuetudines vſu, & ſi longæuo honeſtantur.

25 Tamen ſi conſuetudo ita ſe habeat, vt eius vſus ſit, vt aliquid à fidelibus libere ſine exactione per longum tempus offeratur, & ita recipiatur, nec prætetea ſpiritualia denegentur, quod ante temporalia non præſtanrut, tunc laudabilem eſſe conſuetudinem, & à pia deuotione iudicandam incepiſſe; ſic vt non oporteat vnquam initium conſuetudinis aliter expendere, quam ex ipſius vſu, & progreſſu, quidquid DD. inuoluant, nec etiam habeant locum canones, qui conſuetudinem exigendi improbant, in his, qui non tenentur ex officio, ſi ratione ſuſtentationis, vel laboris accidentalis exigant: ſic idem Barboſa, ibi *numero* 17. *in fine*, qui ibi dicit iuxta primum modum, qui nunquam valet honeſtari, etiam longiſſima conſuetudine fore intelligendos textus, *in dicto cap. cum in Eccleſia* 9. *cap. non ſatis* 8. *ad finem, dict. cap. fin. de ſepulturis*, improbantes talem exactionem pactatam ante, aut in ipſo actu, aliter clericos denegantes illas peragere. Et quoad ſecundum caſum, intelligi approbatas pias fidelium conſuetudines, *in dicto cap. ad Apoſtolicam hoc titulo*, & ſic quæ vetantur exigi, conſuetudine damnata, vt in relatis iuribus procedant, non ſolum, quando vere in ratione pretij exiguntur, ſed etiam abſolute, ſi exactio, & pactio interueniat; non enim præceptum legis effugiet, qui rectam habuerit intentionem recipiendi ex conſuetudine, ſi contra legis mandatum exigat, aut paciſcatur; nam leges prædictæ non ſolum ſimoniam præſumunt ex eo facto, vt Syluester, & alij exiſtimant, ſed etiam, factum ipſum ſua prohibitione efficiunt ſimoniacum: idem Barboſa, *in dicto cap. ad Apoſtolicam ſub numero* 16. Videbis alia, quæ ipſe tradit *de iure Eccleſ. parte* 2. *lib.* 2. *dicto cap.* 10. *numero* 18. vbi agens, an poſſit aliquid peti à curato pro ſepultura, ſeu pro officio ſepulturæ, breuiter concordat Abbatem, *in dicto cap. cum M. Ferrar. de conſtitut. & dict. cap. fin. de ſepultur.* cum Cardinali, Hoſtienſi, Buttio ibi cum Paulo de Caſtro, Mantua, Ripa, & Trentacinquio ſub relata diſtinctione, & quæ à *verſiculo ſequenti*, refertur.

26 Et quamuis iterum alij diſtinguant inter illos, qui ex officio ſepelire, aut exequias pro defunctis facere tenentur, quales ſunt parochi; ita, vt de iſtis, qui neceſſitate tenentur ad eas peragendas, canones *in dicto cap. cum in Eccleſia, cap. non ſatis*, loquantur cum *dicto cap. fin. de ſepulturis*; ſed re vera, quia, vt *ſub dicto cap. nemo* 14. dictum ſit, etiam conſueta illis deberi, ſi ex liberalitate, nulloque pacto procedant, & vbique locorum ſic practicetur; & ne reſtringatur ipſa conſuetudo dandi, tam iſtis Parochis, quam aliis clericis conuocatis ad exequias magis ſolemniter paragendas; ideo ſolum poteſt admitti ea differentia, nempe, vt reſpectu clericorum ex aliis oppidis venientibus ratione itineris, & laboris, maior ſtipendij pars aſſignetur, vt ibi dictum eſt, cum de iſtis, vt Barboſa, *in dicto cap. ad Apoſtolicam ſub numero* 16. *verſ. poſteriori*, prohibitio illorum canonum non agat, nec Parochos comprehendat, ſi iuſta ſtipendia recipientes ab offerentibus libere contenti ſunt, nullam conuentionem antecedentet, aut in ipſo actu interponentes.

27 Vnde tam Parochos, quam cæteros clericos concurrentes ad tumulandum, & ad exequias poſſe, ſi ſolita ipſis offerre pie poſt funus impenſum non perſoluantur, officio iudicis compellere hæredes, vel exequutores, vt laudabilem conſuetudinem obſeruent, & conſuetas oblationes perſoluant; dum tamen, vt quando ſpiritualia miniſtrantur prætextu talis conſuetudinis exigere non liceat, nec pignus, aut cautionem petere, ſed poſtea inquam liceat officio iudicis ad obſeruantiam conſuetudinis agere, quæ ſi ab exactionibus initium habuerit, tanquam irrationabilis, non excuſabit; & ſic iterum Barboſa dicit *ſuprà ſub num.* 15. auctoritates canonum, *in dicto cap. cum in Eccleſia, & cap. non ſatis hoc titulo, & dict. cap. fin. de ſepulturis*, lucem accipere; addens quod ſi à pia deuotione offerentium, illa datio initium habeat tunc dicantur laudabiles conſuetudines recipiendi, eſſeque obſeruandas iuxta

Digitized by Google

iuxta textum, & gloſſam, *verbo laudabilem, in dicto cap. ad Apoſtolicam*, Abbas, Anton. & Felin. hic, vbi latè DD. cum D. Thoma, *2. 2. quæſtione* 100. *articulo* 3. *in corpore*, Sanctus Antonin. *parte* 2. *titulo* 1. *cap.* 5. §. 22. Sylueſter, *verbo ſimonia quæſtione* 11. Sotus, *de iuſtitia, lib.* 9. *quæſt.* 6. *art.* 2.

28 Ex quibus iam ad aliud, quod *ſuprà* poſitum fuit, quod ſæpiſſime funerales pompæ maximo cum apparatu celebrantur, & procul à Parochia, collegia etiam, & ſacerdotes à longe vocari, confraternitates, & alia, & rurſus cantores, & alios Eccleſiæ Miniſtros; tunc quidem iſtos poſſe conuentionem facere pro ſtipendio, præcipuè cantores, videtur firmandum per dicta de cantoribus, & muſicis *ſupra in cap.* 21. quia cum iſtæ perſonæ ad exequias non ſint neceſſariæ, videtur, vt petere poſſint temporalia, vel tanquam ſuſtentationem, vel tanquam mercedem laboris: ita Barboſa, *ſub dicto cap. ad Apoſtolicam, ſub num.* 14. *verſ. obſtat*, & *ſub dicto num.* 16. *in fine, verſ. nec etiam*, dum ait cum Soto, Caietano, & Nauarro, *in manuali cap.* 23. *num.* 66. vt licet conſueta dari tutum non ſit exigere ante etiam ad euitandas lites: tamen admittit eam exactionem reſpectu eorum, qui ad exequias non tenentur; & ſic Villalobos, *in ſumma, dicta p.* 2. *tractat.* 37. *diff.* 12. *num.* 4. poſtquam dicit, vt non poſſint clerici aliquid accipere pro ſepulchro, quia id eſt quid religioſum, & ſpirituale ex *dicto cap. ad Apoſtolicam*; ſed quod poſſit vendi ſepeliendi actus cum maiori pompa dicit; eo quod hoc non ſit neceſſario coniunctum cum ſepulturæ officio, vt eſt facere magnum tumulum; & quod Eccleſia enlutetur, aliaque ſimilia fiant.

29 Pro complemento adiunges non eſſe taxationes faciendas in his, quæ per liberalem donationem conferri poſſunt; non enim taxatio cadit in illis, iuxta multa, quæ de oblationibus dicuntur, *ſub titulo de decimis*; ſecus in his rebus, quæ ex debito iuſtitiæ dantur per modum ſtipendij, ſi de modo, vel quantitate non conſtat ex lege, vel conſuetudine, Suarez, *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 46. *numero* 6. Barboſa, *in cap. dilectus* 30. *ſequenti numero quarto*, quæ poſſunt applicari hic, & ad conſuetudines, *dicti cap. ad Apoſtolicam*, cum iudicis officio exiguntur piæ oblationes, de quibus hic, & ibi agitur: ſunt enim oblationes Eccleſiæ de præcepto. Suarez, per textum noſtrum, etiam de diuino cultu, *tomo* 1. *de relig. cap.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *& præcipuè* 13. vbi tradit etiam omnia, quæ pertinent ad poteſtatem ordinis.

Ad vltimam quæſtionis partem, an liceat recipere, nempe pro eo, vt mortuus in honoratiori loco ſepeliatur, & ex dictis ad ſecundam, iam facilis erit reſponſio. Et licet nos videamur negare, *in dicto cap. quanto de iudic. dicta quæſt.* 3. *num.* 11. ſi fiat intra Eccleſiam; non enim dixit Balboa, ibi citatus, hoc caret à labe ſimoniæ; eo quod ibi tota ratio pretij, eſt ſanctitas loci, ſeu reſpectus ad maiorem ſanctitatem. Sed quia ibi *num.* 21. ſimonia carere dictum ſit: nam quod tunc datur, eſt in fabricæ reparationem, & ratione eleemoſynæ, ſic intelligendo textum, *in cap. quaſ.* 13. *qu.* 2. *& cap filius in princ. de teſtam.* iam ergo admittendum eſt quod licet, *ex dicto cap. ad abolendam fin. de ſepulturis*, pretium accipi non poſſit pro terra Eccleſiæ, in qua eſt ſepeliendus defunctus, vt docent ibi ordinarij, & ex neothericis Sotus, Aragon, Victoria, Zerola, Stephanus Gratianus, & alij *infrà* referendi. † Tamen omnes pariter etiam 31 reſoluunt, licitam eſſe receptionem pretij pro ſepultura, ratione ſitus, vel dignioris loci, quaſi hoc non videatur concernere ſpiritualia ſed tantum honorem, & præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari, & vendi, cum hoc caſu non vendatur ſepultura, quæ gratis eſt præſtanda defunctis per eorum parochos, cum aliis etiam infinitis, idem Barboſa, *de iure Eccleſ. dicta p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *ſub num.* 16. *verſ. ſic ratione ſitus*, & vtrobique cum Michael Febo Luſitan. *deciſ.* 8. *&* 9. *num.* 13. reſoluit, † quod vſus ſepulchri hæ- 32 reditarij (de quo difficiliora iura explanaui *ſub dicto cap. quanto* 3. *de iudic. ſub dicta quæſt.* 3.) eſt pretio æſtimabilis, & vendi poteſt pro debitis defuncti: & addit cum illo *num.* 14. quod non ſoluitur gabella ratione ſitus, vel dignioris loci.

Sed quia Suarez, *de relig. lib.* 4. *hoc titulo*, 33 *cap.* 14. *numero vigeſimo ſecundo*, tenet, vt emptio de ſepultura ſimplici poſſit ſaluari ex illa ratione, maximè obligationis, quod nullus alius ibi ſepeliatur; non tamen ratione ſitus, aut dignioris loci, dicens, quod licet ſimonia ſit aliquid accipere pro honoratiori loco ſepulturæ; ſecus tamen eſſe, ſi quis velit onerare Eccleſiam, & ita poſſidere in illa ius ſepulturæ in aliquo certo loco illius, vt non poſſit alius ibi ſepeliri, dicendo, vt videatur poſſe ſic à Clericis vendi, ſaltem auctoritate Prælati, cum circa hoc non videatur facta prohibitio: nam aliud eſt vendere ſepulturam, quod prohibetur, aliud

vendere

vendere obligationem non ſepeliendi alium; non enim ait tunc vendi aliquid ſpirituale, aut annexum ſpirituali, & cum illa obligatio ſit onos accidentarium, quod æſtimabile pecunia eſt, inde venditionem licere tali itaquam modo, non quidem ratione ſitus, aut loci honorabilioris, cum hoc directè videatur ad ſepulturam reſpicere, quæ gratis debet dari.

34 Verum quia eſt quaſi ab omnibus admiſſa ſententia dicentium pro honorabiliori loco in Eccleſia pretium poſſe accipi; imo & ſic quotidie practicetur vbique, & apud nos Matriti, Hiſpali, Valliſoleti, Granatæ, Salmanticæ; imo & in aliis ignobilibus oppidis noſtræ Hiſpaniæ, vt pro tumulandis defunctis in honorabilioribus Eccleſiarum, & Monaſteriorum locis maiores ſumptus fiant, ac pecuniæ recipiantur; ideo exiſtimamus ab argumento de ſepulchris hæreditariis, de quibus *ſub dicto cap. quanto quæſt.* 3. & hoc de honorabiliori ſitu, ac loco ſepulturæ eſſe accipiendum, quoties locus, & ſitus honoratior ſit, & appareat ſecundum rationem, & reſpectum aliquem temporalem; quia tunc non emitur res ſacra, ſed honor quidam humanus, qui in hominum æſtimatione, & appretiatione

35 poſitus eſt. † Et ex eo etiam, quia, qui emit locum honoratiorem, in quo ſedeat, non committit ſimoniam, Gabriel, *in* 4. *diſt.*25. *quæſtione* 2. *dubio* 10. Suarez, *dicto lib.* 4. *cap.*28. *numero* 23. ergo nec ſimonia committetur, dum honoratior ſepulturæ locus emitur, vt optime conſiderauit Bonacina, *variar. tractat.* vbi *de ſimonia*, *quæſtione* 4. §. 6. *numero* 4. & ſic bene hanc amplectuntur ſententiam Diana, cum multis aliis, *parte* 2. *tractatu* 1. *reſol. moral. reſ.*57. Naldus, *in ſumma verbo ſepultura*, Stephan. Gratian. *Marchi:a deciſione* 26. *à princip. & diſcept. forenſ. cap.* 110. *numero ſexto*, Nicol. Garcia, *de benef. parte* 5. *cap.* 9. *numero* 137. *in addit.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*25. *numero* 208. *&* 216. Bellet. *diſquiſit. Cleric. parte* 1. *titulo de Clerico debitore*, §. 3. *à numero* 27. Iulius Laborius, *variarum lucubrat. tom.* 1. *titulo* 2. *cap.* 10. *ex numero* 2. Azor, *inſtit. moral. part.*4. *lib.* 12. *cap.*17. *qu.*2. Filiuc. *tract.* 45. *cap.* 3. *quæſtione* 11. & alij quam plures relati per eos, & Barboſam, *in dicto cap. fin. de ſepultur. ſub numero* 2. *ad* 7. *& de iure Eccleſ. ſub dicto num.* 16. *p.*2. *lib.*2. *dict. cap.*10.

36 Vnde iam pro complemento aduertendum eſt cum eodem Suarez, *dicto cap.* 14. *num.*18. Barboſa vtrobique, quod ſi quis habeat ſepulchrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis, non ſit materia ſimoniæ, vt iam dictum eſt, ſi vendatur quoad proprietatem iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, quia in eo non venditur benedictio, nec proprium ius ſepulturæ, ſed materiale illud, ad quod alia ſequuntur; indeque ſimilia loca iure hæreditario transferri ſolere à parentibus ad filios, ratione temporalitatis, quæ in eis eſt, videndus etiam Raphael de la Torre, *de relig. tomo* 2. *quæſt.*10. *art.*4. *diſp.*7. Felizan de Vega, *in dicto cap.* 3. *de iudiciis ad quæſtionem num.*55. *&* 56. Aragon. 2. 2. *quæſtion.*10. *art.*4. Ledeſma, *in ſumma p.*2. *tract.* 12. *concluſione* 33. Villalobos, *dicta p.* 2. *tractat.*37. *diff.* 12. *ſub numero* 3. † eo quod honoratior locus, non oritur à maiori venditione, ſed ab æſtimatione humana, veluti ſi Rex ſepultus eſſet in aliquo templo, in quo forte eſſet maior honor inibi ſepeliri quam alibi. 37

AD TEXTVM

In Cap. Dilectus, XXX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta ratione connexitatis, aliis nocet.*

2 *Archiepiſcopi poteſtas*, remiſſiue.

3 *Spirituales actus vtiles ſolu operantis num ſint materia ſimoniæ?* remiſſiue.

TExtvs iſte loquitur de ſimonia inter Religioſos; ſed quia iam latè actum eſt *ſupra in cap. non ſatis* 8. vbi huius meriti alia iura explanata ſunt; ideo non amplius. Et quia ad verba hic, *verſiculo tam in dantes*, notat Barboſa cum Tyraquello, *num.*2. quod ratione connexitatis res inter alios acta, aliis nocet, & de hac regula, an noceant, vel non, latiſſimè dixerim *ſub cap.*17. *& penult. de re iudicata*, & de aliis circa appellationem in connexis *ſub Rub. de appellat. quæſt.* 5. *&* 6. ideo ad ibi dicta recurres, neceſſaria applicando. † Et ibi, *vt hanc formam per ſuas diœceſes*, de poteſtate Archiepiſcopi, dixi *ſub cap.*1. *de foro comp.* & latè *ſub Rub. de officio Archipreſbyter.* aliquid *in cap.*25. *de accuſat.* 1 2

3 Hic poretis applicare quæſtionem, an actus ſpirituales vtiles ſoli operanti, ſint materia ſimoniæ, Suarez latè *de relig. lib.4. titulo de ſimonia, cap.16. & 17.* & applicabis Couarr. *in cap. quamuis pactum 2.p. §.3. à num.7.* & ante, vbi de exigendo, vel non regulariter prohibito.

4 De pœna depoſitionis, adiunges hic dicta *in cap. per tuas 32. ſub quæſt.1.*

AD TEXTVM

In Cap. Licet Hely, XXXI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello, & vt valeat num.7.*

2 *Notoria delicta, quibus iudiciis puniri valeant?*

3 *Exceptio teſtium inimicorum* remiſſiue.

4 *Paſtor bonus debet corrigere exceſſus ſubditorum, ne illi imputentur.*

5 *Aſſertioni alterius cito credi non debet.*

6 *Iudex iudicans ſecundum cauſam deductam, & non probatam, dicitur iudicare, vltra petita.*

8 *Pœna Talionis*, remiſſiue.

1 DE intellectu huius textus dixi, *ſuprà ſub cap. 3. hoc titulo, & in cap.1. de libelli oblat. quæſtione 1. numero 8. in cap.1. de confeſſ. quæſtione 1. numero 14. in Rubrica de re iudicata quæſt.3. num.26.* vbi quod ſententia debet eſſe conformis libello; & *in cap.10. de teſtibus, ibi quæſt.1.* Et quia agitur de ſimonia oppoſita in Abbatem, applicabis quæ dixi *in cap.8. hic.*

2 Et quia hic textus dixit quod in delictis notoriis poteſt procedi per inquiſitionem, accuſationem, & denunciationem, applicabis quæ de his modis dixi *ſub Rub. de accuſat. & in cap. qualiter 24. eodem*, & alibi *ibi.* Et quatenus ad delicta notoria latiſſi-
3 me ibi, *in cap. euidentia.* † Et quatenus, vt Abbas, de qua hic excipere poſſit contra teſtes, qui ſunt inimici, & conſpiratores, applicabis dicta ſupra hic *dict. cap. 3. & cap. tanta, & in cap. teſtimonium, de teſtibus*, vbi latiſſimè, & *ſub cap. repellantur 9. de accuſat.*

Et quatenus hic agitur quid bonus Pa- 4
ſtor agat pro corrigendis ſubditis, ſin autem eorum exceſſus illi imputentur, applicabis quæ DD. docent *ſub tit. de officio ordinarij*, & quæ latiſſimè dixi de correctione fraterna, *ſub cap. nouit.13. de iudic. à quæſt. 17.* vſque ad finem, & alibi; item *ſub dicto tit. de accuſat.* Balboa, *in eo cap.* vbi *à num. 67.* per hunc textum qualiter correctio fraterna formetur? Et *in cap.1. & 2. de libelli oblat. & in cap.3. de cauſa poſſeſſ. à num.* 107. vide *in cap.32. ſequenti.*

Et *in verſ.* ibi: *Non facile credere debet:* 5
quatenus notat hic Barboſa, *num.2.* cum Tyraquello, *de pœnis temper. cauſa* 51. vt non ſit facile credendum alterius aſſertioni, nec cito, aut temere; ideo applicabis quæ de Epiſcopi litteris credendis dictum eſt *ſub cap. nono, de probat.* & quæ dicta ſunt *ſub cap.28. de teſtibus*, & alibi paſſim, *eo titulo.*

Et ibi: *iuxta iudicij formam*, & ibi: *Sen-* 6
tentia quoque forma dictetur, nempe, quod iudex iudicans ſecundum cauſam deductam, & non probatam, dicitur iudicare vltra petita, quod non eſt faciendum ſine nota ſtultitiæ. † Et quod ſententia, vt va- 7
leat debet eſſe conformis libello, vt cum pluribus de vtroque probat Barboſa, *num.3. & 4.* ac aperte colligatur ex locis, vbi egimus, citatis hic *nu.1.* de quo etiam Pichard. *in §. curare inſtit. de action. & in §. itaque diſcretis eodem à num.59.* Et in quibus fallat dictum, quod ſententia debeat eſſe conformis libello, ſcribat Riccius, *p.2. collect.343.* Et ſic ad plures quæſtiones, quæ coincidunt cum his axiomatibus, videbis ſequentes. Secundum deducta in iudicium iudicandum, bene Donellus, & ibi Oſuald. cum multis *lib.26. comment. cap.4.* & applica *cap.5.* vbi de condemnatione eius, quod intereſt, & *cap.24.* cum aliis. Ex quo tempore æſtimetur id, quod intereſt, Donellus, & Oſualdus, *lib.17. cap.10.* De ineunda æſtimatione rei in iudiciis, Anton. Faber, *decade decima ſexta, de erroribus pragmat. errore primo*, cum aliis, & *decade 17. errore primo, ſecundo, & tertio*, & etiam videndus, *errore* 4. de neceſſitate concipiendi condemnationem in pecunia ad effectum iudicati, idem *decade 75. errore. 2.* & applica *err.9.*

Et ibi in gloſſa *inſcriptio*, quid ſit inſcrip- 8
tio, & de pœna Talionis, dixi late, *ſub Rubrica de accuſat. quæſtione 1. verſ. ad aliud*, & *ſub cap.1. de calumniatoribus*, vbi leges, & quid hodie practicetur tam in accuſatoribus, quam in delatoribus. Et ad hanc

adiun

adiunges notata, *in poſtillatione ad cap. per tuas ſequenti.*

AD TEXTVM

In Cap. Per tuas, XXXII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inimici non admittendi*, remiſſiue.
2 *Rigor, aut æquitas, an in iudiciis practicanda?* remiſſiue.
3 *Proceſſus aduerſus regulares, in quo differat ab aliis.*
4 *Acceptio perſonarum, non eſt in iudicio habenda*, remiſſiue.
5 *Bonus, aut malus, an quis præſumatur?* remiſſiue.
6 *Scandali materia*, remiſſiue.
8 *Teſtes, vt faciant fidem, quæ requirantur?* remiſſiue.
10 *Dilapidationis materia inſinuatur.*

1 PLENE de hoc textu dictum eſt *ſupra in cap. ſi Dominus* 3. *& cap. tanta* 7. *hoc titulo*, vbi de teſtibus admittendis, vel non ad probandam ſimoniam. Sed quia, vt inimici admittendi non ſint, quantumuis, criminoſi, alias admittantur *ex dicto cap. tanta.* Et de teſtibus inimicis repellendis, Pontifex hic decidat; ideo adiunges quæ *in dictis cap.* 3. *&* 7. adduxi, *& in cap. repellantur 6. de accuſat.* & *ſub cap.* 1 *de except.* vbi Balboa, & DD. & nos latiſſime *ſub cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus*, vbi de teſtibus criminoſis repellendis, & *in cap. quotiens* 5. *de teſtibus*, etiam de teſtibus inimicis. Et quia etiam hic textus ſumatur, qualiter præcedens quoad modum procedendi, ibi: *Vtrum is, contra quem agitur de ſimoniaca prauitate denuncietur ſimpliciter, aut criminaliter accuſetur, & vtrum agatur ſecundum iuris rigorem, aut ſecundum temperantiam æquitatis.* Ideo applicabis notata *in dicto cap. licet* Hely præcedenti *in verſ. & quatenus*
2 *hic agitur.* † Et quatenus hic inſinuantur rigor, & æquitas in procedendo, adiunges quæ latè dixi *ſub cap.* 2. *de ſent. & re iudicata*, vbi latè, quando rigor, aut æquitas in iudiciis ſit ſequenda.

3 Et ibi: *Vtrum ipſe ſit Regularis, qui iam renunciauit mundo, an ſecularis, qui adhuc in mundo exiſtit? Et an inferioris gradus, an excellentioris ſit dignitatis?* De differentia proceſſus aduerſus regulares, ac ſit aduerſus laicos, applicabis quæ dixi latè *ſub cap.* 3. *de appellat.* & applicabis notata, *in cap. ex p.* 11. *& in cap. fin. de accuſat. & ſub cap. nouit.* 13. *de iudiciis*, vbi de correctione contra regulares. Et quoad hoc crimen ſimoniæ late *ſub cap. non ſatis* 8. *hoc tit.* Et ad *dict. verſ. An inferioris, an excellentioris*, contra faciunt dicta à 4
nobis *ſub dicto cap. nouit. de iudiciis, qu. penult.* vbi quod non eſt habenda acceptio perſonarum in iudiciis, ſed quod aliter cum nobilibus agatur, latè DD. per textum *in cap. de multa in fine de Præbendis.*

Et ibi: *Ad hæc vtrum ante fuiſſet claræ opinionis, & bonæ famæ, an grauiter infamatus, & valde ſuſpectus*, applicabis dicta *ſub cap. ex ſtudiis, cap. ſcribam* 9. *cap. penultim. & fin. de præſumpt.* aliqua *ſub cap. qualiter* 24. & aliis *de accuſation.* vbi de fama præcedenti. 5

Et ibi: *Et vtrum de facili poſſit puniri, an ſine ſcandalo nequeat condemnari.* Ad hæc late dicta de ſcandalo vitando *in cap.* 2. *de præſcript.* 6

Et ibi: *præterea, vtrum teſtes ſint honeſti, an criminoſi? Et an ſint emendati de crimine, an adhuc in crimine perſeuerent?* De hac parte latiſſime dictum eſt *ſub dicto cap. teſtimonium quinquageſimo quarto de teſtibus.* 7

Et ibi: *Rurſus, ſi crimina ſint eadem, vel minora, an paria, vel maiora?* Applicabis quæ dixi, *ſub cap. quarto*, §. *de adulteriis, de iudiciis*, & ibi: *Vtrum teſtes ex zelo iuſtitiæ, an ex malignitatis fomite depoſuiſſe credantur?* Quæ requirantur in teſtibus, vt fidem faciant? latiſſimè dictum eſt *ſub tit. de teſtibus*, & de teſtibus cogendis in diuerſis capitibus. 8

Et ibi: *Denique vtrum ad prauitatem ſimoniacam detegendam, ſola dicta teſtium inducantur, an alia etiam adminicula ſuffragentur?* iterum applicabis dicta *ſub dicto cap.* 3. *& cap. tanta* 7. *hoc tit.* 9

Et ibi: *Ille quidem Pompoſianus Abbas, qui iam pridem renunciauit mundo, erat de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac inſufficientia grauiter infamatus:* quoad crimen ſimoniæ appoſitæ, late *in hoc titulo*, & proprie *in dicto cap. non ſatis octauo, hoc tit.* Quoad periurium, & dilapidationem adiunges quæ notaui *ſuprà in cap. penult. & fin. de accuſationibus.* 10

Et ibi: *cumque per Monachos, qui iurauerant*, &c. *in hoc verſiculo, intrant dicta ſub* 11

dicto cap. ex parte 11. *& fin. de accuſation.* vbi de Monachis accuſantibus ſuum Abbatem, vel Prælatum? Et quæ Abbas opposuerat crimina in illos, vt repellerentur à teſtimonio, patet ex iam hic notatis de teſtibus inimicis, & criminoſis *numero primo.*

QVÆSTIO I.

An ſimoniaci ſint criminaliter, aut ciuiliter puniendi per inquiſitionem, aut accuſationem?

SVMMARIVM.

1 Cap. ſi quis Epiſcopus 1. *quæſt.* 3. *& à num.* 2. cap. Presbyteri; cap. reperiuntur 1. *quæſt.* 1. *& num.* 8.

2 *Simoniaci ciuiliter, aut criminaliter valent puniri, exemplificatur, n.* 3.

3 *Criminaliter procedi poteſt in ſimoniacos duobus modis, aut per accuſationem ad publicam vindictam cum legitima ſubſcriptione, vel per inquiſitionem; & de differentia num.* 4. *&* 5.

5 *Pœna aliqua remitti debet, cum per inquiſitionem proceditur in ſimoniacos, ſint regulares, nec ne?*

6 Cap. inquiſitioni de accuſationibus.

7 *Pœnæ omnes, quæ per ſimoniam imponuntur, & ſi in iure ſint expreſſa, vel augeri, vel minui ex cauſa poſſunt.*

8 *Deponuntur ſimoniaci ſcilicet quando de ſimonia fuerint criminaliter accuſati, & qualiter ſi confeſſus, & conuictus, quis ſit num.* 9.

10 *Criminoſus confeſſus aduerſus ſocium recipitur, ſi ciuiliter, non ſi criminaliter.*

1 PEr verba textus noſtri circa finem ibi: *Cum ageretur, non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur.* &c. Et quia *in cap. ſi quis Epiſcopus* 1. *qu.* 3. agitur de hoc puncto, quatenus ibi probatur illum, qui beneficia vendit, ab officio ſuſpendendum, cuius contrarium ſunt textus, *in cap. Presb. & cap. reperiuntur cum ſeqq.* 1. *quæſt.* 1. in quibus ſimoniaci deponi videntur.

2 Ideo, & quia *infrà in cap. fin.* agimus latè de pœnis in ſimoniacos, vbi etiam de pœna depoſitionis ab officio, ſeu ſuſpenſionis, & per dicta verba hic, dupliciter poſſe procedi, nempe ciuiliter, aut criminaliter, id eſt per accuſationem, aut inquiſitionem, & de differentia vtriuſque poſitum ſit, *Rub. de accuſ. & in cap. inquiſitionis*, ſeu latius, *in dicto cap. qualiter, & quando* 24. *eodem*, vbi quod per accuſationem ad pœnam legis rigoroſam per inquiſitionem ad mitiorem, & æquiorem: quare iam ad propoſitum de crimine ſimoniæ dici debet quòd in eo aliquando ciuiliter, aliquando criminaliter agi poteſt. Ciuiliter cum ad ſuum priuatum commodum quis principaliter agit (ad dicta *ſub Rub. ſuprà de accuſ.* vbi qualiter in priuatis, ſeu publicis delictis procedatur,) & exemplificatur pro vt cum beneficium à poſſeſſore petit, quem ſimoniacum probare contendit, vt ab eius adminiſtratione amoueatur. Criminaliter vero, cum ad publicam vindictam, & pœnam criminis ordinariam quis accuſatur.

3 Priori inquam modo depoſitionis pœnam locum non habere dicendum eſt ex textu noſtro in relatis verbis, vt notat Barboſa, *in dicto cap. ſi quis ſub num.* 2. Sed quando proceditur criminaliter, rurſus etiam duobus modis procedi, aut per accuſationem, quæ eſt delatio criminis ad publicam vindictam cum legitima ſubſcriptione, vt ait Felinus, *in dicta Rub. de accuſ. n.* 3. de qua ſubſcriptionis pœna, quæ alias dicitur Talionis ibi dixi latè *ſub qu.* 1. *verſ.* 1. *ad aliud*, & *in cap.* 1. *de calumniatoribus à nu.* 1. *qu.* 1. vbi de illa reſpectu delatorum, Clarus *in §. fin. prax. qu.* 12. *in princ.* vel per inquiſitionem, cum iudex ex officio ſuo contra aliquem de crimine inquirit, infamia legitime præcedente, ad textum *in dicto cap. qualiter* 24. *de accuſ.* vbi nos latiſſime diximus. 4 † Cum per accuſationem procedatur ordinaria pœna depoſitionis *ex hoc textu.* Per inquiſitionem inquam non illa, ſed alia mitiori, vt ſcilicet à loco, aut beneficio ſimoniace obtento remoueatur, & pro arbitrio pœnitentiam agat, vt probat textus, *in cap. dilectus* 30. vbi notat gloſſa, *verbo amotos in cap. de hoc de ſimonia hoc titulo:* vtrobique Innocent. Abbas, & Anania, idem Abbas, *in cap. inquiſitioni num.* 1. *&* 7. *de accuſat.* Redoan. *de ſimonia cap.* 20. *n.* 25. Iuxta quæ comminantur dicta verba textus noſtri ibi: *vtrum is, contra quem agitur de ſimoniaca prauitate, denuncietur ſimpliciter, aut criminaliter, accuſetur? Et vtrum agatur ſecundum iuris rigorem, aut ſecundum temperantiam æquitatis?* cum aliis verbis, *in fine noſtri textus*, ibi: *Non ſecundum rigorem, ſed ſecundum temperantiam æquitatis, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur, tanquam immeritus, & damnoſus.*

Nec

5 Nec in hac oportet diſtinguere, vtrum
Regulares ſint, vel ſæculares, qui ſimoniam
commiſerunt, vt nonnulli poſſunt putare *ex
verbis textus noſtri*, ibi: *vtrum ipſe ſit regula-
ris, an ſæcularis?* nec rurſus vtrum in ordine,
aut beneficio, vel aliis ſpiritualibus, ſuper-
naturalibus, ſimonia committatur, ad dicta
longè *ſub cap. 1. cap. nemo* 14. cum aliis *hoc
tit.* & in expreſſo *in dicto cap. inquiſitioni de
accuſat.* quia ſemper cum per inquiſitionem
proceditur, pœna aliqua remitti debet, per
dicta *ſub Rubrica, & dict. cap. qualiter* 24. *de
accuſat. verſ. ſed cum ſemper, & dict. cap. in-
quiſitioni*, quæ habent mitius per inquiſi-
tionem agi, quam per accuſationem; eo
quod inquiſitio ad emendationem princi-
paliter fit; accuſatio vero ad punitionem,
vt ibi demonſtratum à nobis latè fuit, hanc-
que regulam de iure Canonico abſque du-
bio procedere volunt Abbas *in dicto cap. at
ſi clerici num.* 34. *de iudiciis*, Auiles *ad caput* 2.
Prætor. verb. cap. 2 parcialidad à n. 5. Tiraquel-
lus *de pœnis temper. cauſa* 53.

6 Ex quo inquam procedit, vt idem ſit in
ſimonia obſeruandum, nec contrarium pro-
batur *in dicto cap. inquiſitioni in principio*, vt
aduertit Gloſſa 2. *ibidem ad medium*, quia
vt reſpondent Barboſa *in dicto cap. ſi quis
Epiſcopus* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. & communis ex
Decio *in cap. de cauſis num.* 18. *de officio deleg.*
Tiraquel. *de pœn. temper. in præfat. à num.* 16.
Clar. *in dicto §. penult. quæſt.* 85. *à num.* 10.
Menoch. *de arbit. caſu* 401. *in fine*, Boërius
deciſ. 117. hoc non tamen ita perpetuum
eſſe, quin ex circunſtantiis perſonarum, at-
que aliis, quæ crimina augere, aut minue-
re ſolent, vt per accuſationem conuictus
non deponatur, & per inquiſitionem de-
7 poni poſſit. † Pœnæ enim omnes, quæ
per ſimoniam imponuntur, ac infliguntur,
quamuis in iure ſint expreſſæ, vel augeri,
vel minui ex cauſa poſſunt, vt per textum
*in dicto cap. inquiſitioni cap. quoniam frequen-
ter, vt lite non conteſt. l. quod ergo §. pœna gra-
uior ff. de his, qui notantur infamia, l. etſi ſe-
uerior Cod.* ex quibus cauſis.

8 Vnde iam patet intellectus *ad textum in
dicto cap. Presbyter* 1. *qu.* 1. cum ſimilibus ibi,
quatenus probant ſimoniacos eſſe depo-
nendos, vt ſcilicet intelligantur, quando de
ſimonia fuerint criminaliter accuſati, quod
apertè colligitur *ex ſupra* dictis, & proba-
tur ex verbis prædictorum iurium, quæ om-
nia futuri temporis ſunt, indicantque ſen-
tentiam ferendam, iuxta quæ procedunt
cap. de cætero 1. *quæſt.* 1. *& dict. cap. de hoc* 11.
hoc tit. ſed per ſequentes intelligentias, quas
ponit Barboſa *in dicto cap. ſi quis Epiſcopus* 1.
quæſt. 3. *nu.* 4. nempe intelligi ſimpliciter pro-
pter ſimoniam ab officio, & beneficio de-
poſitum cenſeri, vt ex aliis, benè reſoluunt
Innocent. *num.* 11. Bonifac. *num.* 31. *in Clem.
vltima de pœnis*, Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 160.
† Et rurſus intelligitur, ſiue quis de crimi- 9
ne ſimoniæ fuerit probationibus conuictus,
ſiue confeſſus, quia in vtroque caſu depo-
ni poteſt, vt probat textus *in dicto cap. de
hoc, & in cap.* 2. *de confeſſis*, & faciunt argu-
menta plura, quæ dixi *in allegat. fiſcal.
ſancti officij inquiſit.* 2. *p. alleg.* 9. & faciunt
etiam textus *in l. ſi confeſſus Cod. de cuſtodia
reorum, cap. vt nos in quemquam* 2. *qu.* 1.

Et iuxta hanc omnem doctrinam, lucem 10
clariorem accipiunt quæ ſcribit Barboſa
hic n. 4. *ad verba ſed ciuiliter*, noſtri textus,
dum ex illis notat delinquentem per ſe
confeſſum, per ſuam confeſſionem crimi-
noſum effici, vt videtur probari ex hoc text.
talemque eſſe audiendum aduerſus ſocium,
in quocumque crimine, quando de illo
non criminaliter, ſed ciuiliter agitur: ſic
cum gloſſa hic *verbo ciuiliter*, & aliis, aper-
tè Abbas *num.* 8. *in cap. quoniam in fine de te-
ſtibus*, Ruinus *conſ.* 105 Menoch. *de arbitram.
caſu* 474. *num.* 66. & facit pro hac opinione,
quia rationes relatæ *in l. fin. verſ. nemo Cod.
de accuſat.* in quibus prohibitio interroga-
tionis fundatur, nullo modo conueniunt
caſu, quo aduerſus confeſſum delinquen-
tem actio ciuiliter intentatur; eo quod tunc
temporis, cum de ſola partis ſatisfactione,
& re familiari tractetur, non eſt cur dica-
tur propter conſortium ſocij delinquentis
veniam pœnæ ſeparare, nec eiuſdem pri-
uilegium poſſe liberari; indeque prædi-
ctam prohibitionem procedere ſolum mo-
do, quando controuerſia criminaliter mo-
uetur; licet enim reſponſio delinquentis
facta in iudicio ciuili reciperetur, & faceret
probationem ad faciendam condemnatio-
nem; nihilominus tamen attento iure ta-
lem habere non poſſit in iudicio criminali
aduerſus ſocium, contra quem recepta eſt:
ita Barboſa cum Bart. *in l.* 2. §. 1. *ff. vi bonor.
raptor.* Felin. *in dicto cap. etſi clerici* 4. *num.* 11.
vbi Decius *num.* 29. *de iudiciis:* alios refert
Boſſius *in praxi tit. de pluribus violent. nu.* 43.
& hæc quidem, etſi non multum apta ad
textum, tamen quia gloſſa monet & dict.
Barboſa deſeruient pro ſecunda intelligen-
tia poſita *num. præced. in verſ. & rurſus.*

AD TEXTVM

In Cap. Sicut tuis XXXIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Euidentes coniecturæ requiruntur in probatione ſimoniæ*, remiſſiuè.
2. *Anathema, quid ſit?*
3. *Comminatio ſola, ſignificat ferendam ſententiam.*

1 TExtvs iſte quatenus loquitur de ſimonia commiſſa in electionibus, iam latè *ſuprà* dictum eſt *ſub cap. nobis* 28. *hoc titulo*, & quatenus *hic numero quarto*, notat Barboſa, quod ſimonia, quia occultè committitur, ſatis coniecturis probatur; dum tamen huiuſmodi coniecturæ debeant eſſe euidentes, & claræ, & ſimoniam neceſſario concludentes, ac reum de crimine conuincentes, cum multis confirmans, & aliquibus *deciſ. Rota* 1596. 1619. 1624. & de hoc iam *ſuprà* actum ſit *ſub Rubrica*, & latè *ſub capite tertio*, ac apertius *ſub capite tanta* 7. & alibi, ideo non amplius additur.

2 In gloſſa ibi: *Sub intimatione anathematis*, quid ſit anathema, latè dixi *ſub capit. cum non ab homine de iudiciis quæſtione* 33. & per hæc verba, Barboſa *num. fin.* ex Sayro in Claui Regia *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 19. notant,
3 † quod hæc verba: *ſolam comminationem*, ſignificant ſententiam ferendam, & non latam continent.

AD TEXTVM

In Capite Tua nos XXXIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Offerens ſua bona, vt recipiatur in Canonicum* remiſſiuè.
2. *Excommunicationem ferri propter occultum peccatum* remiſſiuè.

TExtvs iſte quatenus agit de offerente ſua bona, vt recipiatur in Canonicum cum pacto, vt ſit ſimoniacus, ſed ſi hoc fiat ſine pacto, non ſic; dum tamen praua intentio abſit dantis, & accipientium, ſatis abunde dictum eſt *in capite* 12. *hoc titulo*, vbi de ſimonia in beneficialibus. Et ad id de largiente, ſeu offerente ſe, & ſua bona, aliquo modo poſſunt applicari dicta *in cap. præſentia de probat.* dum agitur ibi de offerente ſe, & ſua bona Monaſterio. Et pro materia de datis, cum quis recipitur in Canonicum, *infra ſub cap. Iacobus*, aliquid *in cap. in tantum* 36. 1

Hic agi poterat de ſimonia mentali *in-* 2
frà in cap. fin. plura *ſuprà ſub cap.* 1. *cap.* 12. *cap.* 14. *& cap.* 21. *Et excommunicatio propter peccatum*, occultum ferri poſſit? applicabis Suarez *de cenſ. diſp.* 4. *ſect.* 2.

AD TEXTVM

In Capite Per tuas XXXV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Ordinatus ſimoniacè, in quibus ordinibus, valeat miniſtrare?* remiſſiuè.
2. *Conſcientia læſa, quæ dicatur?* remiſſiuè.
4. *Agens contra conſcientiam ædificat in gehennam.*

QVatenvs agit textus iſte de ordine, plura dicta ſunt *ſupra ſub cap.* 1. *hoc tit.* ſed quatenus punit ordinem recipientem à ſimoniaco; ſed quod miniſtrare poteſt in iam ſuſceptis ordinibus, non ad alios aſcendere, aliquid dictum eſt *ſub hoc tit.* vbi leges de intellectu huius textus *dixi in cap.* 4. *de iudiciis qu.* 2. *n.* 18. 1

Et ibi in verſ. *licet ex eo, quod conſcientiam nimis habeat ſcrupuloſam, in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus, quam vtique non euadet, niſi deponat errorem.* Ad hæc verba poteris applicare quæ DD. congerunt, tam de conſcientia ſcrupuloſa, quam de conſcientia erronea, aduerſus quam operari ſit peccatum niſi depoſito errore: aliquid applicabis ex dictis *in cap. fin. de præſcriptionibus.* 2

Et

3 Et quia de his aliquid dixi *ſub Rubrica, & tit. de fide Catholica*; item & *ſub dicto cap. fin. de præſcriptionibus*; ideo ad ibi dicta recurres. † Et quod agens contra conſcientiam ædificat ingemnam benè Couarruu. *lib. 1. variar. cap. 1. à num. 1.*

AD TEXTVM.

In Capite In tantum XXXVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 VT nihil pro adminiſtratione chriſmatis recipiatur, latè *ſub cap. nemo 14. hoc titulo*, videbis ibi notata *in cap. 16.* Et ad aliud. quod pro inueſtiiura nihil recipiatur; quia de hoc agitur *in cap. Iacobus 44.* ideo ibi dicta ad hanc partem applicabis *in verſ. prauam*, & quatenus improbat conſuetudinem, applicabis dicta *in cap. ſuam 29. hoc tit. vide infra cap. ad Apoſtolicam 42.*

AD TEXTVM

In Capite Per tuas XXXVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Titulus ad ordines ſacros recipiendos, qui:* remiſſiuè.

1 DE titulo ad ordines ſacros recipiendos dixi latè *ſub cap. 11. de temporibus ordinat.* de quo poteſt hic agi per prima verba: *quod cum D. delator præſentatum, vellet in Subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet.*

Ad cætera dixi de ordine latè *ſub cap. 1. hoc tit.* & alia de præſentatore, pecunia, aut temporali recepto ibi, & ſub *cap. 20. & 21. ſupra hoc titulo*, vbi expendi textum hunc cum *cap. penult. infrà.*

AD TEXTVM

In Capite Conſulere XXXVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

HVnc textum plenè, & competenter explanaui *ſupra in capite ad noſtram vigeſimo primo*, vbi quod pro vicariis, miniſteriiſque Eccleſiaſticis,etiam iuriſdictionalibus nihil ſit petendum. Et ad verba finalia hic, *& ad illa Eccleſia*, poteris applicare dicta *in capite per tuas trigeſimo ſecundo, ſub quæſtione prima, hoc titulo.* 1

AD TEXTVM

In Capite Sicut XXXIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

PLene quatenus prohibet recipere pro conſecratione Epiſcoporum, & benedictionibus Abbatum, & ordinationibus clericorum, latè *ſub capite primo, hoc titulo, & in capite* 10. 18. & aliis, applicando plura dicta *ſub capite nemo* 14. Et quia in verbis hic: *Eſtque taxatum, quantum ſit iſti, vel illi, quantum vel alteri, vel alij perſoluendum*, per quæ verba videtur approbata conſuetudo, de qua *infra in capite ad Apoſtolicam 42. hoc titulo*, aduerſus quam poſita ſunt iura *in capite 8. & 9. hoc titulo, capite ſuam 39. ſupra*, vbi latè explanaui, & item quæ *ſub capite nemo 14. quæſtione 4. in fine*, vbi de intellectu probatæ conſuetudinis, & quod taxatum ab Eccleſia legitimè poteſt recipi in ſuſtentationem miniſtrorum; ideo ad ibi dicta recurres. Et etiam videbis ſupra notata *in capite cum ſit Romana 10. hoc titulo.* 1

AD

AD TEXTVM

In Cap. Quoniam XL. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 TExtvs iſte plenè *ſub cap. non ſatis* 8. fuit explanatus: quare nihil ad eius litteram addimus, loquitur etiam de monialibus, vbi qualiter honeſtentur dotes, & alia quæ in earum admiſſione dantur, ibi etiam dictum eſt; vbi etiam de pœna eiiciendi à Monaſterio per ſimoniam receptos, aut recipientes, de quo Barboſa hic *numero* 1. *&* 2. ex D. Thoma 2.2. *quæſt.*100. *artic.* 6. *ad* 5. alia notat *num.*3.5.*&* 6.

2 Ad *verſ. verum*, quatenus quod Diæceſani Epiſcopi ſingulis annis faciant per ſuas Diæceſes publicari *parum eſt in vſu*, cautum tamen eſt *in Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 16.

AD TEXTVM

In Capite Audiuimus XLI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 QVatenvs in text. hic dicitur quod in loco Rectorum Eccleſiarum demortuorum, vt alij inſtituantur non recipiatur aliquid temporale ab Epiſcopis, adiunges dicta *ſupra in cap.* 12. *hoc tit.* vbi de pactis, & dationibus circa beneficialia prohibitis. Et quia prima pars hic pertinet ad inſtitutionem, adiunges dicta de electionibus *ſupra in cap. nobis* 27. *hoc tit.* vel ſi ad ponendum impoſitionem, alius *infra in cap. Iacobus.*

2 Et ibi, *vel apud Religioſos elegit ſepulturam, etiamſi loco religioſo nihil reliquerint, difficultates ingerunt, &c.* adiunges quæ latè dixi *ſuprà* de nihil exigendo pro ſepulturis *in cap. ſuam* 29. *hoc tit. q.* 1. *verſ. ad ſecundam*, præter aſſuetum, ſeu taxatum, ad text. *in cap. ad Apoſtolicam* 42. *infrà* de taxatis vide *ſuprà* notatum
3 *in cap. ſicut* 35. *hoc tit.* † quando inquam ſint permiſſæ exactiones, applicabis quæ adduxi *ſupra ſub cap. nemo* 14. vbi de ſacramentis, *& in cap.* 21. vbi de aliis Eccleſiæ miniſtris.

AD TEXTVM

In Capite Ad Apoſtolicam XLI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

PLene de textus huius intellectu 1
dictum eſt *ſupra in capite nemo* 14.
hoc tit. vbi latè dictum eſt, vt libere ſacramenta Eccleſiæ adminiſtrentur, ad verba finalia. *Hic ſtatuentes, vt liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta*, vbi & ſub *quæſt. fin. ibi, & in cap. ſuam* 29. latè etiam de intellectu circa verba prima ibi: *quod quidem Clerici pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, & ſimilibus*: ad hæc latè *ſub cap. ſuam* 29. *hoc titulo*, vbi aliquid etiam de ſacramentalibus, & quæ illa dicantur *ſub dicto cap. nemo quæſt.* 1. *verſ. ad ſecundam.* † Et licet *in cap. cum in Eccleſia, cap.* 2
non ſatis 8. *&* 9. *hoc tit. & in cap. fin. de ſepulturis*, conſuetudo recipiendi aliquid pro iſtis improbetur; ſed quia hic Pontifex præcipit Epiſcopis, vt faciant obſeruare laudabiles conſuetudines dandi, & recipiendi aliquid pro labore adminiſtrantium, & ſubſtentatione decenti ipſorum, iterum leges *ſub dicto cap. nemo, & dict. cap. ſuam*, vbi quo pacto dici poſſint laudabilem conſuetudinem reſoluendo iura contraria, eam improbantes ad verba hic: *ſed per Epiſcopum loci, veritate cognita, compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare*, vbi quod officio iudicis iſta exactio fit.

QVÆSTIO I.

An offrendæ, quæ offeruntur à parrochianis, debeantur ex præcepto? Et an ſi Miniſter ſacramenti petat, vt detur pecunia in pretium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino tali pacto det, poſſit ſine ſimonia dari?

SVMMARIVM.

1. *Oblationum vſus eſt antiquiſſimus in Eccleſia, quæ cœperant à Cain, & Abel, aut à tempore Noe ſecundum alios.*
2. *Oblationes, quæ per modum cenſus, penſionis, conuentio*

conuentionis, legatorum piorum, reditus exoluuntur, debentur titulo iuſtitia, quaque foro contentioſo exigi valent, & qualiter etiam, n.4.5.& 9.

3. *Oblationes reſpectu exequiarum pro labore, vel ſuſtentatione Miniſtri, non ſunt prohibitæ.*

4. *Laici pro oblationibus exoluendis Miniſtris Eccleſiæ, poſſunt trahi ad iudicium Eccleſiæ, vbi quid ſi Parrochiani inopia laborant, num.5.& vide n.8.*

6. *Oblationes reſpectu Parrochi debitæ, quando petantur, & coram quo?*

7. *Cognitio debet præcedere, an conſuetudo oblationum in Eccleſia laudabile habuerit initium.*

8. *Laici negantes eſſe obligatos ad ſoluendas oblationes, quæ ab ipſis petuntur, num coram laico iudice debeant conueniri?*

9. *Oblationes, quæ aſſignantur ex teſtamento, legato, donatione debentur.*

10. *Conſuetudinis laudabilis ratione, poteſt aliquid exigi pro collatione ſpiritualium, vt exemplificatur.*

11. *Legatum relictum pro funerali valet, & de aliis.*

12. *Funeris expenſæ alicuius Prælati, an debeant deduci de ſpoliis?* remiſſiuè.

13. *Miniſter ſacramenti ſi petat, vt detur pecunia in pretium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino tali pacto det, firmat Vulgus licere ſine ſimonia, periurio, & mendacio, eo quod poſſit intentio interna ſecerni, ab externa datione iurata, Suarez aliter ſentit n.14. Tancredi ſub diſtinctione admittit, vt n.15.16.17. & 18.*

17. *Confeſſor interrogatus de auditis in confeſſione, tacere tenetur quomodocumque iuramentum exigatur; poteſt inquam vti amphibologico verborum modo, ſed quo pacto, num.18.*

1 AD primam quæſtionis partem, de qua latius *ſub tit. de decimis*, quatenus ad text. noſtrum, *& ad text. in c. ſuam* 29. ſpectat, præmiſſo, quod hic oblationum vſus eſt antiquiſſimus in Eccleſia, quæque cæperunt à Cain, & Abel, vel ſecundum alios à tempore Noe, vt in Geneſ. c.4. & quod quæ reponuntur in vſus miniſtrorum, ſunt de iure Parrochiali, *cap. quia Sacerdotes* 13. *c. ſanctorum* 14. 10. q. 1. lege Regia Caſtellæ, *tit.* 19. *p.* 1. *l.* 8. *&* 9. & quamuis gloſſa *verbo oblationes in cap. ſtatuimus* 16. *q.* 1. inquirat, an detur præceptum de illis ſoluendis, tamen ſecure tenendum eſt non dari, cum in ſacris Canonibus, nunquam appareat: nam illud *Exodi* 23. eſt dictum cæremoniale: ſic docent Cardinalis *conſ.6. ad fin. de relig. domib.* Grilanzon. *conſ.* 55. *à n.*22. *& conſ.*167 *num.*27. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*7. *q.*11. Suarez *de relig. tom.*1. *tr.*2. *lib.*1. *cap.*5. *n.*1. Gutierr. *Canon. lib.*2. *cap.*21. *num.*153. Gabriel. Pereyra *de manu Regia p.*1. *cap.*15. *n.*1. cum multis ex antiquis Gratianus *reg.*331.

2 Sed quia dicta regula fallit in quatuor caſibus, videri debet, an in omnibus ſaluetur à ſimonia: & enim quod quando debentur dictæ oblationes per modum cenſus, penſionis, aut conuentionis antea factæ cum Eccleſia, tunc ex debito veniant præſtari, Angelus *in ſumma verbo oblatio, n.*1. Grilenzon. *dicto conſ.*167. *n.*28. quia oblationes lato modo ſumptæ prout ſunt legata pia, & redditus anni, qui pro operibus piis exoluendis, & peragendis relinquuntur reſpectu primi dantis, ſeu mandantis, aut contrahentis, quam ſucceſſorum continent oblationem iuſtitiæ, quæque in foro contentioſo exigi poſſunt, Suarez *dicto c.*5. *n.*4. Pereyra *dict. c.*15. *n.*10. vbi quod pro his oblationibus non agitur priuatiuè in foro Eccleſiæ, ſed mixtim; ita vt præuentioni ſit locus; de quo vltimo qualiter procedat leges *ſub cap. cum ſit generale*, & quæ dixi *ſub cap.*5. *eodem*, vbi *ſub qu.*9. *de legatis piis*, & ad alias qu æſtion es *ibi à quæſtione* 1.

3 Secundus quidem caſus, quando oblationes debentur reſpectu exequiarum, vel ab illis miniſtris alterius operis peragendi, qui ad illud ex officij neceſſitate non tenebantur, quibus ſi aliquid ex conſuetudine ſolet præſtari, poteſt exigi ſine ſimoniæ labe, vel tanquam mera ſolutio laboris accidentalis, vel ad ipſius miniſtri ſuſtentationem: quo in caſu conſuetudinem non reperiri reprobatam reſoluit Gabriel Pereira *dicto cap.*15. *n.*11. † Subdens, vt ſi petantur tales oblationes conſuetæ dari clericis pro talibus obeundis, laicos ad iudicium Eccleſiæ trahi poſſe, cum hæc omnia ſint ſpiritualibus annexa, & de foro Eccleſiæ. Tenentur enim Parrochiani ex præcepto naturali, & Diuino ad exhibendas oblationes Presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, quando Eccleſiæ Miniſtri non habent congruam ſubſtentationem, vbi ipſi Presbyteri indigentes ſunt, nec habent vnde poſſint ſibi neceſſaria miniſtrare, Sotus *de iuſtit. lib.*9. *qu.*3. *art.*1. Gutierrez *Canonic. lib.*2. *cap.*21. *num.*139. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.*3. *p.*2. *de oblation. cap.*23. *ſub n.*10. *&* 12. † adDentes prædictos Parrochianos per viam excommunicationis hoc caſu compelli poſſe ad eas ſoluendas niſi tanta inopia laborent Parrochiani, quod ei ſufficienter prouidere non poſſint: quo caſu debeat Presbyter ſui 4 5

ſuis manibus quærere victum, ne Parrochianis onerotus exiſtat.

6 Et quando oblationes petuntur per Miniſtros, qui ratiune proprij officij, illa opera
exhibere tenebantur, veluti quando Parrochus pro mortuis, vel ſacramentis præſtandis
aliquid prætextu conſuetudinis exigit, tunc aduertit idem Pereira *dicto c.*15 *n.*13. quod ſi
conſuetudo à pia deuotione incæpit fideliũ poſt aſſignatam Parrochis congruam ſuſtentationem, adhuc ex parte offerentis vtilitas conſiderari poſſit, vt cauſa dandi ſubſiſtat, & præſumamus voluntatem obligandi
in offerente, qui ſi deſiſtar, nec velit offerre,
7 poterit à ſuo Epiſcopo compelli. † Nam in
cunctis caſibus debet præcedere cognitio, an illa conſuetudo legitimum habuerit initium, vt ſimoniaca, vel laudabilis iudicetur:
hæc diſcutio eſt merè Eccleſiaſtica; provt latè ibi comprobat, & adducit idem Barboſa
*dicto n.*12.*verſ.tertio*, idem *ſub n.*11.*verſ.quarto*, vbi ait, cum Nauarro *in man. cap.*13.*n.*19.
Azor. & Suarez, *vbi ſuprà* procedere, cum alicubi oblationes ſunt introductæ, quia vbi
extaret, quod in aliquibus feſtiuitatibus Parrochiani ſoliti ſint certas facere oblationes,
illis neglectis, aut non præſtitis, poſſint per ſuperiorem cogi ad illam conſuetudinem
obſeruandam, quæ mirabilia ſunt ad intellectum text. noſtri, præter dicta *in dicto c.nemo*
8 14.*& dict.cap ſuam.* † Idem Gabriel Pereira
diſputat *de manu Regia dicto c.*15.*p.*1.*à n.*14.
an laici negantes tales oblationes nunquamque eas ſoluiſſe, vel non ratam habuiſſe obligationem ex actibus oblationum, debeant pro iis pulſari in iudicio ſæculari, vel Epiſcopi. Sed tu inquam poteris reſoluere legendo doctrinam, quam per plures quæſtiones adduxi *ſub dicto cap.*5.*de foro comp.* Et ſub relatis includitur tertius caſus.

9 Quartus inquam eſt, quando oblationes
debentur ex teſtamento, legato, donatione, voto, &c. Rebuff. *de decimis q.*1.*n.*24. Barboſa
*dicto n.*10. cum Trullench. & Fr. Philippo de la Cruz; de his etiam quatuor caſibus, in
quibus debentur oblationes, Bernard. Diaz de Luco, & DD. alij ex S.Thoma 2.2. *q.*83.
art. 1. *in regula* 499. Marian. Socinus *tract. oblationum* Lappuſo *alleg.*58.*&* 67. Panormit.
*in cap.cauſa num.*2.*de verbor. ſignif.* & eſt optimus textus *in cap.omnis Chriſtianus de conſecratione dict.*1. Socin. *conſ.*116.*n.*8.*lib.*4. Hieronym. Carat. *in opuſc. de iurib.* Parroch. *tit.* 3.
cap 4. Aloyſ. Riccius *in praxi p.*4.*reſol.* 293.
*num.*3.

10 Ex his prouenit vera eſſe, quæ per hunc
text. ſcribit idem Ricc. *collect.*1152. dum ait ratione laudabilis conſuetudinis poſſe aliquid exigi pro collatione ſpiritualiũ. Et quod
poſſint clerici exigere à laicis prætextu conſuetudinis aliquid temporale propter funera
defunctorum, & erogationem ſacramentorum; & quod talis conſuetudo inducitur decennio; ſed quod ſacramenta prius conferri debeant, Caſſador. *deciſ.vnica de conſuetudine*,
& inde ait cum Sayro *dec.*9 *de ſimonia*, vt non ſit ſimonia dare aliquid ſpiritnale minus
principaliter ob temporale, nec è contra, de quo iam exempla poſuimus in calice, conſecrato, & veſtimentis Eccleſiæ *ſub dicto cap. nemo* 14.*& dict.c.ſuam* 29. ex eo, quia cauſa
minus principalis, & impulſiua, ſimoniam non inducunt, idem Sayr. *deciſ.*10. *ibi.*

Et hinc eſſe ait Riccius cum Boërio *deciſ.* 11
176. quod legatum Eccleſiæ factum pro ſepultura valet, & qualiter relictum pro funeralibus debeat moderari, & alia de pompa
funeris, videndus eſt Papon. *lib.*20.*tit.*8.*arreſto* 1. de quo aliquid *ſub dicto cap. ſuam in fine.* Et num legatum factum Parrocho contemplatione ſepulturæ debeatur illi, ſi contingat teſtatorem mutaſſe voluntatem eligendi alibi ſepulturam, quod ſic tenuit Papon. idem *dicto lib.*20. *tit.*8. *arreſtos.* † Et an 12
expenſæ funeris alicuius Prælati fiant de ſpoliis, puta ſepulchrum marmoreum, veſtes
lugubres pro conſanguineis, & ſeruitoribus illius? videnda eſt diſtinctio tradita per Capycium *deciſ.*84. Maria *deciſ. Rotæ Piſanæ* 82.
& ad materiam expenſarum funeralium videas ſolemnem deciſionem Ioſeph. Ludouici 78. *Rotæ Peruſinæ.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſi 13
miniſter ſacramenti petat, vt detur pecunia in pretium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino tali pacto det, poſſit ſine ſimonia dari? Et præmiſſis dictis *ſupra ſub cap. nemo* 14. *& cap. ſuam* 29. *cum cap.* 1. & aliis
huius tituli, vbi de ſimoniacis Miniſtris in adminiſtratione ſacramentorum, & quando excuſentur. Item, & iunctis hic quæ de
iuramento illicito notaui *ſupra in cap. ex diligenti* 17. iam eſt, vt hic videamus modos dicendi nonnullorum modernorum; igitur
Ioan. Vuigers *de iuſt. tract.c.*4. *dubio* 6. *n.*28.
dixit, vt quando talis, non amplius vrgeret, ſed ſimpliciter peteret, vt ſibi detur pretium
ſacramenti, nun per hoc cogi alterum, qui pecuniam dat dare iuxta intentionem petentis, ſed poſſe dare in ſuſtentationem,
vel ad tollendum impedimentum Baptiſmi v.g. quod ſi autem iniquus ille velit, vt dans
profiteatur, & iuret ſe dare pecuniam illam in pretium ſacramenti, tunc quidem ſi
ille in faciat in contemptum ſacramenti, & Religionis, provt hoc notum eſt, intelligi,

cum

cum vix occurrat ratio alia, qua id alias ſic peteret, tunc dicit ex communi Doctorum ſententia non obſequendum eſſe illius petitioni, etſi infans ſine Baptiſmo moriatur, quia tunc à datione pecuniæ eſt inſeparabilis iniuria Religionis, quæ eſt intrinſecè mala. Verum ponatur ait quod non perat iſtam declarationem, & iuramentum fieri in contemptum Religionis, ſed ob aliquam cauſam priuatam aut extrinſecam in tali caſu vult, *lib. 9. de iuſt. qu. 9. art.* 1. licitum eſſe dare pecuniam in pretium, & affirmare cum iuramento hac intentione dari in eo fundamento, vt quia exiſtimet emere ſacramentum, non propterea eſſe intrinſecè malum, ſicut ipſum vendere, putans inde extremam infantis neceſſitatem poſſe facere, eius emptione.

14 Ita Vvigers qui dixit ex Suarez ſumptum, tamen ipſe Suarez *tomo* 1. *de relig. lib.* 4. *c.* 12. *num.* 16. & aliis aliter loquitur, quia in primis iſta profeſſio dationis pecuniæ eſt valde iniurioſa rebus Diuinis, & ſacramentis, & quod ea iniuria ſit ſeparabilis, etiamſi ab iniquo exactore non formaliter intendatur, improbat inquam illud dictum, quod emptio ſacramenti non ſit intrinſecè mala colligens ex D.Thoma 2.2. *qu.* 100. *art.* 2 *ad* 1. dicente, quod nullo modo deberet quis pretium pro Baptiſmo dare, ſed potius abſque Baptiſmo decedere; ſic vt D.Thom. intelligatur, vt non liceat per modum emptionis dare pecunias pro Baptiſmo, tanquam pretium eius. Quare Doctores paſſim docent remouendam eſſe intentionem emendi ſacramentum, vel dandi pretium pro ſacramento; quod ſi non poſſit haberi, intentio illa, non poterit quoque exterius dicere, aut iurare quod illam habeat, nam ſi iuret, committet periurium, ſi abſque iuramento profiteatur ſe dare tanquam pretium ſacramenti, erit mendacium pernitioſum, & ſacrilegium contra reuerentiam debitam ſacramento, vt inquit Suarez, ac in ſpecie docent Ioan. Maior *in* 4. *diſt.* 5. *ad* 3. Vgolin. *de ſimonia tab.* 1. *cap.* 6. *n.* 5. *&* 8. & addit Diana *p.* 11. *tract.* 6. *miſcell. reſ.* 22. legendus ſatis ſe non videre, quomodo eiuſmodi declaratio in talibus terminis facta, vel iuramentum ipſum iuſtificari poſſit per amphibologias, vel reſtrictiones mentales, prout videtur Bonacina *in hoc tract. diſp.* 1. *qu.* 4. §. 1. *nu.* 4. & in illo caſu idem Vvigers ex Suarez addit omittendum eſſe ipſum ſacramentum: quare poſt dicta hæc Vvigers, dicit idem Diana ex verbis illis negatiuè, ad caſum propoſitum reſpondendum videri.

15 Poſt hæc inquam Pater Tancredi *de relig. tract.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 7. *qu.* 4. aſſerit probabiliſſimum eſſe in caſu præſentis dubij iurare ſub æquiuocatione tantum in mente retenta v.g. *iuro me non dare tibi hanc pecuniam ad redimendam vexationem, ſed in pretium ſacramenti, & intra ſe, intelligendo, vt tu dicis peruerſe, vel quid ſimile*, motus in hac aſſertione iuxta loquentis intentionem, non eſt mendacium, ergo nec periurium, nec ſacrilegium, vt volebat Suarez, non inquam eſt mendacium ait Tancredi cum Layman. Leſſio, & Thoma Sanchez vti verbis amphibologicis, & ambiguis, ſed facientibus verum ſenſum, quamuis ex ſola additione in mente retenta id fiat, ſi ergo ait non eſt periurium, nec mendacium illo modo vti, certè licere iuramentum ex tam iuſta, & vrgenti cauſa, vt docet Sanchez *lib.* 3. *ſumma cap.* 6. *nu.* 29. cum Nauarro *in cap. humanæ aures* 2.2. *qu.* 5. *in qu.* 2. vbi ait licere, quoties neceſſarium eſt, aut vtile ad ſalutem corporis, vel ad honorem familiæ, vel ad quemlibet alium virtutis actum: ergo multo magis ad ſalutem animæ in tanto periculo procurandam, intelligens Tancred. id dum tamen, non cedat in iniuriam, & irriſionem ſacramenti, vt ſi miniſter petat me iurare coram aliis, & ego non poſſem illis manifeſtare meam bonam intentionem, hæc Tancred. citans Valentiam *tomo* 3. *diſput.* 6. *quæſtione* 16. *puncto* 3.

Hanc partem affirmatiuam modo à Tancredo dictam amplectitur idem Diana contra Thom. Hurtad. *variar. tom.* 2. *tract.* 7. *ar-reſto* 3. dicentem vt ea oratio, quæ ſecundum ſe falſa erat ſiue reſtrictione mentali pura, valeat eſſe vera in externo ſigno, nec implicitè, nec explicitè talis reſtrictio denotetur, & quod nec à mendacio, nec à cordis duplicitate ſit libera ex D.Thoma, Sanchez contrarium tenens, Diana *lib.* 3. *cap.*... *n.* 45. & Bonacina *diſp.* 4. *de iuram. q.* 1. *p.* 12. *verſ.* 7. & aliis apud ipſos ex eo fundamento, nam etiamſi rogans vellet omnem æquiuocationem excludere, & vltra iuramentum de re facta, peteret iuramentum de calumnia, exigeretque iuramentum dicendi veritatem ſyncere, & abſque vlla æquiuocatione, adhuc poſſit iurare amphibologico iuramento, & reſtrictione facta, quia ſubintelligere potes iuramentum tuum abſque æquiuocatione iniuſta; & quia nulla propoſitio, ita amplè ſumi poteſt, quin aliquam reſtrictionem habere poſſit in mente. † Et hoc etiam euincens in confeſſore interrogato de delictis in confeſſione auditis, qui ea tacere tenetur, quomodocumque iuramentum exigatur, & facit doctrina Caſtri- 16 17

Pa'ao *tom.* 3. *tract.* 14. *diſp.* 1. *puncto* 7. *num.* 5. *in fine*, dum ait, vt quotieſcumque aliqua cauſa iuſta, & honeſta ſe offert tegendi veritatem, poſſit abſque peccato vti amphibologico iuramento, quia tale iuramentum veritatem, & iuſtitiam habet, in quo non deficit iudicium, cum vtile ſit illud præſtare, qui addit poſt hæc dicta cum Sanchez dari poſſe aliquam viam occultandi veritatem abſque mendacio, & ita opinionem Tancredi ſatis probabilem vocat dictus Diana.

18 Sed quia dictum Suarez, & Hurtad. *vbi ſuprà*, quoad hanc difficultatem, non parum vrgent, cum difficile ſit ſeparare intentionem iurandi ab externa petitione; ideo quamuis dicta de iuramento amphibologico vera ſint, contineretque valeat veritatem, iuſtitiam, & iudicium per illa, quæ latiſſimè à nobis dicta ſunt *ſub cap. etſi Chriſtus de iureiur. per totum*. At quia hac materia ſacramentali, & interrogatione ſic clara, & expreſſa, qualem poſuit Tancred. ex Thoma Sanchez; reuera multum eſſet difficile ſeparare intentionem ab interrogato; aliter inquam poſſet eſſe, ſi tantum illud iuramentum dandi ſimpliciter, à miniſtro exigeretur iuxta primam partem diſtinctionis Vuigers. Quare etſi ſequamur ſententiam in Baptiſmo infanti præſtando, vbi maior adeſt neceſſitas, quàm in adulto, & Baptiſmi ſacramentum, ſit admodum neceſſarium, præter cætera ſacramenta, vt ibi diximus, adhuc pullulant rationes Suarez, & Hurtadi. Non inquam videntur huc ſpectare quæ de redimenda vexatione, etiam in ſacramentis dicta ſunt *ſub dicto cap. nemo* 14. *& ſub cap. Matthæus hoc tit.* vbi latè, niſi quando ſimpliciter peteretur iuramentum.

AD TEXTVM
In Capite Ne Dei XLIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Iuramentum ab Epiſcopis, ſub qua forma præſtetur de obediendo Papæ?*

1 QVATENVS loquitur de Abbatibus, & forma in eorum inſtallatione, ſi forte aliqua ſimonia poſſit interuenire, recurres ad dicta *ſupra in cap. non ſatis* 8. *hoc tit.* Et ad verba ibi: *ego frater Abbas Ciſtercienſis ordinis ſubiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam ſecundum regulam ſancti Benedicti tibi Domine Epiſcope; tuiſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſaluo ordine meo perpetuo me exhibiturum*, per quæ poſſunt hic accommodari dicta ſuper doctrina textus *in cap. ego, & capite ſequenti* 4. *&* 5. *de iureiurando*, vbi de forma, qua iurant Epiſcopi Pontifici ſummo obedientiam. Et quia multis in caſibus Religioſi ſubſunt Epiſcopis, ideo occaſione horum verborum poſſent hic adduci; interim leges aliqua *ſub cap.* 3. *de appell.* & alibi.

Et quatenus ad verba hic in principio: in *Dei Eccleſia* (*& infrà*) *inſtallationis ſolemnitates in electis Abbatibus ordinis veſtri fieri prohibentes*, ſermo ſit de poſſeſſione, inſtallo Chori, aut Capituli, quæ reſpicit ad factum poſſeſſionis, & textus *ſupra in cap. intentum ſupra*, & actus poſſeſſorij videantur potius temporales, ad plura, quæ dixi *ſupra in cap. fin. quæſt.* 1. *&* 2. *de iudiciis*, modo ibi dicto, & ſic eius cognitionem ad iudicem Eccleſiaſticum, ideo pro complemento huius textus illis applicatis, & quæ dico *cap. ſequenti amplè*, non dicimus. 2

AD TEXTVM
In Capite Iacobus XLIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

LOQVITVR textus iſte de dato, ſiue recepto in materia beneficiali, quare legitimè veniunt hic applicanda longè dicta *ſupra in cap.* 12. *hoc titulo*. At quia hic agit de data ob receptionem, & poſſeſſionem Canonicalem, poterunt hic ſequentia inquiri, & diſſolui, etiam ad textum *in cap. in tantum, & cap. ne Dei proximè præcedenti*, quatenus loquuntur de inſtallatione, quæ pertinet ad poſſeſſionem beneficij, Canonicatus, aut dignitatis etiam Regularis, de qua *in dicto cap. præcedenti, & de inueſtitura in dicto cap. in tantum* 36. 1 2

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An Canonici Præbendati, ſeu alias Beneficiati tempore, quo recipiuntur, & ad poſſeſſionem vocantur, poſſint obligari, vt aliquam ſummam pecuniæ prius dent concæteris canonicis, aut beneficiatis? Quid de conſuetudine, aut ſtatuto illud approbante, ſiue mandante? Et an ſi pro reparatione Eccleſiæ, fabricæ, ſeu pro alio opere pio id exigeretur? quod apud alios vocatur ius cappæ, quod ſoluitur in receptione canonicorum? Et an duplex ius cappæ ſolui debeat, ſi duo ſint collitigantes, quorum vnus tantum receptus ſit capitulariter? Et an ſit valida obligatio fideiuſſoris pro ſoluendo iure cappæ? Et quando ex ſtatuto alicuius Cathedralis factum ſit, vt fructus vnius anni, aut duorum, non lucretur de nouo admiſſus? Et an valeat conſuetudo ſuper ſolutiones, annatæ faciendæ per canonicum nouiter receptum? Et an pro inueſtitura, ſiue pro ſtallo prius aliquid ſolui poſſit ſine ſimonia? Et quid dicendum de habente poſſeſſionem beneficij, volente illud relinquere alteri prætendenti, ob aliquod pretium ab illo receptum? Et an ſi quis fecerit expenſas in beneficio litigioſo, poſſit illas exigere ab illo cui, aut in cuius fauorem reſignat?

SVMMARIVM.

1 *Fructus deduci non debent in prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem cuiuſcumque beneficij in vſus non pios, conſuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Epiſcopum approbatis, & numero vigeſimo quarto.*

2 *Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem canonicorum non valet, & ſic nec conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu, & admiſſione alicuius canonicatus.*

3 *Conſuetudines laudabiles non cenſentur, quæ ſunt pro reparatione bonorum menſæ capitularis, aliter ſi in fabricam, & vide num.7. & 15.*

4 *Conſuetudines, & priuilegia aliquid recipiendi in Eccleſiis in collatione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum, ex Trid. reuocata ſunt.*

5 *Epiſcopus non poteſt aliquid requirere ſibi exhiberi in collatione beneficiorum, ſed ob iuſtam cauſam, vt expenderetur in pios vſus, non prohibetur, vt in vtilitatem fabricæ Eccleſiæ, ſeu augmentum cultus diuini.*

6 *Prandij exactio in receptione noui canonici, eſt prohibita, nec à Canonico aliquid exigi, quod poſſit conuerti in vtilitatem, aliorum Canonicorum, cum ſit ſimoniacum, non obſtante ſtatuto, vel conſuetudine etiam immemoriali, niſi ex approbatione Papæ.*

7 *Canonicorum proprium commodum intelligitur eſſe, quod ſoluitur menſæ capitulari, vel in eius commodum conuertitur.*

8 *Onus temporale poſitum beneficio vacanti, quod certa pars fructuum, aut pecuniæ quantitas in pios vſus reſeruetur ad ſubſtentationem Miniſtrorum, nulla facta conuentione, licet abſque ſimonia, aliter ſi non impoſitum exigeretur à perſonis recipiendis.*

9 *Canonici, ſi ex lege, aut conſuetudine à recipiendis canonicis, aliiſue inſtituendis aliquid exigant in proprios vſus, incurrunt ſimoniam, fallit in aliquibus caſibus, ſi ſpiritualia libere conferantur, vt num.10.*

11 *Temporale in vſus non pios ante, vel poſt ſpiritualia exactum conſtitutione, vel conſuetudine Miniſtris ex officio videtur improbatum.*

12 *Canonici, aut Beneficiati electores, vt iuſtè aliquid valeant exigere à canonico, ſeu Beneficiato nouiter recepto, tria requirantur, vel vt conſtitutione, & conſuetudine ſit receptum. Secundo, vt conuertatur in pios vſus. Tertio, vt non exigatur prius per ſubſtractionem, aut moram ſpiritualem.*

13 *Cappæ ius, quod ſoluitur à canonicis de nouo receptis potius eſt, vt iuſte recipiatur in cathedralibus ex numero 14. vbi quia hoc fit in fauorem cultus diuini, vbi de exemplis aliquarum Eccleſiarum, bene*

 n.15.

n.15. & 16. imo pro ea exigere cautionem, vt num.17.

16 *Confratres petendo aliquid in admiſſione alicuius, liberantur à ſimonia, ſi id conuerteretur ſtatuto in pios vſus ipſius confraternitatis.*

18 *Commendam licet conferre eo adiecto, vt ſoluat 40. aureos, quos ex ordinis inſtitutione tenetur ſoluere.*

19 *Reſignans, vt lucretur fructus pro rata temporis, poteſt in pactum deduci.*

20 *Cappæ ius vnum tantum debetur, ſi vnus ex collitigantibus cum effectu adipiſcatur poſſeſſionem capitulariter, non duplex; ad quod aſſequendum datur capitulo exactio, vt n.21.*

22 *Fideiuſſio, & cautio poteſt peti pro ſecuritate ſoluendi ius cappæ, vt num. 13. & 17.*

23 *Anni primi redditus canonicatus ex ſtatuto aliquarum cathedralium reſeruantur defuncto, & cum eadem qualitate, canonico de nouo recepto, vel eius heredibus, vt à numero 24. ſed non cæteris canonicis num.25. & 27.*

24 *Ciuitatenſis cathedralis litigium refertur cum Bulla Pontificia ſub deducendis primi anni fructibus pro ſui funerali anteceſſoris, & ſuorum heredum, & num.25.*

25 *Onus Præbendæ pro fabrica, pauperibus, aut alio opere pio in admiſſione noui canonici ſuſtinetur, num. 27. ſic ſi cedat in emolumenta cæterorum canicorum quacumque conſuetudine, aut ſtatuto cathedralium, non obſtante, niſi quod differtur, non auferatur, iuxta ſtatutum Eccleſiæ ciuitatem confirmatum à Pio V. vt num.26.*

28 *Conſuetudo, vt fructus Præbendæ ſpectet ad concanonicos in ſacris, donec de nouo receptus ordinetur, fuit approbata.*

29 *Statutum, ſiue conſuetudo de ſoluendo aliquid in receptione canonici tempore poſſeſſionis, quod cedat in fabricam, nihil Notariis, curſoribus, campanariis, & aliis Eccleſiæ Miniſtris eſt deciſum.*

30 *Annatæ faciendæ conſuetudo valet, re*miſſiue, *à canonico nouiter recepto.*

31 *Inueſtitura Præbendæ, & actus ſtolli in capitulo ſedendi, non poſſunt pecunia concedi, fallit vt n.32. & 35. vbi de ſtallo & num.36.*

32 *Pecunia dari licet impedienti iniuſte, vt inueſtitura, ſeu poſſeſſio non adipiſcatur ab eo, qui habet ius ad beneficium per inſtitutionem, confirmationem, vel liberam electionem, & quare numero trigeſimo tertio, alij contra, vt numero 34.*

35 *Inſtallatio dicitur quando electus, & confirmatus introducitur in ſtallum, id eſt in ſede chori.*

36 *Stalli ius, qualiter vendi poſſit?*

37 *Expenſarum ratione, quæ in litigando ſuper beneficio reſignata fierent, poteſt quid recipi, vt numero 38. 39. & 40.*

41 *Expenſas faciens in beneficio litigioſo nequit repetere ab eo, in quem reſignat.*

42 *Donans liberaliter ſua bona alicui Eccleſiæ, poſtea petens à canonicis, vt admittatur in canonicum gratis, non eſt ſimoniacus, nec qui voluntate Prælati retineret ſibi poteſtatem, præficiendi ſibi clericum ad Præbendam ex ſuis bonis.*

AD primam quæſtionis partem, præ- 1
ter deciſionem Pontificis hic nouiſ-
ſime *in Trid. ſeſſ.24. de reformat. cap.14.* ca-
uetur, vt in nulla prouiſione, ſeu admiſ-
ſione ad poſſeſſionem cuiuſcumque be-
neficij, fiant vllæ fructuum deductiones
conuertibiles in vſus non pios, conſue-
tudinibus laudabilibus exceptis, & per
Epiſcopum probatis. Igitur non videtur
permiſſum, vt pro canonicis, ſeu com-
beneficiatis debeant, ac poſſint fieri, cum
videatur incurri in labe ſimoniæ rei be-
neficialis. † Et comprobatur, quia conſue- 2
tudo, quæ imponit onus, recepto quod
tendat in vtilitatem canonicorum, non
valet, Garcia, *de benef. p.8. cap. 1. à nu-
mero* 90. Barboſa, *in Trid. num.*5. quare, vt
conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu,
& admiſſione alicuius ad canonicatum,
ſit ſublata per decretum dicti Trid. aſſe-
runt reſolutum, Armendar. in addit. *ad
Recopil. leg.* Nauarræ, *lib.1. tit.* 18. *leg.7. de
Epiſcopis num.*8. *&* 10. idem Barboſa, *nu-
mero* 10. & addit ibi *num.*7. & Garcia, *di-
cto num.*90. † conſuetudines laudabiles non
cenſeri, quæ ſunt pro inſtaurati one, vel 3
reparatione bonorum menſæ capitularis,
cum cederent in vtilitatem ſingulorum:
de quibus, & aliis, & quod ſi talis con-
ſuetudo fieret, vt integre cederet in fa-
bricam, aut per ſtatutum Epiſcopi, & ca-
pituli ſi caueretur, vel in alios vſus pios,
iam dictum eſt *ſupra ſub Rub. de officio Archi-
presbyteri.*

Et ſic in maiorem dicti decreti Trid. 4
Pius V. *ſua conſtit. incip. Durum nimis*, ſub
data pridie Kalendas Iulij 1570. reuoca-
uit priuilegia, & conſuetudines Eccleſia-
rum

rum aliquid recipieudi in collatione, ſeu
admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum.
5 † Et ob id, ſi Epiſcopus dum confert alicui
beneficium requirat aliquid ſibi exhiberi
de fructibus illius beneficij, quia hoc idem
eſt, ac ſi aliquod munus ab illo exigeret,
qnod non caret vitio ſimoniæ: idem dicen-
dum eſt, vt non liceat, quemadmodum ſcri-
bunt S.Thom. 2.2.*q.*100.*ad* 4.*in fin.* Minald.
*conſ.*83. *vol.*2. Hieronym. Zanett. *in tract. de
foro conſcientiæ, & contentioſo ſub nu.*4. Riccius,
*reſ.*449. *nu.*8. Barboſa, *ſupra in Trid. num.fin.&
de canon. ſub cap.*15. *ex nu.*24.*&* 28. dicentes,
vt è contra valeat aliquid exigere ob ali-
quam iuſtam cauſam, vt expenderetur in
pios vſus: quo pacto alias etiam conſuetudo
valeret, ſi illa detractio fieret, vt conuerte-
retur in vtilitatem fabricæ Eccleſiæ, ſeu in
augmentum cultus diuini: ſic Garcia, &
Barboſa citati cum aliis multis.
6 Quare optimè ex textu noſtro dicendum
eſt prandij exactionem in receptionem no-
ui canonici eſſe prohibitam, Pontifex deci-
dit, vt per Coſmam in pragmatica ſanctio-
num, *p.*2. *tit de annatis,* Suarez, *de relig. tom.*1.
*lib.*4.*hoc tit.cap.*47. *nu.*5. Azor, *inſtit.moral. p.*3.
*lib.*12. *cap.*11. *qu.*6. qui dicit à canonico noui-
ter recepto, ea ratione, nec poſſe exigi ali-
quid, etiam modicum conueniendum, in
commodum, & vtilitatem canonicorum, &
Beneficiatorum, ac perſonarum Eccleſiæ,
eſſeque ſimoniacum, non obſtante aliquo
ſtatuto, vel conſuetudine, etiam immemo-
riali dicit, ac tenent DD. in præſenti, &
in cap. cum M. de conſt. vbi Abbas, *nu.*15. Felin.
20. Decius, *à nu.*110. Ripa, *à nu.*175. Sotus,
*de iuſtit.lib.*9.*qu.*7.*art.*1. Gutierrez, *canon.lib.* 1.
*cap.*29.*à nu.*26. Azeued. ad Curiam Pyſanam
*lib.*1.*cap.fin.litt.B,* Card. Tuſcb. *litt S, concl.*252.
*à nu.*12. cum aliis, Zened. *ad decret.collect.*16.
*nu.*2. Barboſa, *hic n.*2. referens deciſum cum
Nicolao Garcia, *dicta p.*8. *cap.*1 *nu.*83.*&* 87.
à ſacra Congreg. non poſſe de cætero ex quo-
cumque ſtatuto imponi, vt aliquid ſoluatur
in locum pium, cedens veluti pro fabrica,
vel ſacriſtia Eccleſiæ, niſi fuerit per Papam
7 ex certa ſcientia approbatum, † qui Garcia,
*num.*89. cum Gutierrez, *dicto cap.*29.*num.*28.
reſoluit nec poſſe poſt Trid. concilium, capi
pro rebus piis, quod conſueuit capi pro
commodo proprio, qui & *nu.*90. dixit illud
capi pro commodo proprio canonicorum,
quod ſoluitur menſæ capitulari, ſeu quod
conuertitur in reparationem menſæ capitu-
laris, ex quo cedit, & redundat in vtilita-
tem ſingulorum.
8 Quare idem Barboſa hic, *à num* 3. *vſque
ad* 9.*fin.* vt materiam diſtinctè declararet,
quinque conclnſiones legendas poſuit. Pri-
ma ſi vacanti beneficio onus aliquod tem-
porale ſit impoſitum, quod certa pars fru-
ctuum, aut pecuniæ quantitas in pios vſus
reſeruetur vel ad ſuſtentationem Mini-
ſtrorum, nulla facta conuentione, id abſque
controuerſia licere dicit à dictis de his, quæ
dantur ſine pactione in ſpiritualibus. Aliter
inquam pro ſecunda concluſione dicit, ſi
tale onus ipſi beneficio vacanti, non impo-
natur, ſed exigatur à perſonis recipiendis,
inſtituendis, aut benedicendis, nulla id con-
ſuetudine, aut conſtitutione permittente,
ſiue illud in profanos, aut proprios, aut in
vſus pios conuerteretur, cum eſſet propriè
ſimonia; ſiquidem exigerentur ab eo tem-
poralia, cui miniſtrantur ſpiritualia, quod
eſſet ſimonia. † Tertia concluſio, eſt, quod 9
ſi ex lege, aut conſuetudine à recipiendis
canonicis, clericis inſtituendis, aliiſve ſimi-
libus aliquid in proprios, aut recipientium
vſus exigatur, ſimoniæ vitium incurri; ſic
vt nec lex, aut conſuetudo ſit alicuius mo-
menti, quia talis contraria iuri diuino, aut
rationi nihil valet, *ex cap. fin. de conſuet. cap.
fin. de præſcript.* vbi quamplura adduxi con-
ducibilia. † Pro concluſione quarta ponit, 10
vt ſi lex, aut conſuetudo temporale aliqui-
bus caſibus recipi, aut præſtari iubeat, iuſtè
fiat, ſi ſpiritualia libere conferantur, nec in-
de ſubtrahantur, quod prius temporalia da-
ta non ſint; quod ſi ita exigatur pecunia,
vt non aliter ſpiritualia miniſtrentur, quam
ipſa prius perſoluatur, illicitam eſſe exactio-
nem, & irrationabilem legem, aut conſue-
tudinem parientes, ita fieri, vtramque par-
tem ibi probando; ſed quia ex dictis *in cap.
ad Apoſtolicam, & in cap. nemo* 14. *in cap. ſuam*
29. patet, ideo eius fundamenta non repe-
tuntur. † Quinta concluſio, quod conſtitu- 11
tiones, & conſuetudines, quibus aliqnid
temporale in vſus non pios, ante, vel poſt
ſpiritualia exigitur, vel etiam ad pios per
ſpiritualium ſubſtractionem extorquetur,
ita demum ſacris canonibus, improbari ait,
ſi ab illis recipiantur temporalia, qui ex
officio ſpirituale illud miniſterium confir-
mandi, aut inſtituendi, vel ſimile tenentur
exhibere, aliter ſi non teneantur hoc *nu.*8.
probans, ſed ſatis apparet ex dictis de diffe-
rentia Miniſtrorum ex officio, aut extraor-
dinariorum *ſub dicto cap. nemo* 14. *c. ſuam* 29.
cap. ad Apoſtolicam hoc tit. ibi offendes plene,
& alia *ſub cap.*1.
Concludit ergo Barboſa, hic *num. fin.* 12
quod vt in his inſtitutionibus, confirma-
tionibus beneficiorum, & canonicorum
receptionibus, aliquid temporale iuſte reci-
piant

piatur à perſonis, tria ſimul requiri. Primum, vt conſtitutione, aut conſuetudine id receptum ſit. Secundum, vt in pios vſus conuertatur. Tertium, vt non exigatur prius per ſubſtractionem, aut moram ſpiritualem, per quæ tria dicta hic *à num.* 1. & in aliis iuribus facile honeſtari ex D. Thoma, & communi Theologorum, & Canoniſtarum, nec deuiant dicta ſub diſtinctione relata *num.* 1. imo & illas quinque concluſiones Barboſæ, quæ ad hæc tria reducuntur, vt patet.

13 Ad ſecundam partem, quid de iure cappæ in pluribus cathedralibus introducto, ſcribit Franciſcus Tondutus, *variar. quæſt. canon. cap.*47. à præfatione ante *nu.*1. illud *ex n* 1. impugnat per textum noſtrum; eo quod tale ſtatutum variis in Eccleſiis introductum, tendere videtur ad priuatam vtilitatem canonicorum, & per conſequens inualidum, quia per hoc liberantur canonici ab onere conficiendi ornamenta Eccleſiæ, ad quod ipſi obſtricti fuiſſent; indeque laudabilem non dici conſuetudinem, qua canonici recipiendi, tenentur aliquid dare pro inſtauratione, vel reparatione bonorum Eccleſiæ, cum ex eo vtilitas priuata reſultet in fauorem ipſorum canonicorum, vt cenſuit Nicol. Garcia, *de benef. dict. p.*8. *cap.*1. *dicto num.*90. ex relata declaratione ſacræ Congreg. Additque Tondutus, vt hoc maxime procedere videatur, quia pars aliqua iſtarum pecuniarum ſoluitur pueris Chori, adminiſtratoribus, campanariis, & aliis officialibus, vel ſeruitoribus capituli, quod illicitum eſt, vt docet idem Garcia, *dicto cap.* 1. *num.*91. *& cap.*2. *p.*3. *num.*198. vbi refert declarationem ſacræ Congreg. ſuper hoc factam, vt *ibidem, declar.*9.

14 At his non obſtantibus, & aliis, quæ refert *ſub num.*3. *&* 4. dicit neceſſarium eſſe, vt tale ſtatutum ſit validum, & obſeruandum, pro vt quotidie, non ſolum in Eccleſia, in qua ortum fuit dubium, ſed etiam in pluribus aliis collegiatis ſe vidiſſe obſeruari, addens ita in Eccleſia Toloſana, vt quilibet nouiter receptus teneatur ſoluere 40. Ducatos pro vna cappa, ſiue Pluuiali, quia hoc factum dicitur in fauorem cultus diuini; ſic vt videatur permutatio rei ſpiritualis cum ſpirituali, vt aduertit Auferius ad deciſ. capellæ Toloſanæ, *quæſt.*311. *verſ. ſed quid ſi ſtatuto.* Quod ampliat Tondutus, *nu.*6. procedere etiam, ſi ſtatuto, vel conſuetudine caueatur, vt non admittatur, niſi prius ſoluerit, vt notauit Cenedo, *ad decretal. dicta collect.*16. *nu.*3. dicens ſic practicari in Eccleſia Zaragocæ dicta Dominæ de Pilari, in qua canonici, dignitates, & Portionarij nouiter recepti ſoluunt certam pecuniam fabricæ eiuſdem Eccleſiæ, vt vulgo dicitur pro *cappa*.

15 Et hanc conſuetudinem eſſe, attendendám, vt validam, ac de iure ſeruandam, etiam ex mente Trid. *dict. cap.*14. *ſeſſ.*24. & præfatæ conſtit. Pij, docent Scotia in conſt. Pontific. *theor.*198. *col.*2. *verſ. per hanc*, *tamen* Barboſa, *in dict. Trid. num.*11. Zerola, *in praxi Epiſcop. p.*2. *verbo poſſeſſio beneficij*, §.5. Bonac. *de ſimonia qu.*7. §.3. *nu.*5. & alij; ſic vt non obſtent contraria adducta, *in verſ. ad* 2. quia vt reſpondent omnes communiter procedunt, ſi pecunia illa conuerteretur in effectu in vtilitatem propriam canonicorum, quod illicitum eſt, cum eſſet dare ſpirituale pro temporali, contra iuris, & conſtitutionum diſpoſitionem; & iuxta hanc diſtinctionem ſunt intelligendi Rebuff. *in concord. tit. de reſ.* §. *fin. verſ. quinto etiam infertur*, damnans prædictam conſuetudinem, tanquam ſimoniacam; & ſic etiam Coſmas, *in dicta gloſſa pragm. ſanct. tit. de annot.* multa confuſe congerens.

16 Nec obſtat dicere cum Probo, *in dict. pragm. ſanct.* Coſmæ confraternitates non poſſe condere ſtatuta dicentia, quod quis recipi non poſſit, niſi decem ſoluat, allegans ad id Præpoſitum, *in cap. diſt.*42. adducens *dict. concil. Trid. cap.*14. *& dict. conſt. Pij V.* de quo Scottia, *ſuprà epitome* 110. & Diana, *dicto* §.3. quia reſpondetur cum eodem Franc. Tonduto *ſupra nu.*8. & Thoma Sanchez, *conſ. mor. lib.*1. *cap.*3. *dub.*23. *nu.*8. hoc dictum intelligi quando pecuniæ illæ pro ingreſſu exſolui ſolitæ, in pios vſus conuertuntur, quia tunc non ſolum validum, imo, & laudabile ſtatutum eſſe, vel conſuetudinem, vt recipiendi aliquid in ingreſſu ſoluere teneantur, cum hoc conuertatur in ſumptus neceſſarios confraternitatis, & in vſus pios. Poterant contra hoc adiici dicta *ſupra in cap. non ſatis* 8. *de ſimonia*, vbi dictum eſt ſtipendia quædam dari pro monialibus, dum admittuntur ad religionem, vt nimis vbique eſt vſitatum; ſed reſpondebis, vt ibi diſtinctione poſita inter tempus profeſſionis, & primi introitus.

17 Vnde fit, vt licitum ſit ab ingredientibus, & aliis, qui ad canonicatus poſſeſſionem admittuntur, ius iſtud cappæ effectualiter recipere, ſic vt ſi realiter non ſoluatur, licet etiam pro ſecuritate cautionem ab illis de ea exoluenda exigere, vt tenent Coſmas, *in dicta gloſſa Pragm. ſanct. tit. de annat. per textum in cap. ſignificaſti* 4. *de elect.* vbi dicit ea, quæ tacite inſunt, licite exprimi poſſe abſque vitio ſimoniæ, & confirmat Sanchez,

chez, *in conſ. moral. lib.2. cap.3. dub.25. num.9.*
18 *verſ. at non eſt ſimonia.* † vbi dicit non eſſe
ſimoniam, imo licitum eſſe alicui conferre
commendam, eo adiecto modo, & condi-
tione, vt ſoluat 40. aureos, quos ex ordinis
ſtatuto tenetur ſoluere quis quis eam com-
mendam habuerit: nam quidquid à iure
permiſſum eſt, poteſt licitè in pactum de-
duci, Campanil. *in diuerſ. iuris Cañon. lib.11.*
19 *Rub.27. num.41.* vbi propterea infert validum
eſſe pactum, quod reſignans fructus bene-
ficij lucretur pro rata temporis, quo benefi-
cium poſſedit: idem Tondutus, *ſupra dicto
cap.47. à num.9.* vbi addit *num.13.* ex Bona-
cina, *de ſimonia quæſt.6. puncto 1. numero 7.
ex cap. ex inſinuatione hoc titulo*, conditionem
tenendi vltimum locum in choro non eſſe
ſimoniam.
20 Ad tertiam quæſtionis partem, an debea-
tur duplex ius cappæ, collitigantes duo ſu-
per beneficio, aut canonicato? in quo bre-
uiter ex dictis, & ſi idem ſequatur Franciſ-
cus Tondutus referens litigium, *dict. cap.47.
ex num.14. à verſ. ex his, vſque ad num.23.* plura
inculcans. Et ſic dico, quod ſi vnus adipiſ-
catur poſſeſſionem in effectu, & capitulari-
ter datam, tunc reuera debeat vnum ius
cappæ, ſiue vt alias poteſt dici ius laudentij;
ſecus tamen, vbi non capitulariter fuiſſet
capta poſſeſſio, quia tunc nulla eſſet adeptio
talis poſſeſſionis, Pariſ. *de reſign. lib.6. quæſt.5.
num.32. & lib.10. quæſt.6. num.42.* Caſſador.
deciſ.8. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Gonzalez,
ad regul.8. cancel. in pragm. §.3. num.81. non
enim ex quo inueniatur impugnata à ca-
pitulo adeptio poſſeſſionis alicuius compe-
titoris, poteſt ex actu impugnato commo-
dum iuris cappæ reportare, præſertim cum
impugnatio ſortita fuerit ſuum effectum, &
dictus competitor repulſus eſſet à petitione
beneficij, & canonicatus: idem Tondutus,
dicto cap.47. num.19. Seraphin. *deciſ.620. à
num.5.* quod ſi poſt litigium per ſententiam
capitulum cogeretur ad admiſſionem, tunc
iam admittendus deberet illud ius cappæ
ſoluere, cum in effectu poſſeſſionem quie-
21 tam aſſequatur. † Et tunc demum ſtante
ſtatuto capituli, legitime confirmato, dare-
tur eidem capitulo actio, & petitio pro con-
ſequenda ſolutione iſtius iuris cappæ, nempe
conditio ex ſtatuto, quæ eſt mere perſonalis,
ſicut, & aliæ conditiones, *ad §. ſic itaque*, cum
ibi notatis *inſtit. de action.*
22 Ad quartam partem, an ſit valida obli-
gatio fideiuſſoris pro ſoluendo iure cappæ?
iam dictum eſt hic *ſub verſ. ad ſecundam in
verſ. quare.*
23 Ad quintam quæſtionis partem, quando

ex ſtatuto alicuius cathedralis factum ſit,
vt fructus duorum, aut vnius anni non
lucretur de nouo admiſſus. Et quia DD. *ad
Trid. dict. cap.14. ſeſſ.24.* ſolent dicere illud
decretum, nec Bullam relatam Pij V. vt non
comprehendant ſtatuta de ſeruiendo per
annum, vel aliquod tempus, & nihil perci-
piendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto
integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obi-
tum hæredibus debeatur, cum ſit potius de-
ferre, quam auferre, vt refert deciſum Nic.
Garcia, *de benefic. p.11. cap.5. num.138.* vbi
etiam dicit, vt ſequitur Barboſa, *in dicto
cap.14. num.3. & 4.* quod ſi in aliqua Eccleſia
ſit conſuetudo, vt duobus primis annis, qui-
bus quis fuerit canonicus, fructus canonica-
tus ſint hæredum anteceſſoris, vt iſte caſus
non comprehendatur, nec ſub *dicto Trid.
decreto*, nec ſub *dicta Bulla Pij V.*
Ideo nunc cum Ioanne Gutierrez, qui 24
magis ad vnguem loquitur *lib.1. canon. cap.
29. ex num.26. de litigio*, nimiaque contro-
uerſia ſuæ Eccleſiæ Ciuitatenſ. in qua eſt ſi-
mile ſtatutum, vbi *ex dicta nu.26.* damnans
vt ſimoniacum ſoluere aliquid con bene-
ficiariis in electione, præſentatione, nomi-
natione, inſtitutione, confirmatione, colla-
tione, vel alia prouiſione, ſeu admiſſione ad
poſſeſſionem alicuius cathedralis Eccleſiæ,
vel beneficij, canonicatus, vel Præbendæ,
ad quod tamen non poſſit cogi per textum
noſtrum, *& cap. ex multis 1. qu.3.* etiam ſtante
conſuetudine, ſi dandum vertit in priuatum
commodum, quale eſt prandium, aut pre-
tium eius imo, & dulciaria, quorum multa
ſunt de genere prohibitorum, vt aduertunt
Zerola, *in praxi Epiſcop. p.2. verbo poſſeſſio bene-
ficij, §.5. in fine*, Barboſa, *in dicto cap.14. Trid.
ſeſſ.24. num.12.* † Secus tamen, ſi pro fabrica 25
pauperibus, vel alio opere pio, vt tradunt
Hoſtienſ. Panormit. & alij in præſenti, &
quando ſtatutum imponit onus Præbendæ
in fauorem Domini cultus, vt *in dicto cap.
ſignificatum de Præbend. & in cap. vnico vt
Eccleſiaſt. benef.* alia plura congerens idem
Gutierrez, qui *ex num.29.* refert vidiſſe ſu-
blatas fuiſſe conſuetudines aliquarum Ec-
cleſiarum noſtræ Hiſpaniæ, quibus & ſuis
conſtitutionibus præcipiebatur, quod fru-
ctus primi anni accreſcerentur cæteris ca-
nonicis, aut Beneficiatis, nihil dando de
nouo admiſſo pro tunc, & hoc iuxta ius, &
Trid. ac Bull. Pij V. ſicque in Cancel. Val-
liſolet. exequi mandatum. Tamen referen-
do aliud ſtatutum conſimile ibi *num.30.* ſuæ
Eccleſiæ Ciuitaten. † Saluo inquam, quod, 27
etſi fructus primi anni reſeruarentur illis:
tamen alij totidem poſt mortem illius

darentur,

d erentur ; & reſeruarentur pro debitis, & funeralibus ſoluendis prædefuncti, & cum præmaxime dubiratū eſſe de legitima cauſa illius ſtatuti, demum miſſo canonico ad curiam Romanam, & attenta paupertate, caſu ventilato, viſiſque conſtitutionibus illius Eccleſiæ per Reuerend. Card. ad declarationem Trid. relarione facta Ponrifici ſummo Greg. XIII. à quo remiſſo Eminent. Cardin. declararum fuiſſe *dict. cap. 14. Trid. ſeſſ. 14. & dict.* motum Pij V. non contradicere conſtitutionibus illius capituli ex ea ratione adducta vltra alias, quia quod defertur, non aufertur, ſicque cum ſecuritare conſcientiæ virtute dictæ declararionis conſeruari, poſtea dictam conſuetudinem, & conſtitutiones dictæ Eccleſiæ; ſed Garcia, *vbi ſuprà* prædictam formam impugnat admodum, cum illud commodum cedar in fauorem canonicorum, & tantùm admittit iuxta modum hic adductum *in principio noſtri verſ. ad quintam.*

27 Aliter inquam ex iam dictis procedit aliud ſtatutum illius Eccleſiæ, & aliarum, in quibus vigent ſtatuta, & conſtituriones, vt nouiter recepti ſoluant fabricæ aureos aliquot, ſicut in illa Ciuiraten. decem aurei pro ſingularum præbendarum receptione, dicendo validam eſſe, & ſeruandam talem conſuetudinem, non ſolùm iure communi, de quo hic, ſed etiam attento prædicto Trid. decreto, vt expreſsè tenent Hoſtienſ. *in ſumma hoc tit. §. qualiter col. 3.* Gregor. Lopez, *in l. 15. tit. 17. p. 1. in gloſſa pro præmio,* loquentes de conſuetudine, quod canonicus de nouo receptus debet cappam facere, vel dare fabricæ Eccleſiæ certam quantirarem pecuniæ, vel luminariis, vel aliis, quæ ad diuinum cultum pertinent *per dict. cap. ſignificatum, & cap fin.* de his, quæ fiunt à maiori parte capituli cum ſimilibus, & per conſuetudinem Piam, de qua *in cap. ad Apoſtolicam ſuprà, & in*
28 *dicto cap. 14. Trid.* † Et ſic conſuetudinem valere, ſtanre diſpoſitione *dicti cap. 4. Trid.* vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij defuncti, cenſuit Rota, *deciſ. 160. p. 4. diuerſ.* Barboſa, *in dicto cap. 14. nu. 8. & de canon. dicto cap. 15. n. 31.* plene referens, qui *in dict. Trid. n. 9.* refert approbatam conſuetudinem Eccleſiæ Aſturicenſ. quod fructus ſpectent ad capitulum, donec Beneficiarius ſit ſacerdos, quia intentio concilij, *in dicto cap. 14.* fuit, ne ratione collationis aliquid reciperetur, vt ſic deciſum refert, *in dicto cap. 25. de canon. num. 34. Maij 6. 1612.*

29 Quare pro complemento dicendum eſt valere conſuetudinem, ſeu conſtitutionem factam per Epiſcopum, & capitulum poſt *dict. Trid.* decretum de ſoluendo certam quantiratem ratione poſſeſſionis canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia Notariis, curſoribus, campanariis, aliiſue Eccleſiæ Miniſtris, quibus alia conſtituta ſunt ſalaria, attribuatur, vt refert deciſum Garcia, *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 198. declarat. 9.* idem dicit Barboſa, *de canonic. cap. 15. num. 30. & in dicto cap. Trid. num. 11.*

Ad ſextam partem quæſtionis, an valeat 30
conſuetudo ſuper ſolutione annatæ faciendæ per canonicum nouiter receptum? Et viſis quæ de annatis dixi *ſub cap.* ..... & quod per dicta hic, *à num. 1.* hæc quæſtio diſſoluitur; ideo ne longius agamus: videbis in terminis hanc reſolutionem: Marius Anton. *lib. 1. reſol. cap. 1.*

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an pro 31
inueſtitura, ſiue ſtallo prius aliquid ſolui poſſit ſine ſimonia? Et quia de hoc agunt DD. per textum, *in cap. in tantum 36. & cap. 43. hic,* & poſſet negatiue reſponderi, quia actus ſunt quid facti, & ſic temporales, ad ea, quæ plene dixi *in cap. fin. de iudiciis ſub quæſt. 1. & 2.* Tamen quia ibi dicta ſint de quæſtione facti meri temporalis, non quidem mixti, vt in dictis iuribus inuenitur; ideo legitimè, cùm inueſtitura ſpectet ad poſſeſſionem beneficij, ſeu canonicatus, aut dignitatis, potuit Pontifex, *in dicto cap. in tantum,* & DD. *ibi per verba per quam pro Eccleſiarum inueſtitura Archidiacon.* reprobare conſuetudinem exigendi pecuniæ quantitatem, aut aliam rem temporalem in Archidiaconi inueſtitura: ita Suarez, *de Relig. tom. 1. lib 4. de ſimonia, cap 47 nu. 5. & cap 48. num. 4.* Barboſa, *in dicto cap. 36. num. 3. & 4.* quia ſimoniæ peccatum admittitur cum aliquid datur, vel accipitur, etiam poſt electionem, & confirmationem pro introductione, & immiſſione eius in corporalem beneficij poſſeſſionem, Azor, *inſtit. mor. p. 3. lib. 12. cap. 7. qu. 1. verſ. inſuper.*

At vero, vt dicunt Suarez, *dicto lib. 4. hoc* 32
tit. cap. 50. Nauarr. *in man cap. 23. num. 102.* Reginald. *in praxi fori pænit. cap. 11. lib. 23. dub. 3. num. 130.* Filliuc. *tom. 3. tract. 45. cap. 11. quæſt. 4. num. 10.* Leſſius, *de iuſtitia lib. 2. cap 35. dub. 18. num. 110.* nullam dicunt ſimoniam committi tradendo pecuniam illi, qui iniuſte impedit beneficij poſſeſſionem capi ab eo, qui habet ius ad illud per inſtitutionem, confirmationem, vel liberam electionem † ex eo, quia non datur pecunia pro 33
re ſpirituali, nec redimitur aliquod ius ſpirituale, ſed factum temporale annexum ſpirituali, quatenus pendet ex titulo ſpirituali:

tuali: nam cum titulus ſpiritualis iam ple-
ne acquiſitus ſit per collationem, non inten-
ditur poſſeſſio, tanquam quid annexum rei
ſpirituali, ſed per ſe, vt quid temporale.
34 † Tamen contra hoc vltimum tenent
Vgolin. *hoc tit. tab. 1. cap. 9. §. 8. nu. 5.* Redoan.
eodem tract. p. 2. cap. 22. num. 2. Sotus, *de iuſtitia,*
lib. 9. quæſt. 6. art. 1. ad 5. qui videntur bene,
cum alias nec textus, *in dicto cap. in tantum,*
nec *in dicto cap. ne Dei* 43. non valerent pra-
cticari; non enim videtur in præſenti ſe-
parari poſſe nudum factum inueſtituræ,
aut poſſeſſionis à principali iure collationis,
inſtitutionis, electionis, aut confirmationis à
quo dependet; & ſic inter omnes Ioannes
Gutierrez poſuit *dict. cap. 29. canon. lib. 1. ſub*
dicto num. 26. & 27. recipere pecuniam pro
poſſeſſione beneficij; aut canonicatus. Sed
quatenus redimitur vexatio, bene poterit
per dicta *ſupra* late *in cap. Matthæus.*

35 Ex eodem metro reſpondetur ad aliud
hic poſitum de iure ſtalli, aut inſtallendi:
nam cum inſtallatio ſit quando electus, &
confirmatus introducitur in ſtallum, id eſt
idem, ſiue locum conſtitutum in choro, &
Abbati deputatum ad ſedendum, vt notant
omnes per textum, *in dicto cap. ne Dei* 43.
& Barboſa cum illis, *num. 1. & 2. ibi*; inde-
que inſtallatio nutet veram, & actualem
poſſeſſionem, Abbas, *in cap. tranſmiſſam, de*
elect. num. 3. Raguſius, *de voce canonic. in cap.*
quæſt. 25. num. 2. Viuianus, *in praxi iuris patr.*
p. 1. lib. 5. cap. 1. num. 20. alias 102. *in nouis*
impreſſ.

36 Sed an vendi poſſit ius ſtalli, ſeu ſeden-
di, ſiue ſtandi in Eccleſia certo loco, ſunt
videndi Bonacina, *de ſimonia quæſt. 4. §. 6.*
in fine, ante eum Suarez, *de relig. tom. 1.*
lib. 4. hoc tit. cap. 28. ad finem; quod reduci
poteſt ad id, quod de loco honoratiori pro
ſepulchro dictum eſt *ſuprà ſub cap. ſuam* 29.
& cap. ad Apoſtolicam hoc tit.

37 Ad octauam quæſtionis partem, quæ cum
vltima potius pertinent ad textum *in cap. 26.*
ſuprà, vbi de reſignatione, quia aliquantum
ad poſſeſſionem beneficialem pertinent;
ideo ne illas amitteremus, hic inſcribuntur;
& licet Ioannes Pontius in curſu Theolo-
gico, *diſp. 56. quæſt. 2. ſub concluſ. 10. num. 37.*
quem commendat Diana, *p. 11. tractat. 6.*
miſcell. reſol. 7. in verſ. ſed quid; & dicendo
illum caſum eſſe difficiliorem, quia qui
habens beneficium, quod vult relinquere
alteri prætendenti ob aliquod pretium ab il-
lo receptum videatur, vt dando poſſeſſio-
nem beneficij, det quidem rem ſpiritualem
38 pro illo pretio. † Tamen ipſi reſpondent,
quod poſſit hic facere abſque ſimonia: nam
cùm non ſit, certum quod beneficium ſit
ſuum, ſed propter probabilitatem; tamen
quam habet, quod ſit ſuum, vellet in liti-
gando expenſas facere, nullo modo appare-
re ſimoniacum, vt vitet illas expenſas ali-
quid recipere, quia nec quod accipit eſt ſpi-
rituale, nec illud, pro quo accipit hoc eſt
expenſæ, quam faceret in litigio. Itaque, ſi 39
qui dat, non emit ius alterius, vt non debet,
quia poteſt eſſe contentus iure ſuo, nec poſ-
ſeſſionem, quod etiam non eſt neceſſarium,
vt faciat, quia ſufficit quod alter permittat,
vt ipſemet viro ſuo accipiat, aut ab eo, qui
poteſt poſſeſſionem dare, ſed ſolum dat al-
teri aliquid ratione expenſarum, quas face-
ret, vt probaret ius alterius, non eſſe bo-
num, non appareat, vt ſit vlla ſimonia ex
parte ipſius † ſimiliter ſi recipiens nec dat 40
ius ſuum, quod alteri non eſt neceſſarium,
cum habeat proprium, nec poſſeſſionem
poſitiuè, ſed negatiuè tantum, permitten-
do, vt alter recipiat illam, ſed ſolum reci-
piat aliquid, ne faciat expenſas defendendo
poſſeſſionem ſuam, non committit vllam ſi-
moniam.

Et quærens idem Pontius *ſupra num. 33.* 41
quem refert idem Diana, *dicta reſol. 7. verſ.*
quæret, ſi quis fecerit expenſas in beneficio
litigioſo, an poſſit eas exigere ab illo, cui, aut
in cuius fauorem reſignat? reſpondet qui-
dem negatiuè cum communi loquendo de
exactione, tanquam pretij, aut debiti, quia
quod alter ſolueret pro expenſis, eſſet ali-
quod pretium pro beneficio, ſed vt poſſet
tamen recipere æquiualens gratuitè, di-
cens de hoc non eſſe dubium. Quæ duo ex
dicto Pontio poſſunt etiam adiungi ad di-
cta de beneficiis *ſupra in cap. 12.* & de redi-
menda vexatione *in cap Matthæus.*

Pro complemento notabis, quod ſi quis 42
gratis, & liberaliter ſua bona donaret alicui
Eccleſiæ, & poſtea peteret, vt in canoni-
cum admitteretur, & canonici abſolute, &
gratis conſentirent, peccatum ſimoniæ non
committi, docent Valer. Reginald. *in praxi*
fori pœnit. lib. 23. num. 244. expreſſius Azor,
inſtit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. quæſt. 2. Barboſa,
in cap. tua nos 34. hoc tit. num. 2. & ambo idem
procedere etiam dicunt ſimoniam non
eſſe, ſi autoritate Prælati, & conſenſu
Epiſcopi retineret ſibi poteſtatem præfi-
ciendi ſibi clericum ad Præbendam ex ſuis
bonis in Eccleſia inſtitutam.

AD TEXTVM
In Cap. Si quis, XLV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 DE prima parte textus de ordinando conueniente cum ordinante, aut præſentante, de quo iam late *ſub cap. 1. hoc titulo*, & aliquid *ſub cap. per tuas 37. & alibi hoc titulo, ſuprà.*

Sed quatenus ad ſecundam partem, quæ agit de diſpenſatione cum ſimoniaco, nunc eſt agendum: vnde præmiſſo quod *ſub cap. non ſatis 8. hoc tit. quæſt. 3. verſ. ad vltimam*, dictum fuit, de illa, an poſſint Prælati Regulares abſoluere ſuos ſubditos à ſimonia? Aliquid de diſpenſatione cum inhabilibus ad beneficium, *ſupra ſub cap. 12.* & ample, *ſub cap. 1. de filiis Presbyter.*

QVÆSTIO I.

An Pontifex ſolus diſpenſet cum ſimoniacis, ſeu valeat aliquando Epiſcopus, aut alius ordinarius inferior? Et an pro diſpenſationibus matrimonialibus poſſit abſque ſimonia delegatus recipere aliquid ratione laboris? Et quid pro exequutoriis, & licentiis publicandi indulgentias? ſeu pro abſolutionibus?

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus ſciens ſolum diſpenſatur à Papa; ignorans, valet ab Epiſcopo diſpenſari, vt num. 2.*

3 *Diſpenſatio cum ſimoniaco pro obtinendo beneficio fit à Papa: quid ſi ſit occultus, an Epiſcopo liceat, & num. 4.*

4 *Epiſcopus poteſt abſoluere ſacerdotem ſubditum in ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, ac diſpenſare, dum non ſit per ſententiam priuatus.*

5 *Papa cum mandat alicui Prælato Monacho, vt diſpenſet cum ſubditis, qui data pecunia intrarunt Religionem, valet idem Prælatus ſecum diſpenſare.*

6 *Papa, & ſi ſibi non accipiat pro diſpenſando, tamen non prohibet dari aliquid Miniſtris pro labore, & ſuſtentatione.*

7 *Epiſcopus, etſi diſpenſando in nonnullis ſibi, non accipiat pecuniam, non impeditur, vt pro labore, & ſuſtentatione Miniſtrorum aliquid dari liceat, vbi explicatur clauſula* volumus, *circa diſpenſationes matrimoniales conſuetudine introductas, vt num. 8. & 9.*

9 *Diſpenſationes etiam matrimoniales, & ſi gratis debeantur, nec ante illas aliquid recipi valeat; poſtea vero non prohibetur, quod gratis datur: vide n. 12. in fine.*

10 *Commiſſarius Bullæ Cruciatæ nihil poteſt accipere pro reualidatione indulgentiarum.*

11 *Indulgentiæ in Italia dantur gratis, quæ annullantur, ſi pro earum publicatione, aliquid etiam à ſponte dantibus recipiatur, & pro expeditione illarum conceſſionum, nec pro earum executoriis, vt n. 12.*

12 *Indulgentiarum executoriæ libere in Sicilia conceduntur, vbi de quodam mandato Regis Philippi II.*

13 *Abſolutio à cenſura, pecunia conceſſa, eſt ſimoniæ materia; aliter ſi loco pœnæ, & ſpreti mandati, n. 14.*

14 *Cenſuras ferendi actus, eſt ſimoniacus pecunia factus.*

15 *Confeſſarij Ordinum mendicantium, vt poſſint abſoluere à quacumque ſimonia, eique annexa excommunicatione, eſt approbatum, ac tollere ſuſpenſionem, vt n. 16.*

17 *Prælati Regulares ſuos ſubditos abſoluere à ſimonia num poſſint?* remiſſiue.

18 *Suſpenſio extrauag. 2. de ſimonia, poteſt abſolui ab Epiſcopo, non ſic excommunicatio, de qua in ea, ſed hodie quid ex conſtit. Sixti V.*

AD primam quæſtionis partem, iam ex textu hic cum Barboſa *nu. fin.* Valerio 1
Reginaldo, *in praxi fori pœnit. lib. 23. nu. 186. verſ. in ſexta.* Azor, *inſt. mor. p. 3. lib. 12. cap. 23. à principio*, dictum eſt alibi ſolum Papam diſpenſare cum inhabili ad beneficium ſimoniacè acquiſitum, qui talem ſimoniam ſciuit, in eamque pro ſe factam conſenſit.
† Tamen quod Epiſcopus diſpenſare poſſit 2
quando quis per ſimoniam promotus eſt ignoranter, ſeu neſciens pro ſua promotione datam eſſe pecuniam, docent Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 185.* Bonacina, *de ſimonia, quæſtione 7. puncto ſecundo, num. 4.* DD. per gloſſam, *verbo remanere ibi poteſt Epiſcopus cum talibus diſpenſare in*

cap.

cap. de ſimonia 22. *hoc tit.* vbi Barboſa *num.* 3.
etſi gloſſa in cap. exiſtimatione verſ. elegerunt
26. *hoc tit.* vbi Barboſa *num. fin.* Salua. *de bene-*
ficiis p. 3. *qu.* 51. *n.* 4. *&* 5. *& in praxi Epiſcop.*
p. 1. *verbo ſimonia dubio* 4. notarunt vtrum-
que, nempe quod cum ſimoniaco igno-
rante poteſt Epiſcopus diſpenſare, cum
3 ſciente tamen ſolus Papa. † Et inde cum
ſimoniacis ad alia beneficia obtinenda in-
habilibus, dixerunt nonnulli, non alium
diſpenſare poſſe præter Papam: ſic The-
ſaurus, & Bonacina *hoc tit. quæſt.* 7. *p.* 2. &
etiam Tancred. *de relig. tract.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 44.
num. 10. cum Baunio *in praxi benefic. diſp.* 16.
q. 62. *dubio* 1810. quando de ſimonia confi-
dentiali non quidem niſi à Papa per alium,
etiam in caſu occulto, quia non eſt irre-
gularitas, ſed quædam pœna: ita Diana
p. 11. *tract.* 5. *miſcel. reſ.* 19. ex Caſtro-Palao,
Suarez, & Filliuccio, dicentibus ita decla-
rationes ſtare Cardinalium vſumque eſſe
ſacræ pœnitentiariæ, ſed quia alij dicunt
poſſe Epiſcopum diſpenſare ex Trid. illico
citando, inter quos Leſſius, Sanchez, Vaſ-
quez *diſput.* 12. *num.* 177. quos refert Diana
ſupra, nec vt dictæ declarationes obſtent,
quia eſt quædam irregularitas; ideo leges
in verſ. ſequenti, pro intellectu dictarum de-
clarationum.

4 Quare poteſt dubitari, an Epiſcopus in vim decreti Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 6. poſſit abſoluere Sacerdotem ſuum ſubditum in ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia, tam obtenta, quam obtinenda, & Vgolin. *de ſimon. tab.* 4. *cap.* 6. §. 7. *num.* 2. Henriquez *in ſumma, lib.* 13. *cap.* 58. tenent Epiſcopum poſſe diſpenſare, modo ſimoniacus nondum ſit condemnatus *de ſimonia*. Sed quia contrarium tenent Bonacina *de ſimon. quæſt.* 7. *puncto* 2. *diffic.* 2. *in fine*, Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *hoc tit. cap.* 61. *num.* 11. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 140. nos quid ſentiamus num, ſequenti dicimus.

Igitur eſt dicendum cum Nicolao Garcia *p.* 8. *de benef. cap.* 1. *n.* 74. quod cum ſuper hoc puncto adſint declarationes S. Congreg *ſuper dicto cap.* 6. *Trid. prima quod Epiſcopus, etſi à ſimonia occulta diſpenſare poteſt, non tamen ſimoniacum rehabilitare ad beneficia impoſterum obtinenda, nec ad retinenda quæ per ſimoniam occultam obtinuit.* Secunda, *an Epiſcopus in vim dicti decreti, vel capitulum poterit abſoluere Sacerdotem ſuum in ſimonia occulta? Et rehabilitare ad ordines, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda? Congregatio cenſuit potuiſſe abſoluere, & ad ordines rehabilitare, & ad beneficia, quibus propter ſimoniam priuatus fuiſſet, nec ad obtinenda.* Eaſdem declarationes etſi truncatas adducit Suarez, *vbi ſupra dicto cap.* 61. *num.* 11. concordat cum illis Leſſius *dicto lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 14. Tamen ex hac vltima colligo potius tenendum eſſe, vt poſſit diſpenſare, dum tamen non ſit per ſententiam priuatus, vt voluerunt Vgolin. & Henriquez adducti, & hoc à ratione *dict. cap.* 6. *Trident.* vbi in pluribus caſibus occultis, & grauiſſimis quidem, vt referunt Barboſa *ibi*, & plures ab eo relati, poſſunt Epiſcopi diſpenſare, dum ad forum contentioſum redacti non ſint. Et ſic primam declarationem S. Congregat. per ſecundam ſatis aperiri alia ex aliis Doctoribus poteris hic applicare.

Notabis vero *ex cap. fin. hoc titulo*, quod 5
quando Papa mandat alicui, vt diſpenſet cum Monachis ſuis, qui per ſimoniam, dato aliquo, ſunt accepti in Monaſterium iuxta textum *in cap. quoniam ſuprà*, & quæ latè dixi *in cap non ſatis* 8. *hoc tit.* vbi de ſimonia in regularibus intelligendum mandatum extendi ad diſpenſandum cum Abbate, qui eos ſimoniacè recepit, cum appellatione Monachi, veniat etiam Abbas, Bertachim. *in repert. verbo Abbas num.* 1. Hypolit. *conſ.* 9. *nu.* 2. Barboſa *in dicto cap. fin. n.* 1. *&* 2. idem cum multis de appellatione, *verbo vtriuſque iuris ſignif. appell.* 214. *num.* 2. & faciunt plura quæ dixi *ſub cap.* 12. *de iudic. q.* 9. vbi an poſſit Prælatus ſecum diſpenſare? vt poteſt cum ſubditis; *& à num.* 17. quæ poteſtas videtur latè interpretanda, *vt in cap. fin.* hic notatur cum Sanchez.

Ad ſecundam quæſtionis partem loquen- 6
do de Pontifice, quod nec ipſe poſſit recipere pecuniam pro ipſa diſpenſatione, quia eſt contra ius diuinum, ſed non eſſe damnatum, vt accipiatur aliquid pro ſuſtentatione miniſtrorum, ac ſtatus ipſius miniſtrantis, nec hoc eſſe contra poſitiuum ius, cum nullibi textus inueniatur hoc prohibens, vt tradit Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 37. *reſ.* 19. *à numero* 7. vbi addit, quod ſi aliquod ius eſſet, poſſet Papa in illo diſpenſare. Denique ait iuſtè tributum diſpenſationibus; eo quod ſint odioſæ, ſicque fieri difficiliores in aſſequutione illarum, poſſeque id applicari officialibus, & propter laborem ſcribendi; imò addit, vt quando diſpenſatur in caſu delicti, veluti in impedimento, quod oritur de copula illicita, aut ex irregularitate proueniente ex delicto, tunc pœnam commutari in aliam pecuniariam, quam poteſt Papa ſuæ cameræ applicare, & quod ad hoc ſufficit

authoritas Pontificia, cum ſic omnes faciant.

7 Tamen quoad Epiſcopos, alioſue Prælatos, Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 35.*n.*10. cum multis,dicit licere pro talibus diſpenſationibus aliquid temporale accipere ratione laboris in Miniſtrorum ſuſtentationem: nec obſtare ait clauſulam apponi ſolitam in diſpenſationibus ibi: *Volumus autem quod ſi ſpreta monitione noſtra eiuſmodi aliquid muneris, aut præmij occaſione dictæ diſpenſationis exigere, aut oblatum recipere, temere præſumpſeris, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurres.* Et reſpondens, ait dicta verba loqui de munere pro diſpenſando, ſed non de eo, quod datur ratione laboris, & quod vbique ita recipi aſſuetum eſt, & etiam quod mens Pontificis in illis verbis, eſt tantum prohibere munera, ne illis excæcatus, & fortè corruptus minus, benè Ordinarius ſuum officium exerceat,ſic Diana refert 5.*p. tract.* 13. *miſc.*1. *reſ.*71. *in princ.* imò Suarez *lib.* 1. *de relig. tract.* 3. *lib.*4. *c.*20. *à num.* 24. *&* 25. poſtquam contrariam ſententiam ponit ex mente iuris *in cap. fin. de pactis*, & ſimilibus, & ex Trid. *ſeſſ.*25. *c.*18. *de reform.* vbi habetur gratis, cum locus eſt diſpenſationi diſpenſandum, excludendo pretium, & aliud quid temporale, ne detur occaſio ad multiplicandas diſpenſationes, nec de facili permittendum, vt talia onera imponantur ad ſalaria miniſtrorum, & pro ſtipendiis eorum; eo quod Epiſcopi
8 ſunt obligati eos ſuſtentare.† Tamen excipit conſuetudinem; introductam quod in hoc caſu nihil cautum in iure ſpecialiter habetur; addens non ob id prohibitum eſſe Epiſcopis, vt quando diſpenſant, præcipiant aliquam dari eleemoſynam per viam commutationis; præcipuè quando diſpenſant in votis, & in obſeruantia alicuius feſti; eo quod non ſint obligati ad diſpenſandum purè; poſſunt enim miſcere commutationem: tradit Villalobos *dicta diff.* 19. *num. fin.*

9 Contra hoc tamen acertimè pugnant Diana *ſuprà* ex Nicolao Garcia plures declarationes adducendo *dict. reſ.* 71. & Armendarij: ſic tradens declaratum à ſacra Congreg. Cardinal. & ex Barboſa *in Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 1. *num.* 15. vbi dicit pro diſpenſationibus matrimoniorum non licere Epiſcopo, vel eius Vicario quidquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali conſuetudine, nec ratione ſigilli, vel alicuius alterius rei; & ita Garcia *dict. p.* 8. *cap.* 1. *de benef. ex num.*77. *ex vna Gerundenſ.* & ex aliis pluribus, quas ipſe, & Diana cum eo refert apud illos legendas tradit, ante illos Nauarr. *conſ.*18. *de pænitent. & remiſſion.* videndus Vgolin. *hoc tit. tabula* 1. *cap.*52. *num* 15. & ob id dictus Diana improbat dictum Suarez *ſuprà*, & generaliter de diſpenſationibus negatiuè reſpondent idem Diana *p.* 4. *tract.* 4. *miſc. reſ.* 84. dicens in ſacræ pœnitentiariæ litteris, hæc verba ſemper apponi *gratis vbique*, quod dicunt verum eſſe Sanchez, & Filliucius, quos citat Homobonus *de bonis p.*3. *tract.*13. *cap.* 11. *quæſt.* 32. *ſuppoſit.* 4. intelligi quando munera exhibentur ante expeditionem, ſecus ſi peracta diſpenſatione, aliquid gratitudinis gratia reciperetur, quia in tali videtur ceſſare ratio prohibitionis, & idem adnotat Guttierrez *de matrim.* cum aliis, quod in prædictis verbis intercedi cenſentur ea tantum dona, quibus recipientis animus corrumpi poteſt, & à tramite iuſtitiæ anelli refert Diana, & quod alij contrarium docent.

Et addit *verſ. vnde* ex dicta declaratione 10
in reſponſione ad 6. vt extantibus verbis impoſitis in Bulla latina, commiſſarios Bullæ cruciatæ non poſſe recipere aliquid pro reualidatione, & publicatione indulgentiarum, nec pro iure laboris; & quod eo interueniente in quodam Concilio Eminent. Cardinal. Abau. ſic fuiſſe determinatum. † Et quod in Italia licentiæ publicandæ indulgentias dantur gratis, licet 11
præbeantur in ſcriptis; tum quia in Bullis Vrban. VIII. dictarum indulgentiarum annullantur indulgentiæ, ſi pro eorum publicatione aliquid, etiam à ſponte dantibus ſumatur, & pro expeditione illarum conceſſionum, etiam iure laboris: ita *ex dicto cap.*1. *Trid. ſeſſ.*21. Duuallius *in c.*2. D.Thom. *tract de indulgent. quæſtione vnica, art.* 8. *in fine*, omnino legendus, addens dictam Bullam eſſe directam commiſſario cruciatæ, & etiam Magiſtro Notario; & quod ex dicta Bulla, & Trident. ſunt etiam incluſi Cancellarij accipientes aliquid, & quod Notarios nominatim excludit.

Et inſuper idem Diana addit *in verſ.etiam* 12
vnde fin. à fortiori pro exequutoriis dictarum indulgentiarum in eo Regno Siciliano, nec ab officialibus laicis quid minimum accipi poſſit, etiam ſub colore præſtiti laboris, & quod ſic abſolutè præcepit Sereniſſimus Rex Philippi II. in quadam Epiſtola data Matriti die 28. Decemb. 1571. directa ad Excellentiſſ. Ducem de Terra noua, in qua ponit querelas ſibi factas à Cardinali Alexandrino ſuper aliquos abuſus, qui tunc in hoc Regno ſtabant, vbi *in c.* 5. *dicta Epiſtola*, ſic

ſic refert Regem alloqui : *Tambien nos à echo entender, que quando ſe dan letras executorias, no ſe concedan, ſi no ſe paga primero cierta cantidad de diñeros. Y por que eſto no parece coſa conueniente proucreis que de aqui adelante no ſe lleue diñero por eſta cauſa; ſi no que ſe expida gratis :* Et referens ſic ab omnibus de Concilio receptum, concludit, quod ſi in omnibus Papalibus reſcriptis obſeruandum eſt, maximè in expeditione indulgentiarum, quæ ſunt res ſpirituales, & quæ annullantur à Pontifice, ſi pro publicatione ipſarum aliquid recipiatur. Quod hoc ſic conueniat, patet, ſed ſcio in multis Epiſcopalibus ſummam pecuniæ dari pro expeditionibus matrimonialibus, præcipuè in Chonchen. in aliis ſolent dari duo dragma, ſcilicet *dos Reales de vellon.*

13 Ad vltimum de abſolutione à cenſuris, & in foro pœnitentiali, iam *ſuprà* dictum eſt *ſub cap. ad aures* 28. & alibi, *& dicto cap. ad aures :* Barboſa *num.* 2. cum Suarez *ad relig. tom.* 1. *lib.* 4. *hoc tit. cap.* 19. *num.* 6. *& c.* 50. *num.* 21. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *n.* 112. *in fine*, dicens eſſe materiam ſimoniæ recipere pretium pro abſolutione ab
14 excommunicatione. † Idem tenens de actu ferendi cenſuras, id intelligit procedere, quando pretium petitur pro abſolutione, quia ſi peteretur loco pœnæ, veluti ſpreti mandati, iuſtè peti poſſe probat ex Oſtienſ. *in ſum. tit. de ſent. excomm. verſ. & qualiter col.* 2. S. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 16. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 3. *art.* 2. *ad* 6. Felin. & Anania *in dicto cap. ad aures in fine.*

15 Vltimo ex his dubitatur, an confeſſarij ordinum mendicantium poſſint abſoluere à quacumque ſimonia, eique annexa excommunicatione, etiamſi ſimonia illa commiſſa eſſet in ordine conferendo, aut ſuſcipiendo? Et videtur reſpondendum cum Cronſero *ad cap.* 7. *Regul.* S. Franciſci, *lectione* 28. *fol.* 772. & cum eo Baſſeus *in ſumma p.* 1. *verb. ſimonia* 6. affirmantibus; eo quod eſt etiam probabile poſſe abſoluere illos ab hæreſi occulta, & ſic poſſint à reliquis Papæ reſeruatis iuxta regulam iuris, *cui licet maius, licet minus.* Nec obſtare dicunt, quod Sixt. V. ſimoniam in ordine commiſſam, tam ſtrictè reſeruarit, vt nec ab illis abſolui poſſet, qui facultatem habet in caſus Bullæ cœnæ, aut in caſum hæreſis, ſiue per priuilegia, ſiue per Tridentinum, quia Pontifices eum ſequuti ſæpiùs declararunt eum, qui poteſt ab hæreſi abſoluere, cum ſit caſus, omnium ſententia maximè reſeruatus (de quo dixi *ſub cap. fin. de conſtit. ſub quæſt.* 1.) latè poſſe etiam à qualibet ſimo-
nia, & quibuſuis aliis caſibus Papalibus. † Et 16
vt poſſit conſequenter tollere ſuſpenſionem à ſimoniaco, excommunicationi annexam, vel in ea incluſam, & addit idem Baſſeus *dict. ſimonia* 6. *in fine*, ſententiam Crons fuiſſe toleratam anno 1629. à ſacra Congregat. Eminent. Cardinal.

Sed an Prælati regulares poſſint ſuos ſub- 17
ditos à ſimonia, etiam commiſſa in ſuſceptione ordinum? quia de hoc dictum eſt *ſupra ſub dicto cap. non ſatis quæſt. fin. in fine*; ideo nunc leges Baſſeum, *vbi ſuprà in fine in verſ. an, & in ſua ſumma p.* 1. *verbo Abbas nu.* 8. §. 1. & Lezanam *tom.* 5. *ſumma* in mare magnum minimorum *num.* 101.

Et de abſolutione à ſuſpenſione, de qua 18
in extrauag. 2. *hoc tit. permittitur Epiſcopo*, dicitur, vt licet abſolutio excommunicationis in illa extrauag. Pontifici reſeruetur, ſed non ſic à ſuſpenſione, vt probat Barboſa *ibi num.* 15. eo quod reſeruatio aſſerenda non eſt, niſi ſit expreſſa, cum Bonacina *de ſuſpenſ. in particulari diſp.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 5. *nu.* 11. Quod iam hodie videtur ablatum *ex conſt. Sixti V.* eo quod ipſe Pontifex abſtulit omnes facultates, & conceſſiones etiam cruciatæ abſoluendi huiuſmodi ſimoniacos, niſi ſit ſimoniacus occultus, quia talis poterit diſpenſari ab Epiſcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinuit : ipſe Barboſa *in dicta extrauag.* 2. *dicto num.* 15. cum Sayro, Bonacina, & cum aliis *in paſtorali p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 44.

AD TEXTVM

In Capite Fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

AD textum hunc reſeruabimus 1
agere de pœnis in ſimoniacos inflictis, quatenus videtur ſaluare ſimoniacos mentales à reſtitutione, & à reſignatione. An Eccleſia habeat poteſtatem circa actus internos? latè Suarez *de cenſuris diſp.* 4. *ſect.* 2. Et an debeat eſſe actus internus in ſua ſpecie perfectus, idem *ſect.* 3. *ibi.* Et *ad verſ. hic mandatum Apoſtolicum*, agi poteſt hic de poteſtate diſpenſandi; de qua in hac materia *ſub cap.* 2
præced. Et an ea ſit latè interpretanda, latiſſimè Thomas Sanchez cum infinitis *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. omnino legendus.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

Quare ſimoniacus mentalis non teneatur ad reſtitutionem, cum ad illam teneatur vſurarius mentalis? Et an ſimoniacus mentalis, opere ſubſequuto, ſit obligatus beneficium reſignare, aut acceptum reſtituere? Quid in ſimoniaco conuentionali, quando ſimonia eſt ab vna parte exequuta?

SVMMARIVM.

1. *Simoniaci mentales tantum, non incurrunt excommunicationem extrauag. 2. hoc tit. ſed reales.*
2. *Simoniaci mentales in ſimonia, quia prohibita, nec reſignare, nec reſtituere tenentur acceptum, nu. 3. vbi de alio modo diſtinguendi, ſed melius ſub num. 4. ſecus in ſimonia circa ſacramenta; ideo talis, quia mala de iure Diuino, & naturali, num. 5. niſi acciperet in ſuſtentationem, vt num. 6. & 7. vbi quid de clerico diuite? aliter ſub numero 10. & 11. vbi procedere dicitur in vtroque foro.*
4. *Simoniacus mentalis, non eſt obligatus reſtituere quod accepit, nec dimittere officium ſacriſtæ, nec alia huiuſmodi.*
6. *Simoniacum non dicitur acceptum pro ſuſtentatione, etiam à clerico diuite in adminiſtratione ſacramentorum nec pro ratione laboris in itinere, aut dicendi ſacrum in tali, aut tali loco, talique hora, vt n. 7. & 8. & à n. 10.*
9. *Vſurarius mentalis ad effectum reſtitutionis* remiſſiuè, *& à n. 12. & 13. vbi, vt non ſic in ſimonia.*
10. *Mentalis ſimoniacus, opere ſubſequuto, nec etiam tenetur reſignare beneficium, nec acceptum reſtituere, vt ex n. 11.*
11. L. 5. tit. 17. p. 1.
12. *Mutuatarius mentalis ideo ratione vſuræ tenetur reſtituere, quia commiſit furtum, vt n. 13. 14. 15.*
13. *Vſus non habet diſtinctum valorem in rebus, quæ conſiſtunt in numero, libra, & menſura, quam habet eadem res.*
14. Cap. conſuluit de vſuris.
16. *Simonia, & vſura mentalis, in quo differant quoad obligationem reſtituendi, vel non acceptum.*
17. *Conuentionalis ſimonia, quando obliget acceptum reſtitui.*
18. *Conuentionalis ſimonia, maximè mixta, pœnas iuris inducit: & quid ſi nondum ex parte vtriuſque completa ſit, vt num. 19.*
20. *Reſtituitur qui dat ad beneficium, ſi permutatio facta ſit ſine authoritate Papæ, eaque fuerit impleta ex vna, & non ex alia.*
21. *Eccleſia non alia opera punit, quam quæ ſunt in ſuo genere completa, & numero 22.*
22. *Conuentionalis, in qua res ſpiritualis data eſt ante pretium, non punitur pœnis excommunicationis, & ſuſpenſionis, niſi actio prohibita ſit completa.*
23. *Simoniæ actio non completur, niſi ea ſit realis, & vide nu. 26.*
24. *Conuentionalis ſimonia non fit realis per chirographum datum ab altera parte de ſoluendo pretio promiſſo.*
25. *Simoniæ pœnis videtur non teneri qui promiſit, potius fallendi animo.*
26. *Simonia numquid ſit dare pecuniam pro beneficio vacaturo?*

AD primam quæſtionis partem, quia ſimoniaci mentales tantum, non incurrunt excommunicationem comminatam *in extrauag. 2. hoc tit.* ſed tantum reales, vt docent ibi Barboſa *numero 7.* Sayrus *de cenſ. lib. 7. cap. 12. ſub num. 7.* Vgolin. *hoc tit. tab. 4. cap. 3. verſ. pœna igitur, & cap. 10. numero 5.* Nauarr. *in man. cap. 23. num. 106. & cap. 25. num. 112.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 17. quæſt. 9. verſ. ſi quæras*, Pariſ. *conſ. 29. à n. 12. vol. 4.* Rebuff *in praxi benef.* Rubrica *de ſimonia in reſignat. num. 9.* Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma parte 2. cap 58. concluſione 6.* Salced. *ad Bernard. Diaz. in pract. cap. 49. litt. D. in princip in nouiſſ. edit. Rota deciſ.* 408. *p. 1. diuerſ.* & alij, † ideo potuit dici ex text. noſtro ſimoniacum mentalem non teneri ad reſignationem, aut reſtitutionem: ſic Theologi communiter ex Diuo Thoma 2. 2. *quæſtione* 100. *artic* 6. vbi etiam Caiet. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 8. *cap.... num.* 45. Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rubr.* 11. *cap.* 27. *à num.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 20. *quæſt.* 2. Gaſpar. Rodrig. *de annuis redditibus lib.* 1. *quæſt.* 5. *numero* 25. *&* 26. Ioan. Guttierrez *lib.* 2. *cap.* 23. *à numero* 31. Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *deciſione* 34. Vgolin. *de ſimonia tab.* 2. *de ſimonia mentali cap.* 2. Iacobus *de Graffis in deciſ. aureis p.* 1. *lib.* 2. *capite* 96. *num.* 18. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 14. *quæſt.* 6. *num. fin. & de confident. qu.* 26. *num.* 40.

Valentia

Valentia *tom. 3. diſputatione 6. quæſt. 16. puncto* 6. Barboſa hic cum Rebello, Tuleto, Sylueſtro, Petro Nauarr. & aliis *numero* 3. vbi dicit hanc ſententiam veram eſſe in ſe, & litteræ textus conformem, quamuis contrarium tennerint alitet, atque aliter diſtinguentes, Maior *in 4. diſtinct. 15. quæſtione* 7. *§. ſed de ſimonia* Medina *in Codice de rebus per vſurum acquiſitis quæſtione* 4. Bartol. Medina *in ſumma lib. 1. capite* 14. §. 20. *&* 21. Aragon. 2. 2. *quæſtione* 100. *art.* 5. vbi Salon. *quæſtione* 78. *artic.* 5. *controuerſ.* 19. Petr. de Ledeſma *in ſummu p. 1. tract. 12. concluſione* 43. *diff. 1. &* 4. Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. hoc titulo capite* 53. *à numero* 43. Raphael de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ, tomo ſecundo, quæſtione* 100. *artic. 6. diſputatione* 6. Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 35. dub.* 28. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tract. 6. cap. 15. num.* 99. Bonacina *hoc tit. quæſt. 7. puncto 3. diff. 1. num.* 23. variè textum noſtrum intelligenres, eiuſque litteram malè petcipientes, dum ſuam intendunt defendete opinionem, vt reprehendit Barboſa.

3 Quia etſi Medina *vbi ſuprà* reſpondeat in hoc capite Pontificem ſolum loquutum fuiſſe de iudicio exteriori, non intetiori conſcienriæ, & alius vero Battholom. de Medina dicat in hoc capite Pontificem ſequutum fuiſſe probabilem opinionem eorum, qui dicunt accepra per ſimoniam menralem, non eſſe reſtituenda, ac denique Suatez, & Leſſius explicent textum noſtrum procedere in ſimonia commiſſa in ingreſſu Religionis, in qua data fuit reſponſio, quæ non habet neceſſariam iniuſtitiam annexam, ad quod adiunges notata *in dicto cap. non ſatis, & extrauag. 1. hoc tit.* de qua *infrà* quoad pœnas hic verè dicendum eſt aliis reſponſionibus relictis cum eodem Barbuſa *num. 9. verſ ſed his*, prædictus DD nimium literam textus noſtri reſtringere, ſicque non eſſe tecedendum à probabili noſtri textus de ſumpta concluſione.

4 Ego tamen ſub alia diſtinctione exiſtimo hoc eſſe intelligendum, quia ſi loquamur de ſimonia mentali, quæ iure poſitiuo eſt introducta, & ideo mala, quia prohibita, vt diximus *ſub Rub. hic cap.* 1. & latius *ſub cap. 12. à quæſt.* 1. reuera, & ſine dubio dicendum eſt, vt nec reſignare, nec reſtituere teneatur acceptum ſimoniacus mentalis: at cum textus iſte loquatur de re beneficiali in quantum, vt non teneatur reſignare per dicta de ſimonia in teſignatione beneficij *ſuprà in cap. 26. & in dicto cap.* 12. probatum ſit ſimoniam introductam in beneficialibus eſſe potius de iure poſitiuo; ideo in nuſtro dubio, cum textus hic accipi debeat de dicta ſimonia iure poſitiuo prohibita, inde certum procedere, vt non teneatur mentalis ad reſignadum, nec ad reſtituendum: ſic Villalobos *p. 2. tract. 37. diff. 36. num.* 1. dum ait ex dictis *diff.* 2. ab eo ſimoniacus mentalis non eſt obiigatus reſtituere quod accepit, nec dimittere officium ſacriſtæ, ant alia huiuſmodi officia; nam vt conſtat ius, non punit actum interiorem, vt idem dixit 1. *p. tract. 2. de legibus, diff. 27. num.* 2. † At in 5
ſimonia prohibita, quia mala, de iure Diuino aliter videatur dicendnm, de quo *infrà hic ſub verſ. ad ſecundam*; vnum tamen dicunt Ledeſma *in ſumma 2. p. tract. 12. poſt 43. concluſ.* Villalobos *dict. diff. 36. tract. 37. num.* 2. quod quando quis eſt obligatus adminiſtrare Sacramentum ex iuſtitia; & ob id dentur ei pecuniæ; tunc plenè ſimoniam committi malam de ſe, obligarique ad reſtitutionem iure naturali, & Diuino per dicta de ſimonia circa ſacramenta *in cap. nemo 14. hoc tit.* eo quod vendat debitum ab eo de iuſtitia ex dicto Ledeſma Otellana, & diſcipulis D. Thomæ.

Quare vt dictum eſt *ſupra in dicto cap.* 14. 6
cap. ſuam 29. hoc tit. intelligetur, ſi ratione adminiſtrationis tantum acceperit, nam ſi acceperit tantum in ſuſtentationem; dum tamen non plus, quam ſibi ſufficiat; tunc accipiendo in adminiſtratione, etiam ſacramentorum, iuſtè retinent per ibi dicta; & quia vt dicit Barboſa *in dicto cap. ſuam*, cùm Suarez *lib. 4. hoc titulo, cap. 47. numero* 11. & cum Bonacina *de ſimonia quæſtione 6. p. 2. numero* 1. & aliis ibi: *numero 3. &* 4. non ſolum ſimplex Sacerdos poſſit ſic recipere, aut ex cauſa approbata à Prælato, ad quem ſpectat prouidere, vt inferiores Paſtores populorum ab eiſdem alantur ſufficienter, quia vbi aliquid accipitur titulo ſuſtentationis ſimonia non committitur, cum in tali caſu dicarur gratis miniſtrare, quatenus non accipit indebitum, cum non recipiat aliquid tanquam ſacri miniſterij, ſed ad ſuſtentationem, quæ iure debetur; vt dixit *ſuprà* eleganter Bonacina.

Nec habendum eſſe in conſideratione, ſi 7
Sacerdotes aliunde habeant, quia hoc eſt per accidens, quod illis obeſſe non debet, ad hoc, vt recipere non poſſint id, quod ſibi ex natura rei debetur, cum nemo etiam diues ſuis ſtipendiis militare teneatur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num.* 117. Suarez *ſupra dicto cap. 45. lib. 4. nu.* 7. Valent. *tomo 3. diſp. 6. quæſt. 16. puncto 3. verſ. quoad etiam*, reſoluentes etiam aliunde peccare poſſe, vt ſi ex officio miniſtrare tenea-

tur, & ratione officij alios redditus habeat, quia tunc peccabit contra iuſtitiam, cum accipiat indebitum, & quod peccabit in iuſtitiæ peccato; imò & quod incurret ſimoniæ ſuſpicionem ille, qui plus exigit pro ſuſtentatione, quam ferat ratione laboris, & operis, Filliucius *tract.*45. *cap.*10. *qu.*7. *à nu.*18. Suarez *dicto lib.*4. *cap.*46. *n.*9. *&* *c.*47. *à num.*5.

8 Cumque non ſit inconueniens, vt clericus locet operas ſuas ad gloſſam *dict. cap. ſuam in gloſſa pro exequiis*, & Gloſſa ibi: *Tamen gratis dicitur celebrare*, & ibi: *nec enim eſt inconueniens*, vbi *numero* 5. docet Barboſa cum Hoſtienſi *numero* 4. Abbate *num.*12. & pluribus aliis, quos ipſe refert in paſtorali *p.* 2. *allegat.* 24. *numero* 2. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 8. *numero* 45. Bonacina *de ſimonia quæſtione* 6. *puncto* 3. *numero* 9. vide Suarez *dicto lib.*4. *capite* 21. *numero* 17. idem Bonacina *numero* 8. Filliucius *tract.*45. *cap.*4. *quæſtione* 11. *numero* 49. potuerunt dicere ſimoniam non committi accipiendo aliquid pro obligatione manendi in tali loco, celebrandi tali hora, & ſimilibus, nec accipiendo pretium pro longo itinere, quod Sacerdos ſuſcepit cauſa celebrandi Miſſam, de quo iam *ſuprà* dictum eſt *ſub dicto cap.*14. *& cap. ſuam*, vbi etiam Barboſa *numero* 5. commendat, vt videantur quæ ipſe cumulat *in capite ſignificatum* 11. *de Præbendis numero* 10.

9 Quibus præhabitis, non obſtat dicere vſurarium mentalem teneri ad reſtitutionem, quia dicitur ex dictis *infrà in verſ. ad ſecundam.*

10 Ad ſecundam quæſtionis partem de ſimoniaco mentali, opere ſubſequuto, poſſet eſſe maius dubium; imò & ex text. noſtro exiſtimo proximè dicta *à numero* 1. intelligi controuerſiam Doctorum eſſe de accepto, & opere ſubſequuto: nam ſi ſimonia eſſet purè mentalis ſine pacto, nec ratione, reuera dicendum eſt, vt cùm hæc conſiſtat in opere merè interno non punibili, ſic nec ad aliquam reſtitutionem, nec dimiſſionem beneficij teneri, cum nihil acceptum ſit, quod debeat reſtitui, aut dimitti, vt expreſsè docet Ioan. Guttierrez *dicto cap.*23. *n.*31. qui diſtinguit inter hanc, & alteram, quæ licet mente concepta ſit, peruenit tamen ad dationem citra omnem conuentionem, quarum vtramque dicit eſſe peccatum mortale: & de hac vltima format, ac diſcutit dubium, qui *numero* 34. extendens facti ſpeciem textus noſtri, ponit ſententiam, vt reſtituere, ſeu dimittere teneatur, arguendo de ſimonia ad vſuram toto *num.*32. *&* 33. ex regula illa generali, quæ habet, quod quando tam dare, quam accipere aliquid temporale, eſt iniuſtum, non poteſt ſic acquiſitum retineri cum bona conſcientia, vt docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.*32. *art.*7. in concluſione, & in reſponſione, vbi Caietan. idem Caiet. *quæſtione* 100. *artic.* 6. *in princ.* & cæteri communiter Theologi referens ibi *ex verſ.* & in terminis, plures ſic tenentes, & intellectus, quos præſtant ad textum noſtrum, præcipuè *numero* 34. longè illum iam dictum de Religioſis receptis praue dato pretio, forſitan Monaſterio, dediſſent aliquam Præbendam, & inſuper aliquid temporale, qui forſan compuncti Romam miſſerunt, vt cum illis fieret diſpenſatio, &c. alia plura addens ſuper facto ibi legenda, & in dicto *num.*33. referens ferè DD. ſic tenentes, quos iam retulimus.

Ipſe tamen iudico, nec in hoc caſu teneri ſimoniacum mentalem, vel reſtituere acceptum, aut dimittere, ſeu reſignare beneficium, quia indiſtinctè datum, vel acquiſitum ex ſimonia mentali, nullo pacto tacitè, nec expreſsè intercedente, non ſit in iudicio Eccleſiæ, nec in animæ interiori reſtituendum, nec beneficium ſic receptum reſignandum ex text. noſtro *in* 2. *parte*, vbi ad litteram loquendo de ſimonia mentali loquitur in verbis ſequentibus: *& ad reſignationes ſpiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente vtrinque taliter acquiruntur, in quo caſu delinquentes ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori, eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri*, & per verba textus *in l.* 5. *titul.* 17. *p.* 1. vbi dicitur: *pero ſi alguno dieſe dono preſente quier fueſe grande o pequeño con intention de ganar por el coſa eſpiritual, y ſi el que lo recuiſſe la dieſe por razon de aquel ſeruicio, qualquera dallos, que lo facen de eſta manera con pecado de ſimonia de voluntad, porque no fue fecho en ella pleito ninguno; por ende elque reciuiſe Beneficio, o, orden en eſta manera, o, otra coſa eſpiritual, puedela retener, e no ha por que la renunciar, ſolamente que haga penitentia del yerro, por que lagano anſi*, vbi Gregorius Lopez, in gloſſa *ſimonia de voluntad* ſic tenet allegans textum noſtrum, qui non ſolum loquitur in ſimonia, quia prohibita, & ſic in ſimonia, quæ eſt de iure poſitiuo, ſed in ſimonia, quæ eſt mala iure Diuino; eo quod textus loquitur de ſimonia, quæ committitur pro religionis ſtatu, & admiſſione ad religionem, cum conſtet iure Diuino, vt ſpiritualis ſtatus vendatur, cum ſit à Chriſto Domino conſtitutus, alia addens 11

Ioannes

Ioannes Guttierrez *ex num. 35. & 36.* vbi *num.37.* ait textum noſtrum in 2. parte nedum procedere quoad forum Eccleſiæ exterius, & quoad eius pœnam, ſed etiam quoad forum conſcientiæ. In quo caſu ait ſufficere delinquentibus per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori: alia plura ſcribit videnda in ipſo pro intellectu noſtri textus cum multis, quibus fauent DD. iam *ſupra in principio* relati ex Barboſa à *numero 23. & 4.* & inter ſummiſtas *in hoc puncto*, benè Villalobos legendus ad vtramque partem diſputans, & omnibus fundamentis contrariæ ſententiæ reſpondens *p. 2. tract. 37. ex num.3. vſque ad finem.*

12 Et ſic ad illud argumentum de comparatione vſurarij mentalis ad ſimoniacum mentalem, plura inter alios ſcribens idem Ioannes Guttierr. *ex dicto num. 37. ſub verſ. quibus, & ſuperſt. modo*, vbi latè, & breuius dicendum eſt mutuatarium ideo teneri ad reſtitutionem, quia commiſit furtum; eo quod in illa venditur illud, quod non continet valorem diſtinctum ab eo, quod emi-

13 tur. † Nam in rebus, quæ conſiſtunt in numero, libra, & menſura, vſus non habet diſtinctum valorem, quàm habet eadem res. In ſimonia autem aliter, cum in ea vendatur res, valorem habens, & maximum; ob quod talis venditio ingerit graue nocumentum; item quia mutuatarius non habet animum ſoluendi vſuras ex ſua voluntate libera, niſi coactus neceſſitate, vt redimat vexationem, indeque illas recipiens teneatur ad reſtituendum eas; eo quod hic adeſt mixtum voluntarium cum inuoluntario: ita Caietanus, & Villalobos.

14 † Et ſic Barboſa *hic ſub numero* 4. ait non obſtare *ex cap. conſuluit de vſuris*, quod vſurarius teneatur reſtituere, quia intelligitur quando mutuatarius coactè dat vltra ſortem ratione mutui; ſecus quando liberè, ſponte, & gratioſè dat; licet mutuans iniquam habeat conditionem, & prauum animum, nempe recipiendi ratione, & vi mutui, optime legendus Couarruu. *in regula peccatum p. 2. in initio à num* 4. Campanil. Gaſpar. Rodriguez, Gibalinus, Salon. Aragon. & alij à Barboſa *hic dicto num.4. in fine* relati.

15 Nec obſtat dicere, vt totus dicit *l. 9. quæſt.8. artic.1. ad 6.* etiam ſolui ſimoniaco contra voluntatem, ſicut vſurario, quia qui recipit beneficium potius vellet quod ei gratis daretur, reſpondet enim Villalobos hoc non conuincere *ſupra numero 6. in fine*, cum hoc non ſufficiat, vt ſit voluntarium mixtum cum inuoluntario, quia ſi ſic acciperetur omnes emptiones eſſent inuoluntatiæ cum quilibet homo vellet potius rem ſibi dari gratis emptam, quam pro pretio; indeque eueniret vt omnes venditores obligarentur reſtituere, quod non eſt dicendum.

Vnde dici debet, vt clarius diſſoluatur, quia licet per vſuram, & ſimoniam offen- 16
datur ſeptimum præceptum de non furando, nihilominus tamen vſura, & ſimonia in eo, etiam maximè differunt, quia in illa ſolum peccat recipiens, non vero ſoluens, per ea, quæ docent D. Thom. *2.2. quæſt.78. art.4.* Soto *lib. 6. de iuſtit. quæſt. 1. artic. 5.* Nauarr. *in man. cap. 14. num. 31. & cap. 17. num. 262.* Couarruu. *in cap. quamuis pactum p.1.§.1. num.10.* in ſimonia vero, tam dans, quam recipiens, vt probat textus *in cap. non ſatis* 8. vbi Barboſa *num.4.* ad verba ibi: *tam ille, qui dederit, quam ille, qui receperit*, rationem differentiæ adducendo, quia vſura eſt prohibita in bonum proximi ad præcauendam ſcilicet iniuſtitiam, ne pretium pro eo, quod non eſt vendibile recipiatur, & quod ſit iniuſtitia, ſolum vigeat ex parte recipientis, non autem ex parte dantis *ad textum in cap. 7. de iureiurando*, vbi iurans ſoluere vſuras eas repetit, & recipiens tenetur reſtituere; in ſimonia vero ex vtraque parte peccatum committi contra Dei iuſtitiam; quippe omnibus prohibuit, ne aliter quam gratis ſpiritualia reciperent, & pro illis non darent temporalia, explicat Sotus *dicto lib. 9. de iuſt. quæſt. 8. art.1. col.3.* hanc rationem legendus.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid in 17
ſimoniaco conuentionali, qui dicitur ille, de quo *ſub Rubrica in fine*, quæ plenè dicitur ea, quando dum conuentionem fecerunt in emptione, & venditione rei ſpiritualis, & vnus tradidit pretium, & alter non adhuc tradidit rem ſpiritualem, vel è contra. In qua difficultate Sotus *lib. 9. de iuſt. quæſt. 8. artic. 1. verſ. denique*, ait quod ſi traditio facta eſt rei ſpiritualis, fuit ſimonia commiſſa, vera, & conſumata, quodque obligatus ſit eam reſignare: eo quod idem ſit vendere, pecunia præſenti, vel quod ea ſit in pactum deducta. Secundo, quia collatio non poteſt eſſe dependens, cum ſtatim valeat, aut eſt nulla, vt colligitur *ex text. in cap. 1. de elect. lib. 6.* Felin. *in cap. conſtitutus, de reſcript.* item quia excommunicatio purè poſita, non dependet à futuro, *capite ad hoc quoniam, de appellat.* è contra credit Sotus, quando pecunia nondum tamen fuit tradita res ſpiritualis.

Quare poterunt Caietan. *in ſumma, verbo ſimonia, & in 2.2. quæſt.100. articulo 7. &* 18
dict. tractat. de ſimonia, qui eſt *9. in 2. tomo,*

opuſculo, quaeſt. 2. Maior *in* 4. *diſt.* 25. *quaeſt.* 7. Comirol. *reſp. mſ. lib.* 4. *quaeſtione* 6. conuentionalem ſimoniam maximè mixtam, pœnas iuris inducere, ac ſi realis foret, quia in contractu vendi ionis ſit res tradita, aut pretium conuentum, etiamſi hoc non ſit perſolutum: ergo & in conuactu ſimoniacæ emptionis.

19 At vero, vt dum ex parte vtrius contractus non eſt perfectus pœnam ſimoniaci non incurri docent vt verius Nauarr. *in man. capite* 23. *numero* 204. Caſſiodot. *cap.* 5. *de conſtit.* Gomez *in regula de triennali quaeſtione* 12. Couarru. *in Clem. ſi furioſus p.* 1. §. 1. *numero* 7. *& p.* 2. §. 3. *numero* 4. Vgol. *hoc tit. tab.* 4. *cap.* 6. Ledeſma *in ſumma* 1. *p. tract.* 12. *ad fin.* Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 25. *dubio* 17. *numero* 147. qui ait hoc ſine ſcrupulo poſſe teneri; & eſt ratio, quia ſic Curia Romana obſeruat, & quia hic non inuenitur perfecta emptio, & venditio, cum id ſit res pœnalis, & debeat reſtringi, ex regula iuris: *odia reſtringi, fauores conuenit ampliari*, ex doctrina textus *in cap. cum vniuerſo-*
20 *rum de rerum permut.* † Vbi dicitur, quod ſi permutatio beneficiorum facta ſine authoritate Papæ, impleatur ex vna parte, & non ex alia reſtituitur, qui dat ad beneficium: hanc etiam docent Villalobos *tract.* 37. *p.* 2. *diff.* 37. *numero* 3. Caſtro-Palao, & cum eo Diana *p.* 11. *tract.* 5. *miſcel. reſ.* 20. *verſ. ſed mihi*, etiam cum Leſſio, & Nauarro, Baunius *in praxi beneficiali diſputat.* 16. *quaeſt.* 70.
21 † ex eo, quia Eccleſia non alia opera puniat, quam quæ ſunt in ſuo genere completa, ac perfecta, ſed ſimonia in conuentione mera poſita (excepta ea, quæ confidentia dicitur) non eſt in ſuo genere completa ex Nauarro, & Leſſio *ſuprà, dub.* 27. *numero* 149. ergo non eſt cur puniatur pœnis ſimoniæ, quod confirmatur *ex extrauag. cum deteſtabile* 2. *hoc titulo*, vbi pœnæ non ſtatuuntur, niſi in eos, qui conuentione facta, quomodolibet dando, vel accipiendo, ſimoniam commiſerunt: quare cum neutrum pura conuentionalis ſimonia habeat, non tenebitur pœnis ſimoniacorum propriis.
22 Indeque inferunt Leſſius *vbi ſupra cap.* 39. *n.* 143. Henriquez *in ſumma lib.* 13. *c.* 137. *n.* 3. alij, quos citat, & ſequitur Baunius *ſuprà* ex conuentionali, in qua res ſpiritualis data eſt ante pretium, pœnas Eccleſiaſticas nullas incurri; eo quod pœnæ Eccleſiaſticæ excommunicationis, & ſuſpenſionis non incurrunt, niſi actio prohibita ſit completa, vt fatentur Caiet. *verbo excommunicatio in princ.*
23 Syluester *verbo pœna quaeſt.* 5. † Et quia actio ſimoniæ non completur, niſi ea ſit realis: ſic etiam Diana *dict. reſ.* 20. *verſ. ex his*, vbi 24
colligit *in verſ. hinc*, † ſimoniam conuentionalem non fieri realem per chirographum datum ab altera parte de ſoluendo pretio promiſſo, quia exhibitio chirographi non eſt pecunia, ſine qua tamen non poteſt conſiſtere emptio, & ſic ſequi quod cum non ſit ſimonia deeſt emptio, nec per chirographum contrahentium compleri ſimoniæ vitium.

25 Et denique contra Suarez de ſimonia *lib.* 4. *cap.* 42. *n.* 2. potuit exiſtimare Baunius *ſupra*, quem refert, & ſequitur Diana *dict. reſ.* 20. *verſ. & tandem* ſine periculo culpæ teneri poſſe cum pœnis Eccleſiæ minimè ſubiacere, qui pro aureis centum, quos collatori pollicitus eſt pro beneficio recepto, calculos numerat, ex ea ratione, quod ſimonia voluntatem emendi poſtulat, quam iſte non habet, ſed fallendi, & quia deeſt vera ratio pretij, ac valoris; ergo & ſimoniæ.

26 Et ad argumenta Soti reſpondet Villalobos *dict. diff.* 37. *n.* 4. *&* 5. ad primum, quod ſi aliquid probaret; item debeat probare, vt quando ſoluitur pecunia nondum tradita re ſpirituali, eſſet conuentio completa, & realis; poteſt enim vendi res nondum tradita; imò, vt fructus nondum adhuc nati; indeque eſſet ſimonia dare pecuniam pro beneficio, quod eſſet vacaturum. Tamen quia in neutro caſu non eſt emptio, aut venditio completa, & perfecta, niſi quando fit traditio ab vtraque parte; inde diſtinctio Soti dantis ſimoniam, quando ſola res ſpiritualis ſit tradita, non conuincit. Et ad aliud fundamentum ipſius Soti de collatione, & excommunicatione dicit Villalobos cum Nauarro, vbi ſupra plenè non conuincere, multis exemplis reſpondendo apud eos videndis, ex Caſſadoro, Gigante, & aliis, quæ non repetimus.

QVÆSTIO II.

Simoniacus confidentialis quare incurrat pœnas, quas non incurreret ſi eſſet conuentionalis? Et an permutans beneficium ſimoniacè, incurrat eaſdem pœnas, ac illud emens? Et an omnes ſimoniaci incurrant pœnas, quas ius imponit contra ſimoniacos? Et quales, & quot ſint in iure poſitæ enodatur?

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Beneficia, & dignitates Eccleſinſtica in confidentia recepta, vacant ante quam qui recepit impleat, earumque collatio eſt nulla, dictaque beneficia ſic recepta reſeruantur Papæ, numero ſecundo: quid in Francia numero 3. & 5. & ſub numero octauo.*

2 *Beneficia confidentiali ſimonia recepta, & ſi illico amittantur, priuatione accedente, triennali tamen poſſeſſione conſeruantur.*

4 *Confidentialis ſimonia annullat, nedum collationes, ſed & omnes facultates transferendi, vel regrediendi, & accedendi.*

5 *Confidentialis ſimonia facit, vt omnes fructus, & penſiones ex fructibus recepti à die receptionis beneficij ſint reſtituendæ Cameræ Apoſtolicæ, & alia num. 6. 7. vbi de aliis pœnis.*

8 *Confidentialis ſimonia habet etiam pro pœna excommunicationem reſeruatam Papæ contra recipientes.*

9 *Cardinales ſimoniaci confidentiales, ſeu Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & Prælati interdicuntur ab ingreſſu.*

10 *Confidentialis aliis plectitur pœnis etiam inhabilitatis, & quod priuetur à die commiſſa confidentia.*

11 *Confidentialis ipſo facto incurrit excommunicationem, priuationem vero à beneficio non niſi per ſententiam declaratoriam contra alios fundantes ipſo iure priuari à Bulla, vt in numero 12. & à quæſtione 3.*

12 *Bulla Pij V. quatenus ad priuationem ipſo iure explanatur, quæ loquitur de maleficiis antea acquiſitis.*

13 *Confidentialis ſimonia ex qua pactione cognoſcatur, & num. 14. vbi quando ex tranſactione, & quibus coniecturis num. 15.* remiſſiue.

14 *Confidentia legalis quæ ſit?*

16 *Mediator confidentialis ſimoniæ, etiam manet excommunicatus.*

17 *Permutantes beneficia ſine authoritate ſuperioris, quia improprie ſimoniaci dicuntur contra alios, hic videntur pœnas non incurrere, vt ſub num. 18.*

19 *Simoniacus mentalis, ſiue conuentionalis non punitur abſque actu externo, & quod in veritate intercedat temporale, non ſi tantum crederetur debitum, quod re vera non deberetur vt numero 20. & quid quoad incurrendam excommunicationem numero 21. & 22.*

24 *Simoniacus realis tantum fictitius, qui nullam intentionem dandi habet pro re ſpirituali, non incurrit pœnas; ſecus qui vere realis eſt, num. 25.*

25 *Simoniacus realis completus tenetur ſic acceptum beneficium reſignare, fructusque reſtituere, & qui accepit pecuniam, amboque maneant excommunicati.*

26 *Adeptus beneficium per ſimoniam ab alio commiſſam, ex quo ſciuit, tenetur reſtituere.*

27 Extrauag. 2. de ſimonia, quoad pœnas in ſimoniacos inflictas, & renouatas aliis conſtitutionibus explanatur, *vſque ad num. 33.*

28 *Simoniaci in beneficio, aut ordine incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam: idem in Religionis ingreſſu.*

29 *Pecuniam tradens ante pro conſecutione ordinis, vel beneficij excommunicationem extrauag. 2. non incurrit, nec ratam habentes ſimoniam.*

30 *Simoniaci aliquando recluduntur in Monaſterio, aliquando in eos imponitur amiſſio bonorum, aliquando infamia, & quadruplici, & exilij iuxta arbitrium.*

31 *Ordinati, & ordinantes ſimoniaci, incurrunt ſuſpenſionem. Quid in mediatores? & à quibus ordinibus?*

32 *Simoniacus in beneficio non incurrit ſuſpenſionem, ſicut in ordine.*

33 *Simonia qualibet non inducit pœnas excommunicationis, ſuſpenſionis, & inhabilitatis, etiam in ſacramentis beneficialibus, & iuris patronatus, niſi tantum vere realis.*

AD primam quæſtionis partem, repe- 1
tendo hic iam dicta in Rubrica *qu. 2.*
verſ. ad primam, vbi late de hac ſimonia, &
de pœnis, hic tractari reſeruatum ſit, ſpe-
cialique ratione facilius ius pœnis prohi-
buerit confidentiam ex Bullis ibi adductis,
quam ſimoniam conuentionalem; ideo ex
illis fiet illatio ad pœnas huius confidentiæ,
quæ quia in hoc differt à conuentionali,
vt ibi dictum fuit; ideo poſito nunc de pœ-
nis huius confidentialis; dicendum eſt
primo, quod beneficia, & dignitates Eccle-
ſiaſticæ in confidentia receptæ, vacant à
die receptionis, etiam antequam qui rece-
pit impleat quod promiſit; indeque vt
collatio ſit ipſo iure nulla.

Secunda, quod eadem beneficia in illi- 2
citam confidentiam accepta, reſeruantur
diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis; ita vt ſolus
Pontifex poſſit ea conferre, non autem

ordinatius ; indeque fieri, vt qui obtinent beneficia, in quibus à prædeceſſore commiſſa fuit confidentia ex alterius, quam Romani Pontificis collatione, non obtineant canonice, quia ab eo collata ſunt, qui conferre non poterat, priuarique poſſint, niſi per triennium fuerint in pacifica poſſeſſione, vt recte monet Leſſius, *lib.2. de iuſt. cap.35.dub.26. p.3.inſtit. moral.lib.12. cap.10. quæſt.4.* Nauarr. *in man.cap.23.num.*110.*ver.*3. Scortia, *in conſt.Pontif.epitome* 31.*theorem.*103. vbi quod quando per Papæ prouiſionem obtinetur, debet fieri mentio de huiuſmodi reſeruatione, ſaltem per clauſulas generales.

3 Et quod Sixtus V. *Bulla* 61. olim. 63.§.3 conceſſit pro Regno Franciæ, vt collatio fiat ab ordinariis, ſi non ſint participes confidentiæ, ſed niſi prouideant intra ſex menſes ordinarij, prouidebunt viciniores.

4 Tertia, vt non tantum nullæ ſint huiuſmodi collationes, ſed omnes etiam diſpoſitiones circa idem beneficium, vt penſiones, reſeruationes facultates eam transferendi, vel regrediendi, ingrediendi, accedendi ad beneficium, irritæ ſint, & inanes iuxta quæ ibi tradit idem Scortia, *verſ.* 5. & ante *theorem.*102. *à verſ. ſimiliter*, vbi de his retroceſſionibus, & regreſſibus, de quibus iam *ſuprà*.

5 Quinta quod fructus omnes, & penſiones ex fructibus recepti à die receptionis Beneficij, ſint Apoſtolicæ Cameræ reſtituendæ ; ſed refert quod Sixtus V. pro Regno Franciæ conceſſerit, vt expendi poſſint
6 in reparatione talium beneficiorum.† Quinta, quod ex litteris Pij V. incurritur, item priuatio ipſo facto reliquorum beneficiorum, dignitarum, adminiſtrationum, penſionum officiorum, etiam temporalia in Romana Curia, quamuis iuſte obtentorum, ſed num requiratur ſententia dico hic
7 infra. † Sexta ex eodem Pio, inhabilitas ad idem, & cætera omnia beneficia, dignitates, officia etiam temporalia.

8 Septima excommunicatio reſeruata Papæ contra recipientes, de qua Suarez, *de cenſ. diſp.*22. *ſect.*6. *num.* 15. *&* 20. Nauarr. *dict. cap.* 23. *verſ.*2. Azor, *ſupra quæſtion.* 4. *verſ.*5. *& tomo* 2. *lib.*7. *cap.* 16. *quæſt.*1. *verſ.*14. Scortia, *dict. theorem.* 103. *verſ. ſeptima*, vbi quod hi tantum virtute huius clauſulæ videntur comprehendi, & non conferentes; forte, quod homines ſint procliuiores ad recipiendum, quam dandum, & ſi in aliis conſtitutionibus contra ſimoniacos in beneficiis ambo contrahentes, & mediatores ſimul excommunicentur, vt notat etiam Nauarr. *verſ. adde none* 11. quod & voluit Leſſius, *ſupra num.*147. de quo dixit etiam Scortia, *theorem.* 86. *& dict. theorem.* 103. refert in Regno Franciæ, vt abſolutio à cenſuris fiat à Nuntio apud Regem, vel à Legato Auenionenſi reſpectiue.† Et quod 9
ſi delinquentes fuerint Cardinales, & Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & Prælati, interdicitur eis ingreſſus in Eccleſiam, quod refert etiam Diana, *dicta parte* 11. *tractatu* 5. *miſcell. reſol.* 20. *qui in verſiculo vltim.* poſtquam retulit aliquas pœnas dicit quod præſumentes beneficia recipere cum confidentia Cardinales, & Epiſcopi ſint ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti, & quod qui ſunt iis inferiores minores Clerici excommunicati.

Octaua, quod conſtitutio Pij V. ex- 10
tendatur ad beneficia, penſiones obtenta ante illam ab illis, qui tali confidentiæ vitio, illa receperunt, & retinent, niſi celeri dimiſſione ſibi proſpexerint, & quod ipſi etiam excommunicationem, & alias pœnas incurrant;& ſic idem Diana ex dicta Bulla contra hos ſimoniacos ſeptem aſſignauit pœnas, ſcilicet excommunicationem Papæ reſeruatam, inhabilitas ad beneficium, in quo eſt commiſſa ſimonia, & eius priuatio à die commiſſæ confidentiæ, & in aliis relatis.

Difficultas vero eſt, an in hac ſimonia 11
confidentiali pœna priuationis procedat ipſo iure abſque vlla declaratione, aut ſententia ; & nonnulla nouiſſime congerens Diana pro vtraque parte, *dict. reſ.*20. *ex verſ. ſed difficultas eſt*, & Tannerus, *in* 22. *D. Thom. diſp.* 5. *quæſt.* 8. *dubio* 4. negat, vt aliam pœnam inducat dicta ſimonia confidentialis ipſo iure, præter excommunicationem ; inhabilitatem autem ad alia beneficia, & priuationem acquiſiti per ſimoniam in foro conſcientiæ nequaquam, ſed exteriori tantum. Et in hunc ſenſum videtur loqui Leſſius, & Scortia, *vbi ſuprà*, nempe vt non teneatur huiuſmodi beneficia, & penſiones iuſte antea obtenta dimittere ante ſententiam iudicis, quod pœnam, qua quis re ſua priuatur, non teneatur quis ſubire ante ſententiam, ex gloſſa communiter recepta *in cap. fraternitatis* 12. *quæſt.*2. imò ambo Leſſius, & Scortia ; item, & Thomas Sanchez, *de matrim.lib.*9. *diſp.*30. *ex eodem Pio V.* inhabilitante ad idem, & cætera omnia beneficia, dignitates, officia etiam temporalia intelligi poſt ſententiam declaratoriam criminis ; & confirmatur ex his, quæ adduxi de periuro, homicida, &

falſi

falſificante litteras, non priuando à beneficio, niſi per ſententiam ſub cap. cum non ab homine, *de iudicus quaſt.* 27. 28. *&* 29.

12 Quod nobis plauſibilius eſt, quamtumnis videatur ex verbis dictæ Bullæ ibi: *Præſentium authoritate primamus, & ad futura inhabiles decernimus*, quibus tenent ſententiam contrariam, Flamin. de ſimonia confidentiali, *qu.*58. *num.*15. Flauius Cherubin. *Bulla conſt.*85. *Pij V. Scholio* 2. & alij, quibus aſſentiendum putat Baunius, *in praxi beneficiali diſp.*16. *quaſt.*56. quos nec impugnat Diana, *dicta reſ.*20. *p.*11. *tr.*5. *ſub verſ. cauſa*, poſt medium, Villalobos cum Suarez, & Nauarro, *p.*2. *tr.*37. *diff.*38. *num.*3. contra Leſſium; eo quod eſt dicta Extrauagans clare in contrarium, & per dicta, 1. *p. tr.*3. *diff.*25. *num.*6. & quoad beneficij acquiſiti per confidentiam, priuationem, quia retinere nemo poteſt quod non eſt ſuum; ſed beneficia acquiſita per confidentiam, non ſunt acquirentis, cum collationes de his factas, Pius V. velit eſſe; *nullius momenti, ipſaque vacare, ac diſpoſitioni S Sedis reſeruata eſſe*; idemque fore de fructibus, quos Cameræ Apoſtolicæ male perceptos applicat; non inquam hæc obſtant, vt patet, quia Bulla, & rationes adductæ loquuntur de beneficiis malè ante acquiſitis ex confidentia; Leſſius vero, & relati loquuntur de beneficiis bene, & iuſte acquiſitis, à quibus ante ſententiam, non eſt cur priuetur talis ſimoniacus, ſicut nec priuantur, homicida, periurus, & falſificans litteras Apoſtolicas.

13 Et vt dignoſcatur quando legitime talis confidentia intelligatur, dico quod ſi pactum aliquod intercedit inter reſignantem, & reſignatarium conferentem, & collatarium, aut eum, cuius opera, beneficium poſſideri incipit, tunc ſit confidentialis ſimonia; quia pactio omnis legalis adiuncta ſpiritualibus, quibus natura, aut conſuetudine non cohæret, labem habet ſimoniæ, *cap. quaſitum*, 5. *de rer. permut. cap fin. de pactis*, de quibus latiſſime dictum eſt *ſupra cap.*12. ſic Diana, *dicta p.*11. *tract.*5. *reſ.*20. *verſ. ſi pactum.*

14 † Addens, vt confidentialis ſit, ſi talis tranſactio fluat, aut oriatur à confidentia recipiendi alicuius commodi ex reſignatione, collatione, aut procuratione facta, aut facienda alicui de beneficio, dixitque *legalem*, quia pactio, quæ tantum debitum honeſtatis, fidelitatis, & gratitudinis efficit, quo nempe vnum beneficium alio compenſatur, non eſt iure naturali abſque vlla obligatione ciuili ſimoniaca, ſed ſola legalis, quæ tantæ eſt efficaciæ, vt debitum vi eius coram iudice repeti poſſit; cætera autem, quæ ſaluant à tali confidentia ſimoniaca ponit exemplificando Diana, ibi, *verſ. dico* 4. *& pars prima*; ſed quia de illis exemplis demonſtratum eſt eiſdem, *ſub Rub. dicta quaſt.* 1. *verſ. ad primam in fine*; ideo non amplius.

Sed quibus coniecturis hæc ſimonia probetur, dixi *ſupra in Rub. dicta quaſt.*2. *in verſ. ad primam, & verſ. & quatenus*, & qualiter quælibet ſimonia, *in cap. ſi Dominus* 3. *& cap. tanta* 7. *hoc tit.* 15

Et pro complemento notatur huius ſimoniæ confidentialis mediatorem, ſiue interlocutorem, etiam excommunicatum manere ipſo facto, quia hæc eſt beneficialis: nam omnes iſti mediatores ſimoniæ in beneficio, ſeu ordine, ſunt ipſo facto excommunicati per *dict. extr.*2. *hoc tit.* Villalobos, *in ſumma p.*2. *tract.*37. *diff.*38. *num. fin.* 16

Ad ſecundam quæſtionis partem præſuppoſitis quæ dicta ſunt *ſupra cap.*12. *hoc tit.* & ibi *à quaſt.* 3. de ſimonia in permutationibus, videtur dicendum, vt quemadmodum punitur beneficium emens, ſic illum ſimoniacè permutans, vt DD. docent per dictam *extrauag.*2. *hoc tit.* ſic Villalobos, ex communi DD. ibi, quia taliter iſti permutantes dicuntur ſimoniaci, quam alij; eo quod abſolute etiam ſimoniaci appellantur: ita contra Aragon. 2. 2. *quaſt.*100. *art.*6. *dict.* Villalobos, *dicta p.*2. *tract.* 37. *diff.* 39. qui hoc non admiſit; eo quod tales pœnæ ſunt odioſæ, ſicque vt non comprehendat permutantes, qui vere ſimoniaci non ſunt; & quia ſimonia, quam committunt, eſt ſolum prohibitam per ius, citando Nauar. & Couarru. qui tale non dicunt, ſed quia, *in dicto cap.*12. *quaſt.*1. *ſub verſ. ad primam*, dictum eſt latè ſimoniam in beneficiis eſſe tantum prohibitam iure poſitiuo, modo ibi dicto: & iuxta hanc acceptionem ibi dictum ſit, *à dicta quaſt.* 3. *de ſimonia in permutantibus*, euenit, vt quemadmodum punitur emens ſimoniacè beneficium, ſic & illud permutans. 17 † Adhuc vero video Dianam pro prima ſententia ſtare, *part.*11. *tract.* 5. *miſcell. reſ.*20. *ſub verſ. dico* 2. *in fine, & verſ. ratio eſt*, dum dicit eſſe liberos à pœnis ſimoniæ eos, qui beneficia ſua authoritate propria permutant; eo quod hic non interueniat proprie dicta ſimonia, cum non detur temporale pro ſpirituali; & ſic cum pœnæ debeant reſtringi, & ſit vna de pœnis excommunicatio, quibus iure Eccleſiæ plectantur proprie ſimoniaci dicti ad compermutantes beneficia ſua, authoritate propria, non ſe extendi, eum non ſint hi, niſi iure Eccleſiæ tales; proinde 18

indeque impropriè, dicit tamen quod de-
creto Innocent. III. ſunt priuandi benefi-
ciis, in quibus facta eſt permutatio, & con-
ſequenter poſt ſententiam, quæ non eſt
neceſſaria, vbi reperitur propria ſimonia,
extrauag. 2. hoc tit. ſic intelligitur *cap. 7. de
rer. permut.*

19 Ad tertiam quæſtionis partem, an om-
nes ſimoniaci incurrant pœnas, quas ius
imponit contra ſimoniacos? Et facta di-
ſtinctione inter ſimoniacos mentales, con-
nentiunales, opere ſubſecuto, vel non, ſiue
ex pacto, aut ſine eo iuxta notata in Rub.
hic in fine principij; item & *ſub quæſt.* 1. hic,
ac etiam de ſimonia confidentiali, in qua
facilius incurritur, vt hic dictum eſt *in verſ.
ad* 1. per alia late dicta in Rub. *hic qu. 2. ex
nu. 1. toto verſ. ad* 1. in qua ſunt plures impo-
ſitæ pœnæ, vt hic, & ibi meminimus, & in
ſimonia reali; ideo iam breuiter ſub diſtin-
ctione reſpondetur ex ibi dictis, vt ſimonia-
cus mentalis, quando ſimonia conſiſtit in
ſola intentione abſque vllo actu emendi,
aut vendendi rem ſpiritualem nullo modo
20 punitur. † Et in tantum, ait Nauar. *conſ. 5. n. 6.
hoc tit* quod ſi quis crederet aliquem ſibi de-
bere centum, & exiſtimatus debitor idem
crederet, & inter ſe conuenirent; quod ſi
dimitterentur illa centum, altera debitoris
pars daret dimittenti beneficium, ſi illa
non deberet; licet quoad Deum ſimoniacus
ſit; non tamen in re talis eſt, nec pœnam
incurrit; eo quod reputetur, ſicut ille, qui
mutilat laicum exiſtimans eſſe Clericum,
qui non incurrit excommunicationem, ſi-
cut nec ille, qui decollat defunctum exiſti-
21 mans eſſe viuum, manet irregularis. † ſed
quando ſimoniacus mentalis dat, aut accipit
aliquid pro re ſpirituali mala intentione,
quam ſecretò habet ſine conuentione, tunc
vt non incurrat excommunicationem do-
cent DD. eo quod cenſura non ponitur ex
actu mere interno, de quo *ſub dicta quæſt. 1.
hic verſ. ad ſecundam*, cumque dubium ſit,
an beneficia teneatur reſtituere, vel dimit-
tere, reſpondebis, vt ibi; & quod pœnæ in
dicta extrauag. de ſimonia, comprehendat
ad pœnas tantum reales ſimoniacus, tradit
ibi Barbuſa, *num.* 7. cum Nauarro, Azor,
Pariſio, Rebuffo, Vgolino, Sayro, & aliis, vt
dictum eſt hic *quæſt.* 1. Diana cum Tanne-
ro, & aliis, *p. 4. tract. 4. reſ. 57. & p. 11. tract. 5.
22 reſ. 20. in fine.* † De ſimuniaco conuentionali,
quando verbi gratia, ambæ partes pœnitue-
runt, nec adimpleuerunt, vt nec excom-
municationem incurrat, nec ſit obligatus
reſtituere, quia nihil accepit, diximus, *ſub
dicta quæſt. 1. in verſ. ad tertiam*, ſed quod
dignus ſit pœna in foro externo ob pecca-
tum commiſſum *ex cap. cum pridem de pa-
ctis cap. cum eſſet hoc titulo*, de illo inquam
conuentionali executo ab vna ex illis dua-
bus partibus, reſpondebis, vt ibi *ſub dicto
verſiculo ad tertiam, & ad ſecundam:* alia
cum aliis tradit Baſeus, *p. 1. ſumma verbo
ſimonia 6.*

De ſimoniaco vero confidentiali dices, 23
vt hic, *ſub verſiculo ad primam*, & vt dictum
eſt, *in dicta Rubrica quæſtione prima, toto
verſ. ad primam*, vbi plures Bullas explana-
uimus.

De ſimoniaco verò reali, qui vere ſimo- 24
niacus non eſt, ſed tantum fictitius, qualis
ille, qui externe alteri promittit aliquid
dare pro ſpirituali, ſed nullam intentionem
dandi habet, quod nec incurrat in pœnas
ſimoniæ in foro conſcientiæ, nec ſit obli-
gatus reſtituere, quia vere ſimoniacus non
eſt, communiter tenent DD. tamen pu-
nitur in foro exteriori; eo quod Eccleſia
non iudicat de occultis, † ſimoniacus ve- 25
rò realis, qui dicitur quando de dato tem-
porali, & ſpirituali accepto, tenetur ad om-
nes pœnas contra ſimoniacos impoſitas,
quas referemus. *ſub verſiculo ad quartam*; eo
quod illæ omnes præſertim de iſto ſimo-
niaco reali vero, & completo loquantur,
de quo dicitur, quod ſic ab eo beneficium
acquiſitum, quod ſuum non eſt, tenetur
reſignare, & fructus reſtituere, quia illos
ſuos non facit, & ille, qui pecuniam ac-
cepit tenetur illam reſtituere; item ambo
manent excommunicati, videndi D. Tho-
mas, & eius expoſitores, 2. 2. *quæſt.* 100.
art. 6. ad 3. vt comprobatur ex dictis hic
de pœnis, contra ſimoniacum confidentia-
lem, Villalobos ſupra *diff. 35. ex num. 5. ad* 10.
de qua dicemus etiam, *quæſt. ſeq.* 3. Alia
circa has omnes ſimonias notantur, *ſub ver-
ſiculo ad quartam*, hic ex quibus ad quam-
que applicabis quæ concernunt, & de hoc
plures Barboſa, *in extrauag. 2. hoc tit. num.* 5.
etiam cum Menochio, Azor, Gonzalez,
Comitolo, Perez, Suarez, Farinacio, Fla-
minio, Henriquez, Gutierrez, & aliis Dia-
na cum aliis, *vbi ſuprà.* † Idemque dicunt 26
idem D. Thom. Couar. *in reg. peccatum 2.
p. §. 8. num. 7.* Ioan. Gutierr. *can. lib. 2. qu. 23.
num.* 24. de illo, qui adeptus eſt benefi-
cium per ſimoniam ab alio commiſſam,
illo ignorante, quia ex quo ſciunt talem
aſſecutionem, tenetur illud renunciare, *per
textum in cap. de ſimonia, cap. regularibus,
cap. de hoc, cap. mandato hoc titulo*, de qua
dixi *in dicto cap. de ſimonia*, vbi leges, &
alibi.

Ad

27 Ad quartam quæſtionis partem quales, & quot ſunt in iure poſitæ pœnæ contra ſimoniacos, vt præterita, & dicenda *quæſtionibus ſequentibus*, clareſcant oportet referre, *igitur incipiendo à dicta extrauag. 2. hoc titulo,* dices ex illa, quod ſimoniaci omnes (loquendo de vere ſimoniacis ſimonia reali) ſunt excommunicati ipſo iure cuiuſcumque ſint dignitatis, aut ſtatus; ita vt nec habeant ſimoniaci ordinati executionem, & electiones, & aliæ prouiſiones per ſimoniam, factæ non valent, nec percipiendi fructus tribuunt ius, nec enim, vt poſſint abſolui ab excommunicatione, niſi per Papam; ita antiqui Viuianus, Alagona, & Barboſa, *num. 2.* referens agentes, *de hac extrauag.* inter quos Nauarr. *in man. cap. 27. num. 106.* Pariſius, *conſilio 29. à num. 12. vol. 4.* Salced. ad Bernard. Diaz. *in pract. cap. 49. littera D, in nou. impreſ.* Gutierrez, *Canon. lib. 1. cap. 9.* Vgolin. *de ſimonia tab. 4. à cap. 3.* Bonacina, *de cenſuris extra Bullam diſput. 2. quæſtione 3. puncto 24.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, differentia 1. verb. ſimonia*, Campaoil. *in diuerſ. iuris canon. Rubrica 11. cap. 27.* & alii, *cuius quidem extrauag.* pœnæ innouantur; & ampliantur per Pium V. *in ſua conſtitut. incipit primum*, ſub data Romæ Kalendar. Aprilis 1566. quam optime exponunt Salcedus, *dicto cap. 94. littera D.* Quaranta, *in ſumma Bullar. verb. ſimonia*, & alij, & poſtea Sixtus V. *in ſua conſtitut.* incipit *Sixtus Epiſcopus*, Data Romæ, nonis Ianuarij 1588. & licet Clement. VIII. eam reduxerit ad terminos iuris, ac conſtitutionis Pij II. & ad diſpoſitionem decretorum Concil. Trid. tamen ipſemet cenſuras, & pœnas in eiuſdem Sixti litteris contra ſimoniacè ordinatos, & ordinantes inflictas, voluit in ſuo robore permanere; de quibus, & aliis dictum eſt, *ſub Rub. hic dicta quæſt. 2. & ſub cap. 1. hoc tit.*

28 In foro exteriori ſolent plures infligi pœnæ in ſimoniacos: etenim committentes ſimoniam in ordine, vel beneficio, incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam; item in Religionis ingreſſu, de quibus omnibus latè *ſub dicto cap. 1.* vbi de ſimonia in ordine, *cap. non ſatis, hoc tit.* vbi de ſimonia in religione, *& in cap. 12.* vbi de ſimonia in beneficiis, & quod ſimiliter incurrunt excommunicationis ſententiam Papæ reſeruatam, accipientes pro collatione, ſiue traditione beneficij poſſeſſionis, ſeu de dando aliquid iurare facientes prouiſionem de beneficio, Videndus ſupra *cap. Iacobus 44. hoc tit. cap. in Dei, 43. cap. in tantum.* Suarez, *de cenſ. tom. 5. diſp. 22. ſect. 5. num. 51.* Sayrus, *lib. 3. cap. 56. num. 7.* Filliucius, *tract. 15. num. 72. verſ. 6. & num. 82.* cum aliis Barboſa, *in dicta extrau. num. 6.* † qui *num. 8.* 29 dicit cum aliis multis, quæ veniunt nomine, de quo, *qu. ſeq.* addens, *num. 10.* hanc quidem excommunicationem non contrahere illum, qui tradidit pecuniam pro conſecutione ordinis, vel beneficij, antequam ordo, vel beneficium conferatur, Nauar. *dict. cap. 23. num. 103.* Couarr. *in reg. peccatum, 2. p. §. 8. à num. 7.* Vgolin. *hoc titulo, tab. 1. cap. 5.* Filliucius, *tom. 3. hoc tract. cap. 13. qu. 5. num. 15.* vbi teſtatur de praxi Romanæ Curiæ, & ſacræ pœnitentiariæ, & quod nec comprehendat ratam habentes ſimoniam, Couarru. *dicto num. 7.* Nauarr. *cap. 25. num. 68.* Suarez, *de cenſ. diſput. 22. ſect. 5. num. 26. ad finem*, Sayrus, *lib. 4. cap. 14. num. 6.* Barboſa cum aliis *num. 11.*

Congerit alios caſus Villalobos cum 30 multis, *tract. 37. diff. 34. p. 2.* qui *num. 2.* addit: in foro quidem exteriori eſſe alias pœnas contra ſimoniacos: Nam aliquando recluduntur in Monaſterio, aliquando in amiſſione bonorum, aliquando in pœnam centum Ducatorum, & in infamia, aliquando in pœnam quadrupli, & exilij; ſic inquam arbitrarie in hoc foro puniendos ſimoniacos iuxta qualitatem delicti, vt ait Salced. ad Bernard. Diaz, *in pract. Eccleſ. cap. 9.*

Simoniacè inquam ordinatos, etiam in- 31 currere ſuſpenſionem *dicta extrau. 2.* item & ordinantes: ſic DD. *in dicta extr.* & per Bullas dictas Sixti V. & Clem. VIII. Villalobos ſupra *num. 4. & 5.* & intelligunt Barboſa, *in dicta extrauag. à num. 12.* cum Bonacina, Suarez, & alij, vt ita ordinati ſint ſuſpenſi ab exercitio ordinum ſuſceptorum, & etiam ab aliis ſuſcipiendis; exiſtimant tamen probabile Suarez, *de cenſ. diſp. 31. ſect. 4. num. 33.* Filliuc. *hoc titulo, cap. 13. num. duodecimo.* vt ſolum à ſuſceptis ſimoniacè, vt puniatur tantum ſimoniacus in quo peccauit, ſed contra ſunt alij, *ex dicta extrauag.* quæ abſolute loquitur. Contra vero mediatores ordinum non eſſe talem ſuſpenſionem, nec incurri, ſi vitium ſimoniæ incurratur à tertia perſona, inſcio ipſo ordinando; eo quod iſte tunc culpa caret, eum Bonac. Filiucio, Suarez, Nau. Leſſio, & aliis probat Barboſa, *in dict. extr. n. 13. & 14* contra S. Th. 2. 2. *qu. 100. art. fin. ad 5.* Sylu & Auilam exiſtimantes manere ſuſpenſum ab ordine ſic ſuſcepto; leges tamen dicta *ſub cap. 1. hic.* † Addit tamen ipſe 32 Barboſa, *n. 16.* cum Nauar *dict. cap. 25. nu. 111.* Suarez, *de ſimon. lib. 4. cap. 56. num. 16. & de cenſ. diſp. 31. ſect. 4. n. 45.* Filiuc. Bonac. contra Sylu.

Hentiquez, & Altetium, ſimoniacum in beneficio, non incuttere hanc ſuſpenſionem, ſicut incurrit ſimoniacus in ordine, quia in hoc tantum, non in illo repetitur, *in dicta extrauag.* expreſſum.

33 Noat vero legendus Diana, *dicta p.11. tract.5 miſcell.verſ.item, reſ.*20. ſimoniam non quamlibet inducere pœnas, nec quod pœnæ iuris eos afficiant, qui propriè non ſunt ſimoniaci, vt illi, qui nec vendunt, nec emunt ſpirituale, inferens, vt ſi quis in conferendis aliis ſacramentis, conſecrationibus, diſpenſationibus, penſione vendenda, aut redimenda, conferenda vicaria temporali peccauerit; non vero contrahat pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis, aut inhabilitatis: ita Tanner. *in 2.2. diſp.5. qu.8. dubio* 4. *n.*95. ſicut nec qui ius Patronatus pretio diſtrahit, Sanchez *tom.1. opuſcul. cap.3. dub.*107. *n.*3. quia non eſt beneficium: Leſſius, *de iuſt. lib.2. cap.35. dub.23. n.*30. Baun. *in praxi beneſ. dict. diſp.16. q.*53. & inde Ioſeph. Rocaful potuit dicere, *in Theol. morali tom.2. lib.3. de ſeptimo præcepto Decal. ſect. fin. nu.*1105. non per quamcumque ſimoniam incurri pœnas iuris, nec eſſe impoſitas cuicumque ſimoniæ, ſed ſolum iuxta probabiliorem ſententiam ſimoniæ reali; non vero conuentionali, de quo amplius etiam, *quæſt. ſequenti à verſic. ad primam.*

QVÆSTIO III.

An tantum ſimonia in beneficio, & ordine, ac ingreſſu Religionis ſubdatur pœnis? An emens vicariatum Epiſcopi, teneatur reſignare, & Epiſcopus pretium reſtituere? Et an ſimonia ad alia beneficia obtinenda, inhabilem reddat ſimoniacum? Et an ſimonia realis, & completa, ſolo tamen iure Eccleſiaſtico prohibita, ſubiaceat reſtitutioni, & pœnis ſimoniæ?

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ in ſimoniacos potius eſt, vt nullæ impoſitæ de iure dicantur, niſi in ingreſſu religionis, beneficialibus, & ordine, & num.*2.

3 *Conuentionalis ſimoniacus ſufficit, vt reſtituat pecuniam, quam acceperit: quid de dimittendo beneficio?*

4 *Vendens ius patronatus & ſi incurrat pœnas ſimoniaci non vero excommunicationem.*

5 *Vicarius capituli ſede vaccante, conueniens ſuper diuidendis emolumentis cum aliis eſt ſimoniacus; non vero incurrit pœnas.*

6 *Pretium acceptum pro ſacramentorum collatione, videtur non eſſe reſtitutioni obnoxium.*

7 *Beneficij nomine, quoad pœnas ſimoniaci, verius, vt non veniant alia, quæ proprie beneficia non ſunt, & ſic nec Prioratus, aliaque officia religioſa, vt ſub nu.*9. *& n.*16. *&* 17.

8 *Simoniacus in collatione penſionis, non ſubicitur pœnis.*

9 *Electiones, collationes, præſentationes, confirmationes, admiſſiones in poſſeſſionem, & aliæ prouiſiones, veniunt ſub nomine benefic; quoad ſimoniam, ſed numquid etiam quoad pœnas.*

10 *Simonia etiam quoad pœnas, videtur comprehendere maiores, & minores; imo, & tonſuram.*

11 *Simoniaci regulares pactus, & iocalia exigentes, ſeu dantes, incurrunt excommunicationem; conuentus vero, vel capitulum ſuſpenſionem, quarum abſolutio ſoli Papæ reſeruatur, non vero ſi daretur pro ſuſtentatione, & ſi Monaſterium ſit diues num.*11.

12 *Ingreſſus Religionis, vt fiat, poteſt captari beneuolentia, aliquo dato licitè.*

13 *Suſpenſus propter ſimoniam in religione, à quo priuetur? quid de Monaſterio, ſiue capitulo.*

14 *Suſpenſionis pœnam incurrit ſimoniacè recipiens beneficium.*

15 *Simoniacus in beneficio, acta pœnitentia, & abſolutus ab excommunicatione, poteſt celebrare.*

16 *Vicariatus officium ſimoniace recepti, non debet reſignari, nec officia Eccleſiaſtica, quæ beneficia non ſunt.*

18 *Epiſcopus pretium, num reſtituere teneatur?* remiſſiue.

19 *Confidentialis ſimonia, vt quem reddat inhabilem ad alia beneficia obtinenda, requirit ſententiam declaratoriam, numero* 20.

21 *Simonia realis completa, ſubiacet reſtitutioni, & pœnis ſimoniæ, nedum in prohibitis iure diuino, ſed & iure humano iuxta diſtinctionem, num.*22.23. *&* 25. *vbi de differentia in beneficialibus, & nu.*23. *vbi de confidentiali, & de dato Notario, & officialibus Epiſcopi.*

23 *Præfatio legis dat intellectum toti legi.*

24 *Si*

24 *Simoniacus realis in foro conſcientiæ tenetur reſtituere fructus, etiam conſumptos, qui ſi reuelatur Pontifici, poterit ab eo habilitari, & ad beneficium reſtitui.*

26 *Confeſſarius, per quam doctrinam poſſit ſedare conſcientias ſimoniacorum, qui anguntur ſcrupulis.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum cum Soto, *de iuſt. lib. 9. quæſt. 8. art. 2. prope finem*, omnem ſimoniacum incurrere excommunicationem, *per extrauag. 2. hoc tit. ibi qui quomodolibet dando, vel recipiendo, ſimoniam committit, & infra in officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis*; ergo, conuincitur ex dicendis. Sed contra hoc communiter inſurgunt alij, inter quos Leſſius, *lib. 2. de iuſtitia, cap. 35. dubio 23. num. 130.* & Gordonus, *in theologia morali, tom. 2. lib. 8. quæſtione 9. cap. 3. §. 1. num. 8.* Sanchez ſupra, *in opuſcul. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dubio 107. num. 3.* & Adam Tanner. *in 2.2. D. Thomæ, diſp. 5. quæſt. 8. dubio 4. num. 95.* quos ſequitur Diana, *parte 4. tract. 4. miſcell. reſ. 157.* dicentes, nullam ſimoniam inducere pœnas iuris ipſo facto, niſi in ordine, beneficiis, & religionis ingreſſu; indeque inferentes, vt ſi in aliis ſacramentis conferendis, vel accipiendis in conſecrationibus, benedictionibus, diſpenſationibus in penſione vendenda & emenda, vel redimenda, in vicaria temporali cooferenda, quis ſimoniam committat, grauiter quidem peccat; ſed non tamen contrahat pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis, aut inhabilitatis; idemque videri dicendum de permutantibus, ſine debita authoritate beneficia, quia non datur alius textus puniens ſimoniacos niſi, *dicta extrauaganti prima & ſecunda, hoc titulo*, in quibus ſupra dicti ſimoniaci tantum puniuntur.

2 Et iuxta hunc dicendi modum ſenſerunt Syluester, *in verbo ſimonia, quæſtion. 19.* Nauarr. *in man. cap. 23. num. 111.* Vgolin. *tab. 1. hoc tract. cap. 12. & tab. 4. cap. 3.* Suarez, *de relig. cap. 55. num. 5.* & alij dicentes de pœnis ipſo iure latis affirmandum eſſe nullam eſſe impoſitam committentibus ſimoniam, niſi ſimonia fuerit commiſſa in ingreſſu Religionis in ordine, & beneficio, quia nec in Decreto, nec in Decretalibus inuenitur textus imponens ipſo iure cenſuram, vel pœnam aliquam ſimoniacis, vt recte expendit Suarez, Videndus etiam Caſtrus Palao, *tom. 3. de ſimon. diſp. 3. puncto 21. num. 2. & 3.* & Rochaphnl. *in theolog. morali tom. 2. lib. 3. dubio 7. præcepto Decalogi ſect. vltima*, relatus, *quæſt. præced. in fine, num. 105.* qui cum Diana, *dicta p. 5. tract. 3. reſ. 55. & 5. p. tract. 14. reſol. 14.* deducente, *reſ. 1.* vt ſi qui habet ius ad rem in beneficio, & non in re, dedit pecuniam electori, ne ſibi præferret indignum, quamtumuis ſit ſimoniacus, non incurrat pœnas iutis, quia vt Thomas Sanchez, ait, *in Opuſc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dubio 7. num. 6.* probabile eſt hanc ſimoniam tantum eſſe de iure poſitiuo; imo de beneficiis certum eſt, vt dixi, *ſub cap. 12. hoc tit. quæſt. 1.*

Quare idem Rochaphil. poſtea *nu. 110.* 3
potuit dicere, quod ſimonia ſit conuentionalis, cum in ea non incurrantur pœnæ, ſufficiat quod qui accipit pecunias, reſtituat, & qui accipiat beneficium, non reſignet, nec debeat reſignare, qui addit, *num. 110.* vt refert idem Diana, *p. 11. tr. 5. miſcell. reſ. 20.* legendus, *ex verſ. dico ſexto*, quod ſi quis accipit beneficium per ſimoniam conuentionalem iuxta eos, qui dicunt ſimoniam conuentionalem incurrere pœnas, teneatur dimittere beneficium; ſed iuxta ipſum, & alios non teneatur dimittere, ſed tantum, vt veniat priuandus beneficio. † Itaque Sanchez, vbi ſupra *dicto dubio 107. num. 3.* addidit, quod vendens 4
ius patronatus, licet ſit ſimoniacus, tamen non ſit excommunicatus, nec vt incurrat pœnas ſimoniaci, quia non eſt beneficium, vt ſupra dictum eſt *quæſt. præced. in fine*, & cum eo Diana, *dicta p. 4. reſ. 157.* † vt ſimi- 5
liter ſi Canonici, ſede vacante, conuenirent, vt qui ex ipſis eligeretur vicarius, capituli, diuideret cum reliquis ſalarium, & emolumenta, ex officio prouenientia; licet omnes eſſent ſimoniaci, ſed non excommunicati; quia & ſi vicariatus ſit quid ſpirituale, non tamen ſit beneficium, de quo ſupra *in capite* conſulere.

Vnde etiam Turrianus, *in diſputat.* 6
ſelect. centent. 4. cenſ. Theolog. dubio 59. cum Vaſquez, vt refert idem Diana, *dicta parte 5. tractatu 4. reſol. 157. in fine*, notauit non eſſe obligationem reſtituendi pretium acceptum pro collatione ſacramentorum, ſupponentes ſimoniam non obligare ad reſtitutionem ex iure naturali, ſed ex iure poſitiuo; item quod ius poſitiuum non loquitur de hac ſimonia, quantum ad reſtitutionem, ſed de ſimonia in beneficiis; & quod multi viri interrogati in Hiſpania ſenſerunt eſſe probabile, vt ſubſcribit idem Diana.

Ex quibus patet, quod licet *ex dicta* 7
extrauagant. 2. beneficij nomine etiam in

præſenti materia contendant Caietan. *verbo, excommunicatio cap.* 77. Nauat. *in man.* 5. *p.num.* 116. Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 22. *ſect.* 5. *num.* 24. *& diſput.* 31. *ſect.* 4. *num.* 45. Filliucius *tract.* 45. *cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 87. vt veniat in præſenti materia quodlibet munus ſpirituale religionis: tamen etſi hoc ſit verum, quoad contrahendam ſimoniam ex dictis *ſub dicto cap.* 12. *& cap. conſulere hoc tit.* ſed ad contrahendas pœnas proximè dictas, verius dicendum eſt, vt veniant ſolum quæ propriè beneficia vocantur, ſicut reſoluunt Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 25. *n.* 137. Azor *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *de ſimonia c.* 21. *qu.* 6. *ad finem verſ. quæres* Bonacina *de cenſur. intra Bull. diſput.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 24. *nu m.* 4.

7 Et ideo idem Nauat. *in man. cap.* 23. *n.* 11. Suarez *dicto lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 22. Leſſius *dicto cap.* 35. *dubio* 28. *num.* 130. *& dub.* 25. *num.* 137. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *cap.* 12. *num.* 175. Azor *ſupra q.* 8. Nicol. Garcia *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *numero* 20. Barboſa *in dicta extrauag.* 2. *hoc tit. num.* 9. Bonacina *dicta p.* 24. *num.* 5. Filliuc. *tract.* 42. *quæſt.* 4 *num* 6. dixerunt ſimoniacum in collatione penſionis non ſubiici cenſuræ dictæ extrauag. quia penſio, propriè non eſt beneficium, cum multis Scortia *theorem.* 86. *epitome* 32. *in conſt. Pontif. verſ. penſiones*, vbi dicit nec venire temporalia Eccleſiaſtica, quibus res Eccleſiæ ſine ſpirituali adminiſtrantur iuriſdictione; dicit tamen *in verſ. pœna*, quod ſimoniacè promotus ad beneficium, nullum ius acquirit, nec facit fructus ſuos, & quod tenetur ante iudicis ſententiam in conſcientia illa omnia reſtituere *ex Bullis Martini V. Eugen. IV. Paul. II. extrauag.* 2. *hoc tit. Pij V. num.* 5. *& ex Concilio Placentino in cap.ea* 1. *qu.* 3. eo quod eſt malæ fidei poſſeſſor; idem dicens de eo, qui ignotanter.

8 † Et quod ex promotione ad beneficium, veniunt electiones, collationes præſentationes, confirmationes, admiſſiones in poſſeſſionem beneficij, & aliæ prouiſiones Eccleſiarum, beneficiorum, ac Monaſteriorum, & etiam Prælaturarum regularium, vt Rectoratus, Prouincialatus, & Generalatus, cum eadem ſit ratio; & maiora inde incommoda naſcuntur in iſtis per realem ſimoniam *ex dictis Bullis*, probans, quæ habent iſta monaſteria, & officia ſpiritualia, iuriſdictionalia etiam *ex Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. de quibus infra *quæſt.* 4. dicitur quod etſi quoad ſimoniam comprehendantur; non inquam quoad pœnas, quia propriè beneficia non ſunt: alia tradit legenda dict. Scortia.

Et quoad ordinum nomen in hac materia ſimoniaca, de qua diximus *ſub dicto cap.* 1. *hoc titulo latiſſimè*, comprehendi etiam minores ordines, & primam tonſuram quoad contrahendam ſimoniam, idem etiam procedere quoad pœnas, quia omnes propriè loquendo ſunt ordines, & per vnumquemque peculiaris poteſtas confertur in ordine ad ſacerdotium, in quo caracter ordinis completur: ita Bonacina *variar. tract. de ſimonia qu.* 7. §. 2. *num.* 2. Barboſa *in dicta extrauag.* 1. quod etiam ad primam tonſuram extendunt, Vgolin. *de ſimonia tab.* 4. *cap.* 3. *num.* 2. *& cap.* 4. *num.* 1. Salced. ad Bernard. *in punct. Eccleſ. dicto cap.* 94. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *hoc titulo, cap.* 56. *num.* 5. Matius Altet. *de cenſ. tom.* 2. *diſput.* 15. *cap.* 4. *ad fin.* Filliuc. *tom.* 3. *tractat.* 45. *cap.* 13. *quæſtion.* 4. *num.* 9. Valerius Reginald. *in praxi dicto lib.* 23. *c.* 12. *num.* 174. tenentes ſecure contra Leſſium in hoc puncto committentes ſimoniam in prima tonſura conferenda, vel recipienda, puniti pœna excommunicationis *dicta extrauag.* 2. de quo dices, vt dixi *ſub dicto cap.* 1. *quæſt.* 1. *verſ. ad tertiam, & verſ. ad quartam*, vſque ad finem. 9

Quoad pœnas vero religionis per ſimoniam datæ, aut receptæ, de quibus loquitur *extrauag.* 1. *hoc titulo*, dicendum eſt, vt 10
potius, ſeu iocalia exigentes, & etiam dantes, ſi ſint ſingulares perſonæ incurrant ſuſpenſiones ipſo iure, cuius vtriuſque pœnæ, vinculum abſolutio ſoli Papæ reſeruatur, aliis pœnis iuris ſuo robore permanentibus: ſaluat verò ab illis Pontifex ibi ſi ingredientes aliquid ſponte, & ſine pactione obtulerint, Nauat. *in man. cap.* 27. *num.* 106. *excom.* 20. Bonacina *variar. tract. tit. de ſimonia quæſt.* 6. §. 4. *num.* 22. Bartol. de Vechis *in praxi ſeruanda, in admit. ad relig. ſtat. monitus diſputat.* 1. *dubio* 3. Barboſa *in dicta extrauag.* 1. *num.* 1. *&* 2. † vbi docet damnare 11
præſumentes, qui *num.* 3. cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 4. Caietan. Nauar. Suarez, Filliucio, & aliis ſaluat à dictis pœnis dantem, aut recipientem aliquid pro ſuſtentatione ingredientis, dicentes etiam iuxta probabilem ſententiam, vt procedat, etiamſi Monaſterium, ſit diues; item *num.* 4. cum Surdo, Miranda, Nauat. Capucino, Vechis, Suarez, & aliis, idem Barboſa ait dictas pœnas non incurri poſt *dict. extrauag.* conſuetudine introducta, vt moniales recipiantur dotibus, aliiſque donationibus, ſeu ſtipendiis ex Innocentio VIII. liberas quidem eſſe, & alios pro eis pactantes à pœnis, & ſimonia, quod clarius Clem. VII. illis etiam recipientibus indulſit,

qui

qui & num.5. & 6. ait recipientes, vel dantes aliquid tempore receptionis ad habitum, non incurrere excommunicationem, niſi profeſſio emittatur, nec religionem ingredientem, ſi recipiat aliquid à Monaſterio, vt ingrediatur; etenim licitum dicit num.7. vt quis ingrediatur religionem cum illecebris, vel muneribus abſque vllo pacto captare illius beneuolentiam: ita ex Valerio Regin. Filliucio, Bonac. D.Thom. Sanchez, Suarez, Syluestro, Soto, Vecbis, Leſſio & aliis; ſed quia de iſtis omnibus dixi late ſub dicto cap. non ſatis 8. hoc tit. ideo pro ampliori enodatione ibi leges.

12 Quoad pœnam vero ſuſpenſionis, de qua in dicta extrauag. 1. dixerunt aliqui eam intelligi ab officio, & beneficio ex eo quod nomine ſuſpenſionis abſolutè prolatæ, comprehenditur totalis ſuſpenſio, vt videntur tenere Bibald. in candelabro aureo, titulo de ſuſpenſ. numero 45. Sayrus de cenſ. lib.4. cap. 13. num. 27. Bonacina de ſuſpenſ. contra capitula, & conuentus diſput. 3. quæſt. 9. verſ. tertio, ſed probabilem docent Mar. Alter. de cenſ. tom. 2. diſput. 17. cap. 2. ad fin. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. hoc tit. cap. 56. num. 8. Filliuc. tractat. 45. hoc tit. cap. 13. num. 12. idem Barboſa in dicta extrauag. 1. num. fin.
13 eſſe ſententiam eorum, † qui tenent capitulum ſuſpendi à communi actu, ſeu officio capitulari, & communi, quod iuriſdictionem, vel adminiſtrationem Eccleſiaſticam requirit, ex ea ratione, quod capitulum in communi, non eſt capax alterius ſuſpenſionis; & quia tota illa iuriſdictio comprehenditur ſub abſoluta ſenten-
14 tia ſuſpenſionis. † Et quod etiam ſimoniacè accipiens beneficium, incurrat pœnam ſuſpenſionis, multis probat Scortia ſupra dicto epitome 32. Theorema 86. in verſ. dubitant cum D. Thoma, Henriquez, & aliis,
15 † addens ex Innocentio, ſimoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & abſolutum ab excommunicatione poſſe celebrare, & quod ſimoniaci non ſunt admittendi ad ſancta miniſteria, legendus textus in cap. præter. diſt. 32. vbi gloſſa.

16 Ad ſecundam quæſtionis partem, an emens Vicariatum Epiſcopi teneatur illud reſignare? Et ſuppoſitis quæ dicta ſunt ſupra in dicto cap. conſulere, nunc breuiter reſpondetur contra Lopez inſtruct. p.1. cap.307. Nauarr. in man. cap.23. num.111. ver. ad 13. firmantes, vt teneatur, pro negatiua ſententia, vt non teneatur, quia vt ſub quæſtione hac iam dictum eſt, ſolum in beneficiis comprehenduntur illa, quæ propriè, talia ſunt: ita cum aliis docent Sanchez in opuſcul. mor. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 113. num. 6. Diana p. 4. tract. 4. miſcel. reſ. 167. in prima; & quod Vicariatus Epiſcopi non eſt beneficium. † Quare idem Diana p 11. 17
tract. 5. miſc. reſ. 20. verſ. dico ſecundo, potuit firmare non incurrere pœnas eos, qui ſibi officia Eccleſiaſtica pretio comparant, quia non ſunt beneficia, & in pœnalibus ſint verba ſumenda in notione ſua propria.

Ad aliam partem de Epiſcopo, an pretium 18
reſtituere? teneatur, cui reſpondetur ex dictis infra quæſt. 4. vbi an ſit neceſſarium reſtituere pretium acceptum pro Religione, ordine, aut beneficio.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſimo- 19
nia ad alia beneficia obtinenda inhabilem reddat ſimoniacum? & loquendo de ſimonia confidentiali per conſtitutionem Pij V. videtur, vt ipſo iure reddat inhabilem per verba dictæ conſtit. ibi: illis ſcilicet beneficiis per ſimoniam acquiſitis, ſit ipſo iure priuatus, & perpetuo ſit inhabilis ad ea, & perpetuo ad quæcumque alia Eccleſiaſtica beneficia obtinenda: ſic Suarez lib.4. de ſimonia cap.58. num.11.

Sed quia Nauar. conſ. 82. hoc tit. exiſti- 20
mat inhabilitatem ad beneficia obtinenda, ipſo iure non incurri, quia in hac parte illa conſtitutio, non eſt vſu recepta, vt idem Suarez conſentit ſupra. Leſſius de iuſtit. cap.35. dubio 26. cum etiam reſpectu dictæ ſimoniæ confidentialis requirat ſententiam declaratoriam criminis ad inhabilitatem contrahendam, & reſpectu aliorum beneficiorum, ſequitur, vt extra dictam ſimoniam; in reali quidem, de qua hic verſ. ad quartam, ſit neceſſaria ſententia declaratoria, ad dicta ſupra in Rub. quæſt. 2. ſub verſ. ad primam, & hic etiam q. 1. ſub verſ. ad primam, & verſ. ad ſecundam, vbi etiam de permutantibus, & in terminis Tancred. de relig. tract. 2. lib. 4. diſput. 44. quæſt. 2. num. 10. vt repetit ex Baunio in praxi beneficiali diſp. 16. qu. 62. dubio 18. idem Diana dicta p. 11. tractat. 5. reſ. 19. quis tamen valeat diſpenſare leges ſupra in cap. præced.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſi- 21
monia realis, & completa, ſolo tamen iure Eccleſiaſtico prohibita ſubiaceat reſtitutioni, & pœnis ſimoniæ? quia vero ſupra in cap. 12. quæſt. 1. verſ. Eccleſiaſtica; an vero detur aliqua de iure ad primam, diſputaui, an ſimonia in beneficiis, ſit tantum de iure Diuino? & breuiter de illa, quæ ſpectat in emptione, & venditione pro ſacramentis ſit certum, vt à iure Diuino procedat, vt dictum eſt ſub cap. nemo 14. cap. ſuam 29 alias ſub cap. ad Apoſtolicam hoc tit. & de ſimonia

in ordine, & Miniſtris ſub cap.1. latè: quid in ſimonia Religioſorum *ſub cap. non ſatis hoc tit.* & quatenus ad ſimoniam in beneficiis, vbi intercedunt emptio, & venditio fuerit duplex ſententia; noſque *in dicto cap.12. dict. quaeſt. 1.* ſequamur illam, vt ſit de iure humano Eccleſiaſtico *ex ibi dictis.* Nunc vero quia poteſt eſſe interrogatio de iſtis, vt illico apparebit, ideo benè poteſt dubitari hîc de pœna in ſimonia reali completa ſolo de iure Eccleſiaſtico, num maneat reſtitutioni ſubiecta? & præhabitis quæ dicta ſunt *ſub quaeſt. 3. hic, & in noſtra hac quaeſtione, verſ. ad primam*, cum aliis, iam ad difficultatem reſpondere neceſſum eſt.

22 Pro affirmatiua ergo ſententia, vt pœnis reſtitutionis ſubiaceat, tenent Malderus *in 2.2. D. Thomæ tract. 9. cap. 3. dubio 18. §. tertio loco dicendum eſt*, Villalobos *in ſumma tomo 2. tract. 37. diffic. 39. num. 2.* quare Nauarr. *in cap. ſi quando de reſcriptis exceptione 4. in fine*, aſſerit incurrere excommunicationem, & collationem eſſe nullam, ſi aliquis diceret renuncio meum beneficium, vt tu renuncies tuum; cum tamen hæc ſimonia ſit tantum de iure poſitiuo; & hoc idem aſſeruit, quando quis renunciat, reſeruata penſione, quæ etiam eſt ſimonia de iure humano; pro quo faciunt Felin. *in cap. ad audientiam 2. de reſcript.* Panormit. *in cap. ex parte 1. de officio deleg.* vbi docent eſſe ſimoniam de iure humano, ſi quis renunciet, vt detur beneficium certæ perſonæ; & tamen aſſerunt non valere collationem factam alteri; & ſic præter DD. citatos, docent, ac tenent hanc ſententiam Valentia *tomo 3. quaeſtione 16. puncto 6.* Bonacina *de ſimonia diſput. 1. quaeſt. 7. §. 2. num. 10.* Filliuc. *tomo 3. tract. 15. cap. 13. quaeſt. 3. num. 7.* aſſerentes quoad pœnas non eſſe diſcrimen inter ſimoniam iuris naturalis, & poſitiui probantes ſic *ex dicta extrauag. 2. hoc tit.*

23 Alij inquam docent non incurrere tales pœnas, ex quo ſimonia eſt iuris poſitiui tantum exemplificantes in permutatione beneficiorum, inter duos beneficiatios, facta propria authoritate, reſeruatione penſionis ſine authoritate Papæ; item in promiſſione beneficij pro ſuffragio in electione ad Epiſcopatum. Et in promiſſione, ſeu pecuniæ datione mediatori pro interceſſione beneficij, ſecundum quæ exempla, actores ſic facientes ſolum peccare, non tamen eſſe excommunicatos, nec beneficiis priuari receptis ipſo iure, nec ad reſtituendos fructus teneri: ita in terminis Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. dubio 25. n. 141.* Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 23. cap. 12. n. 184.* Diana cum illis hanc probabilem putans *p. 4. tract. 4. miſcel. reſ. 155. verſ. verum*, Sanchez *in opuſcul. lib. 2. tom. 2. cap. 3. dubio 108. num. 3.* & ante illum Aragon. *in 2. 2. D. Thomæ quaeſt. 100. artic. 6.* Nauarr. *de reſt. lib. 2. cap. 2. à numero 436.* & alij ſic deducentes *ex verbis dictæ extrauag. 2. hoc tit.* ſic incipientis: *cum ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tam Diuinorum, quam ſacrorum Canonum authoritas abhorreat,* quæ cum loquatur de ſimonia Diuino ſimul, & Canonico iure reprobata, cum præfatio legis det intellectum toti legi, & ex ipſa regulariter, & cauſam finalem accipiat, vt tradit Molina cum infinitis, vbi eius additionatores de primogeniis *lib. 1. cap. 5. num. 3.* alias rationes adducit Sanchez vbi proximè.

Verum Villalobos *in ſumma parte 2. tract. 37. reſolut. 40. num. fin.* Sotus, *lib. 9. de iuſt. cap. 23. numero 5.* Gregor. Lopez *in l. 12. verbo es Vedado tit. 47. p. 1.* Couarru. *in reg. peccatum 2. p. § 8. num. 7.* Gutierrez *lib. 2. Canonic. cap. 23. num. 23.* dicunt, vt quamuis ſimoniacus non ſit obligatus reſignare beneficium ex iure Diuino, eſt tamen obligatus iure poſitiuo, ex eo nempe, quod collatio eſt *ipſo iure nulla*, ad quod nullum acquiſiuit ius, ad beneficium, ſcilicet ſimonia acceptum, & adeptum; ſic vt in foro conſcientiæ illud teneatur dimittere, fructuſque eius reſtituere, etiam conſumptos, vt probant *ex dicta extrauag. 2. hoc tit.* & ex aliis conſtitutionibus, in quibus hoc determinatur, Sotuſque aduertit quod ſi talis ſimonia Pontifici reuelatur, ipſe poteſt ſimoniacum habilitare, & ad beneficium reſtituere. 24

Et ſecundum hanc diſtinctionem videntur intelligi relatæ opiniones. Vnde merito ab opinione negante, vt ſubiaceat reſtitutioni, & pœnis ſimoniæ, excipiunt Sanchez *dicto lib. 2. cap. 3. dub. 108. nu. 3.* Diana cum eo *ſub dicta reſ. 155. p. 4. tract. 4.* ſimoniam confidentialem, quæ ſubdita eſt pœnis, licet aliquando ſit tantum inducta iure humano, illoque prohibita, vt quando quis renunciat beneficium pacto inito, vt ſibi, vel alij poſtea reddatur, vel cum reſeruatione penſionis, non ſibi, ſed aliis ſoluenda. Qui & Adamus Tannerus *in 2. 2. Diui Thomæ diſputatione quinta, quaeſtione octaua dubio 4. numero 95.* excipiunt etiam caſum, quando datur aliquid Notariis, vel officialibus Epiſcopi, licet etiam ſit ſimonia iure humano; nam in tali caſu incurruntur pœnæ *Trident. ſeſſ. 21. cap. 1. de reformat.* de quo capite plura dixi *ſub dicto c. 1. hoc tit.* 25

Ex quibus Diana cum eodem Sanchez, *lib. 2.* 26

lib. 2. cap. 26. numero 10. & ex eodem Villalobos *dicta p. 2. tract.* 37. *diff.* 24. *numero* 1. infert doctrinam, vt confeſſarij poſſint ſedare conſcientias, & ſcrupulos eorum, qui ad eos accedant anxij, maximè quando quis obtinuit beneficium propter pecuniam datam mediatori, qui caſus ſolet ſæpius accidere, & quando electores conueniunt, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter ſuffragetur in altera, de quo dictum eſt *ſub cap.* 23. *ſupra.*

QVÆSTIO IV.

An ſi quis poſt poſſeſſionem beneficij, nouit à patre, vel amico per pecuniam, ipſo ignorante, illud obtentum fuiſſe, teneatur in foro conſcientiæ illud reſignare? Et an collationes, electiones, & præſentationes, quæ ſimoniacè fiunt ſine ſcientia beneficiati, ſint nullæ, debeanturque reſtitui fructus bona fide accepti? Et an non ſolum ſit neceſſario reſtituendum receptum pro ſimonia in ordine, beneficio, & ingreſſu religionis? Vbi quando, & quibus eſt reſtituendum ſimoniacè acquiſitum? Et qualis probatio ad hoc deſideretur?

SVMMARIVM.

1. *Obtinens beneficium, qui poſt poſſeſſionem nouit à patre, vel amico per pecuniam, illo ignorante obtentum fuiſſe, exiſtimant multi, vt in foro conſcientia teneatur illud reſignare, fructuſque reſtituere, ſi ſciens, poſtea mala fide conſumpſit. Alij probabilius exiſtimant ad id non teneri ante ſententiam ex num.*4. *quid in foro exteriori inculpabiliter ignorante, num.*6. 7. 8.

Cap. ex inſinuatione hoc tit. in verſ. ratione,

2. *Fructus qui reſtitui debeant à ſimoniaco obtinente beneficium per ignorantiam. & iuxta quam diſtinctionem, n.*11.
3. *Obtinens ſimoniacè beneficium, etiam ignorans, manet inhabilis ad illud obtinendum ſine diſpenſatione Pontificia, vel ſaltem Epiſcopali, ſi ſit ſimplex; ſed an ante ſententiam n.*4. *quid ſi inculpabiliter ignorauit, ſub n.*6. *&* 8.
5. *Beneficia poſſidentes cum ignorantia ſimoniacè, collatione, præſentatione, quique legitimè ab examinatoribus non fuit examinatus, vel à non valente conferre, tuti videntur in foro conſcientiæ, ſi titulus forma fuit occultus, prouiſuſque, alias pateretur magnum damnum, & num.*6. *& ſub n.*9.
6. *Obtinens beneficium ſimoniacè in tribus caſibus, non eſt obligatus illud relinquere, etiamſi pretio illud ſit adeptus, & num.*7.
8. *Epiſcopus in ſimoniacè ordinato, cum qua differentia diſpenſet pro adminiſtratione ſacramentorum, aut minorum ordinum.*
9. *Collationes, præſentationes, & electiones ſimoniacè facta, ignoranti potius vt non ſint improbata ante ſententiam, & numero* 10.
10. Cap. nobis hoc titulo.
12. *Reſtituere non tenetur ante ſententiam acceptum ſimoniacè, excepta re beneficiali, ordinis, & ingreſſus Religionis, num.*13. *&* 14. *vbi in quo caſu, & cui num.* 15. 16. 17. 18. *& cui voluerit vt num.*19. *niſi, vt numero* 20. *vbi clarius dicitur, quando pauperibus, quando Eccleſia, quando ei, qui dedit.*
15. *Acceptum ſimoniacè reſtituendum eſt danti, ſi nondum fuit tradita res ſpiritualis, & quando Eccleſia iniuriata, n.*16. 17. 18. *vel pauperibus, aliquando camera Apoſtolica, vide cum diſtinctione clara ſub num.*20.
17. *Promouentes per ſimoniam realem, tenentur acceptum pretium reſtituere, etſi forte fuit beneficium reſignare, & Eccleſia cui facta eſt iniuria, n.*18.
21. *Pœna, vt in ſimoniacos applicetur, qua deſideretur probatio,* remiſſiuè?
22. *Reuelandi ſunt ſimoniaci Pontifici Romano* ex conſtit. Eugenij IV. *& quot illa obliget, vbi in ſcientibus longè diſtantibus à curia.*
23. *Mediatores ſimonia* ex conſtit. Eugenij IV. *incurrunt excommunicationem Papa reſeruatam, tenentur ad reſtitutionem accepti ob beneficium ſuo interuentu, & etiam fructuum, quot ille, pro quo interceſſerunt ſuſcepit, ſi iſte reſtituere non poteſt, aut non vult.*

AD primam quæſtionis partem video DD. intricatè loqui: etenim plures affirmant, vt in foro conſcientiæ teneatur reſignare ille qui poſt poſſeſſionem beneficij nouit à patre, vel amico per pecuniam, ipſo 1

ipſo ignorante, illud obtentum fuiſſe, quia collatio facta ſic ignoranti nulla fuit: ita Suarez *lib.* 4. *cap.* 57. *numero* 35. *hoc tit. ex D.Thoma in* 2. 2. *quæſt.*100. *artic.*6. *ad* 3. Nauarr. *conſ.* 95. *&* 97. *hoc tit.* ſicque haberi de iure poſitiuo, & quod ſic præter Theologos ſentiunt Canoniſtæ, præſertim Abbas *in cap. penult.de elect.* Caſſad.& Ludouic. Gomez apud Nauarr. ita probantes ex tribus effectibus; primus, quia iſte ignorans, cum primum ſciuerit vitium ſuæ collationis, tenetur in conſcientia ſtatim relinquere beneficium, nulla ſpectata ſententia, vel condemnatione, ſeu ad ſuperiorem legitimè recurrere, vt de remedio prouideat: ſic clarè, & latè D.Thom. quem ſequitur Caiet. & Sotus, & alij, Nauarr. expreſsè *in dicto conſ.* 97. qui & fatetur ſic *dicto conſ.*95. & Vgolin. *hoc tit. tab.*4. *quæſt.*7. §. 1. quam partem colligunt *ex cap.ex inſinuatione* 26. *ex verbis* ibi: *ratione primæ ſuſceptionis, nihil audeas in ipſa Eccleſia vindicare*, vbi gloſſa, *& ex cap. ſicut tuis* 33. ibi: *quam autem ſecundum ſacrorum Canonum inſtitutum, etiam paruuli, qui Cupiditate parentum Eccleſias per pecuniam ſunt adepti, eas dimittere teneantur, & ex cap. quicumque* 1. *quæſt.*5. ibi: *poſtquam illas omnino dimiſerint.*

2 Secundus quidem effectus, ex quo euidentius apparet, quia tenetur talis fructus omnes reſtituere, non ſolum à die vitij cogniti, ſed etiam à principio obtentionis beneficij, cum ea differentia, quod fructus prioris temporis, teneatur tanquam bonæ fidei poſſeſſor, nempe extantes, non quos bona fide conſumpſit, nec quos percepit, tanquam condignum ſtipendium ſui operis ac miniſterij, etiamſi mediante titulo beneficij obtineantur, vt ſunt diſtributiones quotidianæ, aut perſonales, quia bona fides totum hoc in dubio operatur; alios autem extantes teneatur reſtituere ex Diuo Thoma. Sed fructus quidem poſterioris temporis, ſeu perceptos à ſcientia vitioſi ingreſſus, & à mora culpabili in dimittendo beneficio, teneatur reſtituere, tanquam poſſeſſor malæ fidei, ad quod applicabis multa quæ dixi *in cap.grauis* 1 *t.de reſtit.ſpol.*

3 Tertius quidem effectus, quia non obſtante ignorantia; recipiens beneficium ſimoniacè, manet inhabilis ad illud idem beneficium obtinendum, qui & indiget diſpenſatione Pontificia in dignitatibus, & curatis beneficiis, vel ſaltem Epiſcopali in ſimplicibus, vt dicitur *in cap. penult. de elect. lib.* 6. alia ſcribit pro hac opinione Diana *p.* 11. *tract.* 5. *miſcel. reſol. fin.* cui ſuffragantur dicta per gloſſam *tibi ignoranti dict. cap. ex inſinuatione*, per quam Barboſa ibi: *num.*3. Caſadoro,& Gomez ſupra,& Capella Tholoſ. *deciſione* 439. Vega, Guttierrez *Canon. lib.*2. *cap.*23. *à numero* 24. Leſſio, Raphael de la Torre, & aliis, quos refert Nicol. Garcia *de benefic.p.* 8. *cap.* 1. *numero* 6. dicentes prouiſionem beneficij ſimoniacè factam, ignorante prouiſo, eſſe nullam ipſo iure contra Couar. & alios.

Sententiam negatiuam, ſuſtinuerunt Adrian. *quolibet.* 9. *artic.* 3. *litt.C.* Millardus *tract.* 2. *de pænit. cap.* 56. *inſtruct.*9. Stephanus Baun. *in praxi benefic. diſputatione* 16. *quæſt.*55. docens in primo talem collationem in foro conſcientiæ validam eſſe, nec ita teneri prouiſum ad reſtitutionem fructuum, quos percepit ante ſententiam, quia nullibi cauetur, vt ſit nulla talis collatio, cum nullus Canon proferri queat, quo expreſsè irritetur; non enim ait cum Suarez *capit.* 57. *num.* 15. eſt irrita collatio facta ignoranti iure naturali, aut Diuino; ſicque quamuis illud retinuerit poſt eam notitiam; non ideo teneatur fructus reſtituere ante ſententiam iudicis, eiuſque executionem. Et addit reſpondendo ad relata iura ea quidem loqui de foro exteriori, non quidem interiori; & quod quamuis Paul. 2. *in extrauag.* 2. *hoc titulo*, reſpondiſſet nullas eſſe collationes omnes beneficiorum, ſed ibi Pontificem loquutum fuiſſe de his, qui ſcienter, & ex induſtria ſimoniam contrahunt; de ignorantibus tamen nullum ſermonem feciſſe, vult enim ſimoniacos excommunicatos fieri; hæc pœna non cadit in ignorantes; ergo. 4

Alia ex Baunio tradit longè, vbi ſupra Diana legendus, & in confirmationem adducit Pariſ. *de confidentia*, qui ex Innocentio, Ioanne Andræa, Abbate, Decio, Gemin. Gigante, & aliis, dicente, vt quoad forum conſcientiæ liget, & ſit validus actus, in quo forma eſt prætermiſſa, vel non ſit ſeruata, id notando pro eo, qui non publicauit reſignationem *iuxta Gregorianam conſtit.* non emiſit profeſſionem fidei, non fuit approbatus ab examinatoribus electis in Synodo Diæceſano, habuit beneficium per electionem, non ſeruata forma tradita à iure, vel præſentationem Patroni, elapſo tempore, aut per collationem non habentis facultatem, vel habentis, & non valentis conferre propter excommunicationem, ſuſpenſionem, aut alienam cauſam: nam illi omnes videntur tuti in foro conſcientiæ, Abbas *in c.* 1. *de integr. reſtit. ad finem.* Aochart. *regula* 1. *de reg. iuris qu.*7. *col.*34. Tyraquel. *in tract.de lege connub. gloſſa* 2. *n.*20. Boërius *deciſ.*1. *n.*15. cum 5

aliis

aliis allegatis per Couarru. *in cap. cum eſſes, num.5. de teſtam.& in reg. peccatum* §.3. *num.9.* Soto *de iuſt. lib.4. quæſt.8. artic.3.* huiuſque notabilis plura exempla affert Niconit. *in cap. quoniam contra p.1. num.682. de probation.* quem titulum alias de iure nullum declarans Georgius Branden. ſuper concordatis inter ſanctam ſedem, & nationem Germanicam *quæſt.5. num.13.* non extendendo, ſed reſtringendo ad forum ſcilicet conſcientiæ purum, quando ſcilicet defectus formæ, vel tituli, eſt ita occultus, quod probabiliter nemo alius cognitionem de eo defectu habebit; & ex petitione nouæ prouiſionis, vel de miſſione beneficij prouiſus pateretur magnum damnum ſtatus, vel famæ, quibus duobus concurrentibus hanc vltimam Baunij amplectitur Diana.

6 Et hanc partem ego admittendo, eam confirmo, quia, etſi *ex dicta extrauag. 2. hoc titulo*, non ſolum ſimoniaci excommunicentur, ſed etiam alij, qui ſciente ordinato, aut beneficiato dederunt pretium pro eo, imò & ipſe etiam beneficiatus, qui ſciens non contradixit: tamen eo ſimpliciter ignorante excommunicatio illius textus ab illo non incurritur *ex dictis iam ſupra quæſtione præcedent.* qui etſi remaneat inhabilis ad beneficium in pœnam ſine diſpenſatione *ex cap. nobis fuit, dict. cap. ſicut tuis*, vbi gloſſa ſic ordinatum in pœnam, ſimoniam committentium: tamen ſi ipſi inculpabiliter ignorarunt, dicunt DD. vt beneficiatus non remaneat inhabilis, & quod ſecundo poſſit illi dari beneficium ſine diſpenſatione: ſic Villalobos cum Henriquez, Leſſio, & aliis *p.2. tract.37. diff.34. num.10.* idemque fore, ſi idem commiſit

7 ſimoniam ignoranter. † Et addit ibi *num.11.* cum eodem Leſſio *lib.2. de iuſt. cap.35. dub.25. n.140.* tres eſſe caſus, in quibus quis non eſt obligatus relinquere beneficium, etiamſi pretio illud ſit ei datum. Primus, quando inimicus beneficiati, eo ignorante, dedit ſecrete pecuniam, vt collatio eſſet nulla, illeque maneret inhabilis *iuxta dict. cap. nobis, & cap. ſicut.* Secundo, ſi timens quod pecunia ab alio daretur, expreſsè contradixiſti, *ex dicto cap. ſicut.* Tertio ſi Papa fuiſſet electus per ſimoniam à duabus partibus conclauis *ex cap. licet de electione.*

8 Ex quibus videtur etiam Baunij ſententia eſſe practicabilior, probabilemque dixit Leſſius, *dicto dubio 25. num.144.* hancque amplexam dicit Diana *dicta reſſ. fin. ſub verſ. maior p.11. tract.5. in curia Romana.* Quæ etiam videtur comprobari *ex à nobis dictis in Rubric. ſub quæſtione 2.* & ſupra hic etiam

quæſt.2. vbi quod ante ſententiam, etiam in foro externo, non eſt priuatus beneficio obtento. Et iterum confirmari videtur cum Comitolo *lib. reſponſ. moral. quæſt.41.* dicente Epiſcopum poſſe diſpenſare cum priuato ſimoniacè in minoribus, & tonſura; ita vt in maiori ritè ſuſcepto miniſtret, intelligendo de eo tantum, qui ſciens, & volens viam ſibi ad ordines facit per ſimoniam, non tamen eam diſpenſationem requiri in ignorante, quia culpa carens, nullam incurrit ſuſpenſionem *ex cap. de ſimoniacis hoc tit.* Et ſic poteſt dici de quocumque beneficiato ignorante, vt ante ſententiam non ſit priuatus beneficio, etiam in foro externo, etſi illa collatio & prouiſio, ſit ipſo iure nulla, iuxta primam ſententiam: ſed pro prima ſententia videntur facere quæ dicta ſunt ſupra *ſub dicto cap. de ſimoniacis 22.*

Ad ſecundam partem quæſtionis infertur ex dictis hic *cent.1.* & ante; item *ex dictis in cap. de ſimoniacis 22. quæſt.1. verſ. ad tertiam*, & in hac DD. etiam ſunt diſcordes, quidam firmantes eſſe nullam electionem, collationem, & præſentationem factas ſimoniacè abſque ſcientia beneficiati; inter quos Panormit. *in cap. penult. de elect. col.1.* & alij *per textum in dicto cap. nobis hoc tit.* vbi dicitur hanc ſimoniam eſſe penitus reprobatam, quod & tenet Couar. *in reg. peccatum 2. p. §.8. nu.8.* † ſed alij docent non eſſe nullas, quia nulla pœna iuris intelligitur poſita ipſo iure, niſi à iure expreſsè declaretur iuxta gloſſam approbatam *in cap. penult. de iure Patronatus*, multis fundamentis probat Nauarr. *dicto conſ.95. de ſimonia*, Villalobos *dicta p.2. tract.37. reſ.41.* dicentes non eſſe veriorem opinionem, reſpondentes *ad dict. cap. nobis*, quod non probat contrarium; imò quod eſt magis pro hac ſecunda ſententia, eo quod non dicat eſſe nullam, ſed reprobandam, in quo præſtat intelligi eſſe validas, quia quod non eſt, nequit reprobari, vt conſtat *ex text. in cap. ad diſſoluendum de diſpenſ. impuber.* vbi citat alios ibi gloſſa. 9 10

Et ad ſecundum dubium, an debeant reſtitui fructus bona fide accepti? præmiſſis, quæ etiam iam ſunt dicta hic *ſub verſ. ad primam*, ex Bannio, etiam circa reſtitutionem fructuum tunc ſub diſtinctione, etiam reſpondent DD. nam qui tenuerit, quod titulus beneficij eſt ipſo iure nullus, & inualidus ſimoniacè acquiſitus, ignorante Beneficiato & conſequenter dicturus ſit eſſe obligatum reſtituere omnes fructus acceptos, etiam fide bona, in quantum ex illis factus ſit locupletior, ſicut alij, qui 11

conſumunt bona aliena fide bona, quia iſti fructus non erant ſui ex Innocentio *in cap. in litteris de reſtitut. ſpoliat.* de quo, vt dixi *ſub dicto cap. grauis* 11. *latiſſime eo tit.* ſed qui dixerit, vt veriorem contrariam ſecundam opinionem, & neceſſario dictutus ſit etiam, vt non ſit obligatus reſtituere: ita Nauarr. *conſ.* 99. *hoc tit. lib.* 5. vbi dicit non videri poſſibilè, vt aliquis Doctor claſſicus contrarium tenuerit; eo quod iſte habuit validam collationem, & veram, & ſic vt licitè, & iuſte potuerit recipere fructus, bona fide durante; ſequitur Villalobos ſupra *dicta diff.* 41. *num.* 4. quia licet in pluribus iuribus, de quibus ſupra iam diximus *in hoc textu, & altis*, dicitur talem eſſe obligatum reſignare beneficium, in nullo tamen mandari, vt fructus reſtituat, dicens hæc eſſe fundamenta fortiora.

12 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit reſtituendum pretium ſimoniacè acceptum, etiam in aliis caſibus, præter acceptum in ordine, in beneficio, & in ingreſſu Religionis? Et quamuis affirment Nauarr. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 405. *& lib.* 4. *cap.* 2. *numero* 154. Aragon. *in* 2. 2. *D. Thoma quæſtione* 100. *art.* 6 D.Anton. *p.* 3. *ſummæ tit.* 1. *cap.* 5. §. 2. Syluester. *verb. ſimonia quæſt.* 20. *dict.* 2. *in fine*, Caiet. *in ſumma verb. reſtitutio. cap.* 4. Couarru. *in reg. peccatum p.* 2. §. 2. *numero* 7. Lopez *instruct. Sacerd. p.* 1. *cap.* 307.

13 † Tamen etſi hæc ſit probabilis ſententia, alij docent negatiuam, præter acceptum, pro ordine, pro beneficio, & pro Religione: ſic Thomaz Sanchez *in opuſculo tom.* 1. *lib* 2. *cap* 3. *dubio* 113. *num.* 2. vbi reſpondet ad omnes Canones, qui videntur facere pro affirmatiua ſententia abſoluta, dicens nullo modo teneri reſtituere ante iudicis ſententiam pretium receptum ſimoniacè extra ſimoniam in beneficio, ordine, & ingreſſu Religionis, quia iure Diuino ad id non tenetur, vt probat *dub.* 111. & quod nullum vt ius Eccleſiaſticum ad id obligans ante iudicis ſententiam reſtituere, exceptis illis tribus caſibus.

14 Et ſic hanc ſententiam, quod iure Eccleſiaſtico, non impediatur tranſlatio Dominij, niſi in ſimonia, in ordine, beneficio, & ingreſſu Religionis, tenet ex Thomiſtis, Sotus *de iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 8. *art.* 1. *ad* 6. videndus Henriquez *lib.* 7. *de indulgent. capite* 35. *num.* 4. *in gloſſa littera S.* & hanc probabilem opinionem vocant ipſi aduerſarij, vt Lopez ſupra *p.* 1. *dict. cap.* 307. & alij quidam docti recentiores docent, vt obſeruat D. Sanchez, qui hoc intelligit, & optimè quando tradita eſt, res ſpiritualis; ſed ſi tradita non ſit, tunc eſſe pretium reſtituendum: & ponit alios duos caſus, in quibus pretium reſtitutioni obnoxium eſt: ſequitur Diana *p.* 4. *tract.* 4. *miſcel. reſ.* 16. *ſub verſ. vnde.*

Ad quartam quæſtionis partem, quando, 15
& quibus eſt reſtituendum ſimoniacè acquiſitum? Et præmittendo, vt ſi conuentio diſtracta fuit antequam fieret collatio rei ſpiritualis, ſi pretium erat ſolutum, ſit reſtituendum illi, qui ſoluit, ac dedit: ita Caiet. *in ſumma verb. ſimonia Cordub in quæſtionibus, lib.* 1. *quæſt.* 32. Nauar. *in man. cap.* 23. *nu.* 103. Gutierrez *lib.* 2. *Canon.* Legendus *c.* 23. *n.* 19. Villalobos *p.* 2. *ſumma tract.* 37. *diff.* 40. *nu* 1. ex ea ratione, quia nondum fuit tranſlatum Dominium illius pretij, ac pecuniæ, ſiquidem nondum fuiſſet data res ſpiritualis; indeque iure naturali, & Diuino fore reſtituendum, illi qui dedit, quia nullum eſt ius humanum priuans dantem, pecunia, quam dedit, & hoc indubitabile apud omnes DD. dicit Ioann. Gutierrez *dicto n.* 19.

Vnde ad caſum noſtri dubij, quando 16
conſumata eſt ſimonia inter partes ſub duplici ſententia reſpondent DD. alij vero poſt iudicis ſententiam, & hanc partem loquentes de ſimonia in beneficio, ordine, & Religione, docent Bañez *in* 2. 2. *quæſt.* 32. *artic.* 7. *dubio* 2. Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 92. Medina *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 14. §. 21. Sotus *de iuſt. lib.* 9. *quæſt.* 8. *art.* 1. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 114. *n.* 11. Villalobos *dicta diff.* 40. *num.* 2. ſic tenentes, quia leges contra ſimoniacos ſunt pœnales, quæ non obligant ante iudicis ſententiam, & quia vt dicunt Gordon. *in Theolog. morali tom.* 2. *lib.* 8. *quæſt.* 9. *cap.* 2. §. 4. *num.* 7. Diana ſupra *dict. reſ.* 167. *in verſ. verum*, dans non aliter abdicat à ſe Dominium, niſi vt in recipientem transferat; ergo ſi recipiens eſt incapax, Dominium remaneret apud dantem, de quo non debet ſpoliari, niſi per legem aliquam; quæ tamen non extat. Et quia textus citati pro contraria ſententia applicantes Eccleſiæ iniuriam, paſſæ ſunt in pœnam talis iniuriæ; ſed pœna non obligat ante iudicis ſententiam; ergo, & textus ſunt *in cap. audiuimus hoc tit. l.* 12. *verſ. otro* 2. *tit.* 17. *p.* 1. *auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. collat.* 9. §. *ſi vero*, & §. *ſi autem*, gloſſa ibi: *verbo reſtituantur.*

Et quod promouentes ſimoniacè per ſi- 17
moniam realem, teneantur acceptum pretium reſtituere, vel ſi forte fuit beneficium reſignare *ex c. de hoc, hoc tit.* quia nullo iuſto titulo poſſidet *dict. cap. de hoc.* §. *fin.* & *cap. ea,*

quæ 1. *quæſt.* 3. idem Scortia *in conſtit. Pontif. epitome* 32. *theorem.* 82. *verſ. quoad promouentes*, & Eccleſiæ, cui facta eſt iniuria, & ante ſententiam, comprobans ex D. Thoma, Suarez, Couarr. ex gloſſa *in dicto cap. de hoc, & ex dicto cap. audiuimus*, vbi in duplum applicatur reſtitutio, in vtilitatem, ſeu in cuius diſpendium Epiſcopus aliquid exegerat, vt per Abbatem, & Felin. *in dicto cap. de hoc.*

18 Sed cui ſit facienda reſtitutio nonnulli autumant ex dictis iuribus eſſe faciendam Eccleſiæ, in cuius iniuriam ſimonia commiſſa eſt, vel pauperibus, vt tradunt D. Th. *in* 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 6. *ad* 4. *& quæſt.* 32. *artic.* 7. *ad* 1. *quæſt.* 62. *artic* 5. *ad* 1. Tabiena *verbo ſimonia quæſt.* 76. *&* 77. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 7. Aragon. *in* 2. 2. *quæſtion.* 32. *art.* 7. Caiet. *verbo reſtitutio cap.* 4. & alij probantes hoc *ex dicto cap. audiuimus, & cap. de hoc*, & tenet Leſſius *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 41. *dubio* 31. *numero* 171. Sylueſter. *verbo ſimonia num.* 10. Nauarr. *conſ.* 7. *num.* 1. Et quod poſt ſententiam latam ſit reſtitutio facienda ei, cui in ea mandatum ſit, quod ſolet mandari, vt reſtituatur Cameræ Apoſtolicæ, docent Suarez, Soto, Lopez, & alij iam citati, ac Villalobos *dicto n.* 2. *&* 3.

19 Vnde dictus Diana *dicta reſ.* 167. *in fine verſ. notandum*, ſcribit quod cum omnes dictæ ſententiæ ſint probabiles, poteſt quis tuta conſcientia dictum pretium, vel danti, vel Eccleſiæ, vel Pauperibus reſtituere; indeque ſi is, qui reſtituit pecunias in pretium beneficij, & ordinis, ſit pauper, poſſit ſibi dictum pretium retinere: ſic cum Sanchez, vbi ſupra *numero* 12. *&* 13. qui etiam optimè excipit, adiecta concluſione, datum ſimoniacè pro gratia, & iuſtitia; & datum pro ingreſſu Religionis in primo caſu pretium *ex Bulla Gregor.* 13. reſtituendum eſt pauperibus. In ſecundo vero *ex cap. veniens hoc tit.* reſtituendum eſſe danti: quare Scortia, vbi ſupra *dicto theorem.* 86. *in verſ. quod ſi Prælatus, & verſ. ſunt* cum aliis multis explicans, dicit quod ſi Prælatus, & alij de Eccleſia ſunt in culpa, reſtitutio de ſuperioris authoritate fiat pauperibus, vel alteri Eccleſiæ. Sin autem pecunia in nullius iniuria data ſit Eccleſiæ diſtribuatur (de conſilio Epiſcopi, ſi commodè haberi poteſt) in vſus pauperum, ſic cum Victoria, Suarez, & Syluestro. Quod ſi bona fide, vt reſtituat ei, qui dedit, cum non ſit credendum eo caſu velle Eccleſiam iterum tantumdem eſſe reſtituendum pauperibus, vel Eccleſiæ, ſecus ſi mala fide id fuit, quia nemini propria fraus debet patrocinari. Et addit, vt quia ſunt plures, qui volunt ante iudicis ſententiam reſtituendum eſſe illi, qui dedit, vt Sotus, Caietan. Nauarr. Valentia, Bannez, & alij recentiores, quia is, qui dedit, non amiſit Dominium, nec pretium tranſtulit rei ſpiritualis in venditorem, cum ille incapax factus ſit accipiendi illud; ideo reſolues, vt iam eſt dictum: alia ibi legenda tradit Scortia, *verſ. quod ſi dicas*, vbi *in verſ. num autem* refert plures diſputantes, an dicta reſtitutio ſit ſolum de iure Canonico, an vero de iure naturali, & Diuino? ex ſancto Thoma cum Theolog. 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. & per gloſſam *in text. noſtro*, vbi Panormit. Hoſt. Butr. Henriq. & alij.

Ad quintam, & vltimam quæſtionis partem, qualis probatio deſideretur, vt pœna in ſimoniacos applicetur, quia in terminis dixi *in cap. veniens* 10. *de teſtibus qu.* 1. ad ibi dicta te remitto; item ad ea, quæ dixi de probando hoc delicto *in cap.* 3. *& cap. tanta* 7. *hoc tit.* vbi leges planè. 20

Vnde pro complemento, & coronide dicendum *eſt ex dicta conſtit. Eugenij* 4. *in* §. 2. *in verbis ibi: & in virtute ſanctæ obedientiæ præcepit, vt qui ſciunt aliquem ſimoniam commiſiſſe, aut mediatores fuiſſe per ſe, vel alium, reuelent Pontifici Romano, quod ni fecerint, abſolui non debent, cuiuſcumque ſint conditionis, & gradus*, cuius conſtitutionis verba perſpicuum eſt pertinere, atque conducere ad probationem faciliorem tanti delicti, quod ſecreto ſemper fit; ad quæ dicit Scortia *dicto epitome* 32. *theorem.* 87. hoc eſſe præceptum, ſemperque obligare, donec impleatur; ſic vt qui illud, cum poſſit, & debeat, non implet, indiſpoſitus ſit, vt abſoluatur à peccatis addit tamen cum Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 106. S. Antonino, Caiet. Syluestr. *excommunic.* 7. *n.* 80. *&* 81. Suarez *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 5. *n.* 27. præceptum ad reuelandum Pontifici, non obligare alios, quam Curiales Romanos; eo quod ad hanc partem, non ſit aliter dicta conſtitutio Eugeniana vſu recepta, & quia videretur eſſe nimis durum, velle obligare pauperes ab extremis terris adire curiam pro deferendis ſimoniacis mediatoribus, & procuratoribus. 21

Etenim, vt iam ſupra *cap.* 22. contra mediatores ſimoniæ diximus, vt incurrant pœnas per ſimoniam realem contractam, in beneficiis, vel officiis; ſic vt ſtatim incurrant excommunicationem Papæ reſeruatam, etiam *ex dict. conſt. Eugeniana, & dicta extrauag.* 2. *hoc tit. ex Paulo* 2. Nauar. *in man. dicto cap.* 23. *num.* 106. *& comment. de datis, & promiſſis notab.* 23. *num.* 45. Azor. *inſt. mor. lib.* 12. *cap.* 24. Leſſius *de iuſt. legendus cap.* 32. 22

dubio 25. *num.* 137. *&* 141. addentes eoſdem mediatores teneri ad reſtitutionem; tum eius, quod acceperunt ob beneficium ſuo interuentu impetratum, tum fructuum beneficij, quos ille, pro quo interceſſerunt ſimoniacè receperit, ſi ille reſtituere, aut non poteſt, aut non vult, quia qui damni cauſam dat, damnum debet reſarcire; ideo, vt tradit Scortia ſupra, *& dict. theorem.* 86. *in fine verſ. quod denique*, potuit idem Papa Eugen. non ſolum reales ſimoniacos denunciari mandare, ſed etiam mediatores, & Procuratores huiuſmodi. Et cum his finitur hic titulus die 5. Auguſti anni 1665. in feſtiuitate S. Mariæ ad Niues, vtinam in eius laudem.

AD TITVLVM IV.

NE PRÆLATI VICES SVAS, VEL ECCLESIAS ſub annuo cenſu conſtituant?

AD RVBRICAM.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Titulus ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu conſtituant, eſt ſequela tituli de ſimonia.*
2. *Cenſus annui prohibentur in rebus Eccleſiæ.*

1 HIc titulus, & ſequens de Magiſtris ſunt quædam ſequela præcedentis tituli de ſimonia, vt apparet de hoc *ex compilatione ab Alex.* 3. *facta in Concilio Lateranenſi*, vbi ſic legitur: *de ſimonia, & ne merces pro Eccleſia conſecratione recipiatur, vel pro monachatione, vel ſacramentis Eccleſiæ* (de quibus iam latè dictum ſub præcedenti titulo) *vel pro licentia docendi* (vt in titulo ſequenti dicitur) *ne ve Prælati vices ſuas ad cauſas terminandas, vel regimen Eccleſiarum ſub annuo cenſu conſtituant, vt hic in tit. noſtro.* Et quia poteſtas iuriſdictionis Eccleſiæ refertur inter ſpiritualia, ſecundum ea, quæ latiſſimè diximus *ad noſtram* 21. *in cap. conſulere* 38. ideo hæc, & referenda hic *ſub cap.* 1. *&* 2. pertinent ad primam partem Rubricæ noſtræ; non enim licet Archiepiſcopis, Epiſcopis, de quibus latiſſimè dixi *ſub Rubrica de officio Archipresb. quæſt.* 2. *&* 3. Decanis, de quibus *ſub cap.* 1. *de ætate, & qualitate ordinandorum*; Archidiaconis, de quorum etiam iuriſdictione *ſub tit. de officio Archidiaconi*, & aliis Eccleſiaſticis Prælatis, qui ſunt Abbates, & alij, *de quibus p.* 2. *de ſacris*, & officiis Eccleſiæ latè dictum eſt, vt de officio Vicarij *ſub cap.* 5. *ibi à quæſt.* 1. in qua cum ſequentibus referuntur aliqua officia iuriſdictionalia, vbi, & *à quæſt.* 5. de Vicario Epiſcopi, eiuſque iuriſdictione ordinaria, Eccleſiaſtica, & ſpirituali; & quia in iſtis iuriſdictionibus ſpiritualibus pretio acquiſitis datur vitium ſimoniæ, de qua ſunt textus hic *in cap.* 1. *&* 2. de illiſque ſit dictum *in dicto cap.* 21. *& cap.* 36. de ſimonia, non inſiſtimus.

2 Quoad aliam partem vltimam Rubricæ, cuius materia tractatur *in cap.* 3. *& fin. hoc tit.* quatenus in illis cauetur Eccleſiam ſub annuo cenſu, non eſſe accommodandam, quia eſſet ſpecies ſimoniæ *ex cap.* 2. *&* 3. *hoc tit.* & huc ſpectet *per dict. cap.* 3. *&* 4. *fin. hoc tit.* quod licet fructus Eccleſiarum, ſeu beneficiorum ſub annuo cenſu poſſunt locari, cùm obuentiones fructuum nullam rei ſpiritualis rationem contineant, ad ea, quæ dixi *ſub cap.* 12. *de ſimonia ex quæſt.* 1. & hoc ad breue tempus dumtaxat; olim quidem ad ſeptennium, *dict. cap. fin. hoc tit.* hodie ſolum ad triennium *ex extrauaganti ambi-*

tioſa, *de fructibus Eccleſiæ non alienand.* Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*11. *de reform.* & de hoc late agemus, vt alij DD. communiter ſub titulis, de rebus Eccleſ. alien. vel non, & *ſub tit.* de locato, de feudis, & pignoribus; ideo ad hanc Rubricam non plus tractant de ea, præter ordinarios antiquos Zabarel. Ioan. Andreas, Anania, Butr. Anchar. Panormit. Mar. Socin. Petr. de Rauen. *in compendio iuris canon.* Stephan. Runchin. *in continuat. titulorum Decretal.* Martin. Meinart. *in epitome decret. fol.*176. Goffred. Hoſtienſ. *in ſumma hoc titulo.* Anaſtaſius Germonius, Ioan. Honor. Andreas Valenſis, Cartagena, Franc. Lypeus, & alij, *in expoſit. titul. iuris canonici.*

AD TEXTVM

In Cap. I. & Cap. II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Voluntariæ iuriſdictionis actus, quatenus ad effectum ſpiritualem vendi non poſſunt, cum ſint materia ſimoniæ, nec pro adminiſtratione officiorum, & rerum Eccleſiæ.*

2 *Epiſcopus eſt ſimoniacus, qui pretio recepto, ſuas vices committit alicui, & ob id amittat poteſtatem conferendi vicariatus, & vicarius priuetur officio.*

1 TExtvs iſte & *cap.* 2. *hoc titulo*, continent fere eandem materiam monſtratam hic *in Rubrica*; & quia plene de illa dictum ſit *in cap. ad noſtram* 21. *hoc tit. & in cap. conſulere* 38. etenim, *in dicto cap. ad noſtram*, Barboſa, *num.fin.* cum Suarez, *lib.*4. *hoc tit. cap.*20. *num.* 5. *in verſ. ſiue pro vicariis aſſignandis*, notat quod Epiſcopi Vicarius, non poteſt pretio conſtitui; & quod omnes actus iuriſdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur, ſunt materia ſimoniæ; *imo per textum in dicto cap. conſulere*, idem Suarez, *cap.* 29. *numero* 3. tenet per illum textum temporalia officia Eccleſiæ, vel actus eorum vendi non poſſe ſine graui peccato, & idem Barboſa, ibi, *num.*2. ex Panormitano, & Anania, ibi, & ex Sbrocio, *de officio vicarij, lib.*3. *qu.*54. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*12. *cap.* 14. Syluestro, S. Anton. & Salua, *de beneficiis parte* 1. *quæſt.*7. *num.*61. & D.Thoma, 2.2. *quæſt.*100. *art.*3. tenentibus non poſſe pro adminiſtratione rerum Eccleſiæ pecuniam accipi, quia eſt ſimoniacum.

Vnde mirum non eſt *in hoc textu*, eſſe ſimoniacum Epiſcopum, qui pretio recepto, ſuas vices committit alicui, hoc eſt ſuam iuriſdictionem; indeque etiam in pœnam tale quid vendentem amittere poteſtatem conferendi vicariatus officium; item quod vicarius, qui dedit pecuniam Epiſcopo, vt illum faceret vicarium, priuetur officio vicariatus, ſic vbi Barboſa, *num.*1. & *ex dicto cap.* 2. *num.* 2. *verſiculo remoueatur à clero*, cum Lanceloto, *inſtitution. iuris canon. hoc titulo*, §. *demum*, Sbrocio ſupra, *lib.*3. *qu.*54. *numero* 1. 2

QVÆSTIO I.

Epiſcopus quare vendens vicariatum, ſeu conſtituens vicarium ad exercendam iuriſdictionem, ſimoniacus reputetur? Et è contra vicarius non ſic ab Epiſcopo ſalarium recipiat? Et an ſi duo vicarij ab illo, vel à capitulo, ſede vacante, conſtituantur, qui inter ſe paciſcuntur, vt vnus ſolus exerceat iuriſdictionem verbi gratia doctior, & quod alius, qui illam non exercet, partem ſalarij recipiat, ſint ſimoniaci?

SVMMARIVM.

1 *Actus iuriſdictionalis qui ex vi obiecti, & materiæ, eſt ſpiritualis, producit ſi vendatur ſimoniam, aliter ſi eſſet temporalis, vt n.*5.

2 *Vicarius emens ab Epiſcopo ſuum officium, & Epiſcopus vendens ſunt ſimoniaci, & num.*4.

3 *Vicarius recipiens ab Epiſcopo ſalarium, vel emolumentum pro exercendo ſuo officio, non eſt ſimoniacus, & ſi conuentionem feciſſet de illo ſibi dando.*

4 *Epiſcopus nominans vicarium, & cum eo conuenit de non dando ſtipendio ſibi debito, ſimoniacus eſt, & etiam ſi ea lege, vt Epiſcopus habeat partem prouentuum*

uentuum ſpectantium ad vicariatum.

5 *Epiſcopus ſi vendat iuriſdictionem mere temporalem, quam habet, ſcilicet à Rege, ſimoniacus non eſt, alıter ſi temporalem haberet ab Eccleſia, vt numero 6.*

7 *Epiſcopus dans pretio vicariatus officium in temporalibus dependentibus à ſimonia, eſt ſimoniacus.*

8 *Vicarij duo nominati ab Epiſcopo, vel capitulo, ſi inter ſe paciſcantur, vt non gradaatus, nec exercens recipiat partem emolumentorum vulgo* del Poio, *ſimonia committitur.*

9 *Canonici, ſi dum vacat ſedes nominent vicarios, qui cum illis emolumenta laboris,* vel Poyo *diuidant, ſunt ſimoniaci, ſi ita conuentum eſſet.*

10 *Electi ad officia Eccleſiaſtica ſimoniacè, & ſi non ſint excommunicati, tenentur officia dimittere contra Suarez.*

1 AD primam partem facit difficultatem, quia ſi venderet Epiſcopus iuriſdictionem, quoad actus, qui procedunt à iuriſdictione temporali, reuera, ſimoniam non committeret, & ſi iuxta textum noſtrum dicatur ſimoniam committere vicariatus officium iuriſdictionale vendendo, quia iuriſdictio, à qua actus vicariatus dependent eſt ſpiritualis, vel tunc maxime ſimonia cummittatur, quando actus ex vi obiecti, & materiæ, eſt ſpiritualis: ita Suarez, *tom.1. de relig. lib.4. de ſimonia, cap.20. num.19.* vbi ſaluat à ſimonia actus, qui procedunt à iuriſdictione temporali. Ergo, & vice verſa, quia officium vicariatus Epiſcopi ſit vnum, ac idem quod ratione proprij muneris Epiſcopalis debet, aut poteſt Epiſcopus exercere, & hoc ſit ſpirituale, aut Eccleſiaſticum per doctrinam textus, *in cap. 1. de officio vicarij lib. 6.* vbi quod eſt vnum, & idem tribunal. Sequitur quod vicarius emens, & dans pecuniam pro tali vicariato, maneat etiam ſimoniacus, ſicut Epiſcopus, aut Prælatus accipiens pecuniam pro tali vicario conſtituendo, & ab argumento correlatiuorum, in quibus idem eſt iudicium.

2 Et ex eo arguitur, atque comprobatur; quia ſi ratio, propter quam ex parte vicarij dantis pecuniam Epiſcopo, vt illum feciſſet vicarium, cauetur hic, *in textu noſtro, & dicto cap.2. verſ. remoueatur à Clero*, quod debeat priuari ab officio, ne ſcilicet ex huiuſmodi labe ſimoniæ, tunc vicarius, vt aliquid lucretur, præter fas, & nefas inducatur ad extorquendas pœnas in ære, vbi in corpore luendæ forent, & facere modicas culpas grauiores in ſubuerſionem iudiciorum, & diſpendium, ac grauamen ſubditorum: Lancelotus, *inſtitut. iuris Canonici hoc tit. § demum*, Sbrocius, *de officio vicarij, l.3. quæſt.54. num.1.* ſequitur, vt ſicut Epiſcopus vendens ſic, & vicarius pecuniam dans, ſit ſimoniacus, quod videtur clare probari *ex cap. conſulere 38. hoc titulo.* vbi vicariatum, ſeu aliam adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum per pecuniam obtinere volens, tam emens, quam vendens ſunt ſimoniaci, & excluduntur ab illa Eccleſia, cui facta eſt contumelia.

Sed quia ex dictis, *ſub dicto cap. ad no-* 3
ſtram, late etiam puniatur emens ab Epiſcopo vicariatum, vt ſimoniacus, quod hic facit difficultatem, eſt caſus nimis diuerſus; nempe vt non ſit ſimoniacus vicarius ab Epiſcopu conſtitutus, ſi ab illo aliquod recipiat ſalarium, etiam conuentum pro officio iuriſdictionali exercendo, quia vicarius, ſeu alius ab Epiſcopo conſtitutus, vt illud exerceat, recipit ſui laboris, & operæ ſtipendium; locat enim Epiſcopo illi ſuas operas, cum nullo iure cogatur ſuo ſtipendio militare, *ex cap. cum ex officij, de præſcript.* tum quia, vt reſoluit Sbrocius, *dicto lib. 3. quæſt. 54. num. 3. per gloſſam hic verbo quantitas verſ. de camera*, vicarius debet recipere ſalarium de camera Epiſcopi; tum etiam, quia vt diximus, *ſub cap. nemo decimo quarto, cap. ſuam, 29. cap. ad Apoſtolicam 42.* etiam in adminiſtrandis ſpiritualibus poſſunt habere locum conſuetudines piæ recipiendi aliquod temporale pro labore, & ſubſtentatione, vt ibi late dictum eſt.

Tamen ex alia parte, quando ſcilicet 4
Epiſcopus nominat vicarium, aut alium conſtituit pro ſua iuriſdictione exercenda, ſi pretium accipiat; ex eo quod ſuas vices committit iuriſdictionem ſuam vendere, videtur, cum ſtipendium, ſiue ſalarium potius conferre deberet tali vicario, ex dictis: etenim Azor, *lib.12. moral. quæſtion. t. p.3. cap.14.* Bathoſa hic, *num.3. & ſub num.4.* qui & idem Azor, *dicta quæſt.1. verſ. ſed cur quæſo*, adducit ſimoniam ab eo Epiſcopo committi, qui vicarium conſtituit, eo pacto, vt ille ſit minori ſtipendio contentus, quam ſibi debeatur, vel ea lege, & conditione, vt, Epiſcopus habeat ſibi aliquam partem prouentuum ſpectantium ad vicariatum ratione muneris, & officij, quo ille fungitur.

Et quamuis ſupra dictum ſit Prælatum 5

Digitized by Google

iuriſdictionem temporalem vendentem, non committere ſimoniam, adhuc diſtinguendum eſt, vt illud verum ſit ſi Epiſcopus haberet illam mere temporalem dimanantem à Rege, vel Principe ſupremo ſæculari, vt babent Archiepiſcopus Compoſtellæ, Epiſcopus Tudenſis, Aurienſis, Lucenſ. & alij in pluribus locis diœceſum, (ac ſicut nos habemus plus, quam triginta oppidorum, ad quorum gubernationem conſtituimus certos iudices vocatos *merinos*, & vnus ſuper omnes, qui vocatur *merinus maior*, quorum officia iuriſdictionalia, ſi à nobis pretio darentur, non incurreremus ſimoniam, & ſi *ex alto capite* male faceremus, quod nondum fecimus, & ſi alias conſtet hæc, & alia aliter aſſig-
6 nata fuiſſe. † Tamen ſi Prælatus talem iuriſdictionem habeter ab Eccleſia, & ſi temporalem, eam vendendo, ſimoniam committeret; eo quod talis iuriſdictio iudicatur ſpiritualis dependenter, hoc eſt reſpectu ſummi Pontificis, à quo habet dependentiam, ſecundum Fr. Ludouic. Vega, *in reſponſ. caſuum conſcientiæ, parte prima caſu* 37. *fol.* 57. Barboſa, *in dicto cap.* 2. *hic, num* 4. qui cum Lanceloto, *inſtitut. canonic. titulo de ſimonia* §. *denium*, *verſiculo vices ſuas*, Sbrocio, *dicta quæſtione* 54. *numero* 4.
7 † ſimoniam committere ait Epiſcopum, cui data fuit pecunia, vt faceret vicarium in temporalibus, quod ego intelligo, dependentibus ab ea iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ſpirituali ſibi collata.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſi duo vicarij ab Epiſcopo, vel capitulo conſtituantur paciſcendo inter ſe, vt vnus exerceat ſolus iuriſdictionem, & alter partem ſtipendij recipiat ſine labore; & quia in præmiſſo tractatu, de capitulo, & Epiſcopo ſede vaccante, dixi ponderando abuſum. Nunc quia per hanc Rubricam, & *titulum* tractat Nicol. Garcia, *de benefic. parte* 5. *cap.* 7. *num.* 14. 15. & 16. ideo libuit hic apponere, vt ſpectantem ad hanc ſimoniacæ labis partem, & carpens abuſum, quod electio illorum vicariorum, debeat eſſe de graduatis, capitulo ſoleant eos eligere ſine gradu, & forte vnum graduatum alium non, vel non canoniſtam, ſeu Theologum, qui ſine exercitio in officio vicariatus recipit emolumenta, quæ proueniunt ex eo vulgo *del poyo*, quod eſt in effectu eligere graduatum in vicarium cum onere dandi medietatem emolumentorum alteri, qui ſolo nomine eſt vicarius.
9 † Inde infert, quod ſicut eſt ſimonia, & contra noſtrum titulum conuenire canonicos, quod quicumque eorum eligatur in vicarium, teneatur diuidere cum aliis canonicis ſalarium, & emolumenta officij, vt tradunt Nauarr. *conſ.* 2. *hoc titulo*, & cum eo Zerola, *in praxi p.* 1. *verbo capitulum*, §. 5. Quarantam ſumma Bullarij, verbo *capitulum ſede vaccante, num.* 7. Sbrozius de vicario Epiſcopi *in addit. ad quæſt.* 60. *lib.* 1. & *qu.* 54. *lib.* 3. Lazarius, *de monitoriis ſect.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 6. ſic & in præſenti caſu.

Quare prædictæ electiones, tanquam ſi- 10
moniacæ ſunt nullæ; indeque electi teneantur dimittere officium, licet non incurrant excommunicationem, quia non eſt beneficium, nec ordo per late dicta, *ſub cap. fin. de ſimonia*, ad intellectum, *extrauagant.* 2. *de ſimonia*, Nauarr. hic, *conſ.* 1. & *in man. cap.* 23. *num.* 111. *ad* 14. *alias ad* 13. Lezarius ſupra, & licet Suarez, *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *de ſimonia, lib.* 4. *cap.* 57. *nu.* 15. & 50. teneat contra Nauarr. vicariam temporalem, ſeu commiſſionem ſpiritualem, ſimoniace habitam, non eſſe nullam ipſo iure, nec teneri quem ad eam relinquendum. Tamen idem Nicolaus Garcia, *dict. num. cap.* 7. *parte* 5. *num.* 17. dicit veriorem eſſe ſententiam Nauarri eam probantis, *in cap. ea qua* 1. *quæſtion.* 3. & *cap. fin. de rerum permut. argument. textus, in cap.* 1. *de tranſact.* & *cap. de iure patron.* & Garcia, *ex deciſ. Rotæ*, 709. *parte* 1. *diuerſ.* Et vt comprobat amplius Nicol. Garcia, citat ibi quæ dicit *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. vbi de ſimonia in penſione, & *in cap.* 9. *p.* 5. *ex num.* 9. vbi de ſimonia in iure patronatus, de quibus iam dixi, *ſub cap.* 1 2. *hoc tit.* & alibi.

AD TEXTVM

In Cap. Quoniam, I I. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconorum, ac Decanorum officia, ac aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictionalia, ſunt materia ſimoniæ* remiſſiue.

AD textum iſtum plene, quoad ſimoniam, quæ hic contrahitur dictum eſt ſupra, *in cap.* 1. tam in præmiſſo, quam *in quæſtion.* 1. ſed quia hic expreſſius refert Alex. officia Eccle

Eccleſiaſtica, quæ habent iuriſdictionem, quæ ſi vendantur, ſimonia contrahitur, & expreſſe loquatur de Decanis, Archipresbyteris; item & de Archidiaconis; ideo repetes aſſignata de Decanis ſupra *in dicto præmiſſo cap.* 1. de quibus late dixi, *ſub cap.* 1. *de ætate ordinandorum, de Archipresbyteris, & Archidiaconis, eorumque antiqua iuriſdictione*, & qualiter hodie vſitentur in titulis de officio Archidiaconi, & de officio Archipresbyteri, vbi latiſſime egimus, *tam in Rubrica, quam in nigro.*

AD TEXTVM

In Cap. Quoniam, III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Regimen Eccleſiarum ſub annuo ſenſu non poſſunt ſacerdotibus committi; ipſi tamen bene pro ſeruitio accipiunt ſtipendia num.* 2.

1 TExtvs iſte cum *cap. fin.* hic pertinet ad ſecundam partem noſtri tituli, *ne ſub annuo cenſu Prælati Eccleſias conſtituant*, & *in hoc cap.* 3. ponit caſum, in quo adeſt prohibitio ſimoniaca. In ſecundo caſu *dict. cap. fin.* non negatur poſſe fructus Eccleſiarum ſub annuo cenſu conſtitui, ſiue locari. Et quoad primum hic, quod regimen Eccleſiæ non debeat ſacerdotibus committi ſub annuo cenſu, vt confirmant antiqui, & moderni DD. relati hic à Barboſa dicente huius diſpoſitionem eſſe poſt Concil. Lateranenſ. *ſub Alex.* 3. *cap* 2. *p.* 2. & de hoc regimine, libere dando ſatis arguatur, *ex cap. indecorum* 3. *& ex cap. cam te* 9. *& ex cap. præterea* 5. *& ex cap. penultimo, & fin.* eodem, qua habilitate, ſcientia, moribus, & prudentia debeant ſacerdotes pollere, vt
2 ad regimen Eccleſiarum admittantur. † Et ex Rubrica, & *titulo* de officio vicarij, vbi late dixi de vicariis perpetuis, ſiue ad tempus vulgo *tenientes de Curas*, qui omnes, vt aſſumantur ad tale regimen nihil, præſtant; eſſet enim ſimoniacum, potius quidem ſalarium, & ſtipendium competens pro tali regimine accipiunt ex fructibus Eccleſiarum ipſis commendatarum quod non eſt ſimoniacum *per dicta de ſalario*, quod recepit vicarius ab Epiſcopo hic, *ſub cap.* 1. *verſiculo ad primam*, & applicabis dicta de ſimonia in ordine, *ſub cap.* 1. *de ſimonia.*

AD TEXTVM

In Capite Fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Locari poterant olim fructus Eccleſiarum ad ſeptennium, hodie niſi pro triennio, ſed ne iura corrigi videantur, diſtinguitur num.* 2. *&* 3.

2 *Extrauagans ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienandis componitur cum cap. noſtro, & num.* 3.

4 *Fides data poteſt intelligi de iuramento, & fide ſimplici.*

5 *Succeſſor Prælati debet ſtare locationi factæ nomine dignitatis & de aliis remiſſiue.*

TExtvs iſte complectur ex 1
aſſignatis ſupra *ſub principio Rubricæ in verſ. quoad aliam*, aliquid ex prænotatis, *in cap.* 3. *præcedenti.* De termino, ad quem poterant fructus Eccleſiarum antiquitus locari, hic ponitur, *in verb. per ſeptennium*, dicuntque communiter DD. hunc textum iam eſſe correctum, *per extrauag. ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alienand.* quæ prohibet alienationem, hoc eſt locationem vltra triennium. Sed quia oportet iura non corrigere, ſed quælibet in ſuis caſibus explanare voluerunt nonnulli DD. inter quos Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 6. *in fine*, Redoan. *de rebus Eccleſ. pag.* 350. *à num.* 4. *verſ. & dicta*, Greg. Lopez, *in l.* 9. *verb. arrendar. titulo* 7. *parte* 1. Auendan. *de exequend. mandatis p.* 1. *cap.* 4. *num.* 32. *ad fin.* Cardinal. Mantica, *de tacitis, & ambiguis conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 21. Zened. cum aliis, *collect.* 76. *num.* 3. *decret.*
& collect. 32, *num.* 2. diſtinguentes inter con- 2
ſtitutionem Pauli II. *in dicta extrauag. ambitioſæ*, vt ibi ſolum fuerit prohibita locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ita quidem, vt ipſas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus Eccleſiaſticos, cum ſæpiſſime contingat locari, non ipſos fundos,

fundos, nec ipſa Eccleſiarum prædia, ſed fructus, & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, vt euenire videtur, *ex textu noſtro*. Et hanc quidem fructuum, & redditauum locationem, vltra triennium poſſe fieri, præcitati docent. Dixi de intellectu huius textus, *in cap. 7. de praeſcript. quaeſt. 1. num. 14.* vbi Balboa ad quæſtionem, *ex n. 6. de materia*, legendus Azor, *inſtit. mor. lib. 8. tom. 3. cap. 3. qu. 3. 4. 5. & 6.* Zenedo, *collect. 76. ad decretal. fol. 222.*

3 Sed quia hæc diſtinctio eſt nimis ſcrupuloſa, & quæ forte faceret inuolucro vacillare deciſionem dictæ extrauag. ambitioſæ, verius exiſtimamus dicendum deciſionem noſtri textus, quoad coarctandum tempus locationis rerum, ac fructuum, ſiue redditaum Eccleſiarum eſſe correctum; ſic vt vltra triennium non locentur, vt poſt Gama, & Gutierrez, reſoluit Barboſa videndus, *de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 95. num. 3. & 20.* cum aliis, de quo nos diximus latiſſime, *ſub tit. de locato ſub tit. de rebus Eccleſ. alien. vel non, ſub titulo de feudis, & pignoribus.*

4 Ad verſicul. hic, *præſtita fide*, quod fidei præſtatio, ſit iuramentum quoad Deum, de qua ſecuritate late, *ſub tit. de iureiurando interpoſito*, vt præmiſſum, ſeu pactatum adimpleatur. Sed quia poteſt ſumi pro ſimplici fide, de adimplendo contractu, plura poſſunt adiungi, *ex dictis, ſub cap. 1. de iudiciis, & ſub cap. 1. de probationibus.* Et ad ſecuritatem, qua quis cauet de ſtando in iudicio per late dicta, *in quaeſt. fin. 20.* de litis conteſt. an poſitio fidei, ſit iuramentum? explicat Couarr. *in cap. quamuis pactum 1. p. cap. 1. à num. 1.*

Ad gloſſam, ibi: *ſucceſſor ſtare non tenetur*, 5 quatenus ex ea notar cum multis Barboſa hic, quod ſucceſſor Prælati, non tenetur ſtare, alteriuſve beneficiati locationi per ſuum prædeceſſorem factæ, ſi locet ſuo nomine proprio, non ſine nomine dignitatis: adiunges plures quæſtiones, quas adduxi, *ſub cap. quia v. 11. de iudiciis quaeſt. 13.* ibi: *an ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi? à prædeceſſore facta? & quaeſt. 14. quid de ſucceſſore in maioratu, ſeu Regni*; & quia hic in gloſſa, *terminum*, ibi: *in vtilitatem Eccleſiæ conuerſa fuiſſet*, applica, *quaeſt. 12. an ſi Prælatus Eccleſiæ ſine conſenſu capitulorum mutuatus eſt pecuniam, nec conſtat, an fuerit conuerſa in vtilitatem Eccleſiæ, & moritur; numquid eius ſucceſſor ad eam creditori reſtituendam compelli poſſit?* Ad alias de obligatione ſucceſſoris quoad debita, & quoad penſiones, ibi: *quaeſt. 11. & qu. 16. & 20.* vbi etiam de aliis, quæ valent applicari. Et videbis quæ dico, *in cap. 2. de locato*, vbi de obligatione ſucceſſoris, videndus Couar. *lib. 2. variar. cap. 15. n. 6. & cap. 16. per totum*, ad quod tempus res Eccleſiæ locentur? Et an fructus beneficiorum, non exacti ab anteceſſore, ſint ſucceſſoris? Scortia, *conſtit. Pontif. epitome 64. Theorema 170.* cum multis, vbi, *de conſt. Iulij 3.* Gutierrez, *lib. 1. canon cap. 8.*

AD TITVLVM DE MAGISTRIS, ET NE ALIQVID exigatur pro licentia docendi.

AD RV̌BRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri debent eſſe probæ ætatis, vitæ integerrimæ, & eruditionis, & numeris ſequentibus.*

2 *Doctor debet eſſe eruditus, qui prius oportet, vt diſcat, quam doceat, & etiam vitæ integritate, & præditus virtutibus.*

3 *Diſcipulus talis, qualis Magiſter.*

4 *Virtus præcipue quærenda eſt in Magiſtro.*

5 *Scientia laudabilis eſt, quam vita maculat impudica.*

6 *Mores primò, mox ſapientiam diſce.*

7 *Adoleſcentes à Magiſtris, debent docti fieri, & moribus imbui.*

8 *Verba nutrientium, aut lac erunt, ſi bona, venenum ſi mala.*

9 *Diſcere bonum eſt etiam vſque ad vltimum vitæ ex ſententia Iulliani.*

10 *Eruditio maximum eſt hominibus, in hac vita decus, atque ornamentum.*

11 *Ariſtoteles laudatur in ſua eruditione à Philippo Rege Macedoniæ, Magiſter Alexandri.*

12 *Principes litteras amantes ſunt nimis laudandi, vbi de exemplis.*

13 *Adoleſcentium educatio eſt fundamentum totius Reipublicæ.*

14 *Litterarum cultores multis dicteriis annotantur, & à num.* 15.

16 *Magiſter dicitur ille, cui cura præcipua alicuius incumbit, pro vt ſunt magiſter militum, magiſter equitum, & alij.*

17 *Armis, & litteris oportet eſſe Reipublicæ.*

18 *Magiſter militum poſt ætatem Conſtantini Magni, omne ius in milites habuerunt, quod olim libera Reſpublica, & ſub Auguſti temporibus, Proconſules, aut legati exercebant.*

19 *Conſtantinus Imperator portionem magiſtri militum abduxit à Præfectis.*

20 *Magiſtri militum officium, non minus illuſtre quam Præfectorum, & num.* 21. *& quo tempore inſtituti num.* 22. *& de aliis* remiſſiue *num.* 23.

21 *Præfectura fuit ſecunda dignitas poſt Imperium.*

MAGISTRI qui dicantur la- 1
te tradit D.Roderic. de Acunna, *in comment.4.diſt.*61. debent
ergo eſſe probæ ætatis, vitæ
integerrimæ, & eruditionis, vt
ait D. Hieronym. *in epiſt.*89. & docet *lex.*31.
tit.7. lib.1. recopil. de los eſtudios generales, ibi:
*para enſener con las letras, iuntamente virtud,
y buenas coſtumbres*; & ſic fit, vt licet qui
magiſtri, aut Doctoris munus exequi cupiunt, neceſſarie litteris præpollere debeant,
iuxta illud Boëtij de Scholaſt. diſciplina.
† *Doctor debet eſſe eruditus; prius enim opor-* 2
tet, vt diſcat, quam doceat, & oportet etiam
vitæ integritate, virtutibusque præditum
eſſe, vt ſuo exemplo diſcipuli probi, imitatores bonos, & integros mores, eiuſdemque
virtutes vbique ſectentur, qualis enim ma- 3
giſter, talis diſcipulus. Etenim, vt Græcorum
narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum
regem moribus, & inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus
adhuc paruulus fuerat infectus.

Ergo in magiſtro eſt præcipue virtus 4
quærenda; nam vt ait Hugo de Decolicon.
lib.3. mores ornant ſcientiam, & ideo præceptis legendi, præcepta quoque viuendi adiungit, vt &

modum

modum vitæ ſuæ , & ſtudij rationem lector
5 *agnoſcat* † *laudabilis enim eſt ſcientia , quam*
6 *vita maculat impudica.* † quare Seneca admonens *epiſtola* 77. prorumpit in illud, *mores primum, mox ſapientiam diſce præcipue in moribus inſtruere cures* ; & ſic D. Gregorius, *resgiſtro ſeptimo : Peto vt paruulos Dominos , quos nutris , præcipue in moribus inſtruere cures*, ad quam doctrinam magnum erit, vt conſideret aliam eiuſdem Gregor. ſententiam in paſtorali : ibi : *penſandum valde eſt , ad culmen regiminis quiſquam qualiter veniat , atque ad hoc rite perueniens qualiter viuat , & bene viuens qualiter doceat , & recte docens infirmitatem ſuam quotidie agnoſcat , ne aut humilitas aſcenſura fugiat , aut peruentioni vita contradicat , aut vitam doctrina deſtruat , aut doctrina præſumptio extollat , virtutibus pollens coactus ad regimen veniet virtutibus vacuus, nec coactus accedat.*

7 Et ob id incidimus in aliam Aldi Manut. Romani comprehendentis hæc omnia, *in verbis ſequentibus*, ait inquam: *Primum memineritis oportere vos eorum , quos accepiſtis inſtituendos , ſic ſatagere , vt ſimul, & docti fiant , & induantur moribus , quia quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu , atque ideo à teneris aſueſcere multum eſt , nec ſolum Rectores , Magiſtroſque vos eſſe adoleſcentium , ſed & parentes putetis , ſcitis enim illud , qui præceptorem ſancti voluere, parentes eſſe loco equidem bonos , maloſve nos eſſe tantum referre exiſtimo , vt auſim dicere bonorum , malumque omnium , quæ vbique ſunt terrarum, vos eſſe potiſſimam cauſam : nam iuriſconſulti , Philoſophi , Rectores Vrbium , Principes, Ducesque, ac Reges, nec non Monachi , Sacerdotes , Epiſcopi , Cardinales , ipſique ſummi Pontifices, & denique quicumque , vel ſolas litterarum notas tenent ſub diſciplina , olim veſtra fuere paruuli à vobis inſtituti ſunt , virtus veſtra , vitium , vel eorum , aut profuit, aut nocuit*
8 *moribus.* † Indeque Manut. ſupra illud ſcripſit : *Verba enim nutrientium, aut lac erunt , ſi bona , aut venenum ſi mala*, quibus, & aliis conducit lex Regia , 8. *tit.* 31. *p.*1. ibi : *e ſean bien raconados , è de buenas maneras* , legendus D. Alphonſus Narbona, *in dicta l.*31. *tit.*7. *lib.*1. *recopil.* gloſſa 1 *pag.*86. vbi recolligit alia doctinalia.

9 Et ad hæc applicari oportebit quæ Pomponius adducit verba, *lib.* 4. *ff. titul.*5. *cap.*10. ibi, *ego diſcendi cupiditate, quamſolam viuendi rationem optimam in octauum , & ſeptuageſimum annum ætatis duxi , memor ſum eius ſententiæ , quam dixiſſe fertur Iulianus , & ſi alterum pedem in ſepulchro haberem , adhuc diſcere quædam vellem* ; quia quod dixit Solon : *dum propero ad ſenium diſcere multa libet*, facit nos incidere in eam Nazianzeni,
in ſententiis. † *Eruditio maximorum eſt homi-* 10
nibus in hac vita decus , atque ornamentum, quia vt dicit Oſorius, *lib.*1. *de Regis inſtitutione : negare non poſſumus hoc , ſtudia ſcilicet litterarum , homines etiam natura feres ab egreſti quadam immanitate traducere ; vnde id euentre cernimus , vt quod quiſque magis ſe ad bonas litteras applicat , eo magis clemens , atque benignus euadat* , qui *lib.*2. addit, *quod omnes, qui litteris ſtudent , & vitiis cooperti ſunt , non ſapientes , ſed inſani ſunt :* alia plura erudita cumulat idem Oſorius, legendus, *lib.* 4.
titulo 6. † qui laudando curam Philippi, 11
in inſtruendo eius filium Alexandrum inter alia illa verba protulit, ſcribendo ad Ariſtotelem, *ſe non tantas diis agere gratias, quod ex vxore Olympia filium ſuſcepiſſet , quam, quod eo tempore ſuſcepiſſet , quo poſſet ab illo clariſſimis diſciplinis inſtitui , quod non ſolum ſcripſit ſed re etiam præſtitit* , & ratio poteſt eſſe , quæ continetur in aliis verbis eiuſdem Ozorij : ibi , *quamuis homo multis negotiis interſit , ad ſummamque ſenectutem perueniat , ſi nihil aliud nouit , niſi quod ipſe vidit , atque tranſegit ſemper adoleſcens ; atque pæne puer habendus eſt hoc igitur , quod vitæ breuitas negat litteræ cumulate largiuntur.*

Quare ſunt nimis laudandi Principes 12
litteras amantes, vt de Roberto Rege Siciliæ refert Petrarcha, *lib.*1. *rerum memorandarum : ego* (inquit Rex) *iuro dulciores , & multo cariores mihi litteras eſſe , quam Regnum , & ſi alterutro carendum ſit æquanimus me diademate , quam litteris cariturum* , & de Carolo Magno Cyprianus in Cæſaribus refert quod, *Carolus Magnus liberos ſuos ita inſtituit , vt filij primum optimas diſciplinas , tum equitare , venari , ac cætera militaria munera addiſcerent ; filiæ vero aſſueſcerent lanificio , ac cæteris mulieribus operibus , ne turpi ocio torpeſcerent , Auguſtum imitatus hac in re* ; eſt enim, vt Æneas Syluius, ait, *in quadam epiſtola eruditio ampliſſima magna ſuppellex , & hæreditas Principatu melior* , quæ vt Diogenes ſcribit, *Iuuenibus ſobrietas eſt , ſenibus ſolatium , pauperibus diuitiæ, diuitibus ornamentum* , ob quod Egnat. in Sigiſmundo Doctos homines in primis fouendo, & dignitatibus amplis honeſtando : *accuſauit ſæpe* , Germanos Principes, qui latinas odiſſent litteras, à quibus reprehenſus quandoque , quod homines Doctos foueret, ſed humiles genere reſpondit : *ego eos amo , quos natura alios anteſtare facile voluit :* etenim iterum Diogenes, *lib. de*

3 *ſenectute* dixit. † *quod adoleſcentium educatio
fundamentum eſt totius Reipublicæ*; ait ergo
D.Chriſoſtomus, *in epiſt. ad Titum cap. 1. nulla
ratione fieri poſſe vt, qui ab ipſis initiis magna
cum diligentia, ſummoque ſtudio fuerit educa-
tus, malus euadat; non enim naturalia ſunt
peccata, vt tantum cura, tantumque diligentiæ
ſuperare valeant*, & Plato, *de Republica lib.6.
& 6. de legibus*, ſcribit, quod *puerorum
natura conuenientem nacta, diſciplinam ſemper
proficiendo, ad omnem perueniet virtutem, enu-
trita autem ſi fuerit peruerſe, ad contraria fa-
cile delabitur.*

14 Hæc inquam, & multa alia cultorum
litteratum dicteria, & ſententias cumu-
lat Simancas, *de Republica lib. 9. cap. 25.
& 26.* legendus, quæ & ſi tendant ad
educationem puerorum filiorum, ac iuue-
num, cum tamen niſi à bonis Magiſtris adi-
piſci valeant; ideo illi debent eſſe inſtructi
omnium, vt ſic recte admonere, à quo in-
ſtruere, & docere valeant, alias vt timeant
quod ſi vitiis puerorum animos, & crimi-
nibus commaculant, atque corrumpant,
agnoſcant quanta in eos apud diuinum
iudicem, & diuinum legiſlatorem pœna
futura, ſint puniendi, Narbona vbi ſupra
dicta gloſſa *2. num.5. qui ſub num.3.* refert il-
los Fuſci verſus, *lib.1. de viſitatione, cap.16.
num. 2.*

*Illuſtrata ſcientia, humilitas recta, inno-
centia decora,*
*Et certa ſcientia nobiles reddunt Ma-
giſtros.*

15 Quod ex aliis ſcriptis à Gerardo, *de
præcept. & Principe, epigram.54 fol.176.* abun-
dantius patet ibi:

Diſcipulos quanto meliores edocet, ornat.
Splendidius tanto melior Præceptor habetur,
*Et quanto populus melioribus imperat,
adſtat.*
*Rex tanto melior, vel ab omnibus eſſe vi-
detur,*
*Hoc verum eſt, veluti in ſpeculo componere
ſe ſe,*
In Doctore ſuo ſueuit generoſa iuuentus,
Et totus populus proprio de Principe pendet.

16 Cum inter noſtros de hac Rubrica ſcri-
bentes nonnulla referant Andreas Valens,
Honorius, Cyrinus, & alij hic, omiſſaque
Magiſtri ſignificatione dicat Valenſis hic
ſumi pro eo, cui præcipua cura alicuius in-
cumbit, *l. cui præcipua, 57. ff. de verb. ſign.* eoque
pacto eum, qui militibus præeſt Magiſtrum
militum *toto tit. cod. de Offic. Mag.* & qui præeſt
equitibus, vocetur Magiſter Equitum, & ſic
de aliis, de quibus refert ſe ad Goffred. *in*
17 *dict. l. cui præcipua.* † Cumque Rempublicam
oportere eſſe condecoratam armis, & litteris,
iuxta præmiſſum inſtitutionum Iuſtiniani,
vbi eius commentatores, & quaſi pari paſſu
ambulant eorum Magiſtri, etiam de militari
aliquid dicere libuit, nempe, quod magiſtri 18
militum poſt ætatem Conſtantini Magni,
omne ius in milites habuerunt, quod olim
libera Republica, & ſub Auguſtis Proconſu-
les, aut legati exercebant, nec iam eo æuo
Præfecti prætorio, rem militarem tractarunt,
teſte Socino, *lib. 2. in Conſtantino*, & Paulo
Oroſio, *lib. fin. cap.37.* Vegecio, *cap.33. de re
milit. lib. 2. cap. 9.* ibi: *ſed legati Imperatoris ex
conſularibus ad exercitus mittebantur, quibus le-
giones obtemperabant in ordinatione pacis, &
neceſſitate bellorum, in quorum locum, nunc illuſtres
viros conſtat magiſtros militum ſubſtitutos.* † Et- 19
enim, vt teſtatur Zoſimus Conſtantinus Im-
perator, hanc portionem rei militaris à Præ-
fectis abduxit, & in alium tranſtulit, quem
magiſtrum militum nominauit, cui poſt
militum cura fuit commiſſa in verbis, ibi:
*ſub magiſtris militum inſtitutis altero equi-
tum, altero peditum, & in hos tranſlata pote-
ſtate militum ordinandorum, & coercendi de-
linquentes hac etiam in parte, Præfectorum
authoritati detraxit.* † Quorum officium 20
non minus illuſtre, quam Præfectorum,
*ex l. penult. Cod. de offic. Præfect. Prætor. Orient.
dict. l. 1. Cod. de offic. magiſtr. milit. l. penult.
Cod. de iudic. l. penultim. Cod. de iuriſd. omn.
iudicum, l. 1. Codice de exhibend. reis, l. vni-
ca Codice ne rei milit. comiti*; † ita vt ſicut 21
Præfectura fuit ſecunda dignitas poſt Im-
peratoriam; ita, & magiſteria poteſtas,
teſte D. Hieronym. *in Ezech. cap. 23.* Pan-
cirol. *in not. imper. cap. 30. 31. & 32.* &
aliis probat D. Franc. de Amaya, *Cod. de
decurion. lib. 10. ſub cap. 2. num. 15. & 16.*
† Vbi alia adducit, vt à contradictori- 22
bus dicentibus ante illud tempus inſtitu-
tum fuiſſe illum Magiſterium, ibi: *ſub
num. 15. & 16.* legendus, qui etiam, *Cod.
de annonis, & tributis, dict. l. 10. num. 28.*
etiam ex Steuuechio obſeruat tradens,
num. 29. quandam antiquam inſcriptio-
nem, qua probat dictam Tyberiani diſpo-
ſitionem in Hiſpania confectam fuiſſe ſe
mouens ex lapide, quem iuxta ſacellum
ſanctæ Columbæ ad flumen Xaualonem
prope ruinas antiqui erecti ſe legiſſe tra-
dit Ambroſ. de Morales, *libro decimo Hiſ-
panor. cap. 44.* ex quo conſtat eo tem-
pore Tyberianum fuiſſe Proconſulem, &
inſuper dicit eam inſcriptionem congrue-
re, *l. 5. Cod. Theodoſiani de ſponſal.* quæ eſt
inſcripta ad Tyberianum vicarium Hiſpa-
niarum, dicens alterum fuiſſe Iunius,
Tybe

Tyberian. cuius meminit Vopiſcus in Aurel. alia referendo.

23 De aliis circa honorificantiam Magiſtrorum nouiſſimè D. Ioannes Solorzanus omnino legendus cum multis, *emblema* 79. *ſic docti à potentibus ſublimandi*, *& emblema* 80. vbi *de litteratis ſuſcipiendis à Principibus.*

24 Ad ſecundam partem Rubricæ, quæ eſt de ſimonia ſignificata ibi: *& ne aliquid exigatur pro licentia docendi*; infra *ſub Rubro*; ſed hic non omittimus pro exornatione Rubricæ *in* 1. *p. ſequentes* quæſtiones.

QVÆSTIO I.

An Magiſtri, Doctores, & licentiati examinati per examen rigoroſum aliquarum maiorum vniuerſitatum, gaudeant nobilitate, exemptione, à muneribus, & tributis, vbi de Bachalaureis? Et indulgentiæ concedantur docentibus, & diſcentibus Doctrinam Chriſtianam? Vbi de ætate ad diſcendas diſciplinas, & quæ debeant publicare legentes, & docentes? De legenda lingua Hæbraïca, Caldaïca, & aliis? Vbi de litteratura Sacerdotum *remiſſiuè?*

S V M M A R I V M.

1. *Nobilitas triplex eſt, animi vna, alia acquiſita, ſeu deriuata à maioribus, alia meritis, & virtute, & à n.* 2.
2. *Magiſtri exempti ſunt à contributionibus, ſicut nobiles, vbi qui iuxta legem Regiam, quæ loquuntur de graduatis, num.* 3. *& actu legentes, & docentes in vniuerſitate, num.* 3. 4. 5.
4. *Doctores, & Magiſtri vniuerſitatum, de quibus, num.* 3. *graduati, etſi actu non legunt, gaudent exemptione à tributis, vt ſub num.* 6.
5. *Legentes actu, etſi non graduati, gaudent exemptione tributorum.*
6. *Licentiati, graduati docentes in vniuerſitate, iudicantes, vel aduocati, gaudent exemptione tributorum.*
7. *Bachalaurei, non graduati per vnam ex quatuor vniuerſitatibus legis Regiæ potius eſt, vt non gaudeant exemptione; qui ſi actu legant, aut aduocent, ſolum gaudebunt muneribus perſonalibus, num.* 8. *vbi quod ſtandum eſt conſuetudini populorum.*
9. *Docentes, quibus indulgentiis gaudeant Bullis Pontificiis, & n.* 10.
10. *Magiſtri in fide Chriſtiana explananda iuuenibus, & à n.* 11. *&* 12.
11. *Parrochi ex officio tenentur iuuenibus rudimenta fidei docere.*
12. *Confraternitates inſtituentes, gaudent indulgentiis, & ſub n.* 9.
13. *Infantes, & pueri bonis moribus instituti ſæpè honeſtam, exemplarem, & aliquando ſanctam vitam egerunt: exemplificatur in S. Petro Martyre, n.* 14.
15. *Puerorum educatio etiam apud ethnicos reperitur commendata.*
16. *Ætas ad diſcendas diſciplinas aptior eſt iuuentus, ad leges adoleſcentia, ſed hoc vt num.* 17.
17. *Pueri à prima pueritiæ ætate incipiunt inſtitui.*

1 AD primam quæſtionis partem, quia poſt multa, quæ DD. tractarunt de nobilitate, ſcripſere nonnulla D. Alfonſus Narbona *ad reg. Recopil. lib.*6. *tit.*2. *l.* 14. *Recopil. in prorup. à fol.* 795. Anton. Pichard. *poſt.* 2. *part. inſtit.* & Manuductíon. *ad praxim. in tract. de nobilitate communicanda ad textum in l. ingenua* 3. *l. edicimus* 7. *Cod. de marilegalis*, qui *ex numero* 75. dicit triplicem eſſe nobilitatem, animi quidem præſtantiorem appellat, aliam acquiſitam, ſeu deriuatam à maioribus, de quibus aliqua præſtat curioſa, & de acquiſita meritis, & virtute loquamur in propoſito; ideo cum iam dictum ſit ſub principio Rubricæ, quantum debeant Principes honorare Magiſtros, & Doctores, oportet, vt apud nos mentionem faciamus *leg. fin. tit.* 10. *p.* 2. in verbis ibi: *e aun deben honrrar, e amar alos Maeſtros*, & ibi inferius, *ea ſi como dijeron los ſabios antiguos, la ſabiduria de los derechos, es otra manera de caballeria.*

2 Vnde ex neothericis inferunt nonnulli, quod ſicut nobiles ſunt exempti à contributionibus infra referendis, ita, & Magiſtri, vt in terminis probatur *ex verbis leg.*8. *tit. fin. p.* 2. *circa finem in ſequentibus verbis: otro ſi decimos que los Maeſtros ſobre dichos, e los otros, que mueſtran ſaberes en los eſtudios, en las tierras de nueſtro Señorio, que deuen de ſer quitos de pecho, e no ſe tenidos deir en hueſte, ni en cabalgada, ni de tomar otro officio, ſin ſu placer*, † vt tradit latè de iure communi Guido Pap. *deciſ. ſiue quæſt.* 88. *&* 338. 3 cumque iam poſt leges nouiores *Recopil. l.*8. *&* 9. *tit.* 7. *lib.* 1. ſit ſpecifica eorum exem-

Vn 3 ptlo;

ptio; ideo relatis verbis ſequentibus ibi:
*que ſolamente los graduados, de Doctores, Mae-
ſtros, y licenciados por examen riguroſo en las
Vniuerſidades, de Salamanca, Valladolid, y los
que fueren Collegiados graduados en el Collegio
de Bolonia, y en la Vniuerſidad de Alcala de
Henares, y no otros gocen dela libersad, y
eſempcion de no pechar, concedida a los gra-
duados por leyes de eſtos Reynos:* ſic Doctores
Hiſpani colligunt, nominatim *ex dicta l.* 8.
Matienzo *in l.* 11. gloſſa 2. *num.* 2. *tit.* 10. *lib.* 5.
Recopil.

Sed non omnes quidem debent ea
4 exemptione frui, niſi actu legentes, ſiue
docentes, vt etiam colligunt *ex verſ. dicta
leg.* 8. *tit. fin p.* 2. ibi: *y los otros que mueſtran
los ſabores*, quod ſi non actu legant, non
frui tali exemptione, vt de communi pro-
barunt DD. *per textum in l. medicos, Cod. de
profeſſoribus, & medicis lib.* 11. vbi Bart. no-
tat *ex l. ſemper §. negotiatores ff. de iure im-
munit.* & expreſſim Gregor. Lopez. *in dicta
l.* 8. *in præcit. verb.* quare Ioannes Guttier-
rez, *lib.* 1. *pract. quæſt.* 21. *ſub num.* 4. dicit
hodie ceſſare quæſtionem Doctorum: *an
licentiatus ſit immunis, ſicut Doctor à prædictis
muneribus?* de qua Petr. Anribol. & alij re-
lati per Auendanum 2. *p. cap.* 14. *num.* 29.
Didac. Perez *in l.* 20. *tit.* 4. *lib.* 4. *ordinam. col.*
1442. *in verſ. quid autem licentiato* Guid. Pap.
quæſt. 390. Roland à Valle. *conſ.* 11. *num.* 21.
& ſeq. lib. 2. cum *ex dicta l.* 8. *&* 9. *dict. tit.* 7.
lib. 1. *Recopil.* Doctores, Magiſtros, & li-
centiatos graduados examine rigoroſo, præ-
cedenti in prædictis quatuor vniuerſitati-
bus, vel in qualibet earum tantum gau-
dere debeant dicta immunitate.

Et non ſolum, vt tales graduati debeant
5 gaudere ea immunitate à tributis, ſed etiam
alij non graduati; dum tamen actu legant
in vna ex prædictis Vniuerſitatibus, quod
videtur deduci *ex relato verſ. dictæ leg.* 8.
p. 2. *los maeſtros ſobredichos, è los otros, que
mueſtran ſabores, ex quo verſ. è los otros*, ita
videtur decerpi, vt in terminis docent
Auendan. 2. *cap.* 14. *Pretorum num.* 30. idem
in ſuo dictionario, *verbo maeſtros ex dicta
l.* 8. *in fine* part. idem Guttierrez *dicto lib.* 1.
pract. quæſt. 22. *ad dict. leg.* 8. *&* 9. *Recopil.
ſub num.* 3. dicens, vt non requiratur, quod
ſint DD. actu legentes, ad hoc, vt gau-
deant prædicto priuilegio, ſed vt ſufficiat
quod ſint profeſſores approbati, quia no-
men Doctorum, cuius fit mentio *in dicta
l. medicos* non ſignificat titularem Docto-
rem, ſed docentem, cum dicantur DD.
vel magiſtri ab effectu docendi *ex l.* 3. ibi:
que fueſſe Maeſtro de Gramatica tit. 17. *p.* 6.
cum tamen in grammatica nullus magi-
ſtralibus inſigniis decoretur, ſic præterea
probando *ex dicta l.* 8. *partita* quæ loquitur
degraduatis: & non graduatis *in dicto verſ.
e los otros*; eo quod talis dictio refertur ad
reliquos, qui non ſunt magiſtri, ſed actu
docentes, & lectores.

Hodie tamen de licentiatis, qui rece- 6
perunt gradum in vna *ex dictis vniuerſitati-
bus*, dicit Ioannes Guttierrez *dicta quæſt.* 22.
num. 4. quod ex ſola gradus prærogatiua
debeant frui libertate tributorum, ſed con-
ſuetudine eſſe introductum, ac praxi huius
Regni, nempe, vt prædicti licentiati gra-
duati in qualibet prædictarum quatuor vni-
uerſitatum gaudeant priuilegio exemptio-
nis à tributis, ſi actu legant, docent, vel
officium iudicis, vel aduocationis exer-
ceant, & non alias. Et quamuis etiam de
Doctoribus, & Magiſtris idem exercitium
requiri videatur, vt exiſtimarunt Gregor.
Lopez *in dicta l. fin. tit.* 10. *p.* 2. in gloſſa
magna: plura Didac. Perez *l.* 20. *tit.* 4. *lib.* 4.
ordinam col. 1443. & comprobat idem Gut-
tierrez *dict. quæſt.* 22. *num.* 1. ex Curiis Pin-
tianis *anno* 1523. *per leg.* 100. *& ex l.* 126.
in Curis de Madrid. *anno* 1534. poſitis *in
dicta l.* 8. *&* 9. *Recopil.* dum ſint graduati in
dictis vniuerſitatibus, aut in qualibet ea-
rum, qui tamen *ſub num.* 2. excipit ab actu
legendi, & docendi prædictos Magiſtros,
& DD. & ſolum concludit contra licen-
tiatos, vt debeant litteras exercere actu,
ad hoc, vt prædicta gaudeant immuni-
tate.

Et an idem de Bachalaureis, Licentiatis, 7
atque Doctoribus graduatis in aliis vniuer-
ſitatibus præter quatuor iam nominatas, de-
beant gaudere tali exemptione tributorum?
& dubitat de hoc Gregor. Lopez *in dicta
l. fin. tit.* 10. *p.* 2. dicta gloſſa magna in fi-
ne, dicens, quod ſi hoc concederetur Ba-
chalaureis, vel aliis non graduatis, nihil
ſpecialiter eſſe in licentiatis; & iuxta hoc
in praxi veniam captando, dicit Ioannes
Guttierrez *dicto lib.* 1. *pract. quæſt.* 23. *in fine*,
contra Aduocatos, qui graduati non fue-
rint in vna ex dictis quatuor vniuerſitati-
bus relatis *ex dicta l.* 8. *&* 9. *titulo* 17. *lib.* 1.
Recopil. & hoc contra Guid. Pap. *dict. de-
ciſ.* 88. *&* 388. Bart. *in dicta l. medicos*, Franc.
Marc. *deciſ.* 667. Marc. Mantuam *obſerua-
tion. lib.* 2. *cap.* 17. *charta* 1. Tiraquel. *de no-
bilit. cap.* 29. *num.* 14. † quod etſi in actu 8
legentibus admittatur, attamen in fungen-
tibus aduocationis officio, ſolum gaudeant
exemptione à muneribus perſonalibus; non
quidem à ſolutione tributorum Regiorum,
vt

vt in *l. ſancimus Codic. de Aduocatis diuerſ. iudic. & in l. 8. tit. fin. p. 2.* imò, *& de iure,* quod Aduocatus, vel Doctor, non legens, minimè gaudet prædicta immunitate, & exemptione tributorum patrimonialium, ſed tantum à perſonalibus: latiſſimè Baeça *de inope debitore cap. 16. à n.* 333. 127 & 152. multis probat, & benè Siluan. *in conſ.* 88. *à numero* 10. *vſque in finem, lib.* 2. comprobantes Bartoli opinionem *in dicta l. medicos,* videndus Azeued. *in dicta l.* 8. & 9. *num.* 4. in quo exiſtimo eſſe ſtandum conſuetudini populorum, cum in aliquibus, nec ex patrimonialibus ſoluant docentes, & Aduocati Regi Tributa.

9 Ad ſecundam partem de indulgentiis, dico, duas eſſe Bullas Gregor. XIII. Pontificis XI. editas anno 1572. incipit *illius*, alia 12. incipit *ſanctiſſimus* anno 1576. in quarum priori Gregor. extendit *ad centum dies* docentibus, & addiſcentibus Doctrinam Chriſtianam ſingulis vicibus, cum Pius V. *Bulla ex dicto num.* 156. *folum* 45. conceſſiſſet; in Bulla autem Gregor. II. conceduntur omnibus, quando ingrediuntur Chriſtianæ Doctrinæ confraternitates, & confitentur, & communicant decem anni, & totidem quadragenæ indulgentiarum; idemque bis in anno, ſi fuerint confeſſi, & communicauerint, nec non dictis confratribus vtriuſque ſexus deſcriptis, & deſcribendis, quotieſcumque in tam ſancto exercitio ſe occupauerint, annos 100. itemque dies 100. cum ſe congregant ad tractandum de rebus ad promouendam huiuſmodi puerorum inſtitutionem; itemque ſemel in anno eiſdem confeſſis, & communicatis iuxta ſuperiorum ſuorum determinationem, & in articulo mortis contritis, & pœnitentibus largitur Pontifex plenariam indulgentiam.

10 Quapropter cum munus tradendi pueris, & rudibus Doctrinam Chriſtianam per Magiſtros, ſummi ſit momenti in Eccleſia Dei, ſummoſque viros ad hoc fuiſſe delectos, vt etiam Philoſophis de fide interrogantibus ſatisfacere, & illorum errores confutare, clarius pro meridiana luce conſtare dicunt expoſitores, & merito, tum quod ipſius Chriſti omnium Magiſtri, Matthæi 17. & 23. & Lucæ 9. & Apoſtolorum à Domino electorum ad totum orbem veritatis ſplendore, illuminandum, Matth. 10. munus fuerit. Tum quod in hoc vertatur hominis æterna ſalus, cum teneantur quidem fideles quoad credibilia explicitè, & non ſolum implicitè multa ſcire iuxta quæ diximus ſupra *in Rubrica, & titulo*, & ibi: *in cap. firmiter de ſumma Trinit. & fide Cathol.* vbi Ioann. Andr. *numero* 26. Abbas 6. Hoſtienſ. *numero* 11. Eymericus *cap.* 2. *direct. inquiſit. quæſt.* 10. *hæreſi* 8. Valentia 2.2. *quæſtione* 11. *artic.* 2. v. g. contenta in articulis fidei, ex Auguſt. *lib. de fide, & ſymbolo cap.* 1. Cyrillo Cath. 5. D. Thom. 2.2. *quæſt.* 2. *art.* 5. Caſtro *de hæreſi, & iuſta hæretic. punit. cap.* 9. Azor. *inſtit. mor. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 6. & 7. & alij, quos refert Scortia *ad dict. conſt.* Gregor. XIII. *epitome* 224. *theorem.* 331. licet inter eos ſit aliqua diuerſitas, vt dicit, & refert Thom. Sanchez *lib.* 2. *decalog. cap.* 3. quoad agibilia, etiam multa v. g. præcepta, ſacramentaque, vt ex præſcripto Chriſtianæ legis, viuentes vitam conſequantur æternam.

Et ob hoc neceſſum fuit, vt hæc & ſimilia docerentur, cum ignorantes hæc præſtare nequeant, idque cum primum rationis vſum aſſequuntur, cum iam actum fidei explicitè elicere rectèque viuere debeant; indéque ſit Paſtorum munus, tenebuntur quidem Parochi ſic ignaros docere, & ad id cogi cenſuris ab Epiſcopis poſſunt, vt aliquando contigiſſe docet Eman. Rodriguez *tom.* 1. *ſumma in* 2. *edict. cap.* 88. *num.* 3. Thomas Sanchez *dicto lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. & etiam ignari, atque rudes tenebuntur ſub mortali (cum ſit res grauiſſima, & neceſſaria ad ſalutem) curare, vt addiſcant, & ſciant, ſaltem quoad ſubſtantiam, etſi neſciant iiſdem verbis referre, vt dixi *ſub dicto tit. de ſumma Trin.* ac docent Vaſquez 1.2. *quæſt.* 26. *art.* 2. Sanchez ſupra *nu.* 12. Bonauentura, Natarr. Angel. Philiarc. Valent. Bañez, Syluest. & alij relati à Scortia *dict. theorem.* 331. *in fine.* 11

Vnde ex hac cogitatione ſuper tantum negotium inuigilantes, ſummi Pontifices incipiendo varia mali remedia excogitauere, Leo Pontif. 10. *in Bulla* 7. *olim.* 11. quæ incipit *ſuperne* §. 32. iuſſit ſcholarum Magiſtros, præcipuè diebus feſtis, ſuis diſcipulis catechiſmum tradere Pius V. *in Bulla* 137. *olim* 156. vt ordinarij locorum inſtituerent confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ, & tam docentibus, quam diſcentibus vtriuſque ſexus indulgentiam 40. dierum modo dicto, & quadragenam (quid ſibi velit quadragena, dixi ſupra *in cap. accuſaſti* 8. *de accuſ.*) & demum Gregor. XIII. conceſſit relatas iam indulgentias; imò & Pius V. in motu proprio *ex debito Paſtoralis officij numero* 156. agens de vtilitate inſtitutionis puerorum in Doctrina Chriſtiana teſtatur ſe aduertiſſe. † Infantes, & pueros bonis moribus, & exercitiis educatos, quaſi 12 13

quaſi ſemper vitam pudicam, honeſtam, & exemplarem, ac aliquando ſanctam egiſſe. E conuerſo autem, qui incuria, & ignauia non ſic educati ſunt, perſæpè ad exitium reduci, & quod peius eſt alios plures ſecum ducere, qui ſi diligenter educati, & in Doctrina Chriſtiana inſtructi fuiſſent à vitiis, & à mul-
14 tis aliis erroribus abſtinuiſſent, † quod etiam, vt refert Scortia *theorem.* 332. *in fine*, in S. Petro Martyre perſpicuè eluxit, qui cum à teneris in Scholis, Apoſtolorum ſymbolum didiciſſet, blanditiis nullis euinci potuit, quin etiam ſanguine ſemel agnitam veritatem confirmaret propriis digitis inter anguſtias mortis, in terra ſymbolum ſcribendo.

15 Hæc etiam educatio puerorum in omni ætate, etiam apud Ethnicos commendata reperitur; *tum ex adductis ſupra in principio Rubricæ, & multis aliis congeſtis locis à Simancas omnino legendis de Republica lib.* 9. *c.*24. *&* 25. & iuxta Ariſtotel. *lib.* 2. *ethicor.* & Virgil. *lib.* 2. *Georg.* ſenſum vix explicari poteſt, qui penè totum ſenſum tribuant à teneris aſſueſcere, vt etiam ex Lycurgi canibus altero coquinæ, altero venationibus aſſuetis colligit Plutarchus *in eiuſdem vita:* quippe cum vt ſcribit Horatius.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu;

Dedìſcit animus ſero, quæ didicit diu. Seneca trag.

Coius cauſam Plato docuit; dum *lib.* 4. *de virtute, & lib.* 26. *de pulchro*, ait, *quia in pueris ingenia ſunt mobilia, & ad percipiendum facilia, ita celeriter capiunt, vt non tunc diſcere illa videantur, ſed reminiſci, atque recognoſcere*; & Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 12. *dulciora ſunt ingenia priuſquam obdurucrint*, & Vegetius *lib.* 1. *cap.* 4. *non tantum celerius, ſed & perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur à pueris.*

16 Ad tertiam quæſtionis partem de ætate ad diſcendas diſciplinas, etſi ex proximè dictis benè infertur, nihilominus accipies ſequentia breuiter; & quia *ex tam dictis* patet iuuentutem ad diſcendam diſciplinam eſſe aptiorem; eo quod tunc natura apparet ad id fortior, ad perſeuerandum promptior, & ad intelligendum paratior; & quamuis videatur hoc contingere in adoleſcentibus, & ætate iam robuſtioribus, eaque de cauſa dixerit Petrus Faber. *in proœm. inſtit.* ibi: *cupida legum iuuentuti*, & ex eodem Reuardus *in* §. *ſed non vſque n.*43. *verſic. tertiò noto*, de legatis, notet, quod leges debent addiſci ab adoleſcentia, id eſt earum ſtudium ab adoleſcentia incipi, ac proſequi per totum tempus vitæ, reſeruatis certis horis, & congruis pro Dei ſeruitio, & corporis requie: *argum. leg.* 1. *Cod. de athletis, lib.* 10. quamuis ſcribant Iacobus Cuiatius *in l.* 5. *ff. de minor.* ex Ariſtotele auditores adoleſcentes non eſſe moralis ſcientiæ optimos: hæc inquam in adulta ætate contingere potiſſimum ſcribit D. Franc. de Mendoça *in viridario ſacra, ac profana eruditionis*, hac de re agens *problema* 20. ibi: *adulta, & confirmata iam ætate*, expreſſius Seneca *lib.* 19. *epiſt.* 108. ad Lucillum ibi: *iuuenes poſſumus diſcere, poſſumus facilem animum, & adhuc tractabilem, ad meliora conuertere, quia hoc tempus id annexum eſt agitandis per ſtudia ingenijs, & exercendis per opera corporibus*, vt refert etiam Tyraquel. *in l.* 6. *connubiali* gloſſa 1. *num.* 3. *in fine*; & ſic adoleſcentiam aptiorem ad id dici vulgo profertur ex dicto Ariſtot. in problemis *ſect.* 30. *problem.* 4. ibi, *vt igitur ..... non inde ab ortu natura vti poſſumus; ſed cum iam natura abſoluit, perficitque, item quæ res naturalis eſt, non protinus nobis contingit*; & ſic Galenus in oratione ad artes perdiſcendas, dicit nempe, eo maximè tempore incumbendum eſſe ſcientiis, quo fortiſſima noſtra cernuntur corpora.

Nihilominus, etſi prædicta vera ſint, 17
adhuc oportet faciliores doctrinæ progreſſus à teneris annis in pueritia incipere; quia vt apparet *ex l ſi quid* 117. §. *fin. de rei vindicat. l. ſi quid* 117. *ff. de legat.* 1. *l. item quæritur* 13. §. *idem Iulianus lib.* 8. *ff. locati*, vbi de pupillo ſutore, *l. ſi impenſa* 78. *ff. de verb. ſignif.* pueri erudiebantur; etenim, vt videmus à prima pueritiæ ætate, pueri inſtitui incipiunt; quia à primis annis mentes ea ætate curæ ſunt vacuæ, & facile, quodcumque percipiunt iuuatur ex Cypriano dicente *in cap. pro dilectione* 95. *de conſecrat. dist.* 2. Hiſtrionem quendam Magiſtrum, & Doctorem non erudiendorum, ſed perdendorum puerorum appellat; & ita quia illa ætas habita fuit erudiendorum capax, & Sotus *in* 4. *dist.* 27. *quæſt.* 2. *artic.* 2. inquit hoc tempus ſecundæ ætatis, nempe pueritiæ, quæ per ſecundum ſeptennium currit: quo ideo tempore nempe ſeptem annorum ſcholis puer ad diſcendum mancipatur, ex aliis probat D. Didacus Narbona *in annalibus anno* 7. *quæſt.* 18. probans id ex Philoſophis, etiam *ex numero* 5. *&* 9. vbi ad primo hic dicta reſpondet ætatem adoleſcentium requiri ad maiores ſcientias; ſed ad prima rudimenta fidei Chriſtianæ ſufficere illam ſeptem

annorum

annorum, à qua incipit rationis vſus eluceſcere.

18 Ad poſtremas quæſtionis difficultates, quæ debeant publicare legentes Naldus *in cap. legent. dict.* 37. Et de litteratura Sacerdotum, & aliorum *in cap. ignorantia diſt.* 38. Et de legenda lingua Hebraïca, &c. idem *in clem. inter hoc tit.*

QVÆSTIO II.

An antiquitus præceptoribus, mercedes aſſignatæ eſſent? Et an conſtituerentur puellarum Præceptores? Et quanto tempore quis abſque profectu ſtudiis impendiſſe potuerit, vt in poſterum ſpe ſtudendi diſtitutus credatur? Et à quo deſumatur Magiſter, ſeu Doctor?

SVMMARIVM.

1. *Magiſtri, & Præceptores in populo Romano apud iudices de plano audirentur ſuper exoluendo ipſis ſalario debito, numero* 2.
2. *Mercedes pro docendis pueris ſolebant Magiſtris puerorum exolui, idibus ſingulis, vt num.* 3.
3. Quinquatrus *erat dies feſtus, qui poſt diem quintam idium in honorem Mineruæ celebrabatur.*
4. *Puellæ apud Romanos ſolebant viris Præceptoribus commendari, vt docerentur.*
5. *Magiſtri dicebantur non ſolum qui puellam docerent ſed & qui comarent.*
6. *Adoleſcentes non ſunt auocandi ab ſtudiis, vſque ad tempus* 25. *annorum.*
7. *Ætas nulla ſera eſt ad diſcendum, ſed vſque ad* 25. *annos aptior pro iuuenibus, & num.* 8.
8. *Ingenia hominis ad diſcendum poſt* 25. *annos incipiunt eſſe tarda.*
9. *Magiſter appellatur à monendo, vel miniſtrando.*
10. *Doctores appellantur, qui Theologiæ, ſacrorum Canonum, & medicinæ ſummum gradum adepti ſunt.*

s AD primam quæſtionis partem, ex qua depromitur apud antiquitatem obſeruatum iuſta quidem mercede Præceptoribus, & Magiſtris præſtanda, diſcipulos, doceri, legiſtæ videntur agnoſcere per deciſionem text. *in l.* 1. *in princ.* §. 2. *ff. de extraord.* *cognitionibus*, qua docent obſeruari ſolitum fuiſſe, vt Præceptores, quibus debitæ non exoluebantur mercedes hac de re conquerentes extra ordinem audirentur, hoc eſt, vt omnem deſiderij ſui, apud eum, qui huiuſmodi iuriſdictioni præerat exponendi neceſſitatem in diem poſtulationum producere, Præceptores non cogerentur, ſed ſtatim, ſi vellent, etiam de plano deberent audiri, vt ex Vlpiano, & verbis Feſti explanat Reuard. *lib.* 1. *coniectal. c.*10. *& lib. ſingulari pro tribunalium*, vt nimirum populi Romani Magiſtratus operam duobus modis dediſſe ordinario, nimirum quodam, certoque poſtulationum die, aut de plano ſella extra ordinem poſita, de quorum differentia Vlpian. *in l.*9. § 4. *ff. de officio Proconſul.* ſolebat, ac ſolet Prætor adiri ordine, & ſine ordine ſolet adiri: nam adibatur ordine diebus poſtulationum ſedens pro tribunali, in quibus expeditius omnium audiebantur deſideria, & ſine ordine, ſiue, vt iuriſconſulti loquuntur extra ordinem de plano cognoſcens ſella Curulli in foro, in itinere, aut etiam domi poſita: etenim Velleius Paterculus *lib.* 2. *iuriſdictionibus, agendóque pro Tribunali ordine trahebat æſtiua*: ad hæc conducunt quæ in praxi de ordine iudiciario ordinario dictum eſt *ſub tit. de iudiciis, & toto lib.* 2. *decret. & ſub cap.* 6. *eo tit.* vbi *quæſt. penult. & fin.* plures caſus ſignaui, in quibus extra ordinem, & de plano cognoſcebatur, inter quos de mercedibus, & ſalariis debitis famulis, curatoribus, & aliis miniſtris. Ad prædicta enim ſalaria expendit Reuardus Iuuenalis Diſtichos *ſatyra* 10.

Eloquium, aut famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat;
Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur Cuſtos Anguſtæ vernula capſæ.

Quos explicans ait, vt illi etiam pueri Demoſthenis, aut Ciceronis eloquentiam, ſimul, atque Scholam primum ingreſſi ſunt, exoptare ſoleant, quibus recenti quadam certæ mercedis penſione, prima liberalium diſciplinarum, à Præceptoribus elementa traduntur; & ad id etiam referendum quod, & Paulus, & Iulianus ſcribunt, quas Præceptoribus pro facultate Patrimonij, & pro dignitate natalium pupilli tutor, conſtituere debet quod etiam legi ait apud Vlpianum, hoc eſt ſeruo, ſiue (vt vteretur Iuuenalis verbo) vernula, qui portat libros *in l.* 12. §. 3. *ff. de adminiſt. & periculo tutor. & l.* 4. vbi Paup.

educ. deb. & l. 3. de manumiſ. vindicta ex Suetoniu in Nerone, ibi: *conſtat quoſdam cum pædagogis, & capſariis, vno prandio pariter necatos*, & ex S. Auguſtin. *in Pſalm.*40. ibi: *modo nobis ſeruiunt Iudæi, tanquam capſarij noſtri, ſunt ſtudentibus nobis, Codices portant, & in pſalmo* 50. *ſolent* inquit Auguſt. *ſerui poſt Dominos Codices ferre.* Et luper expendens, quod in relatis verſibus Iuuenalis dixit de *quinquatribus*, ponit Renard. ei eſſe conſentaneum illud Tertulliani de idololatria: *quis ludi Magiſter, ſi non tabularia idolorum, quinquatria tamen frequentabit: ipſam primam noui diſcipuli ſtipem Mineruæ, & honori, & nomini conſecrat,* qui etiam explicando illud diſtichum ex Iuuenali relatum.

Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam.

Hoc eſt quiſquis nouus diſcipulus primam tantum Præceptori nouo exoluit ſtipem Mineruæ conſecrandam, quia in ludis litteratiis, Scholis, & Gymnaſiis colebatur Minerua, quemadmodum de prouidentia rei refert Saluianus.

2 Igitur relatæ mercedes idibus ſingulis ſolere exolui Præceptoribus, author eſt Horatius *ſermon. lib.*1. *ſatyra* 6. idque ex eo etiam omnino fieri ſimile, quod ſtipem *quinquatribus* conſecrare Præceptores ſolerent, ſi Tertulliano & Iuliano credimus; ſiquidem

3 † *quinquatrus* authore Sexto Pompeio, dies feſtus erat qui poſt diem quintum iduum in honorem Mineruæ celebrabatur, tuncque, obſeruari etiam ſolere, vt Præceptores, quibus debitæ non exoluebantur mercedes hac de re conquerentes, extra ordinem audirentur, *ex dicto l.* 1. *in princ. & dict.*§.2. *ff. de extraordin. cognit.* & quod Vlpianus omnem huius rei cognitionem, ſic ad Præſidem Prouinciæ tranſtulerit *dicto libro*, vt nullam vrbani alicuius Magiſtratus mentionem fecerit. Hæc, & alia videbis apud eundem Reuardum ad intellectum *dicti* §. 2. quoad diſceptationem, an illa cognitio eſſet Tribunorum pro intelligentia eiuſdem Iuuenalis *Satyra* 7.

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ attinet ad Præceptores puellarum, vbi de earum Magiſtris, & mercedibus, breuiter etiam dico ex eodem Reuardo *lib.* 2. *coniectan. cap.*19. Romanos ſolitos eſſe, non mulieribus, ſed viris Præceptoribus filias ſuas erudiendas inſtruendaſque tradere, ſicut nos docuit Iulianus cum morem de mercedibus loquens, quæ vt liberalibus artibus inſtituerentur pupillæ nomine Præceptoribus dabantur *ex l.* 4. vbi pupil. educ. idcirco mirum non fuiſſe, quod ſcripſerit Suetonius quintum Cecilium Attici Satyrij æquitis Romani libertum filiam Patroni nuptam M. Agripæ docuiſſe; ad quod probandum Reuardus repetit eiuſdem Suetonij certam inſcriptionem vetuſtam, memorans etiam Ornatiricum Marcianus, quæ duos tantum menſes apud Magiſtros *fuerunt in l.*63. §. 3. *ff. de leg.* 3. per Magiſtrum eum intelligens Præceptorem, qui ornandi, comandique induſtriam quandam ſingularem profitebatur.

Et quod huiuſmodi Magiſtri fuiſſent, 5
indicat Tertullianus, *lib. de cultu fœminarum*, dicens ſic *in verbis ſequentibus: fruſtra laboratis ornatè videri fruſtra peritiſſimos quoſque ſtructores capillatura adhibetis*, & Columela *de re ruſtica lib.* 1. *capitum, & capillorum concinnatores non ſolum eſſe audiui, ſed & ipſe vidi*; referrque idem Reuard. Vlpianum etiam, & Paulum auctores eſſe, vt non ſolum Magiſtri dicerentur, qui iuuentutem litteras docebant, ſed etiam, qui aliquam omnino artem traderent *in l.*13. *ff. locati*, §. 4 *& in l.* 5. §. 3. *ff. ad leg. Aquil. & in l.* 57. *ff. de verb. ſignif.*

Ad tertiam quæſtionis partem ex iam 6
dictis de tempore ad diſcendum, ac ſtudium deſtiuendum, breuiter dicimus, quod Imperatores Diocletian. & Maximian. *in l.* 1. *Codic. qui ætate, vel profeſſione* ſe excuſant, prouidendo publicæ vtilitati, & litteris inſudantium ſemper decreuerunt, vt ſinguli, vſque ad viceſimum quintum annum ætatis ſuæ ſtudiis non auocarentur, & ea ratione exiſtimarunt ibi Bartol. Ioan. de Platea, Lucas de Penna ibi, quia Imperatores crediderunt vix futurum eſſe, vt qui toto hoc temporis curriculo, & quidem inutiliter ſtudiis operam nauarit poſtmodum matureſcente ætate proficiat, & quidem ſumma ratione, cum ad hanc vſque temporis patrem membra noſtra cretionem, & augmentum recipiant, eaque adueniente, & animus, & mens roborentur, vt ex Platonis, & Ficini placito in aliam rem obſeruauit, Alcidiades Lucarinus *de fiduciaria tutela cap.* 6. *n.* 13. & ex Medicis probat Andreas Laurent. *tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 2. comprobat aliis multis politicorum ſententiis D. Didacus Narbona legendus *de ætate anno* 25. *quæſt.*26.

Nec obſtat Senecæ peruulgata illa ſen- 7
tentia *Epiſt.* 76. dum dixit nullam, ſcilicet ætatem ſeram eſſe ad diſcendum, quæ fulcitur D. Auguſt. teſtimonio *in c. ſi habet* 24. *quæſt.*3.

quæſt. 3. *ſenex enim à iuuentute* (inquit) *& Epiſcopus tot annorum, à collega, ne dum anniculo paratus ſunt doceri*, & ex illo Ciceron. *lib.* 5. *de finibus*, dum inquit: *Beatus, cui etiam in ſenectute contigerit, vt ſapientiam, veraſque opiniones aſſequi poſſit*, ad quod conducunt verba leg. apud Iulianum 2. *ff. de fideicommiſſar. libertat.* quæ retuli iam de Pomponio ſupra *in Rubrica concludente: etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret, aliquid addiſcere*: etenim
8 hæc, & alia non ſunt impedimento. † Siquidem ad diſcendum à primis rudimentis, & fundamentis temporis aptum ſolum eſt vſque ad prædictum 25. annorum; poſtea vero propter ſenſum, habitudinem non æquè, cum iam ab illa ætate in poſterum incipiant eſſe tarda, atque obliuioſa ingenia, quæ nondum culta, & polita fuerunt, atqui ſi iam ſcientiis, & ſtudiis fuiſſent elaborata, adhuc maturioribus ſcientiis ſufficere docent omnes, inter quos Mendoza *in viridario, lib.* 2. *problem.* 2. *n.* 15.

9 Ad vltimam, à quo deſumatur Magiſter, vel Doctor, iam *ex longe adductis ſub principio Rubricæ, & in his duabus quæſtionibus*, facile intelligitur, & quoad dictam partem Rubricæ *de Magiſtris*, nunc dico reſolutiuè, vt Magiſter appelletur à monendo, vel monſtrando, *l. cui præcipua ff. de verb. ſignific.* eoque nomine, ſic accepto, venire omnes, qui in aliqua ſcientia ſumunt titulum, ſeu gradum obtinent; alioqui preſſius loquendo, ſolum venire illos, qui artium liberalium, & ſacræ Theolo-
10 giæ ſupremum gradum habent. † Nam qui medicinæ, aut iuris, ſiue Canonici, ſiue Cæſarei ſummum gradum adepti ſunt Doctores appellantur iuxta gloſſam *in Clem.* 1. *in verb. Doctoratus hoc tit.* Andreas Valenſ. hic *num.* 1. *in fine*, Barboſa *in dicta Clem.* 1. *nu.* 3. quod latiſſimè comprobat omnino legendus Ioannes Martinus à Coſta *in additionibus ad tract. libellorum annot.* 53. *à num.* 7. vbi etiam exemplis tradit, quibus exemptionibus, & priuilegiis gaudeant.

AD TEXTVM
In Cap. I. hoc tit. Cap. II. & III.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Magiſter pro ſcriptura in qualibet Cathedrali, & in aliis locis cum aſſignatione alicuius Præbendæ, beneficij, ſiue fructus nominabatur ab Epiſcopo de conſilio capituli.*

HÆc tria capita continent in ſubſtantia eandem deciſionem conformem ſecundæ parti noſtræ Rubricæ ibi: *& ne pro licentia docendi aliquid exigatur.* Sed quia videtur impugnari *in c. quia nonnulli* 4. vbi dicitur quod debet in qualibet Cathedrali vnus Magiſter eligi in facultatibus ſufficientibus, cui redditus vnius Præbendæ debent aſſignari, & *ex Trid. in cap.* 1. *ſeſſ.* 5. in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, & in Collegiatis, quæ ſunt in aliquo inſigni oppido, etiam nullius Diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus ſit, operam debent Epiſcopis dare, vt ſacræ ſcripturæ lectio habeatur; & pro ſtipendio docentis præbenda primo libere vacans tribuatur, etſi nulla, vel ſufficiens aliud ſit, Epiſcopus fructus alicuius ſimplicis beneficij aſſignet, vel ſi nec hac ratione, huic Theologo prouidere poſſit, tum per eos, qui beneficia habent in ciuitate, Diœceſi, vel alias, vt commodius fieri poterit, Epiſcopus de capituli conſilio huic prouidebit; non tamen, vt ob hanc omitti debeat lectio, ſed ea habenda, ſi haberi conſueuerat: late agit Barboſa de hoc Trid. decreto *in paſtor. p.* 3. *alleg.* 56. *& in dicto cap.* 1. *Trident. & de iure Eccleſ.* vt infra dicimus *quæſt.* 1. item *de Canonicis, & dignitatibus, cap. citato infra quæſt.* 1. *Et de praxi in ea prouidenda præbenda*, nempe quæ vocatur de ſcriptura, ſiue lectura, iam latè dixi *ſub Rubrica de officio Archipresb. q.* 3. & infra hic *c.* 1. quare per quæſtiones infra agemus; nunc vero aliqua de poſtulatione noſtri text. *c.* 1.

QVÆSTIO I.

An dans, ſiue docens pro præmio committat, ſeu ſit puniendus, tanquam ſimoniacus? An ſit ſimonia tribuere pecuniam pro legali ſcientia? Et an ſi reſponſor caſuum conſcientiæ recipiat pecuniam propter conſilium requiſitum à petente ad paccandam conſcientiam, & in illius foro, ſit ſimoniacus? Vel an ſit ſimonia Theologalem ſcientiam, aut alios actus illius vendere pro pecunia?

SVMMARIVM.

1. *Scientiæ naturales, & acquiſitæ differunt, & quoad ſimoniam ſub qua diſtinctione, ſi venderentur, n.2. & 3.*
   Prouerb. cap. 3. & n. 4.
2. *Scientiæ pretio non valent æſtimari, vt numero 1. ſed quoad vſus humanos illo æſtimantur.*
5. *Scientiam legalem vendere non eſt ſimonia vt num.6.*
6 *Gloſſa in cap. non licet 11. qu.3.*
7. *Sapientia, ſcientia, prudentia, & alia virtus intellectualis, & naturalis, modo naturali quæſita non eſt res ſpiritualis, in qua poſſit ſimonia committi.*
8. *Salaria pro Magiſtris in vniuerſitatibus conſtituta ſunt, non pro ſcientia, quæ docetur, ſed pro labore docendi.*
9. *Reſponſor caſuum conſcientiæ, ſecundum aliquos eſt ſimoniacus, ſi data pecunia, ad illos reſpondeat contra verius, vt num.10.*
10. *Conſilium ad paccandas conſcientias ſiſtit præcipuè in pura inſtructione intellectus, quæ non eſt ſimoniæ materia, etiamſi ab interrogante petatur.*
11. *Doctrina, & docendi labor, valet pro ſtipendio ſine ſimonia dari: quid de peccato, & num.12.*
12. *Scientiam vendere intendent non committit ſimoniam, ſed iniuſtam rei contrectationem, & etiamſi ipſam doctrinæ veritatem, quia ipſa veritas, non eſt quid ſpirituale.*
13. *Theologiæ actus prædicandi, ſi venderentur, eſſet ſimoniacum, non ſic vendere ipſam ſcientiam Theologalem pretio, ſiue illa ſit ſcholaſtica, ſiue expoſitiua, & quare, num.14.*
14. *Theologia ſcientia, etſi ſit ſupernaturalis, modus eam docendi eſt naturalis, qui pretio eſt æſtimabilis, & n.16.*
15. *Theologia naturalis iuribus comparatur, quæ ad exemplum eorum docetur,*
17. *Theologiæ principia, etſi ſint ſupernaturalia; ſed quia Theologia per bonas conſequentias deducit inde concluſiones, quæ ordinantur, non tam ad ſalutem animæ, quam illuminandum intellectum, dicuntur naturales, non ſimoniaca.*

1 AD has difficultates, vt reſponderi poſſit oportet aliquam diſtinctionem facere inter ſcientias, nempe acquiſitas, & naturales, & inſuper inter Theologiam, & alias ſcientias, ſiue facultates. Et quamuis gloſſa hic *verb. conſuetudinis in verſ. quaſi ſimoniacum reputari*, dantem pretio naturales ſcientias propter illud *gratis accepiſtis, gratis date*, de quo *in Rubr. de ſimonia*: nam cum ſapientia ſit omnibus rebus pretioſior iuxta illud *prouerb.* 3. ibi, *pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur huic non valent comparari.* Ergo quemadmodum ſpiritualia vendi non poſſunt abſque ſimonia *ex latè dictis in c.1. cap. nemo 14. cap ſuam 29.* & *in aliis de ſimonia*, vbi quod res ſacræ vendi non poſſunt, quia non ſunt æſtimabiles, ſic nec ſcientiam, præcipuè naturalem, & gratis datam iuxta illud *prouerb. cap.* 23. ibi *noli vendere ſapientiam, & doctrinam, & intellectum.* † Sed quia pretio 2
ſolent ſæpè æſtimari ſub diſtinctione ſequenti, reſpondetur, nempe, vt licet ſcientiæ in ſe pretio non valeant æſtimari: tamen quia quoad vſus humanos æſtimationem recipiant, ſequitur, vt nec eas vendens æſtimetur ſimoniacus ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. eo quod hoc non eſt ſpirituale, vt requiritur in ſimonia in tantum quod ſi ſcientia à Deo infunderetur alicui, adhuc poſſet vendi, quia vt ſcribit legendus Suarez *lib.4. tract. 1. cap. 6. n.25. hoc tit.* ea naturalis ſcientia eſt eiuſdem valoris, vt acquiſita, ſed acquiſita poteſt vendi; eo quod cum magno ſtudio, & labore adipiſcitur; ſequitur, & illud Matth. *cap.* 10. *gratis accepiſtis, gratis date*, non infringere ſententiam, quia quomodolibet iſtæ ſcientiæ magno cum labore exercentur, & acquiruntur.

Quare DD. infra referendi relatam no- 3
ſtri textus gloſſam valde impugnant; imò nec defendi poſſe docent, etſi diceremus etiam loqui de venditione ipſarum ſcientiarum, quatenus ſunt habitus, & ſpirituales per eſſentiam, quia nec de iure, nec de facto, in alium transferri poſſunt, atque inde, vt nemo ſit adeo inſanus qui ſic emere, aut vendere velit: ſic communiter Theologi *in 4. diſt.25.* vbi Durand. *qu.3.* Palud. *quæſt.5.* Pichard. *artic.* 3. *quæſt.2.* Sylueſter *verb. ſimonia quæſt.10.* Nauarr. *in man. cap.23. numero* 10. Valentia *tom.3. diſputat. 6. quæſt. 16. puncto 2. col.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.23. num.* 112. Azorius *inſtit. mor. p. 3. lib.12. de ſimonia cap.* 18. *quæſt.6.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. dubio* 13. *num.*74. Filliuc. *tract.45. cap.2. q.5.* Bonacina *variar. tract. vbi de ſimonia quæſt.* 4. §. 10. *ex num.* 1. Villalobos *p.2. ſumma tract.* 37. *diff.10. num.* 1. & 2. † qui *num.2. in fine*, reſpondet, vt li-
cet ſcientiæ pretio non æſtimentur; tamen 4
vt quoad vſus humanos æſtimationem recipiant.

cipiant. Nec obſtare prouerbia Salomonis relata, ait, dicens Salomon ibi non loqui de vera emptione, & venditione, niſi Metaphoricè, volens dicere ſapientiam in tantum æſtimandam, quod qui illam haberet, etſi poſſet eam vendere, nullo pretio eam eſſet daturus: de Theologia, quæ continet in ſe ſcientiam ſupernaturalem dicemus *in verſ. ad vltimam.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit ſimonia vendere ſcientiam legalem? & videtur ſecundum aliquos ſimoniam poſſe committi: nam ex quo Gregorius in Regiſtro illa verba profert: *nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per abrupta aſcenſum quærit*, quia ſi poſtquam recto ordine, & æqua iuſtitia præeunte ad Cathedræ culmen elatus aliquis eſt, nefas iudicatur, & ſimonia à pluribus creditur, aliquid ſcholaſticis elargiri, vt ipſius potius, quam aliorum diſciplinæ ſubdantur: ſequitur vt cum ciuilis ſapientia, ſanctiſſima vbique pronuncietur, nec inde, vt æſtimari pretio valeat *ex l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit.* Angel. *in l. 1. ff. de offic. Præfect. vrb.* vbi etiam Horoſ. *n.24.* idem Angel. *in l. 2. ff. de calumn.* Maſcard. *de probat. 1. verb. varatoria concluſ.* 164. *num.9.* & facit gloſſa *in verbo remittitur §. ſed ſi quis inſtit. de ſuſpect. tutor. & verbo tutelam in l. 1. verſ. ſolent ff. de offic. Præfect. vrb. non enim ſcientia à Magiſtris venditur, l. 10. tit. 17. p. 1.* de qua *ſub Rubrica*, refert Narbona *in l. 31. tit. 7. lib. 1. Recopilat.* gloſſa 6. *ex numero* 4. videturque ſuaderi *ex text. noſtro*, cum aliis.

6 Tamen vt verum dicendum eſt, in hoc quidem caſu nullam ſimoniam, ſiue eius ſpeciem committi; quia etſi quodammodo dici poſſet elargientem pecuniam pro legali ſcientia, ſimoniam committere, cum ſanctiſſima proferatur *dict. l. 1. ff. de variis, & extraordin. cognit.* quod præter ſupra relatos tenuit gloſſa *in cap. non licet* 11. *qu.* 3. Hoſtienſ. & Cardinal. *in cap. quia nonnulli* 4. *hoc titulo*, qui propterea exiſtimant docentem quamlibet ſcientiam pecunia, ſimoniam committere, adhuc id inquam comparatiuè, ſeu quaſi per ſimilitudinem rationis accipiendum eſt, non verè, & iuxta rectam iuris normam, quia ſimonia non committitur; niſi ſuper rebus ſpiritualibus, aut quaſi, iuxta dicta *in toto tit. de ſimonia*,
7 † ſed ſapientia, ſcientia, ſiue prudentia, & omnis alia virtus intellectualis, & naturalis, modo naturali quæſita, non eſt res ſpiritualis, in qua poſſit committi ſimonia, vt docet Nauarr. *in dict. man. cap.* 23. *num.*100. *verſ. ex qua*, licet inuendibilis ſit; eo quod æſtimationem non patiatur per iam dicta *ſub verſ. ad primam, & iuxta illud ſapientiæ* 7. iunctis aliis rationibus congeſtis à Nauarro de datis, & promiſſis *num.*43. *verſ. ſed pars affirmatiua*, ibi: *quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimatur argentum in conſpectu illius.*

Nec obſtat dicere paſſim in vniuerſitatibus ſalaria pro Magiſtris conſtituta eſſe, 8
vt patet in Salamantina, Valliſoletana, & Compluti apud nos maioribus, & in aliis huius Regni, ac extraneorum, quia reſpondetur cum eodem Nauarro de datis, Syluestro *in ſumma verbo vſura*, Stephano Gratiano *diſcept. forenſ. cap.* 258. *numero* 9. Azeuedo *in l.* 16. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopil.* Narbona vbi ſupra *num.*10. *&* 11. tunc ſcientiam non vendi, nec ſalarium dari in pretium, vel finem principalem prædictarum virtutum; ſed pro labore, quem in docendo ſuſtinent, & in obligationis recompenſam, qua ſe ad id faciendum adſtringunt, quod & in ſpiritualibus fieri poſſe, docent, ac nos ſupra latiſſimè diximus *ſub dicto c. 1. cap. nemo* 14. *cap. ſuam* 29. *cap. ad Apoſtolicam* 42. *de ſimonia*, & Nauarr, teſtatur, *dicto num.*43. Narbona *dicto num.* 10. qui *dicto numero* 11. alia addit ex dictis, Syluest. Gratiano, Azeuedo, & ex Abbate *in cap. de vſuris.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi reſponſor caſuum conſcientiæ recipiat pecu- 9
niam ad paccandam conſcientiam, & in illius foro ſit ſimoniacus? in hac inquam difficultate, vt ſimoniam committat, docent Ledeſma *in ſumma p.2. tract.* 12. *diff.*2. *poſt tertiam concluſ.* fuſe Pater Raphael de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.*2. *quæſt.* 100. *artic.*2. 3. *&* 5. *diſputatione* 5. videndus Thomas Sanchez *in opuſcul. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 5. 7. *&* 8. Turrianus *in ſumma p.* 1. *c.*204. *dub.*5. *num.*3. Malder *in* 2. 2. *D. Thomæ tract.*9. *cap.* 3. *dubio* 8. Moſcoſus *in ſumma tract.* 15. *nu.*2. Villalobos *in ſumma dict. p.* 2. *tract.*37. *diff.* 8. *num.* 2. *circa finem*; & quod Theologia perficit intellectum virtutibus ſupernaturalibus, deductis ex ſacra ſcriptura ſpectantibus, vt animæ in cœlum luctentur, & ex aliis.

Sed adhuc dicendum eſt *ex dictis*, nec 10
in hoc caſu ſimoniam committi, vt tenent in terminis Suarez *de Religion. tom.* 1. *lib.*4. *cap.*18. *num.* 59. Paulus Layman. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 10. *cap. fin.* §. 4. *num.*32. *in fine*, Filliucius *tom.*3. *tract.*45. *cap.*4. *num.*31. Diana *p.* 5. *tract.*14. *miſcel. reſ.*4. eo quod tale conſilium licet ad paccandas conſcientias,

ſiſtit præcipue in pura inſtructione intel-lectus, quæ non eſt ſimoniæ materia, etiam ſi ab interrogante petatur ad illam ſedandam: plura adducit videnda Suarez, vbi ſupra, & Layman confirmat in verbis ſequentibus: *pro reſponſo, ſeu conſilio morali merces accipi poteſt, quia per ſe, ac directe Doctrinalis aliqua inſtructio eſt, licet per accidens, & conſequenter inſeruiat ad paccandam conſcientiam.*

11 Et ob id gloſſa relata hic in principio, qua videtur ſimonia committi, non potuit ſuſtineri, à iam adductis; ſiquidem, vt tradit Barboſa, *ſub num. 8. poſt medium*, eſt intelligenda de venditione doctrinæ, per quam, alij ſcientia communicatur, quæ pretio æſtimari poteſt, ac proinde ait in tali venditione, nullam poſſe interuenire ſimoniam, etiam late ſumptam; quinimo ait ex D. Thoma, quod ſi is qui publicum ſtipendium habet, ab alio pretium exigat, non ſcientiam vendere iudicandus ſit, ſed id, quod præſtare poteſt; nempe Doctrinam, & docendi laborem, & tunc vltra iuſtum pretium petendo, quod peccet contra iuſtitiam.

12 Imo dicunt alij, quod ſi aliquis ſcientiam ipſam vendere intenderet, nec ſimoniam tunc committi, ſed iniuſtam alienæ rei contrectationem, dum pro re, quam præſtare non poteſt, pretium exigit; quod adeo verum eſſe dicunt ipſe Barboſa, Bonacina, *variar. tractat. & de hoc de ſimonia, quæſt.4. dicto §.10. num.3. in fine.* Filiuc. *dict. tract.45. cap.2. quæſt.5. num.4.* Leſſius, *de iuſt. lib.2. cap.35. dubio 13. num.75.* Suarez, *dicto lib.4. cap.18. num. 11.* vt etiam ſi vendens ſcientiam, vel doctrinam, intendat vendere ipſam veritatem, nec tunc ſimoniam ab illo committi; quia ipſa veritas non eſt aliquid ſpirituale, & ſacrum, nec proinde poſſit eſſe ſimoniæ materia.

13 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit ſimonia theologalem ſcientiam vendere, vel alios actus, &c. Et dicendum cum diſtinctione quod ſi actus ipſius theologiæ venderentur, vt pote actus prædicandi, per ſe ſimoniacum eſſet, non ſic docere ipſam ſcientiam theologalem pretio, quia ſiue illa ſit ſcholaſtica, ſiue expoſitiua, poteſt doceri, accipiendo Magiſtri pecuniarium ſtipendium, vt accidit, atque practicatur in omnibus Vniuerſitatibus, vt docent Adrian. *quodlibeto 9.* Victoria, *relect. de ſimonia*, Soto, *lib.9. de iuſt. quæſt.5. art.1.* Ledeſma, *in ſumma 2. p. tractat. 12. diff. 2. poſt 3. concluſ.* Suarez, *de Relig. lib. 4. tract. 3. dicto cap.18. num.7.* Leſſius, *de iuſt. lib.2. cap.35. diff.13. num.78.* † ex ea ratione, quia etſi ea ſcientia ſit ſupernaturalis, modus tamen addiſcendi, & docendi illam eſt naturalis, qui pretio eſt æſtimabilis, *ex iam in principio adductis.* Villalobos, *dict. diff.8. ſub nu.2.* & ſic relati Filliucius, *dicto tract.45. cap.4. quæſt.7.* Barboſa hic, *dicto num.8. in fine, verſ. hinc colligitur*, dicunt ſimoniam non committere, qui pretio docuerit theologiam, practicam, vel ſpeculatiuam, aut interpretatiuam ſcripturarum, quia actiones Magiſtri docentis theologiam naturales ſunt, & labor, atque opus ipſius eſt pretio æſtimabile. † Tum quia theologia naturalis iuribus comparatur, & ad exemplum eorum docetur, verſaturque in deducendis concluſionibus ex principiis ſupernaturalibus. † Tum etiam quia licet doctrina ipſa Theologiæ in ſe quidem ſupernaturalis ſit; actus tamen docendi, vt iam dictum eſt, non eſt ſupernaturalis, nec ex parte principij, cum poſſit quis, poſita reuelatione articulorum verſari circa illos, actibus mere naturalibus, dicunt etiam vt nec ſit naturalis ex parte termini, quia per ſe non ordinatus ad ſalutem ſpiritualem, nec eſt ſupernaturalis quoad effectum, cum inſtruat intellectum, quatenus naturaliter ab eo fieri poteſt ex vi diſcurſus. 14 15 16

17 Nec obſtant Sylueſter, *verbo ſimonia 12.* Hoſtienſ. *in dicto cap. quia nonnulli hoc tit.* Palud. *in 4. diſt. 29. quæſt. 5.* & Moſcos, *vbi ſupra*, qui videntur dicere hic ſimoniam committi, eo quod hæc ſcientia ordinatur ad bonum animarum ſupernaturale; & quia, vt dicit Moſcoſus cenſilium ſic præſtitum ad ſedandam conſcientiam non poſſe eſſe pretio æſtimabile, quin ſimonia committatur. Sed reſpondetur, *ex dictis*, quod licet Theologiæ principia ſint ſupernaturalia; ſed quia Theologia per bonas conſequentias, deducit inde concluſiones, & proinde actus illius, qui non ordinantur immediate ad ſalutem animarum, ſed ad illuminandum intellectum, dicuntur naturales etiam ratione finis. Aliud inquam dicit Suarez, *dicto cap.18. num. 19.* contingeret, ſi fieret per modum exhortationis, ita vt æquiualeat, veluti priuatæ concioni; quia tunc eadem ratio de illo, quæ de concione diceretur, de qua dictum eſt, *ſub titulo de ſimonia*, cum eadem ratio ſit publicæ, vel priuatæ concionis, ſicuti eſt eadem ratio de concione, quam tres audiunt, vel quæ coram populo copioſo fit. Alias rationes ipſe Suarez adducit apud eum legendas, cum quibus hunc textum

expo

expoſuimus die 9. Auguſti in veſpera ſancti Laurentij, Hiſpaniæ noſtræ tantum ornamentum.

AD TEXTVM
In Cap. Prohibeas, II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Actus docendi non eſt res ſacra, nec actus poteſtatis ſpiritualis.*
2 *Simoniæ reus non eſt vendens Doctoratum, vel Magiſtratum Theologiæ.*
3 *Vſura ſoluta adhuc vſurarius reſtituit ſic acceptum.*
4 *Magiſter ſi non conſtituatur in loco proındo, licet appellatione poſtpoſita ponere alium.*

1 TExtvs iſte per dicta *in cap.* 1. præcedenti elucidatur abunde, & ſic licet Leſſius, *de iuſt. lib.*2. *cap.*35. *dub.*13. *num.*82. dixerit dare, ſeu exigere aliquid pro licentia docendi, eſſe ſimoniam iuris humani, non autem iuris Diuini; ſed verius eſt hoc non eſſe: nam vt ſupra latè dictum eſt, actus docendi, non eſt res ſacra; nec actus poteſtatis ſpiritualis, pro qua pretium dari non poſſit. † Et ſic non eſſe reum ſimoniæ
2 vendere Doctoratum, ſeu Magiſterium Theologiæ, reſoluunt Suarez, *de relig. lib.*4. *tom.*1. *tract. de ſimonia, cap.*17. *num.*15. Filiucius, *eo tract.*45. *cap.*4. *quaſt.*8. *nu.*18. Leſſius, *dicto dubio* 13. *num.* 83. amplians etiam ſi Magiſterium, ſeu ius docendi conferatur à Papa poteſtate ſpirituali, Barboſa hic, *ſub num.*1. *verſiculo, ne Parrochia*: vnde inferendum eſt ex iam dictis *ſub dicto cap.*1. minus parere ſimoniæ ſomitem Doctoratus legalis, aut medicinalis ſcientiæ venditionem.

3 Et ad verba ibi: *ſi quid poſtea ſolutum fuerit, vel promiſſum, remitti promiſſum facias, & reſtitui appellatione ceſſante ſolutum*, ſed hoc quidem non ex capite ſimoniæ, ſed ratione iniuſtæ acceptionis ad dicta, *ſub cap. debitores* 7. *de iureiur.* vbi ſoluta vſura, adhuc reſtituitur ab vſurario recipiente, de qua iniuſta acceptione plura infra, de furtis, & de vſuris, & diximus multa, *ſub tit. de reſtit. ſpoliat.* & ibi, *in cap. grauiſſ.* 11. *latiſsime.* † Et dictum, ibi: *appellatione poſtpoſita*, & ibi: *ſi quis diſtulerit Magiſtros in locis congruis inſtituere tibi liceat viros prouidos aliorum inſtructioni præficere honeſtos, & diſcretos*: quæ verba exornari valent ex dictis, *ſub cap.*11. *& cap. decimo ſeptimo, de appellat.* vbi quod celeri remedio ſunt exequenda atque reparanda cauſæ publicæ neceſſaria.

AD TEXTVM
In Cap. Quanto, III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri inepti ſunt expellendi, & apti admittendi.*
2 *Simonia reprehenditur, vt prouenıens à cupiditatis radice, quod peccatum ſit graue.*
3 *Doctoratus, & Doctor dicuntur dignitatei.*

HIc textus etiam expenditur ex dictis, *ſub dicto cap.*1. ſed quatenus agit de expellendis ineptis Magiſtris, *in verſ. dignos*, atque de admittendis aptis, *in verſ. vt quicumque idonei viri*, in ſcholis ad docendum: quare poteris hic applicare quæ iam ſunt dicta de Magiſtris, *ſub Rubrica.* † Et ibi: *cum autem hæc praua conſuetudo*, & ibi: *conſuetudine ipſa de veſtris Eccleſiis extirpata*, cumque ſupra, *ſub tit. de ſimonia*, inter alia dictum ſit ſimoniam reprehendi, vt prouenientem à cupiditatis radice: qua de cauſa peccatum ſit graue, vt *ſub Rubrica*, ibi, & *ſub cap.*1. *cap. nemo* 14. inde eſt, vt conſuetudo, de qua hic etiam improbatur, per adducta, *in cap. non ſatis* 8. *cap. ad Apoſtolicam* 42. *eo tit.* plura, *ſub cap. fin. de conſuet. & ſub cap.*2. *de probation.* 1 2

Ad verſiculum, *qui nomen Magiſtri ſcholarum, & dignitatem aſſumunt*, quod Doctoratus, & Doctor dicantur dignitate frui; item & nobilitate; multis probat hic, 2. & 3. Barboſa; ſed quia hæc pars exornatur abunde ex dictis hic, *in Rub. ſub qu.*1. vbi de exemptione Doctorum, Magiſtrorum, & aliorum litteratorum; ideo non alia addimus: interim videndi Tyraquel. *de nobilitate cap.* 8. Caſaneus, 3

Caſſaneus, *in chatalogo gloria mundi*, *parte* 4.
Menocb. Cabalin, Cardoſus, Perez.. Cephal.
relari à Barboſa, Ioan. Garcia, *de nobilit.*
gloſſa 48. §.... *num.*78. cum multis Zened.
ad Decreral. *collect.*143. *num.*3. & alij com-
muniter.

AD TEXTVM

In Cap. Quia nonnullis, IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Lectoratus Prabenda in qualibet cathedrali,* remiſſiue.

2 *Cathedrales ex iure, & Tridentino, habent Magiſtros pro erudiendis pueris in theologia, & grammatica, &* remiſſiue, *de aliis num.*3.

3 *Canonicorum Doctoralium, & Magiſtralium prouiſio*, remiſſiue.

4 *Gallia Regno eſt quedam Prabenda vocata Praceptoralis pro erudiendis pueris, qua ex voto Epiſcopi, & capituli, conſilio populi datur.*

1 TExtvs iſte etiam diluitur ex
dictis, *in cap.*1. hic, & dum loqui-
tur de Magiſtro ex dictis, *ſub Ru-
brica late.* Et quia etiam videtur
Pontificis deciſio hic innouata per Trid.
*ſeſſ.*5. *cap.*1. quatenus vt dictum eſt, *in eo
cap.*1. in principio, *ex dicto Trid.* inſtitutio-
nem Præbendæ lectoralis in qualibet Ec-
cleſia cathedrali, repetes ibi dictum ſub
principio ſummarij.

2 Videmus ex verbis textus noſtri locum
aptum, ad tractandum de Præbenbis quæ de-
bent aſſignari pro Magiſtris, & aliis Docto-
ribus, quos conſiderata neceſſitate erudiendi
pueros, & adoleſcentes, voluit Innoc. III.
hic *ex diſpoſitione Concilij Lateranenſis*, in ca-
thedralibus, & collegiatis aſſignari; imo &
in qualibet alia Eccleſia, cuius facultates
ſufficerent, Magiſtri nominarentur eum
aſſignatione beneficij, portioniſque, qui
gratis doceret: ad verba textus noſtri, ibi:
*per vnamquamque Eccleſiam Magiſtro, qui
eiuſdem Eccleſia Clericos, alioſque ſacerdotes
pauperes gratis inſtitueret, aliquod competens be-
neficium praberetur*, &c. Et in aliis verbis,
quibus ad vnguem videtur ſuſcitari hæc
Innocentij prouiſio per rationes Trid. *in
dicto cap.*1. *ſeſſ.*25. dum in illo creatur in
qualibet cathedrali vnus canonicus Theo-
logus lectoralis. Cuius occaſione Barboſa,
de canonicis, & dignitatibus, *cap.* 26. egit de
inſtitutione, non ſolum talis Præbendæ le-
ctoralis, verum, & trium aliarum, nempe,
Magiſtralis, & Doctoralis, quæ in qualibet
Cathedrali ſtabilitæ ſunt, has duas per Bul-
las Sixti V. & Leonis X. de quibus plura
Gonçalez, *ad reg.* 8. *cancel.* gloſſa 9. §. 2.
Nicolaus Garcia, *de benefic.* 5. *p. cap.*4. *à n.*167.
vbi cum multis refert contextum dictarum
Bullarum Sixti ſub data Kalendis Decem-
bris anno 1474. & Leonis ex motu proprio
11. Kalend. Aprilis 1520. Solorzano de iure
Indiarum *tom.*2. *lib.*3. *cap.*15. † Pro Cathe- 3
dralibus Regnorum Caſtellæ, & Legion. &
aliam Præbendam, quæ vocatur Magiſtralis
de Pœnitentia ab eodem Trident. inſtituta
*in cap.*8. *ſeſſ.*24. de quibus ego dixi, & de ea-
rum prouiſione, & examine, *in Rubrica de
officio Archipresbyteri*, *quaſt.*3. *verſ. ad tertiam,
ex num.*44. *& à num.*56. de pœnitentiaria re-
fero *ex num.*79. *&* 80. aliam Bullam Vrba-
ni VIII. ibi legendam, quam, vt me de-
fenderem in Eccleſia Valliſoletana expla-
naui, vbi & *num.*81. *&* 82. qualiter à neceſ-
ſitate in illa Bulla fuit facta defenſio, & de
Pœnitentiario Canonico, idem Barboſa
cum multis, *de canonicis cap.* 26. & de aliis
lectorali, Magiſtrali, & Doctorali, *ſub
cap.*27. *eo libro.*

In Regno vero Galliæ ex ordinatione 4
Regia, eſt quædam Præbenda Præceptora-
lis nuncupata à Prælatis inſtituta, etiam ſi
anteceſſores Epiſcopi, ſcholis aliquid depu-
tauerint, cuius electio facienda eſt ex voto,
& conſenſu Epiſcopi, capituli, & conſu-
lum loci, & præſtanda tam ab Eccleſia Ca-
thedrali, quam collegiata de fructibus à to-
to capitulo, & ex quotidianis diſtributioni-
bus, Riccius, *p.*6. *coll.*2471. Borrelus, *in ſumma
deciſ. t.*1. *tit.*19. *à n.*49. Barboſa, *de can. d. c.* 27.
n. fi. Gerard. Maynard. *Theol. deciſ.*9. *&* 12. *&
deciſ.*10. *&* 11. *ac* 13. quæ ſane inſtitutio
videtur conformis admodum textui noſtro,
pro cuius explanatione, & de ſeminario, ac
Magiſtro Grammatico, ad verba hic: *gram-
matico vero in alia Eccleſia ſua ciuitatis, ſiue
Diœceſis, qua ſufficere valet, faciat prouideri*, à
quibus datur locus aptus, vt tractari valeat
de ſeminariis puerorum apud Cathedrales,
vbi grammatica docetur, & quo ſtipendio,
vt *ſub quaſt.*1. hic dicitur.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An in aliquo caſu Magiſter ſiue lector, de quo in textu noſtro, præter Præbendam, ſalarium poſſit habere? Et an ſeminariorum cura pro pueris erudiendis inſtituta iuxta Tridentinum Concilium, arguatur ex doctrina textus noſtri? Vbi de ſtipendio Magiſtrorum, ſiue Præceptorum, & à quibus ſoluendo? Quid de penſionariis, & Monaſteriis?

SVMMARIVM.

1 *Salarium pro conſtitutione lectoris, & Magiſtri videtur ceſſare, ſubrogata poſtea Præbenda ad id munus exercendum, & n.2 quid in praxi ex n.3. & de claro intellectu n.9. & 10.*

3 *Salarium, quod ab antiquo de menſa Prælati pro vno lectore ſoluitur non ceſſat, ſubrogata poſtea Præbenda in Cathedrali pro Magiſtro, vt numero 4. & 5.*

4 *Obligatio anterior ſoluendi aliquod ſalarium pro lectore, non videtur à Papa auferri ex aſsignatione, & aggregatione Præbendæ.*

5 *Cæſar-Auguſtana Eccleſia vltra Præbendam pro lectura, habet vt Archiepiſcopus ſoluat ſalarium antea ab antiquo aſsignatum, vt fuit à Rota deciſum, fallit, vt n.6. & 7. & quid videatur de iure n.9.*

6 *Salarium, quod erat voluntarium, ne lector à diſcipulis exigeret, ceſſat ex noua aſsignatione Præbendæ & n.7.*

7 Cap. Epiſcopus de Præbendis.

8 L. filia legatorum, Cod. de legatis.

11 *Seminarium puerorum iuxta Trid. concil. ſub qua forma in qualibet cathedrali pro grammatica, & cantu, numeris ſequentib. Et de quodam celebratiſsimo Luſitaniæ, num.20.*

12 *Pueri ad ſeminarium cathedralium ſunt eligendi ex ciuitate, aut prouincia, quorum numerus eſt taxandus iuxta facultates redituum, & debent eſſe pauperum num.14.*

13 *Seminarium, ſi non erigatur ab Epiſcopo, Archiepiſcopus poterit id facere.*

14 *Filij diuitum poſſunt in ſeminario recipi ſuis expenſis: quare num.15.*

15 *Seminaria pro bono publico in eruditione puerorum, mandata ſunt conſtrui.*

16 *Canes ad venandum reddit aptos educatio.*

17 *Viri vt boni euadant noſtræ poteſtatis eſt.*

18 *Educatio bona hominum in ſocietate, eſt bona Reipublicæ adminiſtrationis ratio.*

19 *Pueri eligendi pro ſeminario, debent eſſe ad minus 12. annorum, de legitimo matrimonio, & habitu clericali induti, & de aliis.*

21 *Salarium pro Magiſtro ſeminarij, & ſeruitoribus eius, pendet ab arbitrio iuxta neceſſitatem.*

22 *Seminarij contributio fit ab Epiſcopo de capitulo, de propriis menſis; item ab aliis, qui nominatim exempti non ſint: vbi qui, & quæ ſint numeris ſequentibus.*

23 *Canonici de diſtributionibus ſeparatis à Præbendis diſtinctis.*

24 *Clerici de camera non contribuunt pro ſeminario ratione beneficiorum.*

25 *Abbas, qui prius in ſuo territorio ſeminarium erexit, non cogitur ad contribuendum pro nouo ſeminario*

26 *S. Ioannis Hieroſolymitani perſonæ in beneficiis non contribuunt pro ſeminario.*

27 *Collegia, & Monaſteria mendicantium, non contribuunt pro ſeminario: vbi quæ illa ſint?*

28 *Moniales non tenentur contribuere pro ſeminario.*

29 *Cardinales, & commendatarij contribuunt pro ſeminario, de beneficiis, quæ poſsident.*

30 *Beneficia omnia, quæ conſiſtunt intra diœceſim contribuunt pro ſeminario, etiam ſi ſint collationis Monaſterij, & Monachorum, & Eccleſiæ ſeculares.*

32 *Hoſpitalia data in titulum contribuunt pro ſeminario, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus Eccleſiaſticos, non ſic ſi adminiſtrantur à laicis, n.33.*

34 *Hoſpitale vnius diœceſis contribuit ſeminario alterius pro rata fructuum, quos ibi percipit.*

35 *Confraternitates de his, quæ habent de bonis Eccleſiæ contribuunt pro ſeminario, & ſi exiſtant intra regularium Eccleſias, ſed non, ſi non habeant, n.36.*

37 *Legata facta Magiſtro grammaticæ cum onere erudiendi pueros, poſſunt applicari ſeminario, & legata alicui collegio propter Chriſtianam educationem, ſi id ſublatum ſit.*

38 *Penſiones, & penſionarij tenentur iuxta ratam penſionum contribuere pro ſeminario, ſicut pro ſubſidio & n.39.*

quaſi ſemper vitam pudicam , honeſtam, & exemplarem, ac aliquando ſanctam egiſſe. E conuerſo autem, qui ineutia, & ignauia non ſic educati ſunt , perſæpè ad exitium reduci , & quod peius eſt alios plures ſecum ducere , qui ſi diligenter educati , & in Doctrina Chriſtiana inſtructi fuiſſent à vitiis , & à mul-
14 tis aliis erroribus abſtinuiſſent , † quod etiam , vt refert Seortia *theorem.* 332. *in fine* , in S. Petro Martyre perſpicuè eluxit, qui eum à teneris in Scholis , Apoſtolorum ſymbolum didiciſſet , blanditiis nullis euinci potuit, quin etiam ſanguine ſemel agnitam veritatem confirmaret propriis digitis inter anguſtias mortis, in terra ſymbolum ſcribendo.

15 Hæc etiam educatio puerorum in omni ætate , etiam apud Ethnicos commendata reperitur ; *tum ex adductis ſupra in principio Rubrica , & multis aliis congeſtis locis à Simancas omnino legendis de Republica lib.* 9. *c.*24. & 25. & iuxta Ariſtotel. *lib.* 2. *ethicor*, & Virgil. *lib.*2. *Georg.* ſenſum vix explicari poteſt, qui penè totum ſenſum tribuant à teneris aſſueſcere , vt etiam ex Lycurgi canibus altero coquinæ , altero venationibus aſſuetis colligit Plutarchus *in eiuſdem vita:* quippe cum vt ſcribit Horatius.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu;
Dediſcit animus ſero , quæ didicit diu. Seneca trag.

Cuius cauſam Plato docuit ; dum *lib.*4. *de virtute* , & *lib.* 26. *de pulchro* , ait, *quia in pueris ingenia ſunt mobilia , & ad percipiendum facilia , ita celeriter capiunt , vt non tunc diſcere illa videantur, ſed reminiſci , atque recognoſcere* ; & Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 12. *dulciora ſunt ingenia priuſquam obdurnerint* , & Vegetius *lib.* 1. *cap.* 4. *non tantum celerius, ſed & perfectius imbibuntur , quæ diſcuntur à pueris.*

16 Ad tertiam quæſtionis partem de ætate ad diſcendas diſciplinas, etſi ex proximè dictis benè infertur, nihilominus accipies ſequentia breuiter ; & quia *ex tam dictis* patet iuuentutem ad diſcendam diſciplinam eſſe aptiorem ; eo quod tunc natura apparet ad id fortior , ad perſeuerandum promptior,& ad intelligendum paratior ; & quamuis videatur hoc contingere in adoleſcentibus, & ætate iam robuſtioribus, eaque de cauſa dixerit Petrus Faber. *in proœm. inſtit.* ibi : *cupida legum iuuentuti* , & ex eodem Reuardus *in* § *ſed non vſque n.*43. *verſic. tertiò noto*, de legatis, notet, quod leges debent addiſci ab adoleſcentia , id eſt earum ſtudium ab adoleſcentia incipi , ac proſequi per totum tempus vitæ , reſeruatis certis horis , & congruis pro Dei ſeruitio, & corporis requie : *argum. leg.* 1. *Cod. de athletis , lib.* 10. quamuis ſcribant Iacobus Cuiatius *in l.* 5. *ff. de minor. ex* Ariſtotele auditores adoleſcentes non eſſe moralis ſcientiæ optimos: hæc inquam in adulta ætate contingere potiſſimum ſcribit D. Franc. de Mendoça *in viridario ſacra , ac profana eruditionis*, hac de re agens *problema* 20. ibi : *adulta , & confirmata iam ætate* , expreſſius Seneca *lib.* 19. *epiſt.* 108. ad Lucillum ibi : *iuuenes poſſumus diſcere , poſſumus facilem animum , & adhuc tractabilem , ad meliora conuertere , quia hoc tempus id annexum eſt agitandis per ſtudia ingenijs , & exercendis per opera corporibus* , vt refert etiam Tyraquel. *in l.*6. *connubiali* gloſſa 1. *num.* 3. *in fine* ; & ſic adoleſcentiam aptiorem ad id dici vulgo profertur ex dicto Ariſtot. in problemis *ſect.*30. *problem.* 4. ibi , *vt igitur ..... non inde ab ortu natura vti poſſumus* ; *ſed cum iam natura abſoluit, perficitque , item quæ res naturalis eſt , non protinus nobis contingit* ; & ſic Galenus in oratione ad artes perdiſcendas , dicit nempe, eo maximè tempore incumbendum eſſe ſcientiis , quo fortiſſima noſtra cernuntur corpora.

Nihilominus , etſi prædicta vera ſint, 17
adhuc oportet faciliores doctrinæ progreſſus à teneris annis in pueritia incipere ; quia vt apparet *ex l ſi quid* 117. §. *fin. de rei vindicat. l. ſi quid* 117. *ff. de legat.* 1. *l. item quæritur* 13. §. *idem Iulianus lib.* 8. *ff. locati*, vbi de pupillo ſutore , *l. ſi impenſa* 78. *ff. de verb. ſignif.* pueri erudiebantur ; etenim, vt videmus à prima pueritiæ ætate , pueri inſtitui incipiunt ; quia à primis annis mentes ea ætate curæ ſunt vacuæ , & facile, quodcumque percipiunt iuuatur ex Cypriano dicente *in cap. pro dilectione* 95. *de conſecrat. dict.* 2. Hiſtrionem quendam Magiſtrum, & Doctorem non erudiendorum, ſed perdendorum puerorum appellat ; & ita quia illa ætas habita fuit erudiendorum capax , & Sotus in 4. *dict.* 27. *quæſt.*2. *artic.* 2. inquit hoc tempus ſecundæ ætatis, nempe pueritiæ , quæ per ſecundum ſeptennium currit : quo ideo tempore nempe ſeptem annorum ſcholis puer ad diſcendum mancipatur , ex aliis probat D. Didacus Narbona *in annalibus anno* 7. *quæſt.*18. probans id ex Philoſophis , etiam *ex numero* 5. & 9. vbi ad primo hic dicta reſpondet ætatem adoleſcentium requiri ad maiores ſcientias ; ſed ad prima rudimenta fidei Chriſtianæ ſufficere illam ſeptem

annorum

annorum, à qua incipit rationis vſus eluceſcere.

18 Ad poſtremas quæſtionis difficultates, quæ debeant publicare legentes Naldus *in cap. legent. dict.* 37. Et de litteratura Sacerdotum, & aliorum *in cap. ignorantia diſt.* 38. Et de legenda lingua Hebraica, &c. idem *in clem. inter hoc tit.*

QVÆSTIO II.

An antiquitus præceptoribus, mercedes aſſignatæ eſſent? Et an conſtituerentur puellarum Præceptores? Et quanto tempore quis abſque profectu ſtudiis impendiſſe potuerit, vt in poſterum ſpe ſtudendi diſtitutus credatur? Et à quo deſumatur Magiſter, ſeu Doctor?

SVMMARIVM.

1. *Magiſtri, & Præceptores in populo Romano apud iudices de plano audirentur ſuper exoluendo ipſis ſalario debito, numero* 2.
2. *Mercedes pro docendis pueris ſolebant Magiſtris puerorum exolui, idibus ſingulis, vt num.*3.
3. Quinquatrus *erat dies feſtus, qui poſt diem quintam iduum in honorem Mineruæ celebrabatur.*
4. *Puella apud Romanos ſolebant viris Præceptoribus commendari, vt docerentur.*
5. *Magiſtri dicebantur non ſolum qui puellam docerent ſed & qui comarent.*
6. *Adoleſcentes non ſunt auocandi ab ſtudiis, vſque ad tempus* 25. *annorum.*
7. *Ætas nulla ſera eſt ad diſcendum, ſed vſque ad* 25. *annos aptior pro iuuenibus, & num* 8.
8. *Ingenia hominis ad diſcendum poſt* 25. *annos incipiunt eſſe tarda.*
9. *Magiſter appellatur à monendo, vel miniſtrando.*
10. *Doctores appellantur, qui Theologia, ſacrorum Canonum, & medicinæ ſummum gradum adepti ſunt.*

1 AD primam quæſtionis partem, ex qua depromitur apud antiquitatem obſeruatum iuſta quidem mercede Præceptoribus, & Magiſtris præſtanda, diſcipulos, doceri, legiſtæ videntur agnoſcere per deciſionem text. *in l.* 1. *in princ.* §. 2. *ff. de extraord. cognitionibus*, qua docent obſeruari ſolitum fuiſſe, vt Præceptores, quibus debitæ non exoluebantur mercedes hac de re conquerentes extra ordinem audirentur, hoc eſt, vt omnem deſiderij ſui, apud eum, qui huiuſmodi iuriſdictioni præeſtet exponendi neceſſitatem in diem poſtulationum producere, Præceptores non cogerentur, ſed ſtatim, ſi vellent, etiam de plano deberent audiri, vt ex Vlpiano, & verbis Feſti explanat Reuard. *lib.* 1. *coniectal. c.* 10. *& lib. ſingulari pro tribunalium*, vt nimirum populi Romani Magiſtratus operam duobus modis dediſſe ordinario, nimirum quodam, certoque poſtulationum die, aut de plano ſella extra ordinem poſita, de quorum differentia Vlpian. *in l.* 9. § 4. *ff. de officio Proconſul.* ſolebat, ac ſolet Prætor adiri ordine, & ſine ordine ſolet adiri: nam adibatur ordine diebus poſtulationum ſedens pro tribunali, in quibus expeditius omnium audiebantur deſideria, & ſine ordine, ſiue, vt iuriſconſulti loquuntur extra ordinem de plano cognoſcens ſella Curulli in foro, in itinere, aut etiam domi poſita: etenim Velleius Paterculus *lib.* 2. *iuriſdictionibus, agendóque pro Tribunali ordine trahebat aſtiaa*: ad hæc conducunt quæ in praxi de ordine iudiciario ordinario dictum eſt *ſub tit. de iudiciis, & toto lib.* 2. *decret. & ſub cap.* 6. *eo tit.* vbi *quæſt. penult. & fin.* plures caſus ſignaui, in quibus extra ordinem, & de plano cognoſcebatur, inter quos de mercedibus, & ſalariis debitis famulis, curatoribus, & aliis miniſtris. Ad prædicta enim ſalaria expendit Reuardus Iuuenalis Diſtichos *ſatyra* 10.

Eloquium, aut famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat;
Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur Cuſtos Anguſta vernula capſæ.

Quos explicans ait, vt illi etiam pueri Demoſthenis, aut Ciceronis eloquentiam, ſimul, atque Scholam primum ingreſſi ſunt, exoptare ſoleant, quibus recenti quadam certæ mercedis penſione, prima liberalium diſciplinarum, à Præceptoribus elementa traduntur; & ad id etiam referendum quod, & Paulus, & Iulianus ſcribunt, quas Præceptoribus pro facultate Patrimonij, & pro dignitate natalium pupilli tutor, conſtituere debet quod etiam legi ait apud Vlpianum, hoc eſt ſeruo, ſiue (vt vteretur Iuuenalis verbo) vernula, qui portat libros *in l.* 12. §. 3. *ff. de adminiſt. & periculo tutor. & l.* 4. vbi Paup. *edac.*

educ. deb. & l. 3. de manumiſ. vindicta ex Suetonio in Nerone, ibi: *conſtat quoſdam cum pædagogis, & capſariis, vno prandio pariter necatos*, & ex S. Auguſtin. *in Pſalm.*40. ibi: *modo nobis ſeruiunt Iudæi, tanquam capſarij noſtri, ſunt ſtudentibus nobis, Codices portant, & in pſalmo* 50. *ſolent* inquit Auguſt. *ſerui poſt Dominos Codices ferre.* Et ſuper expendens, quod in relatis verſibus Iuuenalis dixit de *quinquatribus*, ponit Reuard. ei eſſe conſentaneum illud Tertulliani de idololatria: *quis ludi Magiſter, ſi non tabularia idolorum, quinquatria tamen frequentabit: ipſam primam noui diſcipuli ſtipem Mineruæ, & honori, & nomini conſecrat,* qui etiam explicando illud diſtichum ex Iuuenali telarum.

Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam.

Hoc eſt quiſquis nouus diſcipulus primam tantum Præceptori nouo exoluit ſtipem Mineruæ conſecrandam, quia in ludis litterariis, Scholis, & Gymnaſiis colebatur Minerua, quemadmodum de prouidentia rei refert Saluianus.

2 Igitur relatæ mercedes idibus ſingulis ſolere exolui Præceptoribus, author eſt Horatius *ſermon. lib.*1. *ſatyra* 6. idque ex eo etiam omnino fieri ſimile, quod ſtipem *quinquatribus* conſecrare Præceptores ſolerent, ſi Tertulliano & Iuliano credimus; ſiquidem

3 † *quinquatrus* authore Sexto Pompeio, dies feſtus erat qui poſt diem quintum iduum in honorem Mineruæ celebrabatur, tuncque, obſeruari etiam ſolere, vt Præceptores, quibus debitæ non exoluebantur mercedes hac de re conquerentes, extra ordinem audirentur, *ex dicta l.* 1. *in princ. & dict.*§.2. *ff. de extraordin. cognit.* & quod Vlpianus omnem huius rei cognitionem, ſic ad Præſidem Prouinciæ tranſtulerit *dicto libro*, vt nullam vrbani alicuius Magiſtratus mentionem fecerit. Hæc, & alia videbis apud eundem Reuardum ad intellectum *dicti* §. 2. quoad diſceptationem, an illa cognitio eſſet Tribunorum pro intelligentia eiuſdem Iuuenalis *Satyra* 7.

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ attinet ad Præceptores puellarum, vbi de earum Magiſtris, & mercedibus, breuiter etiam dico ex eodem Reuardo *lib.* 2. *coniectan. cap.*19. Romanos ſolitos eſſe, non mulieribus, ſed viris Præceptoribus filias ſuas erudiendas inſtruendaſque tradere, ſicut nos docuit Iulianus eum morem de mercedibus loquens, quæ vt liberalibus artibus inſtituerentur pupillæ nomine Præceptoribus dabantur *ex l.* 4. vbi pupil. educ. idcirco mirum non fuiſſe, quod ſcripſerit Suetonius quintum Cecilium Attici Satyrij æquitis Romani libertum filiam Patroni nuptam M. Agripæ docuiſſe; ad quod probandum Reuardus repetit eiuſdem Suetonij certam inſcriptionem vetuſtam, memorans etiam Ornatiricum Marcianus, quæ duos tantum menſes apud Magiſtros *fuerunt in l.*63. §. 3. *ff. de leg.* 3. per Magiſtrum eum intelligens Præceptorem, qui ornandi, comandique induſtriam quandam ſingularem profitebatur.

Et quod huiuſmodi Magiſtri fuiſſent, indicat Tertullianus, *lib. de cultu fœminarum*, dicens ſic *in verbis ſequentibus: fruſtra laboratis ornatè videri fruſtra peritiſſimos quoſque ſtructores capillaturæ adhibetis*, & Columela *de re ruſtica lib.* 1. *capitum, & capillorum concinnatores non ſolum eſſe audiui, ſed & ipſe vidi*; refertque idem Reuard. Vlpianum etiam, & Paulum auctores eſſe, vt non ſolum Magiſtri dicerentur, qui iuuenturem litteras docebant, ſed etiam, qui aliquam omnino artem traderent *in l.*13. *ff. locati*, §. 4 *& in l.* 5. §. 3. *ff. ad leg. Aquil. & in l.* 57. *ff. de verb. ſignif.* 5

Ad tertiam quæſtionis partem ex iam dictis de tempore ad diſcendum, ac ſtudium deſtinuendum, breuiter dicimus, quod Imperatores Diocletian. & Maximian. *in l.* 1. *Codic. qui ætate, vel profeſſione* ſe excuſant, prouidendo publicæ vtilitati, & litteris inſudantium ſemper decreuerunt, vt ſinguli, vſque ad viceſimum quintum annum ætatis ſuæ ſtudiis non auocarentur, & ea ratione exiſtimarunt ibi Bartol. Ioan. de Platea, Lucas de Penna ibi, quia Imperatores crediderunt vix futurum eſſe, vt qui toto hoc temporis curriculo, & quidem inutiliter ſtudiis operam nauarit poſtmodum matureſcente ætate proficiat, & quidem ſumma ratione, cum ad hanc vſque temporis partem membra noſtra cretionem, & augmentum recipiant, eaque adueniente, & animus, & mens roborentur, vt ex Platonis, & Ficini placito in aliam rem obſeruauit, Alcidiades Lucarinus *de fiduciaria tutela cap.* 6. *n.* 13. & ex Medicis probat Andreas Laurent. *tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 2. comprobat aliis multis politicorum ſententiis D. Didacus Narbona legendus *de ætate anno* 25. *quæſt.*26. 6

Nec obſtat Senecæ peruulgata illa ſententia *Epiſt.* 76. dum dixit nullam, ſcilicet ætatem ſeram eſſe ad diſcendum, quæ fulcitur D. Auguſt. teſtimonio *in c. ſi habet* 24. *quæſt.*3. 7

quaſt. 3. *ſenex enim à iuuentute* (inquit) *& Epiſcopus tot annorum, à collega, ne dum anniculo paratus ſunt doceri*, & ex illo Ciceron. *lib.* 5. *de finibus*, dom inquit: *Beatus, cui etiam in ſenectute contigerit, vt ſapientiam, veraſque opiniones aſſequi poſſit*, ad quod conducunt verba leg. apud Iulianum 2. *ff. de fideicommiſſar. libertat.* quæ retuli iam de Pomponio ſupra *in Rubrica concludente: etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret, aliquid addiſcere*: etenim
8 hæc, & alia non ſunt impedimento. † Siquidem ad diſcendum à primis rudimentis, & fundamentis temporis aptum ſolum eſt vſque ad prædictum 25. annorum; poſtea vero propter ſenſum, habitudinem non æquè, cum iam ab illa ætate in poſterum incipiant eſſe tarda, atque obliuioſa ingenia, quæ nondum culta, & polita fuerunt, atqui ſi iam ſcientiis, & ſtudiis fuiſſent elaborata, adhuc maturioribus ſcientiis ſufficere docent omnes, inter quos Mendoza *in viridario, lib.* 2. *problem.* 2. *n.* 15.

9 Ad vltimam, à quo deſumatur Magiſter, vel Doctor, iam *ex longe adductis ſub principio Rubrica, & in his duabus quaſtionibus*, facile intelligitur, & quoad dictam partem Rubricæ *de Magiſtris*, nunc dico reſolutiuè, vt Magiſter appelletur à monendo, vel monſtrando, *l. cui pracipua ff. de verb. ſignific.* eoque nomine, ſic accepto, venire omnes, qui in aliqua ſcientia ſumunt titulum, ſeu gradum obtinent; alioqui preſſius loquendo, ſolum venire illos, qui artium liberalium, & ſacræ Theolo-
10 giæ ſupremum gradum habent. † Namqui medicinæ, aut iuris, ſiue Canonici, ſiue Cæſarei ſummum gradum adepti ſunt Doctores appellantur iuxta gloſſam *in Clem.* 1. *in verb. Doctoratus hoc tit.* Andreas Valenſ. hic *num.* 1. *in fine*, Barboſa *in dicta Clem.* 1. *nu.* 3. quod latiſſimè comprobat omnino legendus Ioannes Martinus à Coſta *in additionibus ad tract. libellorum annot.* 53. *à num.* 7. vbi etiam exemplis tradit, quibus exemptionibus, & priuilegiis gaudeant.

AD TEXTVM

In Cap. I. hoc tit. Cap. II. & III.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Magiſter pro ſcriptura in qualibet Cathedrali, & in aliis locis cum aſſignatione alicuius Præbendæ, beneficij, ſiue fructus nominabatur ab Epiſcopo de conſilio capituli.*

HÆc tria capita continent in ſubſtantia eandem deciſionem con- 1
formem ſecundæ parti noſtræ Rubricæ ibi: *& ne pro licentia docendi aliquid exigatur.* Sed quia videtur impugnari *in c. quia nonnulli* 4. vbi dicitur quod debet in qualibet Cathedrali vnus Migiſter eligi in facultatibus ſufficientibus, cui redditus vnius Præbendæ debent aſſignari, & *ex Trid. in cap.* 1. *ſeſſ.* 5. in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, & in Collegiatis, quæ ſunt in aliquo inſigni oppido, etiam nullius Diæceſis, ſi ibi clerus numeroſus ſit, operam debent Epiſcopis dare, vt ſacræ ſcriptæ lectio habeatur; & pro ſtipendio docentis præbenda primo libere vacans tribuatur, etſi nulla, vel ſufficiens aliud ſit, Epiſcopus fructus alicuius ſimplicis beneficij aſſignet, vel ſi nec hac ratione, huic Theologo prouidere poſſit; tum per eos, qui beneficia habent in ciuitate, Diæceſi, vel alias, vt commodius fieri poterit, Epiſcopus de capituli conſilio huic prouidebit; non tamen, vt ob hanc omitti debeat lectio, ſed ea habenda, ſi haberi conſueuerat: late agit Barboſa de hoc Trid. decreto *in paſtor. p.* 3. *alleg.* 56. *& in dicto cap.* 1. *Trident. & de iure Eccleſ.* vt infra dicimus *quaſt.* 1. item *de Canonicis, & dignitatibus, cap. citato infra quaſt.* 1. *Et de praxi in ea prouidenda prabenda*, nempe quæ vocatur de ſcriptura, ſiue lectura, iam latè dixi *ſub Rubrica de officio Archipresb. q.* 3. & infra hic *c.* 1. quare per quæſtiones infra agemus; nunc vero aliqua de poſtulatione noſtri text. *c.* 1.

QVÆSTIO I.

An dans, ſiue docens pro præmio committat, ſeu ſit puniendus, tanquam ſimoniacus? An ſit ſimonia tribuere pecuniam pro legali ſcientia? Et an ſi reſponſor caſuum conſcientiæ recipiat pecuniam propter conſilium requiſitum à petente ad paccandam conſcientiam, & in illius foro, ſit ſimoniacus? Vel an ſit ſimonia Theologalem ſcientiam, aut alios actus illius vendere pro pecunia?

SVMMARIVM.

1. *Scientiæ naturales, & acquiſitæ differunt, & quoad ſimoniam ſub qua diſtinctione, ſi venderentur, n.2.& 3.*

Prouerb. cap. 3. & n. 4.

2. *Scientiæ pretio non valent æſtimari, vt numero 1. ſed quoad vſus humanos illo æſtimantur.*

5. *Scientiam legalem vendere non eſt ſimonia vt num.6.*

6 *Gloſſa in cap. non licet 11. qu.3.*

7. *Sapientia, ſciensia, prudentia, & alia virtus intellectualis, & naturalis, modo naturali quæſita non eſt res ſpiritualis, in qua poſſit ſimonia committi.*

8. *Salaria pro Magiſtris in vniuerſitatibus conſtituta ſunt, non pro ſcientia, quæ docetur, ſed pro labore docendi.*

9. *Reſponſor caſuum conſcientiæ, ſecundum aliquot eſt ſimoniacus, ſi data pecunia, ad illos reſpondeat contra verius, vt num.10.*

10. *Conſilium ad paccandas conſcientias ſiſtit præcipuè in pura inſtructione intellectus, quæ non eſt ſimoniæ materia, etiamſi ab interrogante petatur.*

11. *Doctrina, & docendi labor, valet pro ſtipendio ſine ſimonia dari: quid de peccato, & num.12.*

12. *Scientiam vendere intendens non committit ſimoniam, ſed iniuſtam rei contrectationem, & etiamſi ipſam doctrinæ veritatem, quia ipſa veritas, non eſt quid ſpirituale.*

13. *Theologiæ actus prædicandi, ſi venderentur, eſſet ſimoniacum, non ſic vendere ipſam ſcientiam Theologalem pretio, ſiue illa ſit ſcholaſtica, ſiue expoſitiua, & quare, num.14.*

14. *Theologiæ ſcientia, etſi ſit ſupernaturalis, modus eam docendi eſt naturalis, qui pretio eſt æſtimabilis, & n.16.*

15. *Theologia naturalis iuribus comparatur, quæ ad exemplum eorum docetur,*

17. *Theologiæ principia, etſi ſint ſupernaturalia; ſed quia Theologia per bonas conſequentias deducit inde conclusiones, quæ ordinantur, non tam ad ſalutem animæ, quam illuminandum intellectum, dicuntur naturales, non ſimoniaca.*

1 AD has difficultates, vt reſponderi poſſit oportet aliquam diſtinctionem facere inter ſcientias, nempe acquiſitas, & naturales, & inſuper inter Theologiam, & alias ſcientias, ſiue facultates. Et quamuis gloſſa hic *verb. conſuetudinis in verſ. quaſi ſimoniacum reputari*, dantem pretio naturales ſcientias propter illud *gratis accepiſtis, gratis date*, de quo *in Rubr. de ſimonia*: nam cum ſapientia ſit omnibus rebus pretioſior iuxta illud *prouerb.* 3. ibi, *pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur huic non valent comparari.* Ergo quemadmodum ſpiritualia vendi non poſſunt abſque ſimonia *ex latè dictis in c.1. cap.nemo 14. cap ſuam 29.* & *in aliis de ſimonia*, vbi quod res ſacræ vendi non poſſunt, quia non ſunt æſtimabiles, ſic nec ſcientiam, præcipuè naturalem, & gratis datam iuxta illud *prouerb. cap.* 23. ibi *noli vendere ſapientiam, & doctrinam, & intellectum.* † Sed quia pretio 2
ſolent ſæpè æſtimari ſub diſtinctione ſequenti, reſpondetur, nempe, vt licet ſcientiæ in ſe pretio non valeant æſtimari: tamen quia quoad vſus humanos æſtimationem recipiant, ſequitur, vt nec eas vendens æſtimetur ſimoniacus ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. eo quod hoc non eſt ſpirituale, vt requiritur in ſimonia in tantum quod ſi ſcientia à Deo infunderetur alicui, adhuc poſſet vendi, quia vt ſcribit legendus Suarez *lib.4. tract.* 1 *cap,6. n.25. hoc tit.* ea naturalis ſcientia eſt eiuſdem valoris, vt acquiſita, ſed acquiſita poteſt vendi; eo quod cum magno ſtudio, & labore adipiſcitur; ſequitur, & illud Matth. *cap.* 10. *gratis accepiſtis, gratis date*, non infringere ſententiam, quia quomodolibet iſtæ ſcientiæ magno cum labore exercentur, & acquiruntur.

Quare DD. infra referendi relatam no- 3
ſtri textus gloſſam valde impugnant; imò nec defendi poſſe docent, etſi diceremus etiam loqui de venditione ipſarum ſcientiarum, quatenus ſunt habitus, & ſpirituales per eſſentiam, quia nec de iure, nec de facto, in alium transferri poſſunt, atque inde, vt nemo ſit adeo inſanus qui ſic emere, aut vendere velit: ſic communiter Theologi *in 4. diſt.25.* vbi Durand. *qu.3.* Palud. *quæſt.5.* Pichard. *artic. 3. quæſt.2.* Sylueſter *verb. ſimonia quæſt.10.* Nauarr. *in man. cap.23. numero 10.* Valentia *tom.3. diſputat.6. quæſt. 16. puncto 2. col. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 23. num. 112.* Azorius *inſtit. mor. p. 3. lib.12. de ſimonia cap. 18. quæſt.6.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. dubio 13. num.74.* Filliuc. *tract.45. cap.2. q.5.* Bonacina *variar. tract. vbi de ſimonia quæſt. 4. §. 10. ex num. 1.* Villalobos *p.2. ſumma tract. 37. diff. 10. num. 1. & 2.* † qui *num. 2. in fine*, reſpondet, vt licet ſcientiæ pretio non æſtimentur; tamen 4
vt quoad vſus humanos æſtimationem recipiant.

cipiant. Nec obſtare prouerbia Salomonis relara, ait, dicens Salomon ibi non loqui de vera emprione, & venditione, niſi Metaphoricè, volens dicere ſapienriam in tantum æſtimandam, quod qui illam haberet, etſi poſſet eam vendere, nullo pretio eam eſſet daturus: de Theologia, quæ continet in ſe ſcientiam ſupernaturalem dicemus *in verſ. ad vltimam.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit ſimonia vendere ſcientiam legalem? & videtur ſecundum aliquos ſimoniam poſſe committi: nam ex quo Gregorius in Regiſtro illa verba profert: *nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per abrupta aſcenſum quærit*, quia ſi poſtquam recto ordine, & æqua iuſtiria præeunte ad Cathedræ culmen elatus aliquis eſt, nefas iudicatur, & ſimonia à pluribus creditur, aliquid ſcholaſticis elargiri, vt ipſius potius, quam aliorum diſciplinæ ſubdantur: ſequitur vt cum ciuilis ſapienria, ſanctiſſima vbique pronuncietur, nec inde, vt æſtimari pretio valeat *ex l. 1. ff. de ver. & extraordinar. cognit.* Angel. *in l. 1. ff. de offic. Præfect. vrb.* vbi eriam Horoſ. *n. 24.* idem Angel. *in l. 2. ff. de calumn.* Maſcard. *de probat. 1. verb. varatoria concluſ.* 164. *num. 9.* & facit gloſſa *in verbo remittitur §. ſed ſi quis inſtit. de ſuſpect. tutor. & verbo tutelam in l. 1. verſ. ſolent ff. de offic. Præfect. vrb. non enim ſcientia à Magiſtris venditur, l. 10. tit. 17. p. 1.* de qua *ſub Rubrica*, refert Narbona *in l. 31. tit. 7. lib. 1. Recopilat.* gloſſa 6. *ex numero 4.* videturque ſuaderi *ex text. noſtro*, cum aliis.

6 Tamen vt verum dicendum eſt, in hoc quidem caſu nullam ſimoniam, ſiue eius ſpeciem committi; quia etſi quodammodo dici poſſet elargientem pecuniam pro legali ſcientia, ſimoniam committere, cum ſanctiſſima proferatur *dict. l. 1. ff. de variis, & extraordin. cognit.* quod præter ſupra relatos renuit gloſſa *in cap. non licet* 11. *qu. 3.* Hoſtienſ. & Cardinal. *in cap. quia nonnulli* 4. *hoc titulo*, qui propterea exiſtimant docentem quamlibet ſcientiam pecunia, ſimoniam committere, adhuc id inquam comparatiuè, ſeu quaſi per ſimilitudinem rationis accipiendum eſt, non verè, & iuxta rectam iuris normam, quia ſimonia non committitur; niſi ſuper rebus ſpiritualibus, aut quaſi, iuxta dicta *in toto tit. de ſimonia,*
7 † ſed ſapientia, ſcientia, ſiue prudentia, & omnis alia virtus intellectualis, & naturalis, modo naturali quæſita, non eſt res ſpiritualis, in qua poſſit committi ſimonia, vt docet Nauarr. *in dict. man. cap.* 23. *num.* 100. *verſ. ex qua*, licet inuendibilis ſit; eo quod æſtimationem non patiatur per iam dicta *ſub verſ. ad primam, & iuxta illud ſapientia 7.* iunctis aliis rationibus congeſtis à Nauarro de datis, & promiſſis *num. 43. verſ. ſed pars affirmatiua*, ibi: *quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimatur argentum in conſpectu illius.*

Nec obſtar dicere paſſim in vniuerſita- 8
tibus ſalaria pro Magiſtris conſtituta eſſe, vt patet in Salamanrina, Valliſoletana, & Compluti apud nos maioribus, & in aliis huius Regni, ac extraneorum, quia reſpondetur cum eodem Nauarro de daris, Sylueſtro *in ſumma verbo vſura*, Stephano Grariano *diſcept. forenſ. cap.* 258. *numero* 9. Azeuedo *in l. 16. tit. 7. lib. 1. Recopil.* Narbona vbi ſupra *num. 10. & 11.* tunc ſcientiam non vendi, nec ſalariùm dari in pretium, vel finem principalem prædictarum virtutum; ſed pro labore, quem in docendo ſuſtinent, & in obligarionis recompenſam, qua ſe ad id faciendum adſtringunt, quod & in ſpiritualibus fieri poſſe, docent, ac nos ſupra latiſſimè diximus *ſub dicto c. 1. cap. nemo 14. cap. ſuam 29. cap. ad Apoſtolicam 42. de ſimonia*, & Nauarr, teſtatur, *dicto num. 43.* Narbona *dicto num. 10.* qui *dicto numero* 11. alia addit ex dictis, Sylueſt. Gratiano, Azeuedo, & ex Abbate *in cap. de vſuris.*

Ad terriam quæſtionis partem, an ſi reſ- 9
ponſor caſuum conſcientiæ recipiat pecuniam ad paccandam conſcienriam, & in illius foro ſit ſimoniacus? in hac inquam difficultate, vt ſimoniam committat, docent Ledeſma *in ſumma p. 2. tract. 12. diff. 2. poſt tertiam concluſ.* fuſe Pater Raphael de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. quæſt.* 100. *artic. 2. 3. & 5. diſputatione* 5. videndus Thomas Sanchez *in opuſcul. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dubio 5. 7. & 8.* Turrianus *in ſumma p. 1. c. 104. dub. 5. num. 3.* Malder *in 2. 2. D. Thomæ tract. 9. cap. 3. dubio 8.* Moſcoſus *in ſumma tract. 15. nu. 2.* Villalobos *in ſumma dict. p. 2. tract. 37. diff. 8. num. 2. circa finem*; & quod Theologia perficit intellectum virtutibus ſupernaturalibus, deductis ex ſacra ſcriptura ſpectantibus, vt animæ in cœlum lucrentur, & ex aliis.

Sed adhuc dicendum eſt *ex dictis*, nec 10
in hoc caſu ſimoniam committi, vt tenent in terminis Suarez *de Religion. tom. 1. lib. 4. cap. 18. num. 59.* Paulus Layman. *in Theolog. morali lib. 5. tract. 10. cap. fin. §. 4. num. 32. in fine*, Filliucius *tom. 3. tract. 45. cap. 4. num. 31.* Diana *p. 5. tract. 14. miſcel. reſ. 4.* eo quod tale conſilium licet ad paccandas conſcientias,

ſiſtit præcipue in pura inſtructione intel-lectus, quæ non eſt ſimoniæ materia, etiam ſi ab interrogante petatur ad illam ſedandam: plura adducit videnda Suarez, vbi ſupra, & Layman confirmat in verbis ſequentibus: *pro reſponſo, ſeu conſilio morali merces acci pi poteſt, quia per ſe, ac directè Doctrinalis aliqua instructio eſt, licet per accidens, & conſequenter inſeruiat ad paccandam conſcientiam.*

11 Et ob id gloſſa relata hic in principio, qua videtur ſimonia committi, non potuit ſuſtineri, à iam adductis; ſiquidem, vt tradit Barboſa, *ſub num.* 8. *poſt medium*, eſt intelligenda de venditione doctrinæ, per quam alij ſcientia communicatur, quæ pretio æſtimari poteſt, ac proinde ait in tali venditione, nullam poſſe interuenire ſimoniam, etiam late ſumptam; quinimo ait ex D. Thoma, quod ſi is qui publicum ſtipendium habet, ab alio pretium exigat, non ſcientiam vendere iudicandus ſit, ſed id, quod præſtare poteſt; nempe Doctrinam, & docendi laborem, & tunc vltra iuſtum pretium petendo, quod peccet contra iuſtitiam.

12 Imo dicunt alij, quod ſi aliquis ſcientiam ipſam vendere intenderet, nec ſimoniam tunc committi, ſed iniuſtam alienæ rei contrectationem, dum pro re, quam præſtare non poteſt, pretium exigit; quod adeo verum eſſe dicunt ipſe Barboſa, Bonacina, *variar. tractat. & de hoc de ſimonia, quæſt.*4. *dicto* §.10. *num.*3. *in fine.* Filiuc. *dict. tract.*45. *cap.*2. *quæſt.*5. *num.*4. Leſſius, *de iuſt. lib.*2. *cap.*35. *dubio* 13. *num.*75. Suarez, *dicto lib.*4. *cap.*18. *num.* 11. vt etiam ſi vendens ſcientiam, vel doctrinam, intendat vendere ipſam veritatem, nec tunc ſimoniam ab illo committi; quia ipſa veritas non eſt aliquid ſpirituale, & ſacrum, nec proinde poſſit eſſe ſimoniæ materia.

13 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit ſimonia theologalem ſcientiam vendere, vel alios actus, &c. Et dicendum cum diſtinctione quod ſi actus ipſius theologiæ venderentur, vt pote actus prædicandi, per ſe ſimoniacum eſſet, non ſic docere ipſam ſcientiam theologalem pretio, quia ſiue illa ſit ſcholaſtica, ſiue expoſitiua, poteſt doceri, accipiendo Magiſtri pecuniarium ſtipendium, vt accidit, atque practicatur in omnibus Vniuerſitatibus, vt docent Adrian. *quodlibeto* 9. Victoria, *relect. de ſimonia*, Soto, *lib.*9. *de iuſt. quæſt.*5. *art.*1. Ledeſma, *in ſumma* 2. *p. tractat.* 12. *diff.* 2. *poſt* 3. *concluſ.* Suarez, *de Relig. lib.* 4. *tract.* 3. *dicto cap.*18. *num.*7. Leſſius, *de iuſt. lib.*2. *cap.*35. *diff.*13. *num.*78. † ex ea ratione, quia etſi 14 ea ſcientia ſit ſupernaturalis, modus tamen addiſcendi, & docendi illam eſt naturalis, qui pretio eſt æſtimabilis, *ex iam in principio adductis.* Villalobos, *dict. diff.*8. *ſub nu.*2. & ſic relati Fillincius, *dicto tract.*45. *cap.*4. *quæſt.*7. Barboſa hic, *dicto num.*8. *in fine, verſ. hinc colligitur*, dicunt ſimoniam non committere, qui pretio docuerit theologiam, practicam, vel ſpeculatiuam, aut interpretatiuam ſcripturarum, quia actiones Magiſtri docentis theologiam naturales ſunt, & labor, atque opus ipſius eſt pretio æſtimabile. † Tum quia theologia naturalis 15 iuribus comparatur, & ad exemplum eorum docetur, verſaturque in deducendis concluſionibus ex principiis ſupernaturalibus. † Tum etiam quia licèt doctrina ip- 16 ſa Theologiæ in ſe quidem ſupernaturalis ſit; actus tamen docendi, vt iam dictum eſt, non eſt ſupernaturalis, nec ex parte principij, cum poſſit quis, poſita reuelatione articulorum verſari circa illos, actibus mere naturalibus, dicunt etiam vt nec ſit naturalis ex parte termini, quia per ſe non ordinatus ad ſalutem ſpiritualem, nec eſt ſupernaturalis quoad effectum, cum inſtruat intellectum, quatenus naturaliter ab eo fieri poteſt ex vi diſcurſus.

Nec obſtant Syluester, *verbo ſimonia* 12. 17 Hoſtienſ. *in dicto cap. quia nonnulli hoc tit.* Palud. *in* 4. *diſt.* 29. *quæſt.* 5. & Moſcos, *vbi ſupra*, qui videntur dicere hic ſimoniam committi, eo quod hæc ſcientia ordinatur ad bonum animarum ſupernaturale; & quia, vt dicit Moſcoſus cenſilium ſic præſtitum ad ſedandam conſcienriam non poſſe eſſe pretio æſtimabile, quin ſimonia committatur. Sed reſpondetur, *ex dictis*, quod licet Theologiæ principia ſint ſupernaturalia; ſed quia Theologia per bonas conſequentias, deducit inde concluſiones, & proinde actus illius, qui non ordinantur immediate ad ſalutem animarum, ſed ad illuminandum intellectum, dicuntur naturales etiam ratione finis. Aliud inquam dicit Suarez, *dicto cap.*18. *num.* 19. contingeret, ſi fieret per modum exhortationis; ita vt æquiualeat, veluti priuatæ concioni; quia tunc eadem ratio de illo, quæ de concione diceretur, de qua dictum eſt, *ſub titulo de ſimonia*, cum eadem ratio ſit publicæ, vel priuatæ concionis, ſicuti eſt eadem ratio de concione, quam tres audiunt, vel quæ coram populo copioſo fit. Alias rationes ipſe Suarez adducit apud eum legendas, cum quibus hunc textum

expo

expoſuimus die 9. Auguſti in veſpera ſancti Laurentij, Hiſpaniæ noſtræ tantum ornamentum.

AD TEXTVM
In Cap. Prohibeas, II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Actus docendi non eſt res ſacra, nec actus poteſtatis ſpiritualis.*

2 *Simonia reus non eſt vendens Doctoratum, vel Magiſtratum Theologiæ.*

3 *Vſura ſoluta adhuc vſurarius reſtituit ſic acceptam.*

4 *Magiſter ſi non conſtituatur in loco prouido, licet appellatione poſtpoſita ponere aliam.*

1 TExtus iſte per dicta *in cap. 1.* præcedenti elucidatur abunde, & ſic licet Leſſius, *de iuſt. lib. 2. cap. 35. dub. 13. num. 82.* dixerit dare, ſeu exigere aliquid pro licentia docendi, eſſe ſimoniam iuris humani, non autem iuris Diuini; ſed verius eſt hoc non eſſe: nam vt ſupra latè dictum eſt, actus docendi, non eſt res ſacra; nec actus poteſtatis ſpiritualis, pro qua pretium dari
2 non poſſit. † Et ſic non eſſe reum ſimoniæ vendere Doctoratum, ſeu Magiſterium Theologiæ, reſoluunt Suarez, *de relig. lib. 4. tom. 1. tract. de ſimonia, cap. 17. num. 15.* Filiucius, *eo tract. 45. cap. 4. quæſt. 8. nu. 18.* Leſſius, *dicto dubio 13. num. 83.* amplians etiam ſi Magiſterium, ſeu ius docendi conferatur à Papa poteſtate ſpirituali, Barboſa hic, *ſub num. 1. verſiculo, ne Parrochia:* vnde inferendum eſt ex iam dictis *ſub dicto cap. 1.* minus parere ſimoniæ fomitem Doctoratus legalis, aut medicinalis ſcientiæ venditionem.

3 Et ad verba ibi: *ſi quid poſtea ſolutam fuerit, vel promiſſum, remitti promiſſam facias, & reſtitui appellatione ceſſante ſolutam*, ſed hoc quidem non ex capite ſimoniæ, ſed ratione iniuſtæ acceptionis ad dicta, *ſub cap. debitores 7. de iureiur.* vbi ſoluta vſura, adhuc reſtituitur ab vſurario recipiente, de qua iniuſta acceptione plura infra, de furtis, & de vſuris, & diximus multa, *ſub tit. de reſtit. ſpoliat.* & ibi, *in cap. grauiſ. 11. latiſſime.* † Et dictum, ibi: *appellatione poſtpoſita*, & ibi: *ſi quis diſtulerit Magiſtros in locis congruis inſtituere tibi liceat viros prouidos aliorum inſtructioni præficere honeſtos, & diſcretos:* quæ verba exornari valent ex dictis, *ſub cap. 11. & cap. decimo ſeptimo, de appellat.* vbi quod celeri remedio ſunt exequenda atque reparanda cauſæ publicæ neceſſaria.

AD TEXTVM
In Cap. Quanto, III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri inepti ſunt expellendi, & apti admittendi.*

2 *Simonia reprehenditur, vt prouenient à cupiditatis radice, quod peccatum ſit graue.*

3 *Doctoratus, & Doctor dicuntur dignitates.*

HIc textus etiam expenditur ex dictis, *ſub dicto cap. 1.* ſed quatenus agit de expellendis ineptis Magiſtris, *in verſ. dignos*, atque de admittendis aptis, *in verſ. vt quicumque idonei viri*, in ſcholis ad docendum: quare poteris hic applicare quæ iam ſunt dicta de Magiſtris, *ſub Rubrica.* † Et ibi: *cum autem hæc praua conſuetudo*, & ibi: *conſuetudine ipſa de veſtris Eccleſiis extirpata*, cumque ſupra, *ſub tit. de ſimonia*, inter alia dictum ſit ſimoniam reprehendi, vt prouenientem à cupiditatis radice: qua de cauſa peccatum ſit graue, vt *ſub Rubrica*, ibi, & *ſub cap. 1. cap. nemo 14.* inde eſt, vt conſuetudo, de qua hic etiam improbatur, per adducta, *in cap. non ſatis 8. cap. ad Apoſtolicam 42. eo tit.* plura, *ſub cap. fin. de conſuet. & ſub cap. 2. de probation.* 1 2

Ad verſiculum, *qui nomen Magiſtri ſcholarum, & dignitatem aſſumunt*, quod Doctoratus, & Doctor dicantur dignitate frui; item & nobilitate; multis probat hic, *2. & 3.* Barboſa; ſed quia hæc pars exornatur abunde ex dictis hic, *in Rub. ſub nu. 1.* vbi de exemptione Doctorum, Magiſtrorum, & aliorum litteratorum; ideo non alia addimus: interim videndi Tyraquel. *de nobilitate cap. 8.* Caſaneus, 3

Caſſaneus, *in chatalogo gloriæ mundi*, *parte* 4. Menoch. Cabalin, Cardoſus, Perez. Cephal. relati à Barboſa, Ioan. Garcia, *de nobilit.* gloſſa 48. §.... *num.*78. cum multis Zened. ad Decretal. *collect.*143. *num.*3. & alij communiter.

AD TEXTVM
In Cap. Quia nonnullis, IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Lectoratus Præbendæ in qualibet cathedrali*, remiſſiue.

2 *Cathedrales ex iure, & Tridentino, habent Magiſtros pro erudiendis pueris in theologia, & grammatica*, & remiſſiue, *de aliis num.*3.

3 *Canonicorum Doctoralium, & Magiſtralium prouiſio*, remiſſiue.

4 *Galliæ Regno eſt quædam Præbenda vocata Præceptoralis pro erudiendis pueris, quæ ex voto Epiſcopi, & capituli, conſilio populi datur.*

1 TExtvs iſte etiam diluitur ex dictis, *in cap.*1. hic, & dum loquitur de Magiſtro ex dictis, *ſub Rubrica late.* Et quia etiam videtur Pontificis deciſio hic inouata per Trid. *ſeſſ.*5. *cap.*1. quatenus vt dictum eſt, *in eo cap.*1. in principio, *ex dicto Trid.* inſtitutionem Præbendæ lectoralis in qualibet Eccleſia cathedrali, repetes ibi dictum ſub principio ſummarij.

2 Videmus ex verbis textus noſtri locum aptum, ad tractandum de Præbenbis quæ debent aſſignari pro Magiſtris, & aliis Doctoribus, quos conſiderata neceſſitate erudiendi pueros, & adoleſcentes, voloit Innoc. III. hic *ex diſpoſitione Concilij Lateranenſis*, in cathedralibus, & collegiatis aſſignari; imo & in qualibet alia Eccleſia, cuius facultates ſufficerent, Magiſtri nominarentur cum aſſignatione beneficij, portionisque, qui gratis doceret: ad verba textus noſtri, ibi: *per vnamquamque Eccleſiam Magiſtro, qui eiuſdem Eccleſiæ Clericos, aliosque ſacerdotes pauperes gratis inſtitueret, aliquod competens beneficium præberetur*, &c. Et in aliis verbis, quibus ad vnguem videtur ſuſcitari hæc Innocentij prouiſio per rationes Trid. *in dicto cap.*1. *ſeſſ.* 25. dum in illo creatur in qualibet cathedrali vnus canonicus Theologus lectoralis. Cuius occaſione Barboſa, *de canonicis, & dignitatibus, cap.* 26. egit de inſtitutione, non ſolum talis Præbendæ lectoralis, verum, & trium aliarum, nempe, Magiſtralis, & Doctoralis, quæ in qualibet Cathedrali ſtabilitæ ſunt, has duas per Bullas Sixti V. & Leonis X. de quibus plura Gonçalez, *ad reg.*8. *cancel.* gloſſa 9. §. 2. Nicolaus Garcia, *de benefic.* 5. *p. cap.*4. *à n.*167. vbi cum multis refert contextum dictarum Bullarum Sixti ſub data Kalendis Decembris anno 1474. & Leonis ex motu proprio 11. Kalend. Aprilis 1520. Solorzano de iure Indiarum *tom.*2. *lib.*3. *cap.*15. † Pro Cathedralibus Regnorum Caſtellæ, & Legion. & 3 aliam Præbendam, quæ vocatur Magiſtralis de Pœnitentia ab eodem Trident. inſtituta *in cap.*8. *ſeſſ.*24. de quibus ego dixi, & de earum prouiſione, & examine, *in Rubrica de officio Archipresbyteri, quæſt.*3. *verſ. ad tertiam, ex num.*44. *& à num.*56. de pœnitentiaria refero *ex num.*79. *&* 80. aliam Bullam Vrbani VIII. ibi legendam, quam, vt me defenderem in Eccleſia Valliſoletana explanaui, vbi & *num.*81. *&* 82. qualiter à neceſſitate in illa Bulla fuit facta defenſio, & de Pœnitentiario Canonico, idem Barboſa cum multis, *de canonicis cap.* 26. & de aliis lectorali, Magiſtrali, & Doctorali, *ſub cap.*27. *eo libro.*

In Regno vero Galliæ ex ordinatione 4 Regia, eſt quædam Præbenda Præceptoralis nuncupata à Præ'atis inſtituta, etiam ſi anteceſſores Epiſcopi, ſcholis aliquid deputauerint, cuius electio facienda eſt ex voto, & conſenſu Epiſcopi, capituli, & conſulum loci, & præſtanda tam ab Eccleſia Cathedrali, quam collegiata de fructibus à toto capitulo, & ex quotidianis diſtributionibus, Riccius, *p.*6. *coll.*1471. Borrelus, *in ſumma deciſ. t.*1. *tit.*19. *à n.*49. Barboſa, *de can. & c.* 27. *n. fi.* Gerard. Maynard. *Theol. deciſ.*9. *&* 12. *& deciſ.*10. *&* 11. *ac* 13. quæ ſane inſtitutio videtur conformis admodum textui noſtro, pro cuius explanatione, & de ſeminario, ac Magiſtro Grammatico, ad verba hic: *grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis, ſiue Diæceſis, quæ ſufficere valet, faciat prouideri*, à quibus datur locus aptus, vt tractari valeat de ſeminariis puerorum apud Cathedrales, vbi grammatica docetur, & quo ſtipendio, vt *ſub quæſt.*1. hic dicitur.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An in aliquo caſu Magiſter ſiue lector, de quo in textu noſtro, præter Præbendam, ſalarium poſſit habere? Et an ſeminariorum cura pro pueris erudiendis inſtituta iuxta Tridentinum Concilium, arguatur ex doctrina textus noſtri? Vbi de ſtipendio Magiſtrorum, ſiue Præceptorum, & à quibus ſoluendo? Quid de penſionariis, & Monaſteriis?

SVMMARIVM.

1 *Salarium pro conſtitutione lectoris, & Magiſtri videtur ceſſare, ſabrogata poſtea Prabenda ad id munus exercendum, & n.2 quid in praxi ex n.3. & de claro intellectu n.9. & 10.*

3 *Salarium, quod ab antiquo de menſa Prælati pro vno lectore ſoluitur non ceſſat, ſabrogata poſtea Prabenda in Cathedrali pro Magiſtro, vt numero 4. & 5.*

4 *Obligatio anterior ſoluendi aliquod ſalarium pro lectore, non videtur à Papa auferri ex aßignatione, & aggregatione Prabenda.*

5 *Cæſar-Auguſtana Eccleſia vltra Prabendam pro lectura, habet vt Archiepiſcopus ſoluat ſalarium antea ab antiquo aßignatum, vt fuit à Rota deciſum, fallit, vt n.6. & 7. & quid videatur de iure n.9.*

6 *Salarium, quod erat voluntarium, ne lector à diſcipulis exigeret, ceſſat ex noua aßignatione Prabenda & n.7.*

7 Cap. Epiſcopus de Præbendis.

8 L. filia legatorum, Cod. de legatis.

11 *Seminarium puerorum iuxta Trid. concil. ſub qua forma in qualibet cathedrali pro grammatica, & cauta, numeris ſequentib. Et de quodam celebratiſſimo Luſitaniæ, num.20.*

12 *Pueri ad ſeminarium cathedralium ſunt eligendi ex ciuitate, aut prouincia, quorum numerus eſt taxandus iuxta facultates redituum, & debent eſſe pauperum num.14.*

13 *Seminarium, ſi non erigatur ab Epiſcopo, Archiepiſcopus poterit id facere.*

14 *Filij diuitum poſſunt in ſeminario recipi ſuis expenſis: quare num.15.*

15 *Seminaria pro bono publico in eruditione puerorum, mandata ſunt conſtrui.*

16 *Canes ad venandum reddit aptos educatio.*

17 *Viri vt boni euadant noſtra poteſtatis eſt.*

18 *Educatio bona hominum in ſocietate, eſt bona Reipublica adminiſtrationis ratio.*

19 *Pueri eligendi pro ſeminario, debent eſſe ad minus 12. annorum, de legitimo matrimonio, & habitu clericali induti, & de aliis.*

21 *Salarium pro Magiſtro ſeminarij, & ſeruitoribus eius, pendet ab arbitrio iuxta neceſſitatem.*

22 *Seminarij contributio fit ab Epiſcopo de capitulo, de propriis menſis; item ab aliis, qui nominatim exempti non ſint: vbi qui, & qua ſint numeris ſequentibus.*

23 *Canonici de diſtributionibus ſeparatis à Prabendis diſtinctis.*

24 *Clerici de camera non contribuunt pro ſeminario ratione beneficiorum.*

25 *Abbas, qui prius in ſuo territorio ſeminarium erexit, non cogitur ad contribuendum pro nouo ſeminario*

26 *S. Ioannis Hieroſolymitani perſona in beneficiis non contribuunt pro ſeminario.*

27 *Collegia, & Monaſteria mendicantium, non contribuunt pro ſeminario: vbi qua illa ſint?*

28 *Moniales non tenentur contribuere pro ſeminario.*

29 *Cardinales, & commendatarij contribuunt pro ſeminario, de beneficiis, qua poßident.*

30 *Beneficia omnia, qua conſiſtunt intra diœceſim contribuunt pro ſeminario, etiam ſi ſint collationis Monaſterij, & Monachorum, & Eccleſiæ ſeculares.*

32 *Hoſpitalia data in titulum contribuunt pro ſeminario, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus Eccleſiaſticos, non ſic ſi adminiſtrantur à laicis, n.33.*

34 *Hoſpitale vnius diœceſis contribuit ſeminario alterius pro rata fructuum, quos ibi percipit.*

35 *Confraternitates de his, qua habent de bonis Eccleſia contribuunt pro ſeminario, & ſi exiſtant intra regularium Eccleſias, ſed non, ſi non habeant, n.36.*

37 *Legata facta Magiſtro grammatica cum onere erudiendi pueros, poſſunt applicari ſeminario, & legata alicui collegio propter Chriſtianam educationem, ſi id ſublatum ſit.*

38 *Penſiones, & penſionarij tenentur iuxta ratam penſionum contribuere pro ſeminario, ſicut pro ſubſidio & n.39.*

39 *Titularis pro ſeminario non poteſt detrahere de penſione vltra portionem pro ſeminario ad rationem, qua ipſe ſoluit, & num.40.*

40 *Beneficiatus poteſt retinere ratam pro ſeminario, de penſione, quam ſoluit.*

41 *Penſionarij ſi exempti ſunt non ſoluunt pro ſeminario.*

42 *Monaſteria non mendicantium ſoluunt pro ſeminario.*

1 AD primam quæſtionis partem, negant nonnulli: nam ex quo verbi gratia, de Præbenda lectorali fuiſſet prouiſum alicui Doctori, ſeu Magiſtro in aliqua Eccleſia Cathedrali de canonicatu, ſeu præbenda competenti ad ſuſtentationem, non eſt cur ſalarium antea aſſignatum illi ſoluetetur, cum debeat ceſſare ſubrogatione illius Præbendæ, *ex textu noſtro, §.ſane*, vbi DD. Abbas, *n.3.verſ.2.caſu in princ.* Anania, *n.4.verſ.2.caſu*, Hoſtienſ. *n.*10. Ioan. Andreas, *n.*11. Butr. *n.*5. Henric. Boche, *n.*1. *&* 4. ita vt ratione ſalarij lector nihil aliud poſſit prætendere cum erectione Præbendæ, & canonicatus dicti onus, legendi ſit ei impoſitum, quod fieri potuit per gloſſam, in verbo *Prabenda* ad finem, hic Boëc. ibidem, *n.*15. & conſequenter ex ſubrogatione prædictæ Præbendæ debeat ceſſare ſalarium, *ex cap. cum ceſſante de appell.* & in iſtis terminis Ioan. Andreas hic, *n.*1 t. Hoſtienſis, *n.* 10. vbi ait quod ſi canonici Eccleſiæ aliquid de eorum Præbendis aſſignarunt lectori per prouiſionem ſibi factam de beneficio, ſtatim reſoluitur huiuſmodi aſſignatio, Butr. *n.6. in fine, verſ. nam & ſectio Prabenda*, Anania, *n.*4. in gloſſa fin.

2 Et in ſimili quod ordinato ſine titulo, teneatur Epiſcopus præſtare ſuſtentationem, quouſque illum de beneficio prouideret, & non vlterius (ad dicta *in cap.*11. de tempor. ordin.) cum ceſſet ratio ſuſtentationis, eſt textus, *in cap.* Epiſcopus de Præbendis. Et quod pater dotando filiam, faciat ceſſare legatum pro Dote, ex quo ceſſat cauſa legati, eſt textus, *in l.filia legatorum, cod. de legat.*

3 Adhuc tamen ſi ab antiquo verbi gratia, ſalarium ſoluendum ſtabilitum eſſet lectori, ſiue Magiſtro de menſa Prælati, ſeu alterius videtur, vt ex noua adiudicatione Præbendæ pro eodem lectore, non ſit auferendum antiquum illud ſalarium, *ex doctrina textus in cap.ſuper quibusdam, §.praterea de verb.ſignif.* vbi de antiquo tempore, & immemoriali, ratione, cuius lector ſe defendere valet legitime ad dicta per nos, *ſub cap. fin. de praſcript. & ſub tit. & cap.fin.de conſuetudine.*

4 Tum etiam, quia Papa non videtur aliud velle ex noua aggregatione Præbendæ, niſi vt etiam conſequetur anterior illa obligatio ſoluendi illud ſtipendium, Bald. *in l.penult. Codice depoſiti*, Oldradus, *conſilio* 237. *in fine*, Becbe alios cumulans, *conſilio* 74. Surdus, *deciſione* 163. *num.*17. & ex Innocent. *in cap. dilectus, num.* 4. *verſiculo Monialium*, & ibi, Abbas, *numero* 9. *de cappell.* Probus ad Monachum, *in cap. cum de beneficiis à num.* 52. *de Prabend. lib.*6. Ancharan. *conſilio* 404. *verſiculo primo, quia mutatio*, Bellon. *conſilio* 8. *numero* 4. dicentes quod licet Papa ſtatum antiquum non præſetuaſſet; illius tamen mutatio non permitteret ius lectoris quæſitum in anteriori ſtatu. Nec enim eſt inconueniens, vt quis tanquam canonicus, & lector duplici fungens officio, & quod duplicatum ſalarium accipiat, & emolumentum ex textu, vbi DD. & gloſſa, *verbo periculum, §. illud, in auth. vt iudic.* ſine quoque ſuffragio, Roman. *conſilio* 52. & ibi, à DD. Surd. *deciſ. 66. num.* 1. *lib.* 1. Pinel. *in l.1. parte* 3. *num.*78. *Cod. de bon. matern.* Rota, *deciſ.* 354. *p.* 1. *recent.* Menochius, *conſ.* 128. *numero* 29. *& de arbitrar. caſu*, 223. *num.*7. Barboſa, *de canonicat. cap.* 27. *numero* 39. vbi dicit fuiſſe reſolutum in Romana Mercedis quinti, Martij, 1625. coram Merlino.

Et iuxta hanc ſententiam decreuerunt 5 Domini de Rota in Eccleſia Cæſar Auguſtana Metropolitana, in qua tempore, quo regularis erat pro vno lectore in ſacra ſcriptura erat ab immemoriali tempore demandatum vni ex Canonicis regularibus dictæ Eccleſiæ, ſi in ea ſufficiens adeſſet, cuius electio pertinebat ad ſolum Archiepiſcopum, qui decem caſitia tritici, & decem metretas vini, vna cum ſcutis duodecim dicto lectori pro ſalario aſſignabat. Et quia poſtea de anno 1605. eadem Eccleſia fuit ſæculatizata per S.Clem.VIII. Pontificem, & in ea, erectus fuerit canonicatus lectoralis cum aſſignatione Præbendæ, ac dubitaretur, an hodie Archiepiſcopus per dictam ſæculatizationem teneretur ad ſolutionem illius ſalarij, quod antea illam ſoluebatur: prædicta fundamenta idem Barboſa, vt ſequitur, *dicto cap.*27. *de canonicis*, legendus, *ex nu.*36. 38. *&* 39. contrariis reſpondens, *à n.*40. *ad* 44. re vera Archiepiſcopum adhuc eſſe obligatum ad illud ſalarium perſoluendum, vbi *dicto n.*38. *in fine*, ſimiliter fuiſſe reſolutum in vna Aquilina iuriſdict. 30. Martij 1601. coram R. Patriatcha Antiocheno, & in Tarraconen. ſacriſtiar. 19. Martij, 1601. coram Iuſto, & in Theatina iuriſdictionis 23. Iunij 1614. coram Goccino Decano, qui

qui & *num.* 40. id confirmat, quia licet ex parte lectoris eſſet obligatio legendi, voluntaria ; atqui ex parte Archiepiſcopi, ſuppoſita lectura eſſe obligationem præciſam ſoluendi illud ſalarium, quod ex ſubrogata iam de nouo Præbenda pro lectorali non ceſſat.

6 Et hanc vltimam retinendo reſpondet, *num.* 14. ad textum noſtrum dicendo Doctores contrarios ibi, loqui de Magiſtro recenter per modum prouiſionis conſtituto, cui fuit aſſignatum ſalarium ad effectum ſcilicet, vt nihil poſſet ab ſcholaſticis exigere, & percipere. Et quia loquuntur quando aſſignatio erat voluntaria, quod in caſu Cæſar Auguſt. non procedit, cum ibi dicatur de ſalario ab immemoriali tempore conſtituto, & ſoluendo perſonæ certæ, vel certo generi perſonarum, & nihil de exigendo
7 ab ſcholaribus. † Et ad textum, *dicti cap. Epiſcopus*, quod obligatio Epiſcopi non erat perpetua, niſi tantum pro eo tempore, quo non prouideret de congruo beneficio ſine
8 titulo ab eo ordinatus. Et ad caſum textus, *in l. filia, l. legatorum*, quod eadem perſona, quæ tenebatur, fecit dando legatum ceſſare anteriorem obligationem, quod aliter contingit in dicta Eccleſia Cæſar-Auguſtana, in qua alia perſona conſideratur Archiepiſcopus, quam illa noua aſſignatio Præbendæ.

9 Ego tamen adhuc dubito in puncto iuris de hac reſolutione Barboſæ per fundamenta, & deciſiones ab illo adductas ; quia & ſi tempore, quo illa Eccleſia Cæſar-Auguſtana erat regularis Archiepiſcopus aſſignaſſet de ſuo pro vno lectore ſacræ ſcripturæ, & hoc ab antiquo ; ſed illius lectoris electio in eo erat arbitraria, vel de capitulo eligendo canonicum Doctum, & ſufficientem ad talem lecturam, vel aliunde illum quærendo: quare et ſi in Archiepiſcopo eſſet neceſſitas eligendi lectorem, illique ſalarium aſſignandi : At vero, quia per Tridentinum, *in dicto cap.* 1. *ſeſſione quinta*, iam in Cathedralibus de corpore capituli fuit prima vacatura pro vno Magiſtro lectorali, electa, & erecta cum obligatione legendi in tali Magiſtro, à fortiori dicendum eſt iſtum Canonicum Magiſtralem creatum eſſe cum illa neceſſitate legendi ; ita vt non ſit in eo voluntaria obligatio, ſicut contingebat in primo caſu dictæ Eccleſiæ Cæſar-Auguſtanæ reſpectu Canonici, aut alterius perſonæ nominatæ ab Archiepiſcopo ; indeque à fortiori effici, vt per ſubrogatam Tridentini Præbendam ad effectum legendi, ceſſaſſe obligationem ſalarij ab antiquo, cum non ſit maior ratio de nouo, ac immemoriabili ſalario ad effectum, vt ſubrogata Præbenda in redditibus ſufficienti pro Canonico lectorali faciat ceſſare ſalarium, quod Archiepiſcopus aſſignauit, præcipue ſi conſideremus ſuum ius eligendi, iam eſſe diminutum, cum prædictæ Præbendæ Magiſtralis in qualibet cathedrali prouiſio ſit per edicta, & concurſum, eligantque Canonici, & Epiſcopus, vt alibi iam diximus ſpecifice de modo: Hanc, & alias Præbendas, ſcilicet Magiſtralem, Doctoralem, & Pœnitentiariam prouidendi. † Et obligatio ſola, quæ 10
poterat remanere in dicto Archiepiſcopo, vel alio quolibet Epiſcopo, erat inquam illa, vt non obſtante prædicta erectione ex Concilio Tridentino de vno Canonico lectorali in vnaquaque Cathedrali, eſſet nihilominus in obligatione nominandi alium lectorem, vel de gremio capituli ſufficientem vel extra, cui ſi legeret perſolueret ſalarium illud antiquum, & ſcholares haberent duplicatos Magiſtros lectorales ; itaque rationes *ex textu noſtro*, multum vrgent pro prima antiquorum ſententia.

Ad ſecundam quæſtionis partem de ſeminario grammatico puerorum iuxta exci- 11
tationem, quam facit Barboſa hic, *num.* 3. *in verſ. in grammatica facultate*, nunc vt agamus, oportet, cum forte non ſit in decretalibus alius locus aptior, ſiue aptus, vt de tali collegio puerorum in ſingulis Cathedralibus decreto per Concilium Trid. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 18. iamque in pluribus Regnorum Caſtellæ, & Legion. à recto. Igitur iuxta dictum Concilium forma erigendi tale ſeminarium, ſiue collegium puerorum in qualibet Cathedrali, illudque dotandi pro ſuſtentatione puerorum in grammatica, & cantu inſtruendorum atque pro Magiſtro, Rectore, & ſeruitoribus reſumptiue, *ex littera dicti cap.* 18. Tridentin. eſt vt ſequitur, nempe vt prope Eccleſias Metropolitanas, ſiue Cathedrales, aut alias, quæ maiores dicuntur, ſeu in alio loco conuenienti Ciuitatis ab Epiſcopo aſſignando conſtruatur Domus ſufficiens in receptaculum dictorum puerorum, aliarumque perſonarum ; ſic vt ad mercedem Præceptoribus, & miniſtris ſoluendam, & alendam iuuentutem, ac ad alios ſumptus pars aliqua, ſeu portio ſit detrahenda per Epiſcopos cum conſilio duorum de capitulo, & duorum de clero ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & capituli, & quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, Præbendarum, portionum, & aliorum beneficiorum, nec non ex fabricis

Eccleſiarum, & aliorum locorum, atque ex
quibuſcunque aliis Eccleſiaſticis redditibus,
ſeu prouentibus etiam aliorum collegiorum,
ſeu corporum, vel confraternitatum, etiam
Abbatiarum, Prioratuum, & quorumcum-
que regularium beneficiorum, vt habetur,
12 *in dict.cap.18.Trid.ſeſſ.23.de reform.* † Et quod
pueri eligendi ſint de propria Diœceſi, qui ſi
pro numero aſſignato non inueniantur, ſint
etiam de prouincia, quorum numerus ſit
taxandus iuxta facultates contribuendo-
rum, de cuius *Trid cap.18.* materia, late agunt
Cerola, *in praxi Epiſcop. verbo ſeminarium pag.*
326. Gonçalez *ad reg.8.cancel.* gloſſa, 5.§.7.*ex*
*nu.*68. Riccius, *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.*
489. *in 1. edit. & reſol.*380. *in 2. edit.* Paulus
Fuſcus *de viſit. lib.1. cap.16. à num.*8. Moneta,
de diſtribut. quotid. p.3.q.3. à n.13. idem Ricc.
Neapol. *deciſ.*194.*p.*4. D. Hieron. Venero, &
Leyua in examine Epiſcop. *lib.6. cap.*30. Lo-
therius, *de re benef qu.30. ex nu.*47. Rota, *deciſ.*
835. cum aliis in nouis alias, *p.4 diuerſ.* Alced.
*de præcel. Epiſcopor. dignit.p.1.cap.9.n.*49. Noua-
rius, *in lucerna reg verbo ſeminarium, pag.*235.
Petr. Bollum œconomia Canonica, *claſſe* 3.
*cap.5.§.8.à pag.*530. Farin. Marſilla, & Barbo-
ſa, *in dicto cap.*18. Trid. idem latè, *in paſtor,*
p.3.alleg.77.à n.1.& in Bullarin, *verbo ſemina-*
rium & verb. ſeminario qui contribuere tenean-
tur, & ſub eiſdem verbis, *in deciſ. Apoſtol.* vbi
plures deciſiones, ac declarationes cumulat
videndas.

13 Quod ſi Epiſcopus in eius ſeminarij ere-
ctione negligens fuerit, vel ſuam portionem
denegauerit, tunc Archiepiſcopus ſupplebit
eius negligentiam, & acriter reprehendet
(cum ſine cauſa id omiſſum viderit,) Ar-
chiepiſcopum vero negligentem Synodus
Prouincialis, tam circa erectionem, quam
eius conſeruationem: ſic *in dict. cap.18. verſ.*
quod ſi Cathedralium, Barboſa, *in paſtorali dicta*
alleg.77.n.4. imo & poterit Epiſcopus cæteros
ſuæ diœceſis ad contribuendum pro ſemina-
rio obligatos illos compellere, interdicendo,
& alia remedia iuris adhibendo ad ſoluen-
dam taxam: ſic Barboſa, *in dict.c.18.n.*51. vbi
refert ex Aldano deciſum in vna Marcian.

14 Et pueri, qui recipiendi ſunt debent eſſe
pauperum, qui poterunt ex ſalario, & expenſis
ali, nec excluduntur diuitum filij; dum ta-
men alantur à parentibus ſuis, Cerola, *verbo*
ſeminarium §.1. Barboſa, *in dict.Trid.n.*3. erunt
15 inquam iſti etiam admittendi. † Quia cum
prædicta ſeminaria, & collegia puerorum
introduci mandata ſint à Trid. pro bona, &
exemplari educatione, & eruditione ado-
leſcentium, qui in eis recipiuntur, & pro bo-
no publico diœceſum, & Eccleſiarum ſerui-
tio, & augmento diuini cultus, vt tradunt
Bello, *in œconomia canonica claſſi 3.§.8.pag.*530.
Petr. Greg. *de benefic. cap.20. n.14. in fine,* Va-
lenzuela, *conſ.22. num.*41. ſequitur, vt cum
hoc cedat in beneficium filiorum haben-
tium diuites parentes, etiam ibi debeant
recipi pro tali educatione, quæ conuenit
admodum pro pueris, & parentibus, iuxta
quæ tradimus, *ſub Rub. hic,* & iuxta illud D.
Chryſoſtom. in Matthæum, *homilia 38. otioſa*
iuuentus impudenter educata omni ferociſſima
beſtia immanior eſt, & illud D. Hieronym.
epiſt. 9. non eſt parui apud Deum meriti bene
filios educare, & ſic ex quodam Doctore,
quem non nominat Simancas de Republi-
ca ad plura legendus, *lib.9. cap.25. & 26. ſub*
dicto cap.25. num.28. & 29. ſententias refert
ſequentes: *quemadmodum canes ad venatum*
habiles reddit educatio, † *ita, & viros bello, &* 16
Republicæ vtiles reddit recta inſtitutio, & ibi,
† *quales naſcantur viri multi in manu eſt, &* 17
vt recta inſtitutione euadant boni, noſtra po-
teſtatis eſt; & ſic quoad propoſitum videtur
ſententia Clem. Alex. *lib. 3. ſtromatum ibi,*
† *bona educatio hominum in ſocietate eſt bona* 18
Republicæ adminiſtrandæ ratio, qui enim
pueri ſic in ſeminario recepti, debent
grammaticam, cantum, & computa alia-
rumque bonarum artium ediſcere diſci-
plinam, Barboſa, *in Trid. verſiculo gramma-*
tica, cantus, &c. Cerola, *in praxi dicto* §. 4
verbo ſeminarium.

Et pueri ſic recipiendi debent eſſe ad 19
minus duodecim annorum, de legitimo
matrimonio, habitu clericali ſemper vti,
ſingulis diebus miſſas audire, ſingulisque
menſibus confiteri, ac corpus Chriſti ſumere
ſi id confeſſor iudicauerit; non incorrigibi-
les, vt admonet Concilium *dict. cap.18. verſ.*
diſcolos, Cerola, vbi ſupra, §.2. qui diſcere de-
bent prædicta, computos Eccleſiaſticos, ho-
milias; item ſanctorum, atque ſacramento-
rum tradendorum formam, & rituum, atque
cæremoniarum formulas, pro vt diſponit
Trident. *dict. cap.18. verſ. ſi vero,* vt referunt
etiam Cerola, *dict. verb. ſeminarium,* §.3. Bar-
boſa, *dicta alleg.77.n.*34. Fuſcus *de viſit. c.*16.
& idem Barboſa refert, † apud Luſitanos 20
in Archiepiſcopatu Bracarenſi fuiſſe cele-
bratum tempore retro antiquiſſimo quod-
dam celebratiſſimum 50. puerorum ſemi-
narium cum redditibus ſufficientibus, vt in
omnibus bene educarentur, de quo Archiep.
Acugna, in hiſtoria Bracarenſ. Archiepiſc.
parte 2. cap.86. num.2. pag. 376. qui talari
veſte coloris cærulei indui perample, &
copioſe ſuſtentantur, quique addiſcunt
muſicam, & ad publica Gymnaſia gram-
maticæ,

maticæ, Philoſophiæ, ac moralis, & ſpecu-
latiuæ Theologiæ, quotidie gregatim per-
gunt vice Rectore comitante.

21 De ſtipendio in quanta quantitate pro
Magiſtro, eos erudituro, nihil cauetur præ-
ciſè, nec *in text. noſtro, nec in dicto cap.* 18.
Trident. quod exiſtimamus, vt debeat ab
Epiſcopo ex Concilio, duorum de capitu-
lo competens arbitrari, atque conſigna-
ri, iuxta exigentiam loci, temporis, &
qualitatis Magiſtri, quod etiam aſſignan-
dum, arbitrabunt, pro ſingulis ſemina-
riſtis.

22 Ad tertiam partem taxa pro ſuſtenta-
tione, & erectione dicti ſeminarij, à qui-
bus ſit ſoluenda, & contribuenda, & de
quibus iam reſumptiuè hic *in princ. verſ. ad
ſecundam* dictum eſt *ex dicto Trid.* nunc ex
eodem dicto ſoluendam primo loco ab
Epiſcopo, qui ex ſua, & capituli menſa
contribuere debet pro ſeminario, poſteaquo
cogere alios ad contribuendum ſuo exem-
plo, niſi qni nominatim excipiuntur à con-
cilio *dict. cap.* 18. & exigitur pro forma, vt
præceſſerit detractio fructuum de menſa
ipſius Epiſcopi, & aliorum beneficiorum
ipſius Diœceſis ad præſcriptum ſupra dicti
decreti, vt cenſuit Rota *in Auerſana benefic.* 3.
Iulij 1606. coram Cardinali ſacrato, *& de-
ciſione* 361. *num.* 7. *p.* 2. *recent.* niſi forte loco
illius diſmembrationis à propria menſa
Epiſcopus pinguius mentem concilij adim-
pleuiſſet, aſſignando pecunias, & reddi-
tus ex proprio patrimonio, vt fuit reſpon-
ſum per ſacr. Congreg. in vna Tyraſonen.
vnionis de anno 1610. cuius meminit Lot-
ter, *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 61. Bar-
boſa *dicta allegat.* 77. *num.* 2. qui *num.* 3. *ex
Piaſetio in praxi noua Epiſcop. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 5.
in fine, incipit *ab hac contributione*, illa quæ
incerto, vt eleemoſynas piorum, vel ſimi-
lia, & hoc ſicut reſponſum fuit Epiſcopo
Tridentino die 13. Maij 1586. idem Barbo-
ſa *in Triden. dict. cap.* 18. *num.* 12. *verſ. ex fru-
ctibus, & numero* 18. vbi idem dicit, vt nec
de emolumentis, prouentibus, & legatis
relictis pro celebratione Miſſarum ex Sell.
in ſelect. Canon. cap. 10. *num.* 14. aſſerente ita
reſolutum *in Cauen.* 17. *Nouemb.* 1629. idem
*in Bullario, & deciſ. Apoſtolicis, verbo ſemina-
23 rio.* † vbi quod nec Canonici debeant con-
tribuere de diſtributionibus quotidianis à
præbendis diſtinctis, Sell. *dict. cap.* 10. *num.* 12.
vbi refert in vna Lucana 5. Iulij 1628. ad 2.
portionem non detrahi ex diſtributionibus
quotidianis pro conſtructione, & ſuſtenta-
24 tione ſeminarij. † Sunt etiam exempti à tali
contributione clerici de Camera Apoſto-
lic. ratione beneficiorum, quæ obtinent
ex S. Congreg. Epiſcop. & Regul. in Ma-
ceraten. 12. Maij 1604. Bullar. Barb. *in dicto
verbo.* † Nec cogi debet Abbas, qui in ſuo 25
territorio, & iuriſdictione prius ſeminarium
exercebat proprium, & prouiſum retine-
bat ex dict. S. Congreg. Concil. ſub die 30.
Martij 1594. nec Abbatia vnita capitulo
Cathedrali Eccleſiæ ante Concil. S. Cong.
Concil. in Lucana Concil. 17. Februarij
1629. Barboſa *in dicto Bullario, & deciſ. Apo-
ſtol.* idem *in Trid. n.* 13. 17. *&* 18.

Item eximuntur ab ea, ſeminarij contri- 26
butione omnes, & ſingulæ perſonæ in be-
neficiis S. Ioann. Hieroſolymit. quomodoli-
bet exiſtentes in qualibet ciuitate, iuxta
ſacri Concilij decretum erectum, ſeu exi-
gendi per Bullam Greg. 13. incipit *quo ma-
gis*, ſub data 23. Martij 1580. relat. inter pri-
uilegia Relig. fol. 57. Anton. Nouar. *verbo
ſeminarium numero* 7. Barboſa *dicta alleg.* 77.
num. 22. † Item ſunt immunia ab hac exa- 27
ctione collegia, & Monaſteria mendican-
tium, prout habetur *in dicto cap.* 18. *Trid.
ſeſſ.* 23. ibi: *& omnium Monaſteriorum, non
tamen mendicantium*, quorum nomine ve-
niunt Monaſteria S. Dominici, S. Franciſci,
ac Eremitarum S. Auguſtini, nec non Car-
melitarum, & ſeruorum Beatæ Mariæ, vt
declarauit Pius V. *in conſt. ſua*, quæ incipit
Romanus Pontifex ſub data 1. Octobr. 1568.
& Patres ſocietatis Ieſu, quos ad hoc inter
mendicantes comprehendit Pius V. *in con-
ſtit.* quæ incipit *cum indefeſſe*, dat. Romæ
die 7. Iulij 1571. & ordo minimorum
S. Franciſci de Paula, qui annumeratus
fuit inter mendicantes ab eodem Pio *in
conſtit.* incipit *Apoſtolica* 9. Nouemb. 1567.
& ex alia incipit. *Romanus* 19. Nouemb.
eiuſdem anni, & Congregatio Ieſuitarum
annumerata mendicantibus, & denique
Clem. VIII. *conſt. ſua* incip. *Romano Pontifici
decet* 20. Auguſti 1603. Carmelitas diſcal-
ceatos declarauit eſſe ex ordine mendican-
tium referunt Aloyſius Riccius *deciſ.* 196.
p. 4. Barboſa *dicta allegat.* 77. *ex numero* 14.
† Nec moniales tenentur contribuere ali- 28
quam ſubuentionem ſeminario, ſi bene-
ficia non habent vnita, Sell. *dicto cap.* 10.
numero 10. vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum in
Hieracen. de anno 1593. Barboſa *in Trid.
dicto cap.* 18. *num.* 30. vbi hæc, & alia repetit
videnda *ex num.* 24.

Exceptis inquam iſtis tenebuntur ad con- 29
tribuendum etiam Cardinales, commen-
datarij, ratione beneficiorum, quæ obti-
nent, Aldan. cum quo Barboſa *in dicto c.* 10.
numero 14. refert deciſum *in maceraten.* 12.

Yy 3 Maij,

Maij, *& in Peruſina* 17. eiuſdem 1604. repetit *in Bullario, & deciſ. Apoſtolic. dicto verb. ſeminario*, hoc eſt de fructibus beneficiorum, quæ poſſident in Diœceſi, vbi eſt ſemina-
30 tium *dict. allegat.* 77. *num* 5. † Et ſic omnia beneficia conſiſtentia intra Diœceſim, licet habeant bona in alia Diœceſi: idem Aldan. qui refert deciſum *in Caputaquen.* 23. Iunij 1586. *in compendio iuris Canonici lib.* 1. *tit.* 18. *num.* 16. & beneficiati beneficiorum, collationis Monaſterij, & Monachorum, ſi intra fines Diœceſis ſint: idem Aldan. *dict. cap.* 18. *num.* 5. vbi affirmat de-
31 ciſum *in Caputaq.* 4. Februarij 1593. † Item contribuere tenentur Eccleſiæ ſæculares, quæ non ſunt de menſa Monaſteriorum, tametſi ad eorum collationem, & inſtitutionem pertineant: idem Aldan. *dicto c.* 18. *num.* 6. ibi dicit deciſum *in dict. Caputaq.* 23. Iunij 1583. *& dict.* 4. Februarij 1593.

32 De Hoſpitalibus, & confraternitatibus, qualiter in eorum redditibus contingat contributio? De Hoſpitalibus datis in titulum, vel adminiſtrationem, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus Eccleſiaſticos pro ſeminario, debent contribuere, vt referunt deciſum Zerola *p.* 1. *in praxi verbo Hoſpitale, verſ. decimum dubium*, Riccius *collect. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 196. *num.* 6. 7. 8. *p.* 4. Barboſa *in Trid. dicto cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *num.* 19. idem *in alleg.* 77. *num.* 6. *& in Bulla, & deciſ. Apoſtolici dicto*
33 *verb. ſeminario.* 23. † Dicentes hoc ſic non procedere in Hoſpitalibus, quæ adminiſtrantur à laicis, & in quibus ſunt bona laicorum, quæ data non ſunt in titulum, commendam, ſeu admiſtrationem, vt refert deciſum Armendax *in addit ad leg. Na-*
34 *uarra tit.* 29. *l.* 1. §. 2. *Hoſpital. num.* 13. † vbi *num.* 15. etiam teſtatur reſolutum Hoſpitale vnius Diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt alterius Diœceſis, teneri ad contribuendum pro rata fructuum beneficij annexi ſeminario, quod eſt in Diœceſi, in qua ſitum eſt beneficium, Fuſcus *de viſitat. dicto cap.* 16. Thomas Nonius *conſ.* 61. *in cap. dico*, & ex aliis idem Barboſa, vbi ſupra.

35 De confraternitatibus, quæ à nonnullis vocantur ſcholæ, vt cogantur contribuere ſeminario pro his, quæ habent de bonis Eccleſiarum, & intuitu bonorum Eccleſiaſticorum, Sell. *in ſelect. Canon. dicto cap.* 10. *num.* 15. vbi ait ita reſolutum eſſe ſub die 11. Ianuarij 1601. quamuis intra Regularium Eccleſias exiſtant, ſi redditus habeant Eccleſiaſticos: ſic etiam refert deciſum Bar-
36 boſa *dicta allegat.* 77. *num.* 10. † Et ideo quæ nulla habent beneficia Eccleſiaſtica annexa, aut prouentus Eccleſiaſticos non ligari ea contributione pro ſeminario, licet alij redditus habeant, quia pro ſuſtentatione Seminarij nihil poteſt detrahi ex redditibus confraternitatum, & Hoſpitalium, niſi nomine beneficiorum annexorum, Sell. *dicto cap.* 10. *num.* 16. vbi aſſerit reſolutum *in Lucana* 5. Iulij 1628. ad 3. 4. & 5. Barboſa vbi ſupra *in Trid. num.* 25. *& in deciſ. Apoſtolici, Bullario, & allegat.* 77.

Et quod legata facta Magiſtrū Grāmaticæ, 37
qui pueros doceat pauperes, poſſe applicari ſeminario cum onere erudiendi pueros, ſicut teſtator iuſſit; & inde valebunt applicari bona, quæ fuerunt applicata alicui collegio propter Chriſtianam educationem miſerabilium puerorum, ſi collegium id ſublatum ſit, vt cenſuit ſacra Congregatio, de quo Aldan. *in compend. Canonic. deciſ. lib.* 2. *tit.* 24. *n.* 8. Barboſa *in Paſtorali dicta alleg.* 77. *n.* 11.

Quoad penſiones habentes, etiam dicen- 38
dum eſt, vt teneantur proportionate ſoluere pro ſeminario, quia cum penſio apponitur ſuper fructibus & redditibus beneficiorum, certum eſt, vt teneantur ad hoc onus, vt alij contribuentes, ſicut & ſoluere tenentur ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij, Nicol. Garcia *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 171. Moneta *de decimis cap.* 9. *à num.* 83. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt.* 2. † Qui dicunt & 39
alij habere locum, ſiue ſeminaria erecta ſint ante reſeruationem penſionum, ſiue poſt, vt dicit deciſum additio ad eundem Garciam *dicto numero* 171. Vbi etiam dicit titularem occaſione contributionis per eum factæ ſeminario non poſſe detrahere ex penſione, quam ſoluit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, ad quam ipſe titularis contribuit ex ſacra Congreg. Concil. *ad dict. cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *verſ. ad hanc* autem portionem, congregatio cenſuit habere locum, & ideo beneficiarum compelli poſſe pro penſione, quam ſoluit, quamuis ſeminarium erectum fuerit poſt penſionis reſeruationem, † ſed beneficiatum poſſe retinere pro rata quidquid occaſione 40
penſionis ſoluerit ſeminario, refert etiam cum aliis duabus declarationibus de expenſis, & oneribus deducendis prius, vel non, de quibus infra ipſe Barboſa *dicta allegat.* 77. *ſub num.* 12. de qua etiam doctrina idem *in Bullario, & deciſ. Apoſtol. verbo ſeminario numero* 6. † vbi dicit ita procedere, 41
dum tamen penſionarij non ſint exempti *ex ſancta Congreg. Concil. in Lucana* 5. Iulij 1628. huius etiam meminit Bonſedin. *in Theſauro*

Theſauro Eccleſ. deciſ. reſ. 32. *num.* 10. *in reſponſo ad* 9. de Monaſteriis, quæ ad ſoluendum obligata non ſunt, vt mendicantium, niſi de beneficiis quæ habent annexa intra Diœceſim, iam ſupra diximus hic *ſub verſ.*
42 *ad ſecundam,* † præter quæ ibi videtur, vt cætera Monaſteria non mendicantium ex redditibus, quia bona Eccleſiaſtica ſunt, teneantur pro ſeminario contribuere ad verba *dicti cap.* 18. ibi, *& omnium Monaſteriorum, non tamen mendicantium*, videndus Fr. Eman. Rodriguez *quaſt. regul. queſt.* 45. *tom* 2. *art.* 2. *& qu.* 66. *art.* 3. & alij ex adductis, ac ſcribentes *ſuper dict. cap.* 18. vt Farinac. Marcilla.

QVÆSTIO II.

De conſilio neceſſario pro ſeminario adminiſtrando? Et an Epiſcopus ſolus ſine conſilio duorum de capitulo queat vniones pro ſeminario facere beneficiorum, Capellaniarum, & Præbendarum, & de quibus? Et an ante contributionem pro ſeminario ſint prius detrahenda onera, & penſiones, quam quod obligetur pro omnibus redditibus ſoluere beneficiatus? Et cui incumbat taxam fructuum facere, vt quota ſoluatur? Et quare illa debeat eſſe?

SVMMARIVM.

1. *Quatuor de capitulo deputatos debet Epiſcopus adhibere pro conſilio, quos ſequi non tenetur in adminiſtratione ſeminarij.*
2. *Seminarij deputati, dum ſunt occupati pro adminiſtratione percipiunt diſtributiones quotidianas.*
3. *Canonici deputati pro pulicandis indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus, & pro ſynodo perficiendo, percipiunt occupati diſtributiones; & quid ad alios caſus, numero* 4.
5. *Epiſcopus, etſi teneatur in erectione ſeminary, requirere Canonicorum duorum Conſilium, ſed non illud ſequi.*
6. *Electio ſeminarij deputati ſufficit fieri per Clerum.*
7. *Seminaria plura poteſt erigere Epiſcopus.*
8. *Siminarij clerici præcedunt alios in proceſſionibus, non Curas, non Canonicos collegiatæ.*
9. *Seminarium non eſt membrum Cathedralis Eccleſiæ.*
10. *Canonicus electus ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuo illam exercet, niſi ex cauſa remoueatur.*
11. *Seminariſta non ex hoc titulo valet ordinari in ſacris, niſi vt n.* 12.
13. *Vniones beneficiorum pro ſeminario non fiunt, niſi prius illud ſit erectum, & num.* 16. *&* 21. *& de quibus à n.* 20.
14. *Seminarium erectum, quando dicatur? & quæ requirantur pro tali præparatione, num.* 17. 18. *&* 19.
15. *Vniones factæ ſeminario abſque conſilio, quos iubet conſilium, ſunt nulla, & quare.*
17. *Vnio facta ſeminario nondum erecto, ceſſante fraude videtur valere.*
18. *Poſſeſſio capta nomine ſeminarij non erecti, dicitur nulla.*
20. *Seminario vniri poſſunt qualibet beneficia ſimplicia ſine præiudicio obtinentium, etiam affecta, dum non ſit omnium, n.* 21. *aut ſi ſpectent ad collationem inferiorum, num.* 22.
22. *Seminario vniri non poſſunt beneficia iurispatronatus, nec Papæ reſeruata, . ut vaccantia in eius menſe, nec obtenta ab Epiſcopo Ordinario, vt n.* 23.
24. *Vniri non poſſunt quæ ſunt reſeruata Papæ, ratione obtinentium ea.*
25. *Vniri ſeminario non poſſunt beneficia regularia, ſiue dentur in titulum, ſiue in commmendam; ſecus ſi ſtatum mutauerint.*
26. *Canonicatus etiam collegiatarum, etſi reſidentiam non habeant, ſeminario vniri nequeunt.*
27. *Vniones ſemel factas ſi fructus ſuperſint, alias ſeminario ſub dubio eſt, an Epiſcopus valeat diſſoluere.*
28. *Seminario non vniuntur beneficia litigioſè.*
29. *Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacant, poſſunt ſeminario vniri, vbi de aliis.*
30. *Regul.* 13. *Cancellariæ reuocatoria vnionum ceſſat in ſeminariis.*
31. *Vnio ſeminario facta, non impeditur ex eo quod vnitum impetratum ſit à Papa.*
32. *Contributio ſeminarij fit ex remanentibus fructibus, deductis oneribus.*
33. *Contributio pro ſeminario eſt anticipate ſoluenda de quadrimeſtre in quadrimeſtre; & quando ad eam obliget Epiſcopus, n.* 34.
36. *Locare ad nouenum bona ſtabilia ſeminarij*

narij non licet, nec ea cum aliis permutare in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, nec ſterilia, & inculta in emphiteuſim ad tertiam generationem concedere.

1 AD primam partem breuiter *ex dicto cap. 18. Trid. ſeſſ. 23. de reformat.* reſpondetur ex verbis ibi: *cum Conſilio duorum Canonicorum*, ex quibus deducitur, quod Epiſcopus debet adhibere ſeminario quatuor deputatos in conſilium pro tota administratione temporali dicti ſeminarij, qui tamen non tenebitur eorum ſequi conſilium, vt referr deciſum Nicolaus Garcia *de benefic. p. 12. cap. 2. num.* 191. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſ.* 380. *num.* 3. Barboſa *in Trident. dicto cap.* 18. *num.* 4. vbi Farinac. & Marcilla, Gonzalez *ad regul.*8. *Cancel.* gloſſa 46. *num.*74. Alced. *de præcel. Epiſcopat. Dignit. p. 1. cap.* 9. *à numero* 5c. Hæc inquam, & dicta de vnione, & per quos, infra *in verſ. ad ſecundam*, ſuadentur ex verbis textus noſtri ibi, *aliquod competens beneficium praberetur*, & ibi: *conſtituatur Magiſter à Prælato cum capitulo, ſeu maiori, & ſaniori parte capituli*, & ibi: *aſſignetur cuilibet Magiſtrorum à capitulo vnius Prabendæ prouentus, &c.*

2 Qui deputati, ſi forte dum ſunt occupati pro adminiſtratione ſeminarij, contingat abeſſe ſine fraude à reſidentia, quam debent præſtare pro ſuis Præbendis, non erunt priuandi diſtributionibus quotidianis ſibimet & alias debitis, ſi reſiderent ad officia Diuina; eo quod tunc abſentes, reputantur tanquam præſentes; propter Eccleſiæ vtilitatem, Moneta *de diſtribut. quotid. p. 1. quæſt.*8. *num.*17. vbi *numero* 16. idem reſoluit de illis Canonicis, qui *de præcepto Concilij Trident. ſeſſione* 21. *de reform. cap.* 9. de-
3 bent adhiberi ab Epiſcopis, ſeu locorum ordinariis in publicandis indulgentiis, aliiſve ſpiritualibus gratiis: *& numero* 18. idem dicit ſtatuendum de illis duobus Canonicis, altero ab Epiſcopo, altero per capitulum eligendo, qui donec ſynodus aliqua prouincialis celebretur, in qua ea de re ſtatuatur ab eodem Epiſcopo adhiberi debent in his prouidendis, quæ neceſſaria videbuntur circa Diuina officia, omneſque Eccleſiæ Miniſtros, iuxta quæ eadem Trid. Synod. decernit *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.*12.
4 *in fine*, & numeris ſequentibus. † Idem dicendum putat de aliis Canonicis eligendis, *præſcripto Concilij Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6. *& cap.* 8. *verſ. quod ſi Hoſpitalia*, aliiſque in locis; ſed hoc indiſtinctè verum non eſſe dicunt idem Moneta *dicta p. 1. cap.* 11. *à num.*68. videndus Nicolaus Garc. *de benefic. in addit p.* 3. *cap.* 2. *num.*355. vbi optimè Barboſa *in paſtorali dicta alleg.* 77. *num.* 31. *& ſub num.* 33. *ex verſ. quos quidem:* idem Barboſa *in Trident. dicto cap.*18. *ſeſſ.*23. *num.*8. *& in Bullario in deciſ. Apoſtol. verb. ſeminarium.*

Et addunt relati, quod licet Epiſcopus 5
teneatur requirere duorum Canonicorum Conſilium; non inde illud ſequi in erectione ſeminarij, vt referunt deciſum Barboſa *in dictis locis*, Gonzalez *in dicta reg.*8. *Cancel.* gloſſa 46. *numero* 74. non enim iſti deputati, & alij officiales ſeminarij habent votum deciſiuum, ſed tantum conſultiuum, Aldan. *in compend. Canonic. reſ. lib.*1. *titulo* 18. *numero* 2. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum ſub die 11. Ianuarij 1620.
† Et quod electio ſeminarij deputati ſuffi- 6
cit fieri per clerum ciuitatis. † Et quod po- 7
teſt Epiſcopus erigere plura ſeminaria in illis locis, quæ non fuerunt taxata: idem Aldan. *dict. tit.* 18. *num.* 3. vbi aſſerit ita deciſum *in Lucana* 19. Nouembr. 1616. idem Barboſa *in Bulla. & in deciſ. Apoſtol.* repetit *ſub dicto verbo ſeminarium.*

Hinc fluit quod ſeminarij clerici præ- 8
cedunt in proceſſionibus aliis clericis ſacræ Congreg. *Rit. in Adrien. Rodigij* 11. Martij 1620. & ſic debent ſeminarij clerici primo incedere in proceſſionibus publicis, ante clerum ſæcularem; at relinquere locum digniorem curatis S. Congreg. rituum *in Capuana* 1. Septemb. 1667. qui nec præcedunt Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Congreg. *Rit. in fundana* 10 Decemb. 1601. & eadem Congreg. *in Capuana* 1. Septemb. 1607. † addit ſeminarium non eſſe mem- 9
brum Eccleſiæ Cathedralis, licet in ea clerici ſeminarij efficient, Barboſa *in Bullario*, vbi hæc tradit, ac *in deciſ. Apoſtolic. dicto verb. ſeminarium, & in paſtorali dicto allegat.* 77. *num.* 31. † Dicit quod Canoni- 10
cus electus ad ſeminatij adminiſtrationem, perpetuo illam habere debet, nec vt remouere poſſit, niſi ex legitima cauſa, & iuſte, vt refert deciſum Galer. *in Margarita caſuum conſc. verbo Canonicus pag.* 30. *col.*1.

Item quod captatus in collegium ſemi- 11
narij non poteſt ordinari ad titulum ſeminatij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſam eſſet ſeminario iniunctum S. Congreg. Concilij teſtibus Zerola *in praxi Epiſcop.* 1. *verb. ſeminarium* §. 6. Galet. *in Margarit. caſ. conſcientiæ verbo ordo penult.* Armendar. *in addit ad Recopilat. leg.* Nauarr. *lib.* 1. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrim. num.* 9. *&* 10. † Tamen poterit etiam ordinari 12
ſub certa aſſignatione in ſeminario facta, cauſa

cauſa inſeruiendi beneficio iuncto ſeminario, donec ei prouiſum fuerit de congrua ſuſtentatione: eadem S.Congreg. teſte Garcia *de benefic. p. 2. cap. 5. num.* 104. Barboſa *in Bullario, & deciſ. Apoſtol. dicto verbo ſeminarium.*

13 Ad ſecundam partem de vnione beneficiorum pro ſeminario; & præmittendo, quod huiuſmodi ſeminaria debent eſſe prius erecta, & in illis ſcholares actualiter adeſſe, vt vniones ei factæ ſubſiſtant Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancel.* gloſſa 7. *n.*68. refert pluries deciſum ex Aloyſio Riccio per Rotam *in deciſ.* 835. *num.*5. *& deciſ.*836.*n.*4. apud Farinac. Barboſa *dict. alleg.*77. *in paſtor. n.*23.*in nouiſſ.* alias *p.*4. *diuerſ.* late, & eleganter Lother. *de re benefic. lib.*1 *qu.*30.*à n.*47.

14 Et quod dicitur ſeminarium erectum, dicit idem Barboſa *num.*24. *& Rota in Corben. præſtimoniorum* 7. Februarij 1601. apud Farinac. *deciſ.* 835. *in nouiſſ.* ad quod idem Barboſa ibi, *& num.*25. 26. *&* 27. refert ad longam certam deciſionem ibi legendam, vbi quod à poſſeſſione, & aliis conſtat de

15 erectione. † Et addit Barboſa *in paſtorali dicta allegat.* 77. *numero* 33. quod vniones factæ ſeminario abſque Conſilio eorum, quos iubet Concilium adhiberi, ſunt nullæ, ſeu non valeant, quia quando datur alicui poteſtas à lege, & ab eadem adiicitur, quod faciat cum Conſilio alterius, illud de neceſſitate requiritur *ex l. impuberibus ff. de ſuſpectis tutor,* Bartol. *in l. Titium num.* 3. *ff. de adminiſt. & peric. tutor in terminis* Franc. Leo *in Theſauro cap.* 16. *numero* 25. vbi aſſerit quandoque vidiſſe diſputare de validitate, & inualiditate vnionum ſeminario factarum defectu præſentiæ deputatorum, & pro nullis reputati.

16 Et notat ibi idem Barboſa, *& in Trident. dicto cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *ac in Bullar. dicto verbo ſeminarium numero* 1. quod ſeminario nondum erecto, & in quo ſcholares adhuc non adſunt, non poſſit fieri vnio beneficiorum S. Congreg. Concil. teſte Gonzalez *ad regul.*8. Cancel. gloſſa 5.§. 68. & Garcia *de benef. p.* 12. *cap.*2. *nu.*193.*&* 194. idem Barboſa *in paſtorali ex deciſ. quam refert plenè*

17 *num.*25. † Vbi addit, quod ad hunc affectum requiritur præparatio Domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum, vbi fuit reſolutum in cauſa Oxomen *benef.*24. Octob. 1611. *à num.*3.*p.*3. *recent.* proſequitur Garcia latè vbi ſupra, & licet Gonzalez relatus dicit, quod ceſſante fraude, ea vnio ſuſtineatur ſeminario, nondum erecto, & valeat, quem ſequitur Modern. *diſcept. forenſ. c.*248. *num.*71.*& cap.*358.*n.*5. tamen iſta ſententia,

vt aduertunt Garcia, & Barboſa eſt contra declarationes Congreg. Concil. & contra ſententiam Rotæ, in qua etiam deciſione amplioribus verbis, vt referunt idem Garcia, & Barboſa, † vbi *nu.*26. dicit poſſeſſionem captam nomine ſeminarij, nondum erecti, eſſe nullius momenti, nec procedere iuris effectus, & *num.*27. † quod erectum formaliter tunc dicetur, cum conſtet Epiſcopum duos elegiſſe Canonicos pro regimine, & gubernio ſeminarij, & duos conſultores pro inſtituendis taxis, & faciendis vnionibus alterum de capitulo, & alterum de clero, de quibus infra; item ex introductione puerorum in ſeminario, cum quibus conſtaret de tali exiſtentia ſeminarij ad præſcriptum *in dicto cap.*18 *ſeſſ.* 23. *Trid.* Vberius explicat Barboſa ibi: *in dicto cap.*18.*n.*11. etiam cum Valenzuela *conſ.*22.*n.*3. Riccio, & Feliciano de Vega *in c.*10.*de iudic.* vbi quid de facto ſeminarium, cuius muri erecti ſunt. 18 19

Quibus præhabitis, iam ad vniones, quæ fieri poſſunt, aut non accedendo, & præmittendo, etiam quod vnio facta ſeminario abſque Concilio eorum, quos iubet Trid. *in dicto cap.*18. non valeat Barboſa ibi *num.*10. Franc. Leo ab eo citatus ibi, *& dicta alleg.*77. *n.*31. ſed non clarè ibi, cum loquatur de reſeruatis. Primò inquam poſſunt ſeminario vniri per Trid. *in dicto c.*18.*ſeſſ.*23.*in verſ. benef. aliquot ſimplicia*, cuiuſcumque dignitatis & qualitatis fuerint ſine tamen præiudicio obtinentium, etiamſi eſſent affecta, aut in curia effectum ſortirentur, Fuſcus *de viſitat. c.*16. *n.*9. Barboſa *in dicto cap.* 18. † Dum tamen non fiat omnium beneficiorum ſimplicium; idem Barboſa ibi: *n.*35, *& in dicta alleg.* 77. *n.*29. poſt Molfeſium, & Riccium *in Bullario, & in deciſ. Apoſtol. dicto verbo ſeminarium.* † vbi addit in dictis locis nec poſſe fieri, ſi ſpectent dicta beneficia ſimplicia ad collationem inferiorum, vel ſi ſint iuriſpatronatus, etiam iuris Eccleſiaſtici, aut beneficia ſedi Apoſtolicæ reſeruata, nec præterea vacantia in menſe reſeruata Pontifici, Molfeſ. *in ſumma Theolog. mor. tract.*6.*cap.*14.*n.*62. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.*2. *cap.*16.*num.*23. † Nec beneficia obtenta ab Epiſcopo Oritano tempore ſuæ promotionis, tanquam ſedi Apoſtolicæ reſeruata ſancta Congreg. Concil. ſub die 14. Auguſti 1619. teſte Viuian. *in praxi iuriſpatron. deciſ.* 48. *in fine.* 20 21 22 23

Nec etiam poſſe vniri ſeminario ante vacationem obtenta à perſonis, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, cum ſint affecta Papæ, quocumque menſe decedant, & ſic idem Barboſa *dicta alleg.*77.*num.*30. *in verſ. vnde*, & Lotther. *de re* 24

benef. lib. 1. qu. 30. n. 44. referunt deciſum *in
vna Auerſana beneſ.* 30. Iunij 1606. coram
Sacrato, vnionem de beneficiis reſeruatis
*per extrauag. ad regimen. de præb. inter com-
mun. innouatam per Regul. 1. Cancel.* factam
per Epiſcopum quamtumcumque ad fauo-
rem ſeminarij, & ſeruata in reliquis forma
decretorum Concilj eſſe nullam, vt iterum
fuit amplexa deciſio 101. *nu. 5. p. 2. recent* rela-
25 ta ab eiſdem. † Et quod nec poſſunt vniri
beneficia regularia, ſiue dentur in titulum,
ſiue in commendam; ſecus vero ſi ſtatum
mutauerint, Sell. *in ſelect. Canon. dict. c. 10. tit. 18.
n. 25.* vbi refert ſic deciſum ſub die 21. Iulij
26 1619. Barboſa *in Trid. dicto cap. 18. n. 39.* † Nec
canonicatus etiam collegiatarum, quamuis
ex conſuetudine non obligant ad reſiden-
tiam, quia Concilium *in dicto cap. 18 ſeſſ. 23.*
non loquitur de his beneficiis ſimplicibus,
Sell. *dict. c. 10.* vbi refert fuiſſe deciſum per
S. Congreg. Epiſcop. *in Aquilina* 27. Martij
1590. Barboſa *in dicto c. 18. Trid. n. 36. in Bul-
lario, & deciſ. Apoſtolicis dicto verbo ſeminarium.*
27 † Sed an poſſit Epiſcopus authoritate ordi-
naria, vniones beneficiorum ſeminario fa-
ctas diſſoluere, ſi poſtea illud, redditus ſuffi-
cientes acquiſierit? quæſtio eſt dubia, de
qua Sell. *in ſelect. Canon. cap. 10. n. 32.* vbi at-
teſtatur cum proponeretur ſub die 7. Iulij
1618. non fuiſſe reſolutum. Tu vero ad
vtramque partem poteris diſputare *ex dictis
hic quæſt. 1. à n. 1. toto verſ. ad primam.*
28 Et ad verſ. Trid. *in dicta ſeſſ. 23. cap. 18. ibi
etiam ſi beneficia ſunt reſeruata*, dicendum
eſt Concilium non concedere facultatem
vniendi litigioſa; quia aliud eſt beneficium
reſeruatum, aliud litigioſum, vt per Nicol.
Garciam *de beneficiis p. 1. cap. 5. num. 115. in
puncto*, Rota in Corduben. præſtimonij 13.
Iunij 1623. coram Patriarcha Manzanedo.
29 Ad quod beneficia ſimplicia, quæ per
mortem vacant, poſſint vniri per Epiſco-
pum ſeminario, licet eſſent reſeruata, vel
affecta, niſi tamen alia beneficia, quæ iam
vacaſſent in menſe ſuo, ſcilicet Epiſcopi
prædicti, & quorum collatio ad ipſum ſpecta-
bat, non ſeminario vniuiſſet, ſed aliis con-
tuliſſet, vel eandem vnionem factam non
continuo enuntiaſſet: etenim ſi beneficia
in ſuis menſibus vacantia non vniuerit, nec
vacantia in menſibus reſeruatis vnire po-
terit, cum frans in hoc cenſeatur, Nicol.
Garcia *de benef. dicta p. 11. c. 2. n. 104.* qui in
addit *ad dict. cap. 2. n. 102.* refert deciſum, be-
neficia ſimplicia, ſi Epiſcopus, ſeruata for-
ma Conciliis, ſeminario vniuerit ante eius
vacationem, etiam in menſe reſeruato,
vnionem debere effectum ſortiri; & ita

Gonzalez *ad regul. 8. Cancell.* gloſſa 14. *n. 10.
dicit*, vt poſſit Epiſcopus vnire vigore *dicti
cap. 18. Trid. ſeſſ. 23.* beneficia prima vaca-
tura per reſignationem ſimplicem non au-
tem per conditionalem in fauorem certæ
perſonæ. Et Aldan. *in reſol. Canonic. tit. 18. n. 26.*
refert deciſum *in Tutertina* 15. Aprilis 1628.
Cardinalem Epiſcopum habentem indul-
tum, poſſe non obſtante decreto Clem. VIII.
ante vacationem vnire ſeminario benefi-
cium, quod obtinet familiaris Papæ defun-
cti. † Et quod regula 12. Cancellar. reuo- 30
catoria vnionum non procedat, nec ha-
beat locum in vnionibus factis ſeminariis,
reſoluunt Flaminious *de reſign. lib. 2. quæſt. 9.
à num.* 18. Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. §. 7.*
gloſſa 5. *à num. 56.* dicens quod ſeruiantur,
& excipiuntur vniones, quæ fiunt pro fun-
datione, dotatione, augmento, vel con-
ſeruatione collegiorum, & piorum loco-
rum, &c. Valenzuela *conſ. 2. num. 54. & 55.*
Barboſa *in Trid. ſub n. 40.*
Et vltimo, addunt Barboſa *in Trident* vi- 31
dendus *à num. 33. ad 47. ibi num. 46. ad ver-
ba dict. Trident. nec per reſignationem ipſorum*,
quod ſi Epiſcopus facit vnionem beneficij
non vacantis iuxta illud decretum *cap.* 18.
& aliquis ſuccedente vacatione, impetrat
illud à Papa, non irritetur vnio facta ſemi-
nario, nec impediatur illo facto, Zerola *in
praxi p. 1. verbo vnio verſ. primum dubium*, Va-
lenzuela *dicto conſ. 22. num. 16.* Flamin. *de re-
ſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 9. n. 14. & 15.* viden-
dus ibi: *n. 2. & lib. 10. qu. 7. n. 17.*
Ad tertiam quæſtionis partem; an ante 32
contributionem pro ſeminario, ſint de-
trahenda onera, quam quod obligetur pro
omnibus redditibus ſoluere beneficiatus? &
inde dicendum eſt, quod in hac contribu-
tione eſt prius deducendum, & detrahen-
dum omne id, quod ex cauſa oneris perpe-
tui, puta quarta fructuum, quæ ſoluitur Ca-
meræ Apoſtolicæ, & ſimilium, Sell. *in ſelect.
Canon. cap. 10. n. 8.* vbi refert ita reſolutum *in
Canon.* 17. Nouemb. 1629. refert etiam Bon-
fadin. *in Theſauro Eccleſ. reſol. 32. n. 8.* Barboſa
*in Trid. dict. cap. 18. ſeſſ. 23. num. 14. in Bullario,
& deciſ. Apoſtol. verbo ſeminario num. 3.* † Et 33
quod hæc contributio ſit anticipate ſoluen-
da de quadrimeſtre in quadrimeſtre, Sel-
lius *dicto cap. 10. num. 9.* vbi refert deciſum
per S. Congreg. Epiſcopor. & Regular. ſub
die 8. Martij 1588. Barboſa *in Trid. cap. 15.
& in deciſ. Apoſtolic. num. 1. ac in Bullario* ſu-
pra etiam ex Aldano *in compendio Canon. re-
ſolut. lib. 3. tit. 16. num. 23.* † Et quod poteſt 34
Epiſcopus punire interdicendo, vt dictum
eſt, & per alia etiam grauiora remedia
iuris

iuris & S. Cangreg. Concil. in Marchiana *in Bullar. numero quarto, & in deciſ. Apoſtol.* ibi ex Aldano eam referente ſupra *tit.16. numero 24. & in Tridentin. numero 12.* dum tamen ipſe prius Epiſcopus ſoluiſſet, vt ſic ſuo exemplo alios poſtea valeat compellere contribuentes, excipiendo illos, qui ad id non tenentur, de quibus *quæſtione 1. hic*, & quod ſeminario debita portio ratione beneficiorum exigit, proſit poſt vnionem eiuſdem beneficij factam regularibus, qui mendicantium priuilegiis gaudent, Sell. *dict. cap. 10. num. 25.* vbi ſic refert deciſum ſub die 21. Iulij 1619. Barboſa *in dict. Trid. cap. 18. num.40.*

36 Ad alias difficultatis partes, iam *ex dictis* hic, & *ſub quæſt. 1.* benè infertur de quota, quantaque debeat eſſe proportionate.

35 Et ſic pro complemento notandum eſt, non licere ſeminarij bona ſtabilia ad nouenum locare, nec eadem bona cum aliis bonis, in euidentem vtilitatem permutare, nec ſterilia, & inculta in emphiteuſim ad tertiam generationem concedere: ſic Barboſa *in Bullario verb. ſeminarium num. fin. & in deciſ. Apoſtolicis eodem verbo fin.* ex ſacra Congreg. *in Barcel.* 19. Februarij 1633. de qua Bonſadin. *in Theſauro Eccleſ. deciſ. reſol. 26. numero 5.*

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

AD TEXTVM

In Cap. Super ſpecula fin. Loc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Magiſtrorum aſſignatio oportet fieri per Epiſcopos, & capitula, vt ex copia diſcipulorum aly fiant, qui docere poſſint.*
2. *Magiſtri docentes, non eſt cur denario ſibi debito ſint priuandi.*

1 QVas videtur tenere partes, ſed continuas textus iſte. Prima de neceſſitate Magiſtrorum, qui pro docendis pueris, ac ſtudentibus deberent aſſignari ad ſcholas, publicaſque lectiones compellendo capitula Canonicorum, vt è ſuo corpore, ſi qui docti eſſent deducerentur. Et quod propter raritatem Magiſtrorum, qui forſitan ſe excuſare poſſunt Prælati, & capitula ad Theogiæ profeſſionis ſtudium aliquos derinent docibiles, ex quibus poſtmodnm copia poſſit haberi Doctorum, qui alios erudiant; quæ pars plenè *ex iam adductis ſub Rubrica*, & aliis iuribus hic congrue valet extendi; per quæ, & per dicta *in cap. præced.* abunde conſtat de prouentibus dictis Magiſtris ſubminiſtrandis, ad verba hic: *quibus ſi proprij prouentus Eccleſiaſtici non ſufficiunt, prædicti neceſſaria ſubminiſtrent.*

2 Pars ſecunda *ex verſ. docentes* colligitur, dicit *quod docentes in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint, & ſtudentes in ipſa integre per annos quinque percipiant de licentia ſedis Apoſtolicæ prouentus, Præbendarum, & beneficiorum ſuorum, non obſtante aliqua contraria conſuetudine, vel ſtatuti cum denario, fraudari non debeant in vinea Domini operantes.* De hac inquam erit ſermo, etſi plura poſſemus adiungere de his, quæ *in titulo de clericis non reſident.* & ibi *ſub cap. relatum* DD. agunt de percipiendis, vel non abſentibus, etiam cauſa ſtudiorum, ſuarum Præbendarum, & beneficiorum prouentus.

QVÆSTIO I.

An hodie Magiſtri, qui Canonici, aut Parrochi ſiue beneficiati cum præciſa reſidentia, poſſint legentes in publicis ſcholis percipere integros fructus Præbendarum, & beneficiorum? Quid de diſtributionibus quotidianis? Et an concluſio textus noſtri, valeat extendi ad Doctores alios Canoniſtas docentes, in illis ſacros Canones, & conſtitutiones Apoſtolicas? Et eſto ſic procedat, extendatur etiam ad docentes leges ciuiles conſultorum, Imperatorum, & Regum? Et num extendatur ad Grammaticam, & ad alias facultates? Et hæc procedant reſpectu ſcholaſticorum ſtudentium in dictis ſcholis, etiamſi tales ſint iam Canonici, aut Parrochi, & pro quanto tempore ſuſtineant Magiſtri, aut ſtudentes docendo, ſiue audiendo in dicta perceptione fructuum abſentes cauſa ſtudiorum? Quid ſi interpolauerint tempus lectura, aut ſtudij?

SVMMARIVM.

1. *Magiſtri præcipuè apud nos Hiſpanos poſt à Mauris deuaſtatam Hiſpaniam rari erant, fuitque maximè neceſſaria illorum aſſignatio pro erudiendis pueris. Et quid de percipiendis fructibus ſuarum Præbendarum legentes, & n.2.*
2. *Docentes Theologiam publicè in ſcholis habent priuilegium de percipiendis fructibus ſuarum Præbendarum, & beneficiorum, & quare numero 3. quid ex Eugeniana conſtit. pro vniuerſitate Salmantina, & aliis ex dicto n.3.*
3. *Docentes in ſcholis non minus dicuntur intereſſe diuinis, quam alij verè reſidentes.*
4. *Eugeniana conſtitutio, & Trident. priuilegium in fauorem docentium, num ſolum locum habeant in Magiſtris Cathedras habentibus, aut publico ſtipendio aſſalariatis circa percipiendos fructus Præbendarum. Quid ſi legant cum licentia clauſtri, vt numero 5. & 6.40. & 41.*
5. *Salamantina vniuerſitas fecit decretum, ne fructus Præbendarum perciperet, niſi qui ſaltim graduatus licentiatus legeret in ſcholis, declaratur n.6.*
7. *Canonici legentes in publica vniuerſitate ſacram ſcripturam, percipiunt fructus ſuarum Præbendarum, & n.9.& 11.*
8. *Studium generale, dicitur quod eſt erectum per Papam, ſeu Principem.*
9. *Canonici extra Magiſtrales legentes intra Eccleſiam, non inde percipiunt fructus, non reſidendo, ſicut Magiſtrales percipiunt, n.11.*
10. *Scholares ſtudentes intra Eccleſiam non gaudent priuilegio de percipiendis fructibus, ſicut ſi ſtuderent in ſcholis publicis, n.11. 25. & 26.*
11. *Legentes in ſcholis fructus percipiunt, ſi ipſi non conſiſtant in diſtributionibus quotidianis omnino, alias ſecus, vt n.12.*
12. *Diſtributionum quotidianarum, tertia pars applicatur reſidentibus, quam non lucrantur legentes Canonici in ſcholis, numero 13.*
14. *Magiſtri Theologi; & Doctores Canoniſtæ legentes in ſcholis lucrantur fructus ſuarum Præbendarum. Quid in legentibus. & ſtudentibus ius ciuile? nu.15. & late num.16.*
16. *Studentes ius ciuile in ſcholis, ſi non ſint Decanus, Archidiaconus, Cantor, præpoſitus, aut perſonatum habens, aut Sacerdos, valent percipere fructus Præbendarum, & beneficiorum.*
17. *Doctor Varcacel regens Valliſoleti Cathedram Codicis, cum eſſet Abbas S. Frontes Zamorenſis Diæceſis, percipiebat fructus ſuæ Abbatiæ, vt n.18.*
19. *Cap. magnoperè ne clerici, vel Monachi.*
20. *Cap. ſuper ſpecula, ne clerici, vel Monachi.*
21. *Cap. ſuper ſpecula de priuilegiis.*
22. *Legalis ſcientia non eſt reprobata, ſed laudata.*
23. *Clerici aduocare prohibentur in curiis publicis: quare?*
24. *Clerici legere pro Cathedralibus Theologiam, aut alias facultates, etiam grammaticam non prohibentur, imò & ſtudere.*
25. *Studentes, vt valeant percipere fructus debent prius habere licentiam ſuorum Prælatorum, quæ neceſſaria non eſt pro legentibus, ſed quod nec in ſtudentibus ſub num.26.*
27. *Cap. relatum de clericis non reſidentibus, & n.28.& 29.*
28. *Abbatis licentia in clericis beneficiatis eſt neceſſaria.*
29. *Abſens ad curiam Romanam, non niſi de licentia ordinarij clericus toleratur.*
30. *Parrochi iam hodie ex Trident. nequeunt percipere fructus ſuorum beneficiorum abſentes cauſa ſtudiorum, & quare num.31. fallit, vt num.32. & quid ſi docerent, num 35.*
32. *Parrochus viuens in ciuitate, vbi ſunt ſcholæ, dum non offendunt legitimam reſidentiam, poterunt legendo, vel ſtudendo percipere fructus, & n.35.*
33. *Parrochialis poſſeſſio denegari non poteſt habenti Cathedram in vniuerſitate pro interpretando iure Canonico, qui ſi non reſideat poterit poſtea puniri. Et quid de clericis minoribus 30. annos?*
34. *Parrochi potius eſt, vt cum licentia ſuorum Prælatorum, legendo in ſcholis percipiant fructus, n 35.*
36. *Lectores in ſcholis, vt tutius faciant fructus ſuos, oportet habere licentiam Pontificiam, & approbationem à clauſtro, & ſub num.38.*
37. *Magiſtri. & Doctores legentes percipiant fructus abſque temporis termino, ſtudentes ad quinquennium in iure Canonico; ad ſeptennium videtur in ſacra Theologia, num.38.39.& 40.*
39. *Cap. cum ex eo de elect. lib.6. & numero 32.*
40. *Eugeniana conſtitutio, permittit operam dari*

dari Philoſophia, & Logica per triennium, & poſtea Theologia per quadriennium.

41. *Eugeniana priuilegium de percipiendis fructibus cauſa ſtudiorum, num videatur oblatum à Trid. Concilio?*

42. *Pius IV. de Parrochis diſpenſatis à Papa ad ſtudendum.*

43. *Magiſtri, & ſtudentes pro tempore interpolato num gaudent priuilegio de percipiendis fructibus? Et quid ſi ſtudeant pro maiori parte anni?* n 44.

45. *Studendi priuilegium extenditur vltra duos Canonicos, ſi ſtatas Eccleſia patiatur id.*

1 AD primam difficultatis partem dubium non leue faciunt, verba hic, *vt quia ſuper hoc propter raritatem Magiſtrorum;* ideo inquam Pontificem hic ſubindulſiſſe; eo quod tunc temporis non eſſet ea copia Magiſtrorum, quæ multis ab hinc, præcipuè penes nos Hiſpanos, apud Francos, Italos, & alias nationes Chriſtianitatis, vbi multi pollent iam Magiſtri, & DD. litteris, & virtute pollentes, qui valeant, ac poſſint litterariam concertarionem tegere, liberi quidem à reſidentia Canonicali, Parrochiali, aut beneficiali. Ergo dum abundant ſic homines eruditi ſimili non præpediti occupatione reſidentiæ, non eſt cur permitti debeant, propter lecturam, quam in publicis ſcholis fecerint, vt abſint à reſidentia ſuarum Præbendarum, & beneficiorum; & quod percipiant fructus eorum, ſic abſentes cauſa docendi, à ceſſante ratione legis, per illa quæ dixi *ſub cap. cum ceſſante* 60. *de appellat.*

2 Nihilominus dicendum eſt, vt non obſtante præfata Magiſtrorum abundantia, qui ſuperſunt in Cathedralibus, in Religionibus, atque Doctorum in curiis, & vniuerſitatibus, dicendum eſt priuilegium textus noſtri datum ab Honnrio III. Magiſtris, & ſtudentibus, hodie in practica obſeruari per Trident. *in cap.* 1. *ſeſſ.* 5. *in fine ibi: docentes verè ipſam ſacram ſcripturam, dum publicè in ſcholis docuerint, & ſcholares, qui in ipſis ſcholis ſtudent, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum Præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia à iure communi conceſſis planè gaudeant, & fruantur:* ex quibus illud idem, quod ab Honorio Pontifice hic, & à Pontificibus in aliis conſtitutionibus præcauetur, vltimo ex Trid. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 25. in relatis verbis omni æqualitate, vt hic etiam *in dicto verſ. docentes in Theologica facultate, dum in ſcholis interfuerint, & ſtudentes in ipſis, &c.* Abb. & præter antiquos alios, quos hic citat Barboſa *numero* 1. docent Rebuff. *in praxi de diſpenſ. de non reſidendo numero* 25. *& in tractat. de priuileg ſcholar. priuileg.* 29. *&* 31. Horat. Lut. *in eodem tractat. priuileg.* 99. *&* 100. Nicol. Garcia latiſſimè cum pluribus deciſionibus, & declarationibus Eminentiſſimorum *p.* 3. *de benefic. ex numero* 54. *ad* 125. Leſnaud. *in tract. de priuileg. Doctor p.* 2. §. 22. Iacob. Benn. *in tractat. de priuileg iuris conſult. p.* 1. *priuileg.* 15. Carolus de Graſſ. *de effectibus clericorum in præludio à num.* 106. Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi cap.* 19. *in princip. numero* 6. *&* 43. §. 2. Barboſa *in eodem tractat. p.* 3. *allegat.* 56. *à numero* 18. Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 3. *& cap.* 5. *quæſtione* 1. *&* 8. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. numero* 180. Aloyſius Riccius *in collect. deciſ.* 446. Alex. Moneta *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſtione* 10. Sanctarel. *variar. reſolut. quæſt.* 3. *à num.* 9. D. Ioan. de Solorzano *lib.* 3. *de iure indiar. cap.* 14. *nu.* 26. & alij penes eos.

Quorum fundamenta, & rationes ſunt, quia non minus dicitur Eccleſiæ ſeruire qui docet, & ſtudet, quam cæteri diuinis intereſſentes; non enim iuris interpretatione abeſſe videtur qui docet in ſcholis, Iacob. Bennius *in tract. de priuileg Iuriſconſult. p.* 1. *priuileg.* 15. *numero* 6. *in fine.* Ægidius Trulenq. *in decalog. lib.* 1. *cap.* 8. *dubio* 12. §. 9. à principio videndi etiam Cardinal. Tuſchus *concluſione* 62. *numero* 10. *litt. B.* Petr. Gregorius *de benefic. cap.* 7. *numero* 10. Vaſconcel. *diuerſor iuris argum. lib.* 1. *cap.* 9. *numero* 19. Angloſ. *de reſtitut. facienda propter negligentiam Eccleſiaſtic. diff.* 1. *dub.* 1. *concluſione fin.* Felin. *concilio* 18. *& in cap. licet de præb. cap. cum ex eo de elect. & in cap. de priuileg. lib.* 6. & Clem. 1. §. *cæterum verſ. ſanè de ſtatu Monachor.* de quo priuilegio pro vniuerſitate Salmantina, inter omnes mundi celeberrima, etiam refert ad litteram Nicol. Garcia, vbi ſupra Bullam, quæ dicitur *Eugeniana numero* 56. *dict. cap.* 2. *parte* 3. *de benefic.* quæ eſt Eugenij Papæ IV. id concedens dantibus in ea operam cuicumque facultati licitæ; & honeſtæ; vt per Didacum Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *& lib.* 8. *tit.* 2. gloſſa 2. *lib.* 1. *ordinam.* D. Ioan. Ocon. *in cap.* 1. *de Cleric. non reſident. lib.* 6. *numero* 37. & refert idem Garcia ſe audiuiſſe hoc inquam priuilegium etiam habere vniuerſitates generales apud nos, vt Valliſoletana, & Complutenſis, dicens haberi Bullas has impreſſas in libro ſtatutorum, & priuilegiorum dictæ Salmantinæ vniuerſitatis anno 1584. 3

ex pag. 195. qui, *& num.* 62. *&* 63. refert certas licentias datas per clauſtrum Magiſtrorum, & Doctorum certis collegialibus eiuſdem vniuerſitatis Præbendatis in Eccleſiis Legion. Oxomen. & aliis obtinentibus beneficia curata.

4 Dubitant tamen nonnulli, an hæc doctrina ſit certa, tam in Magiſtris, ſiue Doctoribus cathedras habentibus, quam in aliis ſiue aſſalariatis ſiue ſponte legentibus, Barboſa hic, *num. 2. in fine ex dicto*, Nicol. Garcia, idem, *in Trident. dict. cap.* 1. *ſeſſ.* 5. circa finem, & *ſub alleg.* 56. item & *de canonicis ſub cap.* 27. etiam circa finem, dicunt dictum textus noſtri priuilegium, item & *dict. cap.* 1. *Trident. & Bulla Eugen.* procedere tantum in habentibus in illis vniuerſitatibus Cathedras, ſtipendium, ſiue ſalario conducti, non inquam de his, qui ſponte, aut voluntarie legunt ſine ſtipendio, & Cathedra, niſi legant cum licentia vniuerſitatis, ſeu clauſtri, ſiue collegij Doctorum, alias inquam dicit Garcia, *dicto cap.* 2. *p.* 3. *num.* 59. quilibet iſto modo poſſet ſe excuſare à reſidentia, referens ſic fuiſſe practicatum in ſua Eccleſia: Abulenſ. cum licentiato Roſales Canonico, antequam haberet Cathedram in dicta vniuerſitate Salmantiña.

5 † Itaque ſi ſponte legant admittitur tamen cum dicta licentia clauſtri, quam non debet dare, niſi his, qui apti, & vtiles videantur ad docendum, ſicut refert per S. Congreg. Concil. ibi, *num.* 60. *&* 61. ad inſtantiam dictæ vniuerſitatis Compluti, & in vna Genuenſ. ad inſtantiam D. Moncel. Sarmiento, tunc Canon. Gienen. pro cuius parte in dicto clauſtro Salmant. fuerunt præſentatæ declaratio, & litteræ dictæ Congreg. vbi declarabatur quod legendo in dicta vniuerſitate theologiam cum licentia tamen clauſtri, etiam ſi non haberet cathedram, nec ſalarium, deberet percipere in abſentia fructus ſui Canonicatus, & inſuper refert præſentatum fuiſſe aliud breue Clem. VIII. cum lite dictæ Eccleſ. Genuenſ. & *num.* 63. refert quod dictum clauſtrum Salmantinum poſtea fecit decretum, quod non poſſet dari talis licentia alicui, qui non eſſet graduatus, ſaltim licentiæ gradum per eam vniuerſitatem, vt accepit, ſibique ſcriptum fuiſſe, quod hodie in praxi deberet obſeruari, & in aliis vniuerſitatibus propter abundantiam legentium, qui de facili iam exurgunt, fallendo canonicatuum, & curatorum reſidentias; & ſicut dicemus infra de habentibus iam Parrochiales, non admittendos, vt amplius ſtudeant in vniuerſitatibus in præiudicium dictæ reſidentiæ, & ſi re vera inter docentes, & illos ſit in propoſito magna differentia.

6 Notat tamen idem Nicol. Garcia, ſupra, *num.* 65. ex ſacræ Congregat. Concil. anno, 1605. fuiſſe deciſum non obſtare verba: *dum tamen fuerint conducti ab vniuerſitate*, quia non vult declaratio in illis, quod ſint conducti ſalario, ſeu mercede, ſed quod ſint conducti ab vniuerſitate; id eſt quod doceant cum licentia, & ordine vniuerſitatis, & ab ea adducti, ſeu admiſſi: nam & *verb. conduco*, ſignificat adducere, ſeu afferre, vt per Calepin. Vocabularium Anton. & Eccleſ.

7 Vnde licet dicto priuilegio gaudeant Canonici legentes, & docentes ſacram ſcripturam de perceptione fructus ſuarum Præbendarum in abſentia conceſſis à iure communi, *ex textu noſtro*, vt multi ſupra relati probant, quos etiam cum aliis congerit idem Barboſa, *in dicto cap.* 27. *de canonicis, & in dicta allegat.* 56. *num.* 18. *in Trid. num.* 45. Tamen ipſi omnes docent dictis priuilegiis ſolum gaudere ſi in ſcholis generalibus, ſeu publica vniuerſitate doceant, aut ſtudeant, vt patet, *ex cap. tua fraternitatis, de cleric. non reſid. & dict. cap.* 2. *de priuileg. lib.* 6. iunctis ſuis gloſſis, ac tradunt Lælius Zechius, *de Republica Eccleſ. titulo de cleric. num.* 7. *verſiculo* 28. Horat. Lat. *ad fin. tract. de priuileg. ſcholar. num.* 23. Flores de Mena, *variar. lib.* 3. *quæſt.* 24. *num.* 19. Caſtro Palao, *tomo* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *puncto* 9. §. 9. *num.* 1. Machado, *de perfecto confeſſ. lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 4. *docum.* 9. *num.* 3. vbi late de Eugeniana Barboſa, *dict. allegat.* 56. *num.* 21. *in Trident. num.* 47. *verſ. in ſcholis*, Garcia, *dicto cap.* 2. *p.* 3. † qui etiam, & alij dicunt 8 ſtudium eſſe generale, quod eſt erectum, & inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem, Caſan. *in catalogo gloria mundi p.* 10. *conſid.* 32. Perez. *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 1. *ordinam.* Hortig. pro patrocinio, *in Cæſar-Auguſtano Gymnaſio, p.* 1. *à num.* 13. *& p.* 3. *num.* 2. quos etiam refert Barboſa, *dicta alleg.* 56. *nu.* 22. *& de canonic. dicto cap.* 27. *num.* 48. *&* 49. *& in Trident. num.* 48. addendo non ſufficere ſtudium, quod non ſit vniuerſitas, quamuis in eo optime legatur, & publice cuicumque audire volenti, quidquid aliter ſentiant Moneta, *de diſtrib. dict. q.* 10. *n.* 17. Sanct. *dict. qu.* 3. *nu.* 12.

9 Ex quo euenit, vt multo minus ſufficiat ſtudium, quod habetur in Eccleſia Cathedrali ſub Canonico Theologo legente: nam licet iſte legendo lucretur fructus, ibi

legens,

legens, tamen non lucrabuntur alij Canonici, quibus ex obligatione non incumberet ibi legere, quia illud priuilegium, ex Trident. nouiter conceſſum Canonico Magiſtrali, *ex dicto cap.* 1. *Trident. ſeſſ.* .... non porrigitur ad alios Canonicos legere, & docere ibi volentes, qui ſolum admittentur ad gaudendum eo priuilegio, dummodo legant in publicis ſcholis, præcedentibus prærequiſitis iam adductis, hoc eſt, vt ſit de licentia vniuerſitatis, ſiue collegij Doctorum, etiam, ſi Cathedram non habeant, aut ſalarium, vt refert deciſum Nicol. Garcia, *dicto cap.* 2. *num* 61. quamuis Præbendæ, quas obtinent ſitæ ſint in ciuitate, vbi eſt Cathedralis, & vniuerſitas, in qua publici lectoris munere funguntur, vt pariter idem reſolutum atteſtatur idem Garcia, *dicto cap.* 2. *in addit. p.* 3. *num.* 85. Barboſa, *dicto cap.* 27. *de canonic. num.* 10. *in*
10 *Trident. num.* 49. *&* 50. † vbi idem de ſcholaribus dicit, vt non gaudeant eo priuilegio percipiendi fructus, ſi ſtudeant intra eandem Eccleſiam, ſiue clauſtra illius, niſi in dictis publicis vniuerſitatibus, vt referunt deciſum idem Nicolaus Garcia, *dicto cap.* 2. *nu.* 117. Armendar, *in addit. ad Recop. leg* Nauarræ, *lib.* 1. *tit.* 13. *l.* 2. *§.* 2. *de reſidentia num.* 114.

11 Ad ſecundam partem de diſtributionibus percipiendis vltra iam dicta de hac perceptione, *in dicto canonico Magiſtrali legenti intra Eccleſiam, ſub Rubrica de officio Archipresbyteri quaeſt.* 3. *in fine.* Nunc autem reſpondetur Magiſtros legentes; item & ſtudentes eas non lucrari probant communiter ſcribentes, *per textum in cap.* licet de Præbend. quia cum nihil per Trident. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 5. circa hoc innouatum ſit, à ſacra Congreg. deciſum fuiſſe tradunt Gutierrez, *canonic. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. Zerola, *in praxi Epiſcop. verbo diſtributiones quotidianæ*, Gonzalez, *ad regul.* 8. *cancel. §.* 7. *proœm. num.* 78. Quaranta, *in Bull. verbo reſidentia, verſiculo quod autem*, idem Nicol. Garcia, *dicto cap.* 2. *num.* 112. Moneta, *dicto cap.* 10. *num.* 23. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *numer.* 17. Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 19. *§.* 2. *nu.* 6. Barboſa, *dicta alleg.* 56. *num.* 19. Armendar. ſupra §. 2. *de reſidentia num.* 67. Riccius, *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 495. *in* 1. *edit. alias reſ.* 386. *num.* 3. *in* 2. *edit.* repetit idem Barboſa, *in dicto cap.* 1. *Trident. num.* 53. *& de canon. dicto cap.* 27. *num.* 52.

12 Tamen hæc aſſertio eſt intelligenda; dum tamen fructus Præbendæ, ſiue Canonicatus non conſiſtant in diſtributionibus quotidianis omnino, quia ſi conſiſterent in illis redditus, tunc, vt legentes, ſiue ſtudentes poſſint eas percipere ex capta parte tertia, quæ aliis inſeruientibus accreſcit ex mente Trid. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 5. ſic vt nullo caſu valeant recipere diſtributiones Miſſis, aut defunctorum anniuerſariis applicatas, docent idem Barboſa, ibi, *num.* 63. *de canonic. dicto cap.* 27. *num.* 53. *in paſtorali dicta allegation.* 56. *num.* 18. *&* 19. Vidend. ipſe, *ſub cap.* 25. *de canonic. num.* 11. & Nicol. Garcia, *dict. cap.* 2. *in addit. p.* 3. *num.* 253. Armendar. *ad leg.* Nauarræ ſupra, *num.* 8. quod extendunt ad Præbendam tenuem conſiſtentem, etiam in diſtributionibus quotidianis, † quia nihilominus tertia earum pars debet applicari reſidentibus, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea*, *reſ.* 70. *num.* 3. Barboſa, *dicto cap.* 25. *de canon.* plures citans, *num.* 11. & *dict.* 27. *ſub dicto n.* 53. *in Trid. & alleg.* qui & addit dictæ tertiæ partis amiſſionem, vt non euitent canonici habentes quaſcumque facultates percipiendi fructus beneficiorum ſuorum in abſentia ſtudiorum cauſa cum Moneta, *dicto cap.* 10. *num.* 24. Armendar. ſupra, *num.* 123. quos etiam refert idem Barboſa, *dicta allegat.* 56. *num.* 19. *prope finem*, *& in Trid. num.* 56. & vtrobique ait quod abſentia ſtudiorum cauſa, etiam obtenta licentia à ſede Apoſtolica, non excuſat ab amiſſione iſtius tertiæ partis, ſicut nec excuſat ab amiſſione diſtributionum quotidianarum, vt referunt deciſum Gonzalez, §. 7. *in proœm. n.* 179. Armendar. *num.* 123. alia congerunt iam adducti. 13

Ad tertiam partem quæſtionis, an deciſio noſtri textus, & *dicti cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 5. extendatur ad Doctores docentes ius canonicum, aliaſve facultates honeſtas, idemque ad ſtudentes? breuiter reſpondetur, vt licet in dictis locis de Magiſtro Theologo mentio fiat, tamen eorum priuilegium ad alios publice docentes ius Canonicum extendi dicendum eſt; quia hodie ad Eccleſiam bene regendam non minus prodeſt ius canonicum, quam Theologia, vt concludunt Nicolaus Garcia, *de benefic. dict. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 65. Iacob. Benn. *tract. de priuileg. iuriſconſult. p.* 1. *priuileg.* 15. *num.* 4. Carolus de Graſſ. *de effect. cleric. in præl ud. num.* 95. Sanctarel. *variar. reſol. quæſtion.* 3. *num.* 18. Moneta, *de diſtribut. dicto cap.* 10. *num.* 4. Barboſa, *dicta alleg.* 56. *num.* 28. vbi cum eodem Moneta, † dicit quid tenendum in docentibus, & legentibus ius ciuile, & illi incumbentibus, atque ſtudentibus, Caſtro Palao, ſupra, §. 9. *numero* 14 15

numero 3. & cum Trullenq. idem Barboſa, *in Trident. ref.rt numero* 46. Abbas, & alij *in cap. tuæ fraternitatis, num.*5. *&* 6. *de cleric. non reſid.*

16 Ad aliud de docentibus ius ciuile, ſiue illud ſtudentibus in publicis ſcholis, an ſuarum Præbendarum, & beneficiorum, valeant percipere fructus, ac diſtributiones modo dicto? De ſtudente, vt poſſit percipere fructus ſuæ Præbendæ, aut canonicatus in abſentia; dum tamen non ſit ſacerdos Archidiaconus, Decanus, Præpoſitus, Cantor, vel perſonatum habens, reſoluit Moneta, *de diſtrib. quotid. dict. cap.*10. *num.* 21. quem refert Barboſa, *in paſtorali dicta allegat.* 56. *ſub num.* 26. quia his prohibitum eſt ſub pœna excommunicationis ipſo facto, leges, & Philoſophiam audire, vt habetur, *in cap. fin.* ne Clerici, vel Monachi, Carol. de Graff. *de effectib. cleric. effectu* 29. *à numero* 1. quare dicunt ab huiuſmodi Clerico eſſe ſpeciale priuilegium impetrandum.

17 Quo ſuppoſito, quia Valliſoleti fuit admodum dubitatum, an liceret Presbyteris, ſeu aliis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis ius ciuile publice legere, nec non ad Cathedras Cæſarei iuris in aliqua vniuerſitate ſe opponere, ac in diuerſas ſententias item à diſcutientibus hanc difficultatem pro negante opinione, allegabatur textus, *in cap. magnopere ne clerici vel Monachi*, vbi expreſſe Religioſi prohibentur, vt leges, vel Philoſophiam legant, & citabatur etiam textus, *in cap. ſuper ſpecula, de priuileg.* vbi Honor. III. firmiter interdicit, & inhibet, vt Pariſiis, vel ciuitatibus, ſeu aliis locis vicinis quiſquam docere, vel audire ius ciuile præſumat: ex quo colligunt Rebuff. *in tractat. nominat, quæſt.*5. *à num.*18. Menoch. *de arbitrar. caſu* 425. *num.* 33. prohibitum eſſe in Presbyterali ordine, ſeu dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, non ſolum audire, ſed etiam publice leges interpretari, & docere, & ex aliis congeſtis à Barboſa, *in paſtorali dicta alleg.* 56. *ſub num.* 54. cum Ioanne Monacho, Maiolo, Sylueſtro, & Quintiliano, Mandoſio.

18 Contrariam tamen ſententiam, nempe licere Clericis Presbyteris docere publice leges nullibique reperiri prohibitum illis, ſicut videtur inſinuari per gloſſam, *in dicto cap. magnopere notab.* 1. dum *ex illo textu*, auditum tantum prohiberi, nihilque in eo adiici de prohibitione doctrinæ, & gloſſa, *in dicto cap. ſuper ſpecula*, vbi etiam de auditu tantum acceperunt, & ſummauerunt illum textum DD. antiqui, & ex gloſſa etiam, *in dicto cap.*1. *notab.*1. *eo titulo lib.*6. quos & neotericorum DD. plena manu congerit Barboſa, *in paſtor. dicta alleg.*56. *ex num.*35. inter quos Gregor. Lopez, Gambara, Salua, Ludouic. Gomez. Maiol. Bernardus Diaz, Marta, Albar. Pelag. Lælius Zech. Viuald. Ludouic. Lopez, Creſpet. Ioan. Andreas, *in reg. cum quid vna via, de reg. iur. in* 6. Calderin. *conſ.* 2. *hoc titulo de Magiſtr.* Abbas Panormit. *in dicto cap. ſuper ſpecula*, Boerius, Epomfriſius Nauarrus, Iacob. de Graff. Cardin. Toler. Stephan. de Auila, Vega, Suarez, Sayr, Filiuc. & alios, *vſque ad num.*47. eorum doctrinam, ſiue verba referendo, & ſic teneo, *in praxi*, vt vidi in vniuerſitate Valliſoletaua, quod Doctor D. Franc. Rodriguez, de Valcarcel. obtinuit, ibi, Cathedram Codicis, cum eſſet Presbyter, & Abbas Loci Sanfrontes prope ciuitatem Zamorem, poſtea vita functus Epiſcopus Carthagin. apud Indos.

Et ſic non obſtant iura pro contraria 19
adducta, non textus, *in dicto cap. magnopere*, quia in illo ſolum tractatur de Religioſis leges docentibus, non tanquam pure Magiſtris, ſed de illis, qui eas docendo ſtudent iuxta illum verſiculum.

Diſcere ſi quæris doceas, ſic ipſe doceris.

Quem refert Rebuff. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 51. *num.* 136. Barboſa, *dicta alleg.* 56. *num.*48. vbi ſcribit ex mente, & particula illius textus particulam *lectionis*, accipi pro lectione diſcipuli, & non Magiſtri, ſicut accipitur in multis aliis iuribus, *cap.*1. *de elect. cap. cum ex illo titulo, lib.*6. *cap. fin. de ætate, & qualit. ordinandor. cap. poſt tranſlationem de renunciat.* vt dicunt in terminis Ioan. Andr. *in dicta reg. cum quid num.*8. *in Mercurialibus*, Abbas cum eo, *in dicto cap. ſuper ſpecula*, ſic concludens, *dico quod dict. cap. non magnopere, non loquitur de legentibus, ſed de addiſcentibus, vnde ponitur ibi legere largo modo, quia omnis qui ſtudet, vt proficiat, legit.*

Ad textum vero, *in dicto cap. ſuper ſpe-* 20
cula illo titulo, ne clerici, vel Monachi, reſpondet Barboſa, eodem modo, vbi ſupra, *ſub dicto numero* 48. *fin.* quod ſcilicet non prohibet Clericis ſæcularibus, vt tanquam Magiſtri legere, & docere alios poſſint.
† Et ad aliud, *cap. ſuper ſpecula*, dicit de- 21
ciſionem huius textus non importare conſtitutionem generalem, ſed ſpecialem pro ciuitate tantum Pariſienſi, aliiſque vicinis.

Quare

22 Quare cum ſcientia legalis non ſit reprobata, ſed laudata per dicta ſupra, *in Rubrica hic ſub quæſt.* 1. imo & approbata vtroque iure, *l.* 1. *ff. de iuſt. & iure*, *l.* 1 *ff. de var. & extraord. cognition.* ibi, *eſt quidem res ſanctiſſima ciuilis ſcientia*, *dict. cap. ſuper ſpecula, de priuileg. cap.* 1. *&* 2. de noui operis nunciat. vbi quod ſacri canones non dedignantur ſequi leges, cum pluribus aliis adductis à Rebuffo, *dict. tract. de nominat. quæſt.* 5. *ex num.* 15. ſequitur, vt nec obſtat textus, *in l. culpa Cod. de maleſic. & mathematicis*, ibi: *culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quam docere*, *iuncta l. omnes*, ibi, *vel docere, vel diſcere*, *Cod. de hæret.* quia fere omnes DD. loquuntur eas leges loqui de facultatibus, & ſcientiis reprobatis, & à iure prohibitis, vt ſunt Magia, & hæreſis, *in dict. l. omnes.*

23 Nec obſtat dicere clericis in curiis publicis, & extra aduocare prohibitum eſſe, *ex cap.* 1. *ne clerici, vel Monachi lib.* 6. & ex his, quæ latè dixi, *ſub capite* 14. *de iudic.* vbi multa, *de officio Aduocator. quæſt. penult. & fin.* quia ſi aduocare indecens ſit iuxta ponderationem textus, *in l. repetita Cod. de Epiſcop. & Clericis*, *l. conſulta diualia, Cod. de teſtam.* ibi: ibi, *abſurdum clericis eſt; imo etiam opprobriiſſimum, ſi peritos ſe velint oſtendere, diſceptationum eſſe forenſium*, hoc tamen, *ex alio capite*, procedere in Clericis, nempe vt vacent à ſæcularibus negotiis; item & animi cupiditate, & ambitione lucri propter quod ſupra, *de ſimonia*, dictum fuit ſimoniam procedere à radice cupiditatis; & inde, *in praxi*, videmus, quam plures Clericos fungi aduocatorum officio in Cancellariis, aliiſque audientiis, ſiue ciuitatibus, aut oppidis, præſertim cum licentia Pontificis, ſiue Nuncij Hiſpani, dum tamen ab accuſando ſe abſtineant, vt dictum eſt, *dict. capite decimo quarto.*

24 Cumque iam à nobis dictum ſit permitti legi canones, & leges ciuiles, ac alias facultates honeſtas, non inquam reprobatas, de grammatica, *ex noſtro textu*, licere, vt legatur, & doceatur à Magiſtro grammaticæ, *ex verbis finalibus*, *cap. quia nonnulli* 4. hic ibi: *grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis, ſiue diæceſis, quæ ſufficere valeat, faciat prouideri?* nam & ſi diceretur hæc verba intelligi de Magiſtro, non clerico; item & diſcipulo: tamen de clericis diſcentibus: ibi, Cauetur, *in verſ.* ibi: *qui eiuſdem Eccleſiæ clericos inſtitueret*, & ibi, *qui Clericos Eccleſiarum ipſarum in grammatica facultate, & alias inſtituat iuxta poſſe*, nec, *ex verbis de Magiſtris*, negatur iam detur ibi, capitulo & Epiſcopo facultas eligendi pro diſcenda ſacra Theologia, & grammatica virum idoneum, nihil de Clerico, aut non Clerico loquendo; & cum ſupra, *in dicto cap. dixerimus*, primo loco aſſignationem eſſe faciendam iuxta ius antiquum de canonicis eiuſdem cathedralis, qui ſemper ſunt Clerici, aut Presbyteri; ſequitur æqua lance in ſtudentibus, & Magiſtris, etiam quoad grammaticam eſſe diſpoſitum: in terminis de Parrocho expreſſe loquitur Scortia, *in conſtit. Pij IV.* 113. *in veteri Bullario*, incipit, *ſanctiſſimus epitome* 85. *theoremate* 208. *verſ. tertio, ſi detur opera aliis ſtudiis, etiam Grammaticæ*, vbi & ſi loquatur de diſcentibus etiam claudit Magiſtrum.

Ad quartam quæſtionis partem, an 25
dicta de Magiſtris, & Doctoribus, intelligantur etiam ſine differantia? De ſcholaſticis ſtudentibus dicendum eſt intelligi, *ex ſupra iam adductis*, excipiendo clericus Presbyteros audientes ius ciuile, ac alias dignitates Eccleſiaſticas habentes: nam quoad percipiendos fructus, & diſtributiones ſunt pariformiter intelligendi, ſi ſtudeant in ſtudiis publicis modo ſupra relato, ſed cum ea inſuper differentia, quod ad docendum non requiritur in Magiſtris, vt præcedat Prælatorum licentia, qui nec ad docendum habent tempus limitatum, cum fructus quandiu docuerint, poſſint percipere, Moneta, *de diſtrib. dict. cap.* 10. *num.* 16. Barboſa, *in dicto cap.* 1. *Trident. ſeſſ.* 5. *num.* 39. *in paſtorali, dicta alleg.* 56. *num.* 32. cum Garcia, Caſtro Palao, & aliis, & deciſum refert idem Garcia, *de benefic. dicta p.* 2. *nu.* 559. *ad* 4.

At in ſtudentibus prædictam licen- 26
tiam deſiderari, probat textus, *in cap. tuæ fraternitatis de clericis non reſident. cap. cum ex eo, de electiõ.* ſicut etiam præcauet Pius IV. *in dict. conſtit.* ſub die 24. Nouembris 1564. Garcia, *dict. cap.* 2. *nu.* 88. Moneta, *dict. quæſt.* 10. *num.* 9. quod videtur impugnari ex textu noſtro, vbi, vt quemadmodum in Magiſtris non requiritur licentia, ſic nec in ſcholaſticis, quia à iure ipſo prædicta licentia data videtur, vt præſentiunt Felin. Sylueſter, Horat. Lucius, Nauarr. Salcedo, & alij relati à Garcia, *dicto cap.* 2. *num.* 92. ac

videtur ſic colligi, *ex verbis*, ibi, *percipiant de licentia ſedis Apoſtolicæ prouentus Præbendarum; & beneficiorum ſuorum*; & ſic quamuis multi etiam per eum relati dicant in ſtudentibus prædictam requiri licentiam petitam à Prælato, cum requiratur inſpectio ætatis, & an ſit aptus ad ſtudendum, & ne indociles; & inepti ſe conferrent ad ſtudia contra mentem dictorum iurium, & ne multitudo nimia idem faceret, ibi, *num.*87. *&* 88. *ex cap. relatum, de Clericis non reſid.* vbi gloſſa, *verbo Prælatorum*, Oldrad. Butr. Abbas, Francus, Florez. Rebuff. Oieda per Garciam, ibi relati, ſed ipſe incunctanter tenet, ac putat ad abſentiam ratione ſtudij non requiri licentiam, non ſolum in docentibus, in quibus etiam hodie non requiritur, ſed etiam in diſcentibus, *ex textu noſtro*: nam dando licentiam, vt percipiant fructus in abſentia; & ſic habeantur pro præſentibus, datur licentia ad abſentiam, ſicque in ſtudio Theologiæ procedere dixit Alex. Moneta, *de diſtrib. dict. quæſt.*10. *num.*7. *&* 12.

27 Et quamuis, *in dicto cap. relatum de cleric. non reſid.* tequirantur duo, vt licite Clerici ſe abſentent, nempe licentia ſui Prælati, & cauſa honeſta, Abbas, ibi, *num.*1. *&* 5. vbi alij, Saluas, Angelus, & Nauarr. à Garcia relati, *num.* 90. idem, *num.* 95. reſpondens, ait textum illum, qui eſt, ex Alex. III. correctum eſſe quoad hoc per Honor. III. in textu noſtro, qui & eius tenore, vt apparet ius nouum inducit, & ſic ſicut in aliis caſibus abſentiam præſtat, vt pro negotiis, verbi gratia Eccleſiæ ſine licentia, ſic in iſto; & doctrinam textus, *in dicto capite relatum*, quæ in ſe vera eſt de cauſa honeſta; & licentia Prælati intelligi de cauſis honeſtis, non tamen expreſſis in iure dante licentiam, aut habente pro præſentibus, quia vult textus ille, quod Prælatus poſſet dare licentiam abſentiæ ex honeſtis cauſis, licet non expreſſis in iure, ſcilicet ad tempus diſpenſando ſuper reſidentia, vt *in cap. licet canon de elect. lib.*6. ita ex multis aduertit Garcia, *ex dicto num.*95.

28 Sed quia ipſe adducit, ibi, certa decreta Concilij Prouincialis Toletani, & Compoſtel. loquentium de licentia exigenda, ac à Pio V. confirmata, Compoſtellanum præcipue decretum, ac poſt inde ex iam adducta conſtitutione Pij IV. incipit, *ſanctiſſimus*, quam explicat Scortia, *epiſt.*85. *theorema* 208. cum multis, dicens quod clerici qui ſe abſentant ratione ſtudiorum, habeant licentiam de non reſidendo; dummodo aſcendant ad ſubdiaconatum ante annum, & vt valeant fructus percipere, diſpenſatione Pontificia, debeat etiam eſſe cum Prælati licentia, addens prædictam facultatem ab alio, quam à Pontifice impetratam, nullius eſſe momenti, niſi accedente conſenſu ordinarii, in cuius diœceſi conſtitutum ſit beneficium curatum, ſed vt videtur ex contextu illius, hæc conſtitutio tantum loquitur in Parrochis, qui ſi cauſa ſtudiorum velint ſe abſentare, ad faciendos fructus ſuos, non ſufficiat diſpenſatio Pontificia, niſi etiam accedat Prælati conſenſus.

Etenim quia, *in dicto cap. relatum, de clericis non reſident.* ſub diſiunctione 29 Alex. III. loqueretur, ibi: *niſi forte de licentia ſuorum Prælatorum, vel ſtudio litterarum, vel aliis honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe*, huicque diſpoſitioni frequentes fraudes interponerentur; eo quod paſſim impetrabatur in Curia Romana, ſi petebatur, in ordinaria ſignatura, vel à ſummo Pœnitentiario; ideo Pius IV. *in dict. conſtit.* ne locus fraudi eſſet, poſſet præcipue quoad abſentes ab eadem curia Romana, de quorum qualitatibus, difficilis haberi poſſet notitia, voluit, vt omnino pereretur facultas, & conſenſus Prælati. Ordinarii loci ſcilicet beneficii, & non originis, Domicilii, vt notauit etiam gloſſa, *in dicto cap. cum ex eo de elect.* & quod interim conſtitueretur vicarius, qui ſubrogaretur in ſeruitio Parrochiæ, pro ipſo Parrocho abſente ſtudiorum cauſa.

Vnde & ſi dubitaretur, an quæ dicta ſunt de canonicis abſentibus, ac aliis 30 ſtudentibus Beneficiatis, & in Parrochia procedant? de quo inquirit, ac longe agitat Nicol. Garcia omnino legendus, *dicta* 3. *p. cap.*2. *de benefic. ex num.*68. *verſ. dubitatur inquam*, dicens, vt videatur in illis procedere diſpoſitio Trident. *in dicto cap.* 1. *ſeſſ.* 5. *ad finem*, *verſiculo docentes vero*, vbi confirmatur diſpoſitio textus noſtri, addens non eſſe aliud priuilegium, per quod prædictum reuocetur, nec reuocari dicit per Trid. *in cap.* 2. *de reform. ſeſſ.* 6. vbi auocantur priuilegia, ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus percipiendis, quia ille textus non loquitur de priuilegiis conceſſis à Papa aliquibus perſonis, vt, *in cap. fin. de reſcript. lib.* 6. verumtamen idem Garcia,

legen

legendus *ex num.* 80. quam plures declarationes adducendo, dicit ſanctam Congregationem cenſuiſſe ex relatis priuilegiis, & quæ ipſe antea recenſet non quidem excuſari à reſidentia in Parrochialibus; & ſic nec poſſe ordinarium dare licentiam abſentiæ ratione illorum; & ſic poſt Trid. eſſe derogatum priuilegium percipiendi fructus in abſentia ratione ſtudij quoad Parrochiales, ſaltim poſt illud obtentas reſpectu ſtudentium, legendus cum Gonzalez, & aliis etiam ex Pio IV. *num.* 83. *&* 84. alias declarationes adducendo.

31 † Et ſic licet quoad Canonicatus, aliaque beneficia non curata, antiqua priuilegia noſtri textus permaneant, de percipiendis fructibus cauſa ſtudiorum in abſentia ibi *ex num.* 85. non ſic in Parrochis, Barboſa *in dicto capite* 1. *ſeſſ.* 5. *à nu.* 61. ex eo inquam, quia hodie *per dict. conſil. ſeſſ.* 24. *cap.* 18 ad Parrochiales Eccleſias non admittuntur, niſi qui per concurſum, & examen, magis idonei fuerint iudicati ex dicto Garcia *num.* 81. quare, vt non liceat iam Parrochis cauſa ſtudiorum à ſuis Parrochialibus Eccleſiis poſt *dict. cap.* 1 *Trid.* abeſſe, nec Epiſcopis licentias præbere ad id, ita vt, ſi illæ conceſſæ fuerint, non ſuffragentur dictis Parrochis, vt reſolutum refert Barboſa *num.* 61. cum Trullench. & Garcia *dicto capite* 2. *p.* 3. *num.* 81.

32 Quod ſi Parrochus viuat in ciuitate, in qua eſt vniuerſitas, vt poſſit ibi ſtudere, ac legere; & ſic tamen vt cura animarum, quam ibi habet non defraudetur, *à n.* 63. ex Aldano, ſi faciam ſcripturam legat; & quod quando Parrocho ex gratia conceditur per ſedem Apoſtolicam ſtudendi facultas, & vt fructus faciat ex dict. Nicolao Garcia ſupra *num.* 81. Barboſa *dict. cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 5. quatuor exigi ſolere dicunt, nempe, vt ſtudeat Theologiæ, aut iuri Canonico in celebri vniuerſitate; & quod non ſit ætatis 30. annorum niſi iam ſtudia incœpiſſet, & illa nondum abſoluiſſet. Tertium, vt ad quinquennium tantum à principio ſtudij computandum, adiuncta clauſula, vt infra annum promoueatur *ex dicta conſtit. Pij IV.* in qua & requiritur quartum, nempe quod interim vicarius, qui inſeruiat pro Parrocho, conſtituatur congrua aſſignata portione fructuum; videndus cum multis ad dicta hic de Parrocho idem Barboſa *de Canonic. ſub dicto cap.* 27. *in fine*, & proprius *de*

33 *Parrochis cap.* 8. *nu.* 27. † Addit tamen idem Garcia *dicto cap.* 2 *p.* 3. *de benefic. in addit. dicto num.* 81. deciſum fuiſſe Parrochialis poſſeſſionem non poſſe denegari habenti Cathedram in vniuerſitate pro interpretando iure Canonico, qui ſi non reſideat, poterit poſtea puniri: qui etiam loquendo de clericis non Parrochis *dicto n.* 82. *&* 86. dicit quod ſi minores ſint 30. annis, & velint in publico, celebrique Gymnaſio Theologiæ, vel ſacris Canonibus ſtudere teneatur ordinarius licentiam concedere, vt referunt deciſum ipſe, & Atmendar. *ad leg. Nauarr. l.* 1. *tit. de reſid. num.* 121. Sanctarel. iam adductus *quæſt.* 3. *num.* 23. idem Barboſa *in Trid. ſub num.* 59. *& in dicta alleg.* 56. *de officio Epiſcopi n.* 29.

Sed an qui docere, ac legere in vniuerſitate cupiunt, vt magiſtri adhuc, ſi Parrochi ſint, ſuſtineantur non reſidentes, vt in abſentia percipiant fructus Parrochialium, *& ex dictis à Garcia de benef. d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 82. videtur in totum derogatam eſſe Magiſtris, & Doctoribus Parrochis hanc licentiam, non ſolum quoad Eccleſias poſtea obtentas, ſed etiam poſtea obtinendas, ad quod citat declarat. S. Congreg. quam ipſe adducit *in princ. num.* 81. *&* 82. *ad Trid. in dict. cap.* 2. ibi: *priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, non excuſantur à reſidentia, in Parrochialibus non poſſunt habere beneficia incompatibilia ratione iſtorum priuilegiorum*: idem *ſub verſ. quarto num.* 6. *in dicto num* 81. circa finem *ex alia declaratione* 8. Iunij 1595. Congr. Concilij cenſuit non licere Parrochis cauſa ſtudiorum à ſuis Parrochialibus Eccleſiis poſt Concilium abeſſe, nec Epiſcopum licentias ad id concedere poſſe, eaſque ſi conceſſæ fuerint non ſuffragari. 34

Er quamuis Zerola *in praxi verſ. ſtudium* §. 7. fatendo rem eſſe dubiam, vt refert ſupra Garcia *ex num.* 84. dicat non eſſe adhuc ablatam authoritatem ab ordinariis dandi dictam licentiam habentibus Eccleſias Parrochiales, quæ eis competit de iure communi: tamen reſpectu magiſtrorum, & eorum, qui in ſchulis publicis legere voluerint, etiam Parrochis, ſentiunt alij *in praxi* non eſſe ablatum per Trid. id, poſſe Parrochos, præmiſſis requiſitis, de quibus ſupra, quia iſti differunt multum à Parrochis aliis volentibus adiicere, cum iſti iam habiles præſumantur per concurſum, & examen, quo fuit, vt habilis approbatus ad obtentionem beneficij curari, qui ſtudendo tantum ſibi prodeſſet in præiudicium Eccleſiæ, qui vt ſupra diximus, ſi vellet litteris nauare in vniuerſitate, debet eſſe cum priui- 35

legio Pontificio, & inſuper cum licentia proprij Prælati *ex dicta conſtit. Pij IV.* At in Magiſtris, & lectoribus, non ſic, cum iſti ſi habiles ſint multum prodeſſe valeant pro iuuentute erudienda, quod admitterem, ſi contingeret intra eandem ciuitatem, vbi eſſet Parrochus iuxta declarationem aliam, quam ſupra refert idem Garcia *ſub dicto num.*81. *verſ. quarto*, ibi: *cum Parrochus Valentinus legens in publica vniuerſitate Valentiæ ſacram ſcripturam, quæſierit an ſuæ Parrochialis fructus in abſentia percipere poſſet? Congreg. Concilij cenſuit poſſe ita tamen vt per ſe ipſum exercenda, nihil detrimenti patiatur*, vbi videtur id permitti in Parrocho habente intra eandem ciuitatem, in quo eſt vniuerſitas ſtudiorum, non ſi extra illam haberet dictam Parrochiam, & ad ſimilitudinem Parrochorum, qui ſi Parrochias habeant intra locum vniuerſitatis, valent addiſcere in vniuerſitate, dum non ſit in præiudicium ſeruitij Parrochiæ.

36 Propter hæc dicta quæſtio non eſt parum dubia etiam in Magiſtris, & lectoribus Parrochis, præſertim hodie, quando tot pullulant Magiſtri, & DD. quare ipſos libenter admonerem, vt ſi velint facere legendo, aſſequantur prius diſpenſationem à Papa, vt ſic in non reſidendo, fructuſque percipiendo Parrochiæ ſecuriores in conſcientia reddantur. Nec diſpliceret, vt de eorum habilitate ad ſic publicè docendum conſtaret, etſi non Epiſcopo, ſaltim clauſtro vniuerſitatis: & loquendo de locorum ordinariis Nicol. Garcia *ſub dicto num.*84. *p.* 3. *cap.* 2. *de beneficio*, monet ne de facili concedant tales licentias, cum alias eſſent correcta antiqua iura, & contra Bullam dicti Pij IV. & hæc doctrina mihi videtur potius amplectenda, iuxta quod exiſtimamus accipiendos eundem Garciam *dicto c.*2. *n.*559. *dict. verſ. ad quartum*, vbi referendo ad quatuor caſus à ſe propoſitos, ſanctam Congregationem reſpondiſſe, & inter illos interrogaſſe iuxta textum *dicti cap.* 1. *Trid. ſeſſ.* 5. *an docentes ſacram ſcripturam, ſeu Theologiam, dum publicè in ſcholis docuerint, gaudeant priuilegiis de perceptione fructuum Præbendarum, & beneficiorum ſuorum, in abſentia, dubitando, an id non ſolum procedat in habentibus Cathedram, ſeu ſtipendium, vel etiam in docentibus gratis, & ſine vllo ſtipendio? Et an idem ſit in docentibus ius Canonicum? Et an requiratur licentia ordinarij, & approbatio vniuerſitatis?* Et ad hoc reſpondens S. Congreg. *in dicto verſ. ad quartum*, ita ait, *vtroque caſu huiuſmodi priuilegiis gaudere, quamuis ius Canonicum doceant, & ab Epiſcopo licentiam non obtinuerint, dum tamen conducti ſint ab Vniuerſitate.* Ex qua interrogatione, vt vides loquitur de Parrochis, ſed de Canonicis, ſic in aliis dictæ deciſionis interrogationibus patet.

Ad quintam quæſtionis partem, quanto tempore ſuſtineantur ſtudentes, ſeu Magiſtri in Vniuerſitate etiamſi Parrochi ſint. Et inter hos etiam hodie durare differentiam temporis dicendum eſt, quia etſi quoad alia *ex textu noſtro* eodem metro videantur gaudere de indulto iuris, quoad percipiendos fructus Præbendarum, & beneficiorum ſuorum abſentes cauſa lecturæ, aut ſtudij tamen quoad tempus eſt cum differentia, quia docentes quoad hoc priuilegium, non habent vllam iuris determinationem temporis, cum eo gaudeant, quando docuerint *ex hoc textu noſtro, & ex dicto cap.*1. *Trident. ſeſſ.*5. Abbas hic *num* 4. *&* 5. quem refert Moneta, ac ſequitur *de diſtrib. quotid. diſp.* 10. *num.*10. & cum Barboſa Caſtro Palao *in opere morali tract.*7. *diſp.*3. *puncto* 5. §. 9. *num.*11. & quod nec in docentibus requiratur ea licentia Epiſcopi, ſicut in ſtudentibus, prout deciſum ſibi refert Garcia *dicto cap.* 2. *p.* 3. *num.*559. idem Barboſa etiam cum eodem Caſtro Palao, *alleg.*56. *num.*32. *&* 33. ſed hoc vt ſupra dictum eſt. 37

† Et quod hæc licentia non ſuffragatur ſtudentibus vltra quinquennium à die quo ſtudere cœpit, refert deciſum Nicol. Garcia *dicta p.*3. *cap.* 2. *num.*101. reſoluunt Leſſius *de iuſt.lib.*2. *cap.*34. *dubio* 19. *n.*163. in principio Sanctarell. & Armendar, quos ſequitur Barboſa *in Trid. dict. cap.*1. *nu.*60. *& in dicta alleg.* 56. *num.*31. Caſtro-Palao ſupra *num.*11. Moneta 14. vbi *num.*15. nititur reſpondere *ad textum in cap. ex eo de elect. lib.*6. quo attento videtur extendi ad ſeptennium, Salced. ad Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap.*33. *in princip.* de quo quinquennio, ne vltra detur etiam legentibus, videtur dicere ex aliis Scortia *ad dict. conſt. Pij IV. à verſ. porro dict theorem.*108. *Epiſt.*85. vbi quod nec poſſit Epiſcopus vltra quinquennium Parrocho permittere, quia de iſto loquitur ea Piana conſtitutio, non tamen de aliis Canonicis, & beneficiatis; nam etſi *ex dicta conſtit.* Parrocho eam licentiam dictum ſit à ſolo Epiſcopo non poſſe dari ſine præmiſſa diſpenſatione Pontificis, de qua loquitur talis conſtitutio. Tamen quia ea non obſtante, adhuc dixerint 38

dixerint Selua, Nauarr. Horat. Toletus, Gregor. de Valentia, Salced. Fr. Eman. Anton. Gomez. Zerola, Leſſius, Azor. & alij, quos refert, & ſequi videtur Caſtro Palao *dict. §. 9. num. 9.* vt refert idem Barboſa, *dicta allegat.* 56. *num.* 30. in fine, in quo illos non ſequitur, vt iam diximus, quia hodie per concurſum beneficia curata prouidentur; ideo iuxta modum accipiendi ſeluæ, & proxime dictorum, poſſet etiam in Parrochis Epiſcopus ad ſtudendum ſuam licentiam dare per dictum quinquennium: Videbis, Barboſam, ſub compendio de canonicis, *ſub dicto cap.* 17. *ex num.* 54.

39 Sed quia, *in textu noſtro in verſiculo docentes*, Honorius III. pro legentibus, aut ſtudentibus ſine differentia tempus quinquennij completi aſſignatum eſt; idemque, *in dicto cap.* 1. *Trident. ſeſſ.* 5. *& in dicto cap. cum ex eo, de electione* ..... ſeptennium, & in illis loquutum ſit de ſacra Theologia legenda, ſiue addiſcenda, diſpoſitioque dicti capitis cum ex eo ſit poſterior, & antea relata, *in texta noſtro*, ac nihilominus exiſtimauerit Zerola, *in verb. ſtudium, dict. pract. Epiſcop.* §. 3. pro ſtudio Theologiæ poſſe adhuc Epiſcopum dictum tempus indulgere ſeptennij, *taxta dict. cum ex eo*, ad hoc quidem, vt triennium in Philoſophia, & quadriennium in Theologia conſumatur, vt ſequitur etiam Zechius, *de Republica Eccleſiaſtica tract. de cleric. num.* 7. *verſ.* 28. ideo ne de facili detur correctio diſpoſitionis, *dicti capitis cum ex eo*, quod eſt Bonifacii VIII. in quo Pontifex ipſe efficaces rationes poſuit ad dictam ſeptennij pro ſtudentibus diſpenſationem; ideo præſtat, vt dicamus non eſſe inter ſe contrarias illas diſpoſitiones, ſed tantum diuerſas: nam textus noſter loquitur de ſacra ſcriptura, ad quam quinquennium aſſignatur hic, *in dicto verſiculo docentes*. At vero textus, *in dicto capite cum ex eo*, generaliter de ſeptennio ad ſtudia di-

40 catur, † ac *ex Eugeniana conſtitutione*, permittatur operam dare Philoſophiæ, & Logicæ, vt refert Garcia, ſupra, *dicta p.* 3. *cap.* 2. *num.* 105. in qua tempus non determinatur; idem Garcia, *num.* 106. dicatque, *num.* 107. iuxta ſtylum cuiuſque vniuerſitatis eſſe acceptum, vt volens theologiam addiſcere prius Logicæ, at Philoſophiæ per triennium inſiſtat, vt moris eſt, & poſtea ipſius Theologiæ ſtudio per quadriennium non videtur abs re dicendum in viridi poſſe adhuc eſſe in ſtudentibus Theologiam ſimul cum Logica, & Philoſophia ſeptennium durare, deſeruientes duo ad minus anni ad Philoſophiam, & Logicam addiſcendam, quæ ſunt via ad Theologiam; alii inquam quinque anni ad ſacram ſcripturam, & Theologiam, *ex noſtro texta*, item & ad ſacros Canones, cæteras viles ſcientias, quæ per quinquennium poſſunt acquiri ſufficienter; & licet hoc ſeptennium admittat per ſtyllum Garcia, vbi ſupra, ſic Eugenianam intelligendo reſpectu Salmantinæ Vniuerſitatis tantum, ego etiam illam extenderem, *vigore dicti capite cum ex eo*, ad omnes alias vniuerſitates, cum reſpectu Theologiæ, Philoſophiæ, & Logicæ eadem militet ratio temporis ſeptennii ad omnes alias vniuerſitates, & pro Canonibus, aliiſque ſcientiis tantum ſufficiat dicti quinquennii tempus aſſignati, *in texta noſtro*. † Et 41
amplius videbis eundem Garciam, *dict. cap.* 2. *ex num.* 108. agentem de dubio, ex qua parte Tridentini, poſſit colligi derogatio dicti priuilegii, ſeu Eugenianæ de percipiendis fructibus in abſentia; ad quod reſpondet, vt videatur colligi, *ex cap.* 1. *ſeſſ.* 23. *de reformat.* vbi in finalibus verbis Eugenianæ priuilegium auferri videtur, ſed ille textus nihil dicit de abſentia cauſa ſtudiorum, ſed tantum, vt Parrochi non abſint vltra menſes, ibi, aſſignatos à propriis Parrochiis.

Et pro ampliori intelligentia, *dicti capitis cum ex eo*, cum dicta conſtit. Pii IV. 42
in qua diſponitur, vt Parrochus diſpenſatus à Papa ad ſtudendum, intra annum ſubdiaconus ordinetur nihilominus illudque, *ex dicto capite cum ex eo*, ſic accipiatur. Tamen ſi Epiſcopus voluerit cum illo diſpenſare, vt per totum tempus ſeptennii non aſcendat ad ſacros ordines, ac diſpenſatio ſic ſuſtineatur, vt talis Parrochus, ita diſpenſatus in non accipiendo ordinem ſacrum, non incurrat pœnam capite licet canon illius tituli, ex doctrina Sanchez, *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 24. Barboſa, *in dicto cap. cum ex eo, num.* 4. *qui num.* 7. *in gloſſa ſeptennium, verſiculo ſed numquid*, reſpondet cum ea, & cum Rebuffo, *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 57. Sanchez, *dicto lib.* 8. *de matrim. diſp.* 33. *num.* 12. quod Epiſcopus, qui ſemel diſpenſauit pro ſeptennio ad ſtudendum, nequit illud reuocare, & ibi, *num.* 8. cum Didaco Perez. *in l.* 2. *verſ. ſean tit.* 2. *lib.* 2. *ordinam, pag.* 199. *col.* 1. Roman. *ſingul.* 517. Franc. Molin.

de ritu nupt. lib. 2. *differentia* 11. *num.* 119. addit quod licentia de ſtando in ſtudiis, non expirat morte concedentis.

42 Ad vltimam partem, quid ſi interpellauerint tempus ſtudij, aut lecturæ, & credo ſaltim pro eo tempore interpolationis non gaudere indulto percipiendi fructus, & hoc tam ex verbis textus noſtri ibi: *dum in ſcholis docuerint*; item *& ex dict. Trid. ibi docuerint*, & reſpectu ſtudentium ibi: *& ſtudentes in ipſa integrè per annos quinque*, *& in dicto Trid. cap.* 1. *ibi: ſtudent*: nam ſi ex *doctrina generali*, qui ſunt otioſi, nec ſtudent, nec frequentant ſcholas, non quidem gaudent

43 priuilegiis ſcholaſticorum, † ſequitur, vt nec abſentes cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum percipere valeant, Tyraquell. *in tract. ceſſante cauſa p.* 1. *nu.* 213. Maſcard. *de probat. concluſione* 1290. *à numero* 9. Frater Eman. Rodrig. *in quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 9. *artic.* 10. Proſpero de Auguſtino *in addit. ad Quarantam in ſumma Bullarij verbo reſidentia verſ. limita*, Barboſa *in Trident. nu.* 51. *&* 52. *ipſe in paſtorali n.* 24. Sanctarel. *variar. reſol. qu.* 3. *n.* 16.

Sed quod hoc priuilegio gaudebunt 44 nihilominus ſtudentes, licet aliquando deueniant ad Curiam Romanam, nec ſemper ſtudeant, modo id faciant pro maiori parte anni: Moneta *de diſtribut. qu.* 1 *n. num.* 19. barboſa *dicta allegat.* 56. *num.* 25. qui refert eundem Monetam dicentem numerum Canonicorum, qui abſentes cauſa ſtudij percipere poſſunt fructus Præbendarum, non eſſe indiſtinctè reſtringendum ad duos Canonicos, ſed poſſe ad plures extendi, modo id ſtatus Eccleſiæ patiatur, cum non eſt, cur fraudetur ſeruitium decens Cathedralis, aut collegiatæ Eccleſiæ, iuxta iam dicta *de non præiudicando reſidentiæ*. Cum quibus abſoluitur iſte text. & titulus de Magiſtris in die ſolemniſſimo Aſſumptionis Beatæ Mariæ die 15. Auguſti 1665. poſtquam in noſtra Auſturicenſi Cathedrali, cuius dies eſt ſuæ aduocationis, & multum feſtibus Pontificalia egimus, vtinam in eius laudem hæc, & alia *ex noſtris ſcriptis* ex quibus etiam tomus iſte conceptus primus ad criminalia lib. 5. decretalium, &c.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
quæ in hoc primo volumine reperiuntur.

A

Abbas.

ABBAS accuſatus, dum lis pendet, adhuc à Monaſterio recipit expenſas, & obeditur à cæteris Monachis. pag. 75
Abbas dum accuſatur recipit expenſas, niſi depoſitus, vel priuatus ſit. 78
Abbas accuſatus, vt ſe defendat habet alimenta ex Monaſterio, vſque ad finem cauſæ. 75
Abbas, qui prius in ſuo territorio ſeminarium erexit, non cogitur ad contribuendum pro nouo ſeminario. 357
Abbatis licentia in clericis beneficiatis eſt neceſſaria. 370

Abbatiſſa.

Abbatiſſæ non ſunt eligendæ minores 40. annis, & quæ per octo annos profeſſæ non fuerint remiſſiuè, quæ nec benedicendæ. 83

Abſens.

Abſens ad curiam Romanam, non niſi de licentia ordinarij clericus toleratur. 370

Abſoluere.

Abſoluere nocentem ſatius eſt, quam innocentem condemnare. 44
Abſoluit iudex ſimpliciter, ſi alia indicia ſufficientia non ſperet. 42
Abſoluendus eſt diffinitiuè reus, quando crimen iudici non eſt probatum. 44

Abſolutio.

Abſolutio fori pœnitentialis interni, non aufert poſſe accuſari in iudicio externo reum; & quare? 46
Abſolutio à cenſura, pecunia conceſſa, eſt ſimoniæ materia; aliter ſi loco pœnæ, & ſpreti mandati? 311

Abſolutus.

Abſolutus ſemel à delicto poteſt principis voluntate inquiri, accuſari, & puniri de illo delicto abſoluto? 46
Abſolutus ab hæreſi, non prohibetur iterum accuſari ex nouis probationibus in fidei fauorem. 39
Abſolutus à crimine incidenter intentato, valet iterum de nouo inquiri, & accuſari, & quare. 44
Niſi quando pœna delicti fuit impoſita. ibid.
Abſolutus ignorans, adhuc de nouo non accuſatur. 43
Abſolutus ſemel non iterum punitur, etſi extraiudicialiter fateretur delictum, ſecus ſi in iudicio, etſi extraiudicialiter. 45
Abſolutus ſemel fatuus, ſi ſe gloriando fateatur delictum. ibid.
Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari. 50
Abſolutus per iudicis colluſionem, aut præuaricationem, iterum poteſt accuſari. ibid.
Vbi quid de accuſatore colludente. 51

Acceptio perſonarum.

Acceptio perſonarum, non eſt in iudicio habenda. 291

Acceptum.

Acceptum ſimoniacè reſtituendum eſt danti, ſi nondum fuit tradita res ſpiritualis, & quando Eccleſiæ iniuriatæ. 330.

Acceſſus.

Acceſſus, regreſſus, collationes, & reſeruationes annullata. 150
Acceſſus, ingreſſus, & regreſſus in beneficiis

ficiis quomodo exemplificentur? 275

Accuſans.

Accuſans ex odio, licet proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, peccat ſi ſola ea intentione, vt ſibimet concedatur ſatisfactio illatæ iniuriæ. 11
Accuſans motus ex diffamatione, aut iudiciis ad torquendum, excuſatur à calumnia. 138
Accuſans probando accuſationes per teſtes, qui vt idonei fuerunt obiecti, excuſatur à calumnia, ſi inſcienter illos adduxit, vt idoneos. 137
Accuſans de delicto nequit iterum accuſare poſt latam ſententiam de qualitate aggrauante illud quæ oblita fuit, ſecus ſi ante litem conteſtatam. 16
Accuſans falſo officialem *de barataria*, quibus pœnis punitur. 130.& 131
Accuſans ſuum coniunctum, non præſumitur calumniandi animo feciſſe. 137
Accuſantes non pro præmio, ſed ex officio potius defenſores dicuntur. ibid.
Accuſans probans delictum cum vno teſte, non dicitur calumniator. 138
Accuſans in delictis atrocibus, excuſatur à calumnia in probatione deficiens. ibid.
Accuſans, etſi excuſetur ex cauſa iuſta; non verò ex iniuſta. ibid.

Accuſare.

Accuſare quid ſignificet. 3
Accuſare nihil aliud eſt, quam aliquem reum criminis per libellum deferre ad vindictam, & pœnam. ibid.
Accuſare iterum poteſt, qui docet de præuaricatione commiſſa per iudicem, tabellionem, aut teſtes. 15
Accuſare nemo poteſt in priuatis delictis, niſi proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, etiamſi veniat applicanda pœna fiſco. 17
Accuſare quilibet poteſt, niſi ſpecialiter prohibeatur. ibid.
Accuſari non poteſt iterum, ſemel abſolutus, nec à primo accuſatore, nec ab alio nouo, ſi fuit diffinitiuè abſolutus. 39
Secus ſi ab obſeruatione iudicis. ibid.
Accuſari de nouo, ſi diffinitiuè abſolutus fuit ab inquiſitione, vel denunciatione, verius eſt vt non poſſit. 40
Accuſari valet ſemel abſolutus in iudicio denunciationis Euangelicæ, & quare, niſi reus eo iudicio punitus eſſet pœna ordinaria. 41
Accuſandi iuſta cauſa non liberat ab expenſarum condemnatione in ſuccumbentem. 132

Accuſatio.

Accuſatio quid ſit. 3
Accuſatio duplex oritur ex quolibet delicto. ibid.
Accuſatio fit in forma ſolemni ablato libello, & facta inſcriptione. ibid.
Accuſatio contra reum eſt proponenda coram iudice competente. ibid.
Accuſatio conſtituitur ex aliqua lege publica proponenda coram idoneo iudice. ibid.
Accuſatio, inquiſitio, & denunciatio per quæ inter ſe differant. 7
Accuſatio aliquando cadit ſub præcepto, vt cum delictum tendit in perniciem Reipublicæ, ſi aliter nequit conſuli. 12
Accuſatio potius eſt quoddam ius competens parti pro exigenda vindicta, quàm quoddam officium iudicis nobile reſidens in parte, differens ab illo, & ab actione. 10
Accuſationem Princeps poteſt abolere inſtitutam contra perſonam maximè neceſſariam. 13
Accuſatio hodie admittitur in omnibus delictis facta à quolibet de populo pro vindicta publica, præterquam in verbis iniurioſis alicui priuato dictis. 5
Accuſatio in iudiciis vſitatior potius quam inquiſitio, & denunciatio. 6
Accuſatio ſemel cœpta debet proſequi, imò & minata à marito de adulterio vxoris. 12.& 13
Accuſationem poteſt iudex aliquando non admittere, & ſi inferior ſit. ibid.
Accuſatio ſecunda non admittitur ratione alicuius qualitatis poſt ſententiam latam in prima accuſatione. 52
Accuſatio replicari nequit de his delictis, quibus eſt accuſatus abſolutus. 38
Accuſatio, vt formetur, num debeat præcedere correctio fraterna? 122

Accuſator.

Accuſator ſolet carceri mancipari, donec ſatis dederit idoneè de accuſatione proſequenda, & iniuria reſarcienda, ſi non probet. 7
Accuſator de populo non admittitur poſtquam iudex ex officio cœpit inquirere. 86
Accuſator inimicus facilius admittitur, quam teſtis ſecundum aliquos. 57
Alij eandem regulam ponunt in vtriſque. ibid.

Accuſa

Accuſator in aliquibus caſibus valet deſiſtere ab accuſatione incepta. 13
Accuſator ſine metu Turpiliani poteſt ab accuſatione diſcedere ante litem conteſtatam. 88
Accuſator Romæ ſtatuto, ad quæ teneatur? 132
Accuſatori proponēti accuſationem, quam non proſequitur, iuſte poteſt ſtatui terminus, vt illam proſequatur, & quod alias non audiatur. 85
Accuſator, & iudex non poſſunt eſſe idem. 108
Accuſator calumnioſus, non ſolum reaccuſari valet, verum & illico incarcerari, qui & aliquando venit, corporaliter puniendus. 132
Accuſator ſubrogatus, vt proſequatur pro mortuo accuſatore ex mandato iudicis, liberatur à pœna calumniæ 136
Accuſator qui deceptus à teſtibus accuſat à calumnia excuſatur. 137
Accuſator habens occiſi inculpationem deficiens in probatione, etiam à calumnia excuſatur. 138

Accuſatorius libellus.

Accuſatorius libellus debet continere qualitatem aggrauatoriam delicti, vt rectè ſequatur condemnatio in totum, intellige. 310

Accuſatus.

Accuſatus de aliquo crimine non poteſt iterum promoueri, ſi accuſatio eſt legitima, & per idoneos; ſecus ſi à maleuolis. 29
Accuſatus abſolutus de vulnere, non iterum accuſatur de debilitatione. 52
Accuſatus de ſimonia, pendente accuſatione, prohibetur celebrare. 189
Accuſatus de delicto commiſſo in officio, adminiſtratione, licet pendente, poteſt interdici. ibid.
Accuſatos minans poteſt ante inſcriptionem ſine pœna deſiſtere, eique deſiſtenti imponi ſilentium perpetuum. 84
Accuſaturus qui præfertur in accuſando poteſt à iudice citari, & requiri, vt declaret, an velit accuſare, vel non prius quam aliter admittatur, vel quam iudex procedat. 86
Accuſaturus, qui tantum de accuſando diffamauit, adhuc valet per iudicem compelli, vt proſequatur intra certum terminum? ibid.
Quid ſi nondum diffamauit. ibid.
Accuſaturus intra terminum aſſignatum, quo caſu, eo tranſacto, admittatur accuſans? 87
Accuſaturus minans tantom, non tenetur ad inſcriptionem, ſiue pœnam Talionis, ſed non excuſatur ab aliquibus expenſis. 88

Actio.

Actio aliquando pro accuſatione ponitur. 3
Actio quomodo differat ab officio iudicis nobili ſeu mercenario. 10
Actionibus, & accuſationibus aliquando æquiuocè vtimur. ibid.
Actiones laboris antecedentes ad ſacramenti celebrationem, quales ſunt celebrare in tali loco, &c. poſſunt in pactum deduci abſque ſimonia. 233

Actor.

Actor clarè debet ſuam actionem proponere, vt quid allegaturus ſciat reus. 115
Actor quęrit à lite recedere ſiue per gratiam, ſiue tranſactionem: fallit in actione famoſa ſiue iudicis authoritate, & qualiter in criminali. 13

Actus.

Actus reciproci omnes in beneficialibus inducunt ſimoniam; & ſic procedere in reciprocis mandatis ad reſignationes. 152
Actus quidam ex ſe boni, quidam mali, quidam indifferentes, qui in dubio boni præſumuntur, latè expenditur. 103
Actus malus in ſe etiam in dubio ad malum eſt referendus. 102
Actus omnes procedentes à poteſtate ordinis, ſunt materia ſimoniæ, & abſolutio à cenſuris, & etiam iuriſdictionis voluntariæ quoad effectum ſpiritualem. 251
Actus ſub conditione celebratus, non impleta, nullum operatur effectum. 273
Actus cum qualitate geſtus, reiecta qualitate acceptari valet. 273
Actus iuriſdictionalis qui ex vi obiecti, & materiæ, eſt ſpiritualis, producit ſi vendatur ſimoniam. 334
Actus docendi non eſt res ſacra, nec actus poteſtatis ſpiritualis. 351

Adoleſcentes.

Adoleſcentes à Magiſtris, debent docti fieri, & moribus imbui. 339
Adoleſcentium educatio eſt fundamentum totius Reipublicæ. 340
Adoleſcentes non ſunt auocandi ab ſtudiis, vſque ad tempus 25. annorum. 346

Adultus.

Adultus, an poſſit offerre pecuniam ſine labe

labe ſimoniæ, vt iniquus Sacerdos, ac miniſter ſibi conferat Sacramenta in quacumque neceſſitate? 266

Aduocatus.

Aduocatus num valeat conſilium à ſe præſtitum variare? 10

Aduocatus, ſi legitimè defendat, non vt calumniator punitur; ſecus ſi, vt inſtigator. 136

Ætas.

Ætas ad diſcendas diſciplinas aptior eſt iuuentus, ad leges adoleſcentia. 344

Ætas nulla ſera eſt ad diſcendum, ſed vſque ad 25. annos aptior pro iuuenibus. 346

Agens.

Agens contra conſcientiam ædificat in gehennam. 294

Alimenta.

Alimenta debentur accuſato, ſiue conuento ex cauſa proprij ſtatus, & impetrantibus beneficium, ſi non ſit alius poſſeſſor. 76

Alimenta, & expenſæ debentur etiam vxori agenti contra virum, & aliis. ibid.

Alimenta quæ deſignantur pro lite proſequenda, in qua quantitate, diuerſi modi dicendi. ibid.

Alimenta Monacho ſunt præſtanda vſque ad finem cauſæ. ibid.

Alimenta Monacho accuſanti, Abbati dantur ad totam cauſam, eiuſque executionem pro ſe, & aliis tribus Monachis in lite neceſſariis de bonis Monaſterij. 79

Alimenta debentur filio litiganti, & exiſtenti in poſſeſſione filiationis, & pauperibus. 76

Anathema.

Anathema, quid ſit? 294

Anni.

Anni primi redditus canonicatus ex ſtatuto aliquarum Cathedralium referuntur defuncto. 305

Annalis poſſeſſio.

Annalis poſſeſſio iuuat obtinentem beneficium ignorantem ſimoniam ab alio commiſſam. 259

Annata.

Annatæ faciendæ conſuetudo valet, à Canonico nouiter recepto. 306

Appellatio.

Appellatio conceſſa à iudice à ſententia ſuper notorio, poteſt ab eo reuocari, & illam executioni mandare & quare. 69

Appellatio num liceat Monacho à denegatis ſibi alimentis, cum Abbatem accuſat. 79

Appellatio non datur à ſententia ſuper notorio lata; ſecus ſi ſimpliciter feratur, vel à declaratione notorij. 68 & 69

Appellatio conceditur à decreto illius, qui damnatus fiat, vt captus in flagranti, & quo modo ſic captus talis dicatur. ibid.

Archidiaconus.

Archidiaconus, qui appellatur oculus Epiſcopi, debens examinare titulos ordinandorum, eoſque Epiſcopo præſentare, facit ſuſpenſum fieri conuenientem ordinandum cum illo. 176

Archidiaconorum, ac Decanorum officia, ac aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictionalia, ſunt materia ſimoniæ. 335

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus vna cum Epiſcopis comprouincialibus ſolum actuabant olim, & hodie ex Trid. contra Epiſcopos criminoſos mittendo cauſam veſtitam ad Papam. 21

Archiepiſcopus ſolus nequit condere ſtatuta totam prouinciam obligantia. 123

Archiepiſcopi, Metropolitani, quam poteſtatem habeant? 122

Archiepiſcopi inuiſendo per ſe, aut viſitatores corrigere valent exceſſus prouinciæ, etiamſi non appareat de exceſſibus ſuffraganeorum. 123

Archiepiſcopi poteſtas. 289

Ariſtoteles.

Ariſtoteles laudatur à Philippo Rege Macedoniæ. 339

Arma.

Armis, & litteris oportet eſſe Reſpublica. 340

Artifex.

Artifex offenſus habet accuſare poſſe ciuiliter, & criminaliter. 43

Attentata.

Attentatorum reuocatio fieri debet, etiamſi appellanti obiiciatur defectus iuris in principali cauſa, & quæ ſuper Eccleſiaſtico iure tractatur. 81

Aſſertio.

Aſſertioni alterius cito credi non debet. 290

Auari.

Auari rerum Eccleſiaſticarum eiſdem pœnis puniuntur, ac ſimoniaci. 145

Auaritia.

Auaritiæ peccatum oritur ex datione ante, vel poſt ſuſceptos ordines. 180

Auditoriatus.

Auditoriatus, & clericatus de camera, aliaque officia eius, an ſint materia ſimoniæ. 212

B

Bachalaurei.

Bachalaurei, non graduati per vnam ex quatuor vniuerſitatibus legis Regiæ potius eſt, vt non gaudeant exemptione. 342

Baptiſmus.

Baptiſmus vt baptizetur infans pecunia nequit celebrari à parentibus, vel aliis data nolenti aliter conferre, ſed verius, vt ſimoniacum non ſit. 235

Benedictiones.

Benedictiones nuptiales pecunia celebratæ ſunt ſimoniacæ niſi aliquid ſponte offeratur ad ſuſtentationem. 284

Beneficium.

Beneficium Eccleſiaſticum eſſe perpetuum, ſolum eſt de iure poſitiuo. 214

Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacant, poſſunt ſeminario vniri. 162

Beneficia omnia, quæ conſiſtunt intra diæceſim contribuunt pro ſeminario. 358

Beneficium conferri non poteſt alicui ſine Prælati collatione. 224

Beneficij nomine, quoad pœnas ſimoniaci,quæ veniant. 322

Beneficia fidentiali ſimonia recepta, & ſi illico amittantur, priuatione accedente,triennali tamen poſſeſſione conſeruantur. 317

Beneficiorum multiplicitas nobili permittitur, non ſic ignobili. 182

Beneficij priuatio deſiderat in ſimonia realis priuationis pacta, non ſi tantum ſubintelligatur. 221

Beneficium non vacat ex cauſa permutationis, quod adhuc ab vno ex compermutantibus dimiſſum non eſt, ſecus permutatione effectuata, ſaltim ex dimiſſione vnius. 276

Beneficium vacat ex cauſa permutationis effectuatæ, 275

Beneficia amobilia, tam ſæcularia, quam regularia, ſunt propriè beneficia. Et quo pacto talia ſint? 213

Beneficia etiam inæqualia in fructibus nequeunt permutari cum penſione temporali, etſi accedat Prælati conſenſus, nec compenſari pretio. 225

Beneficium recipiens cum ea intentione, vt reſignatarius iterum reſignet, ſuo nepoti an committatur ſimonia confidentialis. 271

Beneficium obtinens ex ſimonia patrata à mediatore, tenetur illud ſtatim dimittere; non tamen reſtituere fructus bona fide conſumptos. 258

Beneficia quod ſub ſe officium, ſeu obligationem contineant? 206

Beneficium habens ſimoniacè, an vllum ius acquirat? 258

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo. 147

Beneficium poſſidens habitum per ſimoniam, ſe ignorante, gaudet beneficio regulæ de triennali. 280

Beneficium promitti non licet pro ſuffragio, ſeu voce electionis. 280

Beneficia, & dignitates Eccleſiaſticæ in confidentia receptæ, vacant ante quam qui recepit impleat earumque collatio eſt nulla. 317

Beneficia poſſunt vendi ſecluſa prohibitione Canonica. 208

Beneficiatus.

Beneficiatus poteſt retinere ratam pro ſeminario, de penſione, quam ſoluit. 358

Birruarij.

Birruarij ſolent examinari, ſi alij teſtes non reperiantur, vt probetur delictum in flagranti commiſſum. 80

Bis.

Bis de delicto inquiri non poteſt. 114

Blaſphemia.

Blaſphemiæ materia vbi tractetur? 55

Bonus.

Bonus, aut malus, an quis præſumatur? 291

Bona fortunæ.

Bona fortunæ multis modis ad ſimoniam conſiderantur. 168

Bulla.

Bulla Pij V. quatenus ad priuationem ipſo iure explanatur, quæ loquitur de maleficiis antea acquiſitis. 319

C

Calumnia.

Calumniæ iuramentum, & de veritate dicenda. 96

Calumniator.

Calumniator quot ex cauſis excuſatur à calumniæ pœna. 135

Calumniator frequens venit acrius puniendus, quam qui ſemel calumniauit. 31

Calumniatoris etymologia. 127

Calumniator in pœnam falſi ſolet damnari, & qua pœna ſub num. 7. & 8. 130. & 131

Calumniator quis præſumitur. 138

Calumniator non dicitur qui ex iuſta cauſa litigat, & accuſat. 136

Calumniatores variis pœnis tempore antiquo puniebantur. 131

Calumniatoris, & delatoris differentia, 126

Calumniatorum nomen ſicut, & delatorum fuit odioſum. 127

Calumniari.

Calumniari ad quid refertur. 125. & p. 127

Cancellarius.

Cancellarius, ſiue, Notarius Epiſcopi, ſi taxatum ſalarium non habet, ex quibus litteris poteſt aliquid recipere. 299

Cancellarius Epiſcopi, vulgo *ſecretario de camera*, quare nihil recipere valeat pro nonnullis licentiis. 249

Cancellarius Epiſcopi pro ordinum; inſtrumentis, non recipit emolumentum, ſi non adſit conſuetudo. 178

Canes.

Canes ad venandum reddit aptos eductatio. 356

Canones.

Canones ſacri non verentur leges imitari in caſibus, qui non repugnent veritati Canonicæ. 31

Canonicatus.

Canonicatus etiam collegiatarum, etſi reſidentiam non habeant, ſeminario vniri nequeunt. 162

Canonici.

Canonici extra Magiſtrales legentes intra Eccleſiam, non inde percipiunt fructus, non reſidendo, ſicut Magiſtrales percipiunt. 366

Canonici de diſtributionibus ſeparatis à Præbendis diſtinctis. 357

Canonici, ſi dum vacat ſedes nominent vicarios, qui cum illis emolumenta laboris, *vel Poyo* diuidant, ſunt ſimoniaci, ſi ita conuentum eſſet. 335

Canonici deputati pro publicandis indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus, & pro ſynodo perficiendo, percipiunt occupati diſtributiones; & quid ad alios caſus. 360

Canonici legentes in publica vniuerſitate ſacram ſcripturam, percipiunt fructus ſuarum Præbendarum. 366

Canonici aut beneficiati electores vt iuſtè aliquid valeant exigere à Canonico, ſeu beneficiaro nouiter recepto tria requiruntur. 303

Canonici, ſi recipiendis Canonicis, aliquid exigant in proprios vſus, an incurrant ſimoniam. ibid.

Canonicus electus poteſt ſuam electionem defendere, ſicut confirmatus, aut inſtitutus ipſum beneficium. 263

Canonicum ius lato modo, dici ſolet ius diuinum. 209

Canonicus electus ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuo illam exercet, niſi ex cauſa remoueatur. 360

Canonicus non habet ius ad percipiendos fructus Præbendæ, niſi propter officium ſpirituale, ad quod tenetur ratione ſui tituli. 224

Canonicorum Doctoralium, & Magiſtralium prouiſio. 352

Canonicorum proprium commodum intelligitur eſſe, quod ſoluitur menſæ capitulari, vel in eius commodum conuertitur. 303

Cantandi Ars.

Cantandi ſpecialis ars, & ſingularis vocis ſuauitas, temporali æſtimari poteſt. 254

Cantores.

Cantores an abſque ſimonia poſſint pro cantu ſolemni accipere ſtipendium temporale à conducentibus eos in feſtiuitatibus, ſeu exequiis. ibid.

Cantus.

Cantus alias debitus ratione officij Eccleſiaſtici paciſci nequit pretio, niſi in ſuſtentationem muſicorum. ibid.

Cappellaniæ.

Cappellaniæ ad notom non ſunt titulus ſufficiens ad ordines ſacros. 214

Cappellaniæ manuales, ſi vendantur, aut pretio conferantur, eſt verius ſimoniam committi. 213

Cappellaniæ manuales, etſi dicantur ſtipendia, ſi tamen conferantur, ſunt beneficia conſtituentes titulum ſpiritualem, qui vendi nequit abſque ſimonia. 214

Cappella.

Cappellas vendendi vſus pro ſepultura defunctorum non eſt ſimoniacus. 285.

Cappa ius.

Cappæ ius quod ſoluitur à Canonicis de nouo receptis potius eſt vt iuſtè recipiatur in Cathedralibus. 304

Cardinales.

Catdinales, & commendatarij contribuunt pro ſeminario, de beneficiis, quæ poſſident. 357

Cardinales offendentes, & ſi puniantur pœnis Canonicis, non implicat, vt puniantur lege Ciuili, & quare. 47

Cardinales ſimoniaci confidentiales, ſen Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & Prælati interdicuntur ab ingreſſu. 318

Catdinalis num recuſari valeat? 106

Carena.

Carena pœnitentia dicta quomodo antiquitus, & hodie intelligeretur. 59

Caſſationes regreſſuum.

Caſſationes regreſſuum, & penſionum poſſunt fieri in manibus cuiuſcùmque ex Rota, quæ reſeruat, vt prius conueniantur hætedes ritularis. 216

Cathedrales.

Cathedrales ex iure, & Tridentino, habent Magiſtros pro erudiendis pueris in Theologia, & Grammatica. 352

Cathedraticum viſitantibus debitum. 224

Cauſa.

Cauſa magna, quæ non ſubeſt, non ſufficit, vt abſolutus iterum accuſetur. 43

Cedere.

Cedere nolenti ad redimendam vexationem, in iure ſpirituali dari pecunia num poſſit? 260

Cenſura.

Cenſuræ latæ ab Abbate, lite pendente. 123

Cenſuras ferendi actus, eſt ſimoniacus pecunia factus. 311

Cenſus annui.

Cenſus annui prohibentur in rebus Eccleſiæ. 332

Charitatiua præmonitio.

Charitatiua præmonitio eſt præmittenda, antequam quis denuncietur. 19

Chriſma.

Chtiſmatis, olei, & ſepulturæ quoad ſimoniam. 501

Citatio.

Citatio neceſſaria eſt contra delinquentem abſentem, præter quam in aſſumendis indiciis, vt eſt ſuſpicio fugæ, alias proceſſus erit nullus. 62

Secus contra præſentem. ibid.

Citatio non procedit, quando ſcandalum, aut præiudicium fieret Reipublicæ. 62

Citatio vnica ſufficit, vt accuſaturus proponat accuſationem, verius in ptaxi eo quod vnica tantum monitio ponit quem in mora, ſeu interpellatio. 87

Citationis neceſſitas. 84

Ciues.

Ciues vniuerſi pœna, & præmio in officio continentur. 12

Ciuitatenſe litigium.

Giuitatenſi Cathedralis litigium refertur. 305

Clauſula.

Clanſula *conſtiterit*, ſeu *conſtito*, plura indicat, vt refertur. 81

Quæ requirit cauſæ cognitionem, & citationem fallit nomine. ibid.

Clerici.

Cletici de cameta non contribuunt pro ſeminatio ratione beneficiorum. 357

Clerici aduocare prohibentur in curiis publicis: quare? 369

Clerici legere pro Cathedralibus Theologiam, aut alias facultates, non prohibentur, imò & ſtudere. ibid.

Clerici reſpectu laicorum tenentur pias conſuetudines obſeruare dandis candelis, & comeſtibilibus. 241

Clericus, vt condemnetur iuxta clauſulam, *conſtito*, probatio requiritur. 82

Vbi exemplificatur in ſignatura. ibid.

Clericus calumniator vſque ad pœnam mortis poteſt puniri. 134

Clericus ebrioſus non punitur ex eo quod tota nocte non dormierit, ſed quod in comeſſationem per totam illam ſteterit. 83

Clericus accuſatus in cauſa ſanguinis, quandonam incurrat irregularitatem. 94

Clericus concubinarius, non eſt irregularis, nec Sodomita publicus, etſi notetur infamia. 35

Clericus inductus ab aliquo, vt locet fructus ſui beneficij, ſimoniacus non eſt locando. 251

Clericus accuſator calumnioſus priuatur officio, & publice verberatus in exilium mittitur, & vltra pœnam ordinariam. 134

Cognitio.

Cognitio debet præcedere, an conſuetudo oblationum in Eccleſia laudabile habuerit initium. 298

Cohabitans.

Cohabitans cum inimico repellitur ab accuſando, ſicut ipſe inimicus, ſi aſſidue cohabitet, non ſi perfunctorie. 56

Index Rerum,

Collationes.

Collationes, præſentationes, & electiones ſimoniacè factæ, ignoranti potius vt non ſint improbatæ ante ſententiam. 329

Collator.

Collator promittens beneficium, vt moueat aliquem ad faciendam eleemoſynam, non vt pretium, ſed vt actum honeſtum, an liberetur à ſimonia? 153

Collegia.

Collegia, & Monaſteria mendicantium, non contribuunt pro ſeminario: vbi quæ illa ſint? 357

Commenda.

Commendæ adiudicatio vni, & alteri portio redditus ex ipſa in Ordine ſancti Ioannis equitum Maltæ, fuit facta ſine labe ſimoniæ. 200

Commenda beneficialis, qualiter ſit, vel non materia ſimoniæ? 209

Commenda iuriſdictionalis qualis? ibid.

Commendam quo adiecto licet conferre. 305

Commendatarij.

Commendatarij præſentantes aliquos ad beneficia ordinis, id faciunt tanquam Patroni. 201

Commendæ, & redditus ordinum militarium ſine ſimonia valent aſſignari, ac transferri. ibid.

Commendæ ordinis ſancti Ioannis conferuntur titulo laico, in ſtipendium ſcilicet pro temporalibus ſeruitiis. ibid.

Commendæ fructus non ſunt ſtipendia pro diuino officio, ſed pro miniſterio temporali. 210

Commendæ militarium equitum, & Religioſorum non dantur in titulum ob profeſſionem, ſed tantum ob conditionem ſine qua non. ibid.

Commendas vendere ſimonia non eſt, eſt tamen illicitum. ibid.

Commendatæ Eccleſiæ materia de ſpolio, ſeu priuatione. 81

Ebrioſus clericus punitur. ibid.

Comminatio.

Comminatio ſola, ſignificat ferendam ſententiam. 294

Commiſſarius.

Commiſſarius Bullæ Cruciatæ nihil poteſt accipere pro reualidatione indulgentiarum. 310

Commutationes.

Commutationes facere in actionibus pertinentibus ad prouiſionem beneficiorum non licet. 229

Comparentes.

Comparentes pro ſuo intereſſe poſſunt criminoſum defendere: vbi qui tales dicantur? 91

Compenſari.

Compenſari exceſſus vnius beneficij fructuum cum alio, qualiter & quomodo liceat. 219

Quid ſi fieret de vna re ſpirituali, ad aliam. ibid.

Componere.

Componere ſe ante adeptam poſſeſſionem, quando liceat? 265

Componi lis nequit, aliquo dato, ſi ſit ſuper iuriſdictione ſpirituali. 227

Compoſitio.

Compoſitio ſuper beneficio habet rationem generis, tranſactio compoſitionis, ſpecies illa habet locum in gratuita remiſſione. 226

Compoſitio facta inter partes, nullo temporali accepto, licet, non ſic, ſi facta recompenſatione alterius capellaniæ, aut beneficii ex conuentione inter partes. 227

Compoſitio inter Parrochos ſine ſuperioris auctoritate, valet ſuper decimis ad vitam ſolum eorum, ſi ſucceſſor non præiudicetur. 229

Compoſitio ſuper decimis facta cum conſenſu ordinarii tenet: limitatur in perſonalibus. ibid.

Concilium prouinciale.

Concilium prouinciale, quando valeat? & à quibus fieri? 123

Concilium Prouinciale non poteſt formare proceſſum in cauſis criminalibus Epiſcoporum ad effectum transmittendi illos ad Pontificem: 23

Concilium Prouinciale poteſt cognoſcere, & terminare cauſas leuiores Epiſcoporum. ibid.

Concluſio.

Concluſio non eſt neceſſaria in notorio. 64

Concorditer.

Concorditer fit, quod nemine diſcrepante decernitur, vbi de arbitris. 28

Concorditer dicitur de iure fieri factum à maiori parte votantium; ſecus ſi commiſſio pluribus à Papa detur; *vt concorditer.* ibid.

Concors *verbum.*

Concors verbum ſignificat vnanimem ſententiam iudicum, niſi aliud ex commiſſione Pontificia appareat, vt ſtetur ſcilicet maiori parti. 27. & 28

Conca

Concubinarius.
Concubinarius publicus, vt incurrat pœnas Trid. quis dicatur? 105
Concubinarius publicus, & excommunicatus denunciare prohibentur. ibid.
Condemnatio.
Condemnatio quando ſequi non valeat? 117
Condemnatio quando ſequi non valeat. 114
Condemnatio ſequi non poteſt, quando inquiſitio eſt nulla, & inepta. 116
Conditiones.
Conditiones turpes in vltimis voluntatibus vitiantur, & non vitiant. 196
Conditiones, quæ de iure inſunt, non inducunt ſimoniam. 282
Confeſſarius.
Confeſſarius, qui inſumit maiorem partem diei in audiendo confeſſiones, plus ſtipendii meretur, quam qui non ſic laborat. 256
Confeſſarius, per quam doctrinam poſſit ſedare conſcientias ſimoniacorum, qui anguntur ſcrupulis. 326
Confeſſarii Ordinum mendicantium, an poſſint abſoluere à quacumque ſimonia, eique annexa excommunicatione. 311
Confeſſor.
Confeſſor interrogatus de auditis in confeſſione quomodo ſe gerat. 299
Confeſſio.
Confeſſio ſacramentalis, data pecunia ante, vel poſt, eſt ſimoniaca. 236
Confidentia ſimoniaca.
Confidentia ſimoniaca, etiam inſtrumento valet probari correſpectiuo præcipuè. 152
Confidentia ad ſimoniam quando eſt plene probanda, & quando non. 152
Confidentia legalis quæ ſit? 319
Confidentia ſimoniaca valet per coniecturas præſumi in foro exteriori. 149
Confidentia, vt probetur coniecturis, debent eſſe vehementes. 151
Confidentia, vt ſit ſimonia, neceſſum eſt, vt incipiat à parte dantis, cuius intentio ſit nota per probationes. 150
Confidentiæ excommunicatio, non incurritur, dum eſt intentio occulta; ſecus ſi coniecturis probetur, & quibus illa probetur. 150. & 151
Confidentia ſimoniaca in dubio non præſumitur, & quare. 152
Confidentia punibilis committitur in paciſcentibus ſuper penſione pro conſequendo beneficio. 215. & 216
Confidentia tacita in beneficiis non eſt punibilis, vt ſimoniaca. 149
Confidentialis reſignatio non dicitur facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſa habet vocem, vel multum poteſt. 280
Confidentialis contractus nondum completus, non eſt ſimoniacus; 150
Secus ſi de eo facto iam inſtrumento ab illo pœnitentia ducti diſcederent contrahentes. ibid.
Confidentialis ſimonia facit, vt omnes fructus, & penſiones ex fructibus receptæ à die receptionis beneficij ſint reſtituendæ Cameræ Apoſtolicæ. 318
Confidentialis ſimonia non eſt dare alicui beneficium animo, vt alij illud det, dum non interuenit pactum, modus, conditio, ſiue conuentio? 149
Confidentialis ſimonia, vt quem reddat inhabilem ad alia beneficia obtinenda, requirit ſententiam declaratoriam. 325
Confidentialis aliis plectitur pœnis etiam inhabilitatis, & quod priuetur à die commiſſæ confidentiæ. 318
Confidentialis ipſo facto incurrit excommunicationem, priuatiooem vero à beneficio non niſi per ſententiam declaratoriam. ibid.
Confidentialis ſimonia habet etiam pro pœna excommunicationem reſeruatam Papæ contra recipientes. ibid.
Confidentialis ſimonia annullat, nedum collationes, ſed & omnes facultates transferendi, vel regrediendi, & accedendi. ibid.
Confidentialis ſimonia ex qua pactione cognoſcatur. 319
Confirmatio.
Confirmationis ſacramentum nequit pecunia miniſtrari, & quare. 235
Confraternitates.
Confraternitates de his, quæ habent de bonis Eccleſiæ contribuunt pro ſeminario. 358
Confraternitates inſtituentes, gaudent indulgentiis. 343
Confratres petendo aliqnid in admiſſione alicuius, liberantur à ſimonia, ſi id conuerterentur ſtatuto in pios vſus ipſius confraternitatis. 304
Coniectura.
Coniecturæ ad probandam ſimoniam & ſigna ſufficiunt, ſi concludenter probentur. 185
Coniect

Index Rerum,

Coniunctus.

Coniunctus communiter admittitur, vt defendat reum. 90

Conſanguineus.

Conſanguineus accuſans, excuſatur à pœna calumniatoris & cur? 137

Conſanguineus, vel amicus dans pecuniam pro obtinenda aliqua dignitate, non præſumitur dediſſe de mandato electi. 180

Conſcientia.

Conſcientia læſa, quæ dicatur? 194

Conſilium.

Conſilium ad paccandas conſcientias ſiſtit præcipuè in pura inſtructione intellectus. 349

Conſtito *clauſula.*

Conſtito clauſula, vt verificetur, num requirat plenam probationem, aut ſufficiat ſemiplena, ſeu vt liquide de ea conſtet. 82

Conſtito clauſula probatur ex eo, quod defunctus obierit in poſſeſſione. ibid.

Conſtitutiones.

Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. videntur quoad ſimoniam confidentialem, non comprehendere permutationem. 275

Conſuetudo.

Conſuetudo an ſaluet à ſimonia moniales maiores dotes recipiendo: 193. & 194

Conſuetudo libera dandi à laicis aliquid Clericis pro adminiſtratione ſacramentorum gratis, & libere, non eſt ſimoniaca. 141

Conſuetudo pia dandi à parrochianis aliquid temporale miniſtris Eccleſiæ quomodo praua erit. 286

Conſuetudo de ſoluendo aliquid in receptione canonici tempore poſſeſſionis, quod cedat in fabricam, nihil Notariis, curſoribus, campanariis, & aliis Eccleſiæ Miniſtris eſt deciſum. 306

Conſuetudo pia, quæ ita ſe habet, vt aliquid à fidelibus liberè ſine exactione per longum tempus offeratur, laudabilis dicitur. 287

Conſuetudo, & diuturnitas quoad ſimoniam. 191

Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem canonicorum non valet. 301

Conſuetudo, vt fructus Præbendæ ſpectet ad coneanonicos iu ſacris, donec de nouo receptus ordinetur, approbata. 306

Conſuetudinis laudabilis ratione, poteſt aliquid exigi pro collatione ſpiritualium. 298

Conſuetudines & priuilegia aliquid recipiendi in Eccleſiis in collatione beneficiorum reuocatæ ſunt. 302

Conſuetudines laudabiles non cenſentur quæ ſunt pro reparatione bonorum menſæ capitularis. 302

Contractus.

Contractus, & diſtractus à pari procedunt. 243

Contributio.

Contributio ſeminarii ſit ex remanentibus fructibus, deductis oneribus. 162

Contributio pro ſeminario eſt anticipatè ſoluenda de quadrimeſtri in quadrimeſtre; & quando ad eam obliget Epiſcopus. ibid.

Contumax.

Contumax non efficitur qui citatus non comparet, ſi conſtat notorie eſſe de alia iuriſdictione. 72

Contumax nolens in iudicium venire, quis dicatur. 145

Conuentionalis ſimonia.

Conuentionalis ſimonia, quando obliget acceptum reſtitui. 315

Conuentionalis ſimonia, maximè mixta, pœnas iuris inducit: & quid ſi nondum ex parte vtriuſque completa ſit. 315.

Conuentionalis, in qua res ſpiritualis data eſt ante pretium, non punitur pœnis excommunicationis, & ſuſpenſionis, niſi actio prohibita ſit completa. 316

Conuentionalis ſimoniacus ſufficit, vt reſtituat pecuniam, quam acceperit: 323

Conuentionalis ſimonia non ſit realis per chirographum datum ab altera parte de ſoluendo pretio promiſſo. 316

Conuerſari.

Conuerſantes cum inimico in eo repelluntur ab accuſando me. 56

Copia.

Copia ſummariæ ſuper crimina datur, vt ſe defendat, & alleget etiam in crimine nefando. 121

Creditor.

Creditor, aut qui ex cauſa vendidit rem alienam poteſt petere à iudice aſſignare tempus aliis ſua intereſſe petentibus. 85

Crimen.

Crimen per annos viginti præſcribitur ſi non ſit penſatum, vel commiſſum

circa

circa ſacros ordines. 14
Crimen extra Regnum commiſſum, à quo puniri valeat? 53
Crimen obiiciens per modum exceptionis non ſe inſcribit ad pœnam ordinariam, niſi contingat negotium principale. 94
Crimina depoſitione, aut degradatione digna quæ? 23
Crimina diuerſa, ſi oriantur ex iteratis actibus continuis, aut ex interuallo, tunc non vt vnica, ſed vt plura ſunt punienda. 55
Crimina Epiſcoporum hodie ſolent per Pontifices committi Metropolitano, aut Epiſcopis, ſiue Nuncio, & non aliis commiſſione ſignata ab eodem Pontifice. 21
Crimina Epiſcoporum ſecundum primum tempus à tempore Apoſtolorum ab Epiſcopis vna cum Metropolitano agnoſcebantur, & per quos Pontifices continuarum, quo tempore cum relatione ad Papam, & quo per Primates. 20. & 21

Criminalis proceſſus.

Criminalis proceſſus qualiter differat à Ciuili, & in quibus concordent. 3
Criminales cauſæ non exercentur per actiones. ibid.
Criminales cauſæ non exercentur, per actiones, ſed per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem. ibid.
Criminaliter procedi poteſt in ſimoniacos duobus modis. 292

Criminoſus.

Criminoſus propter non ſeruarum iuris ordinem, num reſtituatur? 106
Vbi de ordine, & ſtylo ſeruando. ibid.
Criminoſus confeſſus aduerſus ſocium recipitur, ſi ciuiliter, non ſi criminaliter. 293

Correctio fraterna.

Correctionis fraternæ ordo inſinuatur. 108.

Culpa leuior.

Culpa leuior, etiam quoad pœnas eſt in dubio iudicanda. 181

D

Dare.

DAre aliquid, vt quis non proſequatur lus in beneficiali cauſa, ſimoniacum non eſt, ſicut dare etiam, vt non moueat litem. 265

Datum.

Datum alicui de præſenti, vt faciat opus ſpirituale, vel de præcepto, vel de conſilio, &c. An ſit ſimoniacum? 239
Datum in parua quantitate præſumitur ex liberalitate reſpectu quantitatis, & temporis. 245
Datum virtute laudabilis conſuetudinis, eſt perpetuo dandum; ſic vt nec poſſit tolli per contrarium ſtatutum. 241

Deferendi *verbum.*

Deferendi verbum, præcipue ad criminales cauſas pertinet. 125

Delatio.

Delationis, & accuſationis effectus idem eſt quoad delicti punitionem. 128

Deferens.

Deferens dicitur accuſator. 3

Delator.

Delator falſus non probans, qua pœna puniatur. 129. & 130
Delator quis propriè dicebatur calumnioſus. 125
Delatores, vt calumnia effugiatur, qua temperantia permiſſi? 126
Delatoribus antiquitus præmia dabantur. 125
Et quare poſtea odio habiti. 126
Delatores dicuntur qui ſecreto accedunt ad auriculam iudicis, & diffamant. 128
Delatores præmio affecti; aliàs ſupplicio. 126.
Qui & aliis nominibus fuerunt ſignificati. ibid.
Delatores ſi ex neceſſitate, aut iudicis præcepto accuſent, an excuſentur à pœna, etſi in probatione deficiant. 135
Delatores lucroſi, & ſanguinarij dicti. 136

Delegatus.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, non ſic delegatus ad vnam, nec arbiter. 99
Delegatus ſiue Nuncius Papæ, non cognoſcit de criminibus Epiſcoporum, niſi ex ſpeciali commiſſione Papæ. 21
Delegatus ad ſpecialem cauſam, ſententiam à ſe latam, nec corrigere, nec emendare valet. 99
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſententiam corrigere, vt ordinarius, ſi contra formam ſui mandati iudicauerit. ibid.
Delegati iudices contra Epiſcopum non niſi per concordem ſententiam illum valent

valent iudicare, præcipuè in depoſitione. 27.& 28

Delictum.

Delicti grauitas à qualitate perſonarum ſumitur. 130

Delicta priuata ad rem familiarem ſpectant, qualia ſunt furtum, rapina, iniuria, & alia. 4

Delicta plura pluribus pœnis puniuntur, ſi diſtincta ſint, niſi eodem actu diuerſæ iniuriæ factæ ſint. 54

Delictum, quod de iure variis pœnis valet puniri in eo mitiori pœna damnatus, non punitur alia maiori. 41

Delicta publica incuſare cuilibet de populo ſpectat, ſed non perpetuo. 4. & 5.

Delicta quare alia dicantur publica, alia priuata. ibid.

Delicta plura non intelliguntur quando, vno actu plura conuitia incutiuntur, niſi alias lege, aut ſtatuto pro quolibet actu diuerſa imponeretur pœna ratione læſionis. 55

Delicta publica, & priuata quoad vindicanda in iudicio qualiter differant, & quos effectus contra delinquentes patiant. ibid.

Delicta de iure Canonico omnia ſunt publica, ſecundum aliquos; è contra potius præſumi priuata niſi lege aliqua aliud caueatur. ibid.

Delicta non ſunt præſumenda. 44

Delinquens.

Delinquens compoſitus cum parte, valet ab alio tertio iterum accuſari, etſi non à primo accuſatore. 53

Delinquens notorius, eſt nihilominus audiendus in ſuis defenſionibus. 62

Delinquens in crimine mixti fori facit iniuriam legi ciuili, & canonicæ. 63

Denunciare.

Denunciare deſinens peccatorem, aut corrigere per puram omiſſionem, peccat, ſed non contrahit ſimoniam; at contra ſimoniam committit, qui pecunia accepta, ex propoſito celat peccatorem. 253

Denunciatio.

Denunciatio criminis quid ſit, & à quo valet fieri, quæ etiam ſolet fieri per officiales creatos à iudice, quæ triplex eſt, Ciuilis, Canonica & Euangelica. 6

Denunciatio Canonica alia generalis, alia ſpecialis, & quæ vtraque. ibid.

Et ad quos effectus. ibid.

Depoſitio.

Depoſitio Sacerdotum commiſſa pluribus, non fit niſi omnium concordi ſententia. 28

Vbi de praxi. ibid.

Intelligitur de Presbyteris, non de Diaconis, & aliis. ibid.

De plano.

De plano procedere explicatur, cum ſummariè proceditur. 124

Deponere.

Deponere Epiſcopos ſoli pertinuit ſummo Pontifici, & hoc de iure Diuino. 26

Deponendi Epiſcopum criminoſum, ordo in procedendo aſſignatur. 27

Deſiſtere.

Deſiſtere ab actione intenta, & ab accuſatione. 101

Denunciator.

Denunciator non facit ſe partem ſicut accuſator: iſte tractat de vindicta; ille de emendatione delinquentis. 8

Deſcendentes.

Deſcendentes inimici, vſque ad quartum gradum repelluntur ab accuſando, & teſtificando. 57

Deus.

Deus placatur correctione malorum, & in iram prouocatur ſi puniri differuntur. 11

Diaconi.

Diaconi, & Subdiaconi depoſitio non deſiderat concordem omnium ſententiam. 29

Dilatio.

Dilatio data reo prima cæteris renunciare viſum eſt. 102

Dies.

Dies commiſſi delicti, an prærequiratur, & quando. 117

Dilapidatio.

Dilapidationis materia inſinuatur. 291

Diſcere.

Diſcere bonum eſt etiam vſque ad vltimum vitæ ex ſententia Iuliani. 339

Diſcipulus.

Diſcipulus talis, qualis Magiſter. 338

Diſpenſatio.

Diſpenſatio cum ſimoniaco pro obtinendo beneficio fit à Papa: quid ſi ſit occultus, an Epiſcopo liceat. 309

Diſpenſatio inducitur ex ſola patientia Papæ, non vero alterius Prælati. 161

Diſpenſationes etiam matrimoniales, & ſi gratis debeantur, nec ante illas aliquid recipi valeat; poſtea vero non prohibetur, quod gratis datur. 310

Diſpenſatus à Principe, iterum non accuſatur

cuſatur ſuper eo delicto. 40

Distributio.

Diſtributionum quotidianarum tertia pars applicatur reſidentibus. 367

Docens.

Docentis Theologiam publicè in ſcholis priuilegia. 365

Docentes in ſcholis non minus dicuntur intereſſe diuinis, quam alij verè reſidentes. 365

Doctor.

Doctor qualis debet eſſe. 338

Doctores, & Magiſtri vniuerſitatum, graduati, etſi actu non legant, gaudent exemptione à tributis. 342

Doctores appellantur, qui Theologiæ, ſacrorum Canonum, & medicinæ ſummum gradum adepti ſunt. 347

Doctoratus.

Doctoratus & doctor dicuntur dignitates. 351

Doctrina.

Doctrina, & docendi labor, valet pro ſtipendio ſine ſimonia dari: quid de peccato. 350

Dominus.

Dominus tenetur ex delictis patratis à famulis, ſeu conſanguineis, quos Domi habet. 22

Dominus excuſatur ab expenſis, ſi nuncius formam mandati exceſſit. 88

Donatio.

Donatio liberalis in dubio circa Ordines præſumitur. 166

Donatio merè gratuita, & ſic exiſtimata, liberat à ſimonia. 154

Donatum.

Donatum liberaliter non præſumitur datum ab ordinato, aut ab alio pro eo, vel ab Epiſcopo ordinante, ſeu alio acceptum: 166

Quid ſi paulo poſt. ibid.

Donans.

Donans liberaliter ſua bona alicui Eccleſiæ, vt admittatur in canonicum gratis, an eſt ſimoniacus. 307

Dos.

Dos data pro matrimonio celebrando, quare excuſetur à ſimonia. 237

Dos minor ſufficit pro nobili puella, quam pro vili. 196

Dotis conſtitutio in ingreſſu Monaſterij, monialium conſuetudine in Hiſpania receptiſſima eſt pro ſuſtentatione, circa quod valet pactum fieri cum Monaſterio. 195. & 196

Dubium.

Dubia, res quando exemplificetur ad

excuſandam ſimoniam? 181

E

Eccleſia.

Eccleſia prohibet omnes conuentiones, quæ ſecundum ſuam formam veram exprimunt ſimoniam. 218

Eccleſiæ bona, quæ habent iuriſdictionem Eccleſiaſticam abſque ſimonia vendi non poſſunt. 145

Eccleſia non alia opera punit, quam quæ ſunt in ſuo genere completa. 316.

Electio.

Electio ſerui legatario relicta poteſt abreuiari iuxta terminum à iudice aſſignatum, vt ea fiat. 85

Electio eſt nulla, ſi aliquis, ignorante electo, pro eo eligendo dederit pecuniam. 197

Electio quandonam, ſimoniaca eſt. 280

Electio ſeminarij deputati ſufficit fieri per Clerum. 360

Electio ſpe præmij, ſeu pretij, fieri non debet. 280

Electio facta, inſcio eligendo, non facit electionem nullam, etſi in collatione aliud videretur. 280. & 281

Electiones, collationes, præſentationes, confirmationes, &c. veniunt ſub nomine beneficii quoad ſimoniam. 324

Electi.

Electi ad officia Eccleſiaſtica ſimoniacè, & ſi non ſint excommunicati, tenentur officia dimittere contra Suarez. 335

Electores.

Electores conuenientes inter ſe, de ſuffragiis committunt ſimoniam. 279

Electori inclinanti ſuam voluntatem ad dignum, poteſt dari pecunia, vt benè eligat. 262

Electori licet pretium dare, ne minus dignus eligatur, & hoc præſertim cum Electores parati ſunt minus dignum eligere. ibid.

Electoribus inique impedientibus bonam beneficiorum electionem fieri, licet dare pecuniam, vt vexatio tollatur. ibid.

Epiſcopus.

Epiſcopus accedens ad conſecrandam Eccleſiam, conſequitur alimenta ab Eccleſia. 204

Epiſcopus dimiſſorias dans ſubdito, vt ab alio ordinetur, præmiſſa conuentione, punitur. 176
Epiſcopus ordinans ſimoniacè aliter punitur, ac illius miniſtri, accipiendo temporale pro ſuo miniſterio. 180. & 181.
Epiſcopus nominans vicarium, & cum eo conuenit de non dando ſtipendio ſibi debito, ſimoniacus eſt. 334
Epiſcopus, etſi diſpenſando in nonnullis ſibi, non accipiat pecuniam, non impeditur, vt pro labore, & ſuſtentatione Miniſtrorum aliquid dari liceat. 310
Epiſcopus in ſimoniacè ordinato, cum qua differentia diſpenſet pro adminiſtratione ſacramentorum, aut minorum ordinum. 329
Epiſcopus eſt ſimoniacus, qui pretio recepto, ſuas vices committit alicui. 333
Epiſcopus, etſi teneatur in erectione ſeminarij, requirere Canonicorum duorum Conſilium, ſed non illud ſequi. 360
Epiſcopus deſinens pro pecunia priuare clericum, cum ſit ad id obligatus, eſt ſimoniacus. 252
Epiſcopus poteſt abſoluere ſacerdotem ſubditum in ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, ac diſpenſare, dum non ſit per ſententiam priuatus. 309
Epiſcopus dans pretio vicariatus officium in temporalibus dependentibus à ſimonia, eſt ſimoniacus. 335
Epiſcopus ſi vendat iuriſdictionem mere temporalem, quam habet, ſimoniacus non eſt. 335
Epiſcopus quomodo litigantes poteſt componere. 229
Epiſcopus an poſſit aliquid requirere ſibi exhiberi in collatione beneficiorum. 305
Epiſcopi circa decimas poſſunt inter ſe conuenire dando partem vni, & partem alteri. 229
Epiſcopi citari non poſſunt, vt compareant, niſi ob cauſam, qua deponi, vel priuari venirent. 22
Epiſcopi citari non poſſunt ex quouis etiam atrociſſimo delicto, niſi accedat ſpecialis commiſſio manu Papæ ſignata. 23
Epiſcopi etiam ob enormiſſimum, non niſi à ſolo Papa valent deponi. 23
Non à Patriarcha, nec à Legato *de latere*, abſque ſpeciali eius mandato, nec à Prouinciali Concilio. ibid.
Epiſcopi etſi olim à Metropolitano, & Epiſcopis condemnarentur criminoſi, hoc contingebat tempore, quo recurſus non erat ad Papam. 26
Epiſcopi quando deponuntur à Papa, ſit habita prius conſultatione Cardinalium. 23
Epiſcopi cauſa criminalis depoſitione digna, & dignitate, non debet examinari niſi ab Epiſcopis totius Prouinciæ, & à Metropolitano. 26
Quid ſi tantum veniret deponi ab Epiſcopatu. ibid.
Quid hodie. ibid.
Epiſcopi vt poſiti tanquam ſignum ad ſagittam, non damnantur, niſi veritas diligentius ſcruteтur. 27
Epiſcopi valent inter ſe componere ſuper iuriſdictionalibus, & ſpiritualibus permutando ſine ſimonia, vel diuidendo. 228. & 229
Epiſcopo nolente dare aſſenſum ad tranſactionem, poteſt adiri Archiepiſcopus. ibid.
Epiſcoporum cauſæ criminales, non niſi à Patriarchis vna cum Epiſcopis cognoſci valebant, 20
Vbi tria tempora diſtinguuntur. ibid.
Epiſcopum reprehendere, aut accuſare non facile poſſunt oues ſibi commiſſæ. 27
Vbi quæ prius querelans debeat præmittere. ibid.

Equites.

Equites Religionum ordinum militarium non ſunt recipiendi pecunia. 198

Error.

Error à iudice reuocandus. 95

Eruditio.

Eruditio maximum eſt hominibus, in hac vita decus, atque ornamentum. 339

Examinator.

Examinator ſimoniam incurrit, ſi pro approbatione recipit aliquid. 178
Examinatores in concurſu ad beneficia iuxta praxim vbique recipiunt pro labore certa ſtipendia iuxta laborem abſumptum. 178
Examinatori poteſt aliquid concedere Epiſcopus. 178

Exceptio.

Exceptio teſtium inimicorum. 290
Exceptio criminis non obſtat agenti poſſeſſorio in beneficialibus. 107

Excommunicatio.

Excommunicationem ferri propter occultum peccatum. 294

Excom

Excommunicatus.

Excommunicatus, num ſatisfacta parte egeat abſolutione? 268

Excommunicatus perſiſtens poſt denunciationem temporis ſpatio, ſi abſolutus quando, etſi teuerſus ad gremium Eccleſiæ, valeat, iterum puniti à laico vittute legis Regiæ. 49

Exequiæ.

Exequiis mortuorum, in quibus dantur candelæ, cerei, prandia, clericus aſſiſtens licitè accipit. 286

Expenſæ.

Expenſarum ratione, quæ in litigando ſuper beneficio reſignata fierent, poteſt quid recipi. 307

Expenſarum appellatione, quid veniat? 121

Expenſas faciens in beneficio litigioſo nequit repetere ab eo, in quem reſignat. 307

Expenſas, damna & intereſſe ex pœna tenentur ſoluere calumniatores reo. 132

Expenſæ contra calumniatorem, etiam iudicis officio peti poſſunt. 132

Expenſæ ſoluendæ. 107

Expenſæ ſemel Monacho aſſignatæ Abbatem accuſanti, non repetiuntur, etiamſi ipſe ſuccumbat. 79

Explorator.

Explorator vulgo *eſpia*, ſponte deſerendo delicta plectitur, niſi faciat ex neceſſitate officij. 128

Euchariſtia.

Euchariſtiæ, & ſanctæ vnctionis ſacramenta abſque ſimonia, data neceſſitate, non valent miniſtrari. 236

Eugeniana.

Eugenianæ conſtitutionis priuilegia? 373

Eugeniana conſtitutio, & Trident. priuilegium in fauorem docentium, vbi locum habeant. 366

Euidentia.

Euidentia ſceleris non admittit excuſationem, nec notoriam probationem, aut proteſtatione indiget. 60

Euidentes conjecturæ requiruntur in probatione ſimoniæ. 294

F

Falſum.

FAlſi accuſatoris pœna, eſt arbitraria iuxta obiectum crimen. 131

Falſi pœna tenetur calumniator in quibus caſibus. ibid.

Fama.

Fama ſimplex, & parum fortis non ſufficit ad inquirendum, niſi ſit ſcandaloſa. 111

Fama, vt legitimè probetur, qualiter teſtes debeant deponere? & quæ alia concurrant? & quo tempore? 118. & 119

Famam præceſſiſſe ad inquirendum, iudici aſſerenti eredendum non eſt. 111

Familiaris Epiſcopi toleratus ab illo poteſt proprium ſuum Epiſcopum accuſare, ſicut nec Epiſcopus valeat opponere contra familiarem. 21

Famulis Papæ datum ad contrahendam cum illis amicitiam, non eſt ſimoniacum. 256

Fideiuſſio.

Fideiuſſio, & cautio poteſt peti pro ſecuritate ſoluendi ius cappæ. 305

Fideiuſſor.

Fideiuſſor conuenire valet, vbi notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo. 72

Fides.

Fides non eſt ſeruanda non ſeruanti illam. 283

Fides data poteſt intelligi de iuramento, & fide ſimplici. 337

Filius.

Filij hæretici dicuntur amittere antiquam nobilitatem, qui inhabiles ad officia redduntur. 32

Filij eorum, qui exercent artem vilem, non ſunt irregulares, ſecus ipſi exercentes. 33

Filij v.g. ex nonnullis delictis patentum, infames redduntur ex diſpoſitione iuris. 32

Et quæ iſta delicta ſint? ibid.

Filius nequit accuſare patrem, niſi in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, aut humanæ. 18

Filius, cum agit contra patrem, non eget eius licentia. 78

Etſi ei ſit dandus curator in litem ibid.

Filius à patre ob famem venditus, poteſt patrem, qui venit ad pinguiorem compellere, vt illum redimat. ibid.

Filius de nece patris compellitur accuſare, etſi regula ſit, vt nemo ad id compellatur. 88

Fiſcalis.

Fiſcalis an vt calumnioſus condemnari poſſit. 113

Fiſcalis, niſi delatore præcedente, ad accuſationem non proſiliit. 116

Fiſcalis poteſt creari ex quo iudex valet procedere ex officio contra delinquentem. 5.& 6

Fiſcus.

Fiſcus non probans delictum; nihilominus iuxta veriorem praxim, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, vt ſic ex nouis probationibus, iterum valeat inquiri. 43

Niſi non appellante fiſco à ſententia, qua diffinitiua lata fuit abſolutio. ibid.

Fiſcus eo ipſo ſuccurritur aduerſus ſententiam nullam: ſecus prætextu nouarum ſententiarum. 46.1

Frater.

Frater in tribus caſibus valet fratrem accuſare. 18

Fratres ordinum militarium dicti *freyles* ſunt verè religioſi. 199

Fructus.

Fructus deduci an debeant in prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem cuiuſcumque beneficij in vſus non pios. 301

Fructus qui reſtitui debeant à ſimoniaco obtinente beneficium per ignorantiam. 328

Fugiens.

Fugientes hæretici, qua diligentia præhabita puniendi veniunt. 14

Funeralia vbique locorum cum pompa ſolent celebrari, vocatis collegiis, confraternitatibus, & cantoribus pro ſtipendio. 286

Funus.

Funeris expenſæ alicuius Prælati, an debeant deduci de ſpoliis? 298

G

Gallia.

GAlliæ Regno eſt quædam Præbenda vocata Præceptoralis pro erudiendis pueris. 352

Gaſpar Hurtado.

Gaſpar Hurtado auctor nouarum propoſitionum, illas ſcribit ſub incerto. 267

Generalatus.

Generalatus, Prouicialatus, Guardianatus, & Prioratus, &c. ſunt materia ſimoniæ, ſi paciſcantur. 130

Gentilis.

Gentilis poteſt peccare emendo Baptiſmum pro filio, & infidelis Epiſcopatum pro amico. 163

Quid de Iudæo. ibid.

H

Habitus.

HAbitus equitum ordinum militarium à Rege Magiſtro poſſunt ſimonia beneficiari: verius ex n.8. & 9. & quare n.10. 199.& 200

Habitus religionis equeſtris venditio videtur contra iuſtitiam. 199

Hæreſis.

Hæreſis crimen valet probari per coniecturas, & per criminis ſocios. 187

Hæreditarij.

Hæreditarij ſepulchri vſus, recipit pretij æſtimationem. 288

Homagium.

Homagium non præſtant Clerici. 244

Homagium facere pro habendis ſpiritualibus, non licet. Et quid ſit, paritque ſimoniam. ibid.

Honor.

Honor emitur in Eccleſia, non res ſacta, cum pecunia quis ſepelitur in ſelectiori loco. 289

Honoratior locus ſepulchri vnde oritur. ibid.

Hoſpitale.

Hoſpitale vnius diœceſis contribuit ſeminario alterius pro rata fructuum, quos ibi percipit. 358

Hoſpitale datum in tegimen temporale, non eſt materia ſimoniæ. 211

Hoſpitalia data in titulum contribuunt pro ſeminario. 358

Hoſpitalia data in beneficium, Eccleſiaſtica à collatore, ſunt materia ſimoniæ. 210

I

Ignorantia.

IGnorantia non ſuffragatur ad tollendam nullitatem, quæ non fuit inducta in pœnam. 158

Ignorantia accuſati præſumitur per illius abſentiam, dum ſit veroſimilis. 43

Impedimenta.

Impedimenta remouere licet cuilibet poſt acquiſitum beneficium. 260

Impedimentum, ſi aliter, quam data pecunia poteſt tolli, vtpote adeundo ſuperiorem, non erit licita datio pecuniæ in ſpiritualibus, & beneficialibus vexationis cauſa remouendæ. 263

Impeditus.

Impeditus idem videtur, quod ignorans. 43

Impetrans beneficium.

Impetrans beneficium per priuationem ex aliquo crimine, num puniatur Talionis pœna? 135

Indicia.

Indicia tortura purgata non coniunguntur cum aliis de nouo ortis. 40

Indicia legitima ad inquirendum ſecundum varios modos dicendi explanantur,qui ad rem non ſufficiunt.121.& 122

Indicia ad inquirendum quæ dicantur? quæ tantum ſint legitima? ibid.

Indulgentia.

Indulgentiæ in Italia dantur gratis, quæ annullantur, ſi pro illis aliquid etiam à ſponte dantibus recipiatur. 310

Indulgentiarum executoriæ liberè in Sicilia conceduntur. 310

Infamatus.

Infamatus notoriè qui ſe purgare nequit, valet puniri ſine forma iudicij. 205

Infamia.

Infamia populari notatus, etſi obſernetur, tamen non impeditur in obtentis ordinibus exerceri; prohibetur tamen alios ſuſcipere. 33

Infamia facti notatur accuſatus, ſed ſi ſententiatus ſit, notatur iuris infamia. 30

Et de differentia vtriuſque in priuando à dignitatibus obtentis, & obtinendis. ibid.

Infamia orta ex mero facto tollitur per Baptiſmum, non ſic orta ex iure. 38. & 39

Infamia facti non priuatur quis à beneficiis iam obtentis. 93

Infamia ordinum impeditiua, eſt quæ oritur à proprio delicto. 31

Non ſic ab alio,vt n.6.7.8.& 9. 31.& 32

Infamiam auferre nequit poteſtas ciuilis orta ex delicto, ciuili lege infamante, alias Canonicato. 38

Infamia iuris Canonici, ſolum valet auferri à Pontifice. ibid.

Et quare, & ſaltim indirectè irregularitas orta ex infamia iuris ciuilis per diſpenſationem. ibid.

Infamia iuris ab Epiſcopo non aufertur, niſi ad id facultatem habeat. ibid.

Infamia popularis tantùm durat,dum durat ſtatus. 33.14

Infamia facti aboletur per pœnitentiam infamati ante ſententiam; alia iuris non niſi per diſpenſationem. 37

Infamiam poteſt auferre iudex, qui ſententiam tulit quoad ordines, aut ſuperior. 38

Infamiæ pœna ciuilis verè quem facit irregularem. 31

Infames.

Infames ſunt nati ex inceſtuoſis parentibus, & ex illis, qui manus violentas in Cardinales impoſuerunt, qui & aliis pœnis grauantur. 32

Infames ſunt perſeuerantes in aliquo peccato publico, apud bonos, ſic reputati. 33

Infamis non promouetur ad ordines ſiue ſit infamia notatus Canonica, aut ciuili. 31

Infamis dicitur condemnatus ex inquiſitione, quando cauſa, ex qua procedit, ſit infamatoria. 119

Infantes,

Infantes, & pueri bonis moribus inſtituti ſæpè honeſtam, exemplarem,& aliquando ſanctam vitam egerunt. 343. & 344

Infideli.

Infideli offerre temporale, vt baptizetur, vel intret religionem, non excuſatur à ſimonia. 202

Infidelem damnatum ad mortem, licet dimittere cum pacto, vt baptizetur. ibid.

Ingenia.

Ingenia hominis ad diſcendum poſt 25. annos incipiunt eſſe tarda. 347

Ingreſſus Religionis.

Ingreſſus Religionis, vt fiat, poteſt captari beneuolentia, aliquo dato licitè. 325

Ingreſſus Religionis facilius eſt propter deuotionem, quam propter elargitionem. 193

Inhabiles perſonæ.

Inhabiles perſonæ poſſunt accuſare in criminibus enormibus. 18

Inhibitio.

Inhibitio, vt reuocetur, eſt recurrendum ad iudicem ad quem. 69

Inhibitio datur iudici ad quem contra iudicem, à quo reuocante appellationem à ſententia ſuper notorio. 69

Inimicus.

Inimici repelluntur ab accuſando, ſicut à teſtificando. 55

Inimici non admittuntur ad ſimoniam probandam ſi ſint capitales, nec retro. 185

Et

Et quare criminoſi admittantur? ibid.
Inimici, nec in criminibus exceptis admittuntur, etſi inhabiles in illis admittantur, niſi in crimine hæreſis, & quare. 57
Inimicus ad accuſandum, nec in notoriis, nec in crimine obiecto per viam exceptionis, nec ad denunciandum admittitur. 57
Inimicus non dicitur cohabitans cum inimico alterius vi, aut metu. 56
Inimicus reconciliatus de proximo accuſare non valet, aliter ſi diu reconciliatus eſſet. 58
Quod relinquitur iudicis arbitrio. ibid.
Fallit in conſanguineo. ibid.

Inimicitia.

Inimicitia ſola capitalis, eſt quæ repellit ab accuſando, & teſtificando, etiamſi illa contigerit culpa rei. 57
Inimicitiæ capitales, poſſunt oriri, tam ex crimine, quam ex ciuili cauſa. 58

Iniuriatus.

Iniuriatus, qui comedit cum iniuriante non remittit accuſationem, ſed tantum rancorem. 12

Innocentia.

Innocentiam, an poſſit reus probare poſt ſententiam? 68

Inquirere.

Inquirere poteſt iudex contra certam perſonam, ſi præceſſit denunciatio officialis publicè ad hoc deſtinati. 113
Inquirendi nulla ratio ſufficit, ſi nullus clamor, ad aures iudicis peruenit. 122
Inquiri poteſt regulariter ſuper omni delicto, & de praxi procedendi per viam inquiſitionis, etiam de iure regio. 119

Inquiſitio.

Inquiſitio quando valeat. 114
Inquiſitio generalis ſolet dici apud nos *perquiſſa cerrada.* ibd.
Inquiſitio incepta per iudicem ceſſat ſuperueniente accuſatore. 10
Inquiſitio dicitur quod hodie ſuccedit loco accuſationis, excepta inſcriptione. 116
Inquiſitio, vt legitimè fiat, debet præcedere fama vehemens, & clamoſa de delicto, quod per viros honeſtos probatur, alias ſit nulla. 110.& 111
Inquiſitio ſpecialis eſt omni iure permiſſa, ſiue in delicto priuato, ſiue publico præcedente cauſa. ibid.
Inquiſitio, dum fit, debet eſſe perſona præſens, niſi ſe per contumaciam abſentauerit. 109
Inquiſitio, vt legitimè formetur quid requiritur. 115
Inquiſitio generalis ad effectum deſcendendi ad ſpecialem, habet locum in quolibet delicto. 66
Inquiſitio quid ſit, quæ dicitur duplex, vna generalis alia ſpecialis, & qualiter differant. 4
Inquiſitio ſine accuſatore, quo pacto inſtruatur? 111
Inquiſitio formata de Principis mandato, quando non requirat famam præcedentem. 112
Inquiſitio debet continere locum, & tempus, ſicut accuſatio à ratione ordinationis iudicij. 116
Inquiſitio non valet, ſi formata de dolo, aut ſcientia, hæc qualitas non probatur. 114
Inquiſitio in quibus criminibus non requirit tempus & locum, &c. 116
Inquiſitio, & proceſſus nulla ſunt, vllo ex requiſitis neceſſariis deficiente. 116
Inquiſitio particularis poteſt formari quando delictum eſt notorium, exemplificatur. 113
Inquiſitio, quæ fit pro ipſa fama, non requirit famam præcedentem, nec dum generaliter inquiritur. 112
Quid quando proceditur ex mero iudicis officio? quid & conſuetudine? ibid.
Inquiſitio generalis de iure ciuili non fit niſi vbi cauſa præceſſit, ſed prohibita iure Regio, niſi fiat de mandato principis infamia præcedente. ibid.
Inquiſitionis iudicium dicitur potius extraordinarium. 10
Inquiſitionis ordo. 95

Inquiſitores.

Inquiſitores nequeunt contra Epiſcopos procedere, quorum relatio fit ad Papam. 21
Inquiſitores quem ſemel extraordinariè punierunt, ex nouis probationibus, non ſufficientibus ad pœnam mortis, detrahunt aliquid de ſecunda pœna imponenda. 40
Secus ſi ex ſecundis probationibus veniret puniendus morte. ibid.
Inquiſitores nec in crimine hæreſis, quantumuis ſpecialiſſimi iudices ſint, poſſunt procedere, nec inchoare proceſſum

contra Epiſcopos electos, & conſecratos, ſiue confirmatos; ſecus ſi tantum ſint electi. 23. & 24
Inquiſitores nequeunt tranſmittere ad Romanam curiam Epiſcopos accuſatos de hæreſi. ibid.
Inquiſitores poſſunt probationes recipere de delicto hæreſis contra Epiſcopos, vt eas tranſmittant ad Papam; non tamen fulminare proceſſum. 24
Inquiſitores Epiſcopos ſuſpectos de fuga, & titulares tantum, poſſunt pro hæreſi, aliove delicto in perniciem carceri mancipare. ibid.
Inquiſitores, habita notitia de hæreſi Epiſcopi, debent illam ſtatim Papæ nunciare. ibid.

Inquiſitus.

Inquiſitos quando iurat reſpondere ad interrogata, poſt confeſſionem auditur volens probare excuſationem. 101
Inquiſitus, vti principalis, ſi probatur contra eum, vt mandantem, non ſequitur condemnatio. 117

Inſcriptio.

Inſcriptio ad talionis pœnam quare ceſſauit. 7
Inſcriptio fiebat ab accuſatore ſubdente pœnæ talionis ſi non probaret, ſed num ſit in vſu. 6
Vbi quare inuenta, & in quibus caſibus ceſſaret illo iure. 7

Inſtallatio.

Inſtallatio dicitur quando electus, & confirmatus introducitur in ſtallum, id eſt in ſede chori. 307

Inſtigator.

Inſtigator quis, & qua pœna puniatur? 127
Inſtigator, ſiue accuſator, qui tenetur ad expenſas nequit declinare iuriſdictionem coram quo de accuſatione fuit litigatum. 128

Intentio.

Intentio dantis in reſignatione, dupliciter intelligitur quoad conſtitut. Pij V. 177
Intentio ſola, etſi cognita in beneficiis, non eſt pactum quoad ſimoniam formalem, etſi infundat mentalem. ibid.

Interceſſio.

Interceſſio mediata ad conſequentia beneficia, etſi per ſe non ſit ſimoniaca, ſecundum aliquos, non tamen caret ambitionis peccato. 133

Interdictum.

Interdictorum poſſeſſionis plura aſſignantur remiſſiuè, in materia beneficiali. 81

Interlocutoria.

Interlocutoria dicitur illa, quæ ſuper emergentibus, & inſidentibus fertur. 98
Interlocutoriæ ſententiæ in quibus caſibus exemplificentur? ibid.

Interrogatus.

Interrogatus legitimè tenetur veritatem fateri ſub peccato. 102
Interrogatus à iudice cum iuramento de delicto, nulla præcedente infamia, ſatisfacit reſpondendo verbis ambiguis. 118

Inueſtitura.

Inueſtitura Præbendæ, & actus ſtalli in capitulo ſedendi, an poſſunt pecunia concedi. 306

Inuitare.

Inuitare aliquem ad Baptiſmum, ſiue religionem aliquibus muneribus licet abſque ſimonia, & ad alia ſpiritualia, & quare. 201. & 203

Iocalia.

Iocalia, & alia in receptione dati pro monialibus prohibita. 194

Irregularis.

Irregularis ad beneficium conſequendum eget diſpenſatione in qualibet ſimonia prohibita de iure Diuino, aut poſitiuo. 173
Irregularis verius eſt, vt nec primam valeat recipere tonſuram, aut vllum beneficium. 172. & 173

Irregularitas.

Irregularitas contra clericum criminoſum. 105
Irregularitas omnis, eſt Canonicum impedimentum ad tonſuram recipiendam. 173
Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ſi celebret excommunicatus, ſiue ſuſpenſus. 712

Iubileus.

Iubilei virtute abſolutio lata potius eſt, & vt tantum proſit pro foro interno, niſi aliud à Papa exprimatur pro foro externo. 50
Iubileum ſonat in ſua gratia in id, quod exprimit. ibid.

Iudæi.

Iudæi quando admittuntur teſtificare contra ſimoniacos. 188
Iudæo cupienti venire ad Baptiſmum etſi timenti paupertatem, licet pecuniam dari. 202

Iudæus, vt baptizetur ex pacto non licet. ibid.

Iudex.

Iudex quomodo declarare poteſt latam iam ſententiam. 98
Iudex, qui vnam poſuit pœnam quandonam variare, vel alterare poſſit. 99. & 100
Iudex male iudicans cum conſilio acceſſoris, aut qui per ſe male iudicauit, qualiter puniatur? 101
Iudex ad inquirendum poteſt procedere, non præcedente fama, in delictis, quæ tendunt in perniciem. 113
Iudex inferior à Principe nequit poſt ſententiam, etſi conſtet ei de innocentia condemnati, reſtituere illum. 98
Iudex per inquiſitionem valet procedere ex officio. 66
Quid ſi ſine fama, & iudiciis tenetur ad expenſas. ibid.
Iudex ex officio valet procedere in delicto priuato, etſi de illo accuſatio non concedatur cuilibet de populo ſi offenſus non accuſat, aut deſiſtit ab accuſatione propoſita, & quare. 5
Iudex nequit pronunciare contra ſententiam tranſactam in rem iudicatam; poterit tamen illam retractare. 96. & 97
Iudex notorius accuſator & executor licite exercent iuſtitiam. 112
Iudex, vt procedat ex officio, debet ante omnia conſtare de corpore delicti, & quod procedat infamia, non à maleuolis, ſed probis. 66
Quid de iure Regio. 67
Iudex regulariter ſine accuſatore non procedit. 66
Iudex procedens ad inquirendum, fama, non præcedente, tenetur inquiſitus in ſyndicatu ad damnum, & expenſas, ac intereſſe, de quibus iuratur. 111
Iudex ſententiam à ſe latam corrigere nequit, declarando etiam in articulo, quod ſoli Principi competit: 98
Iudex quandonam ex officio poteſt procedere. 113
Iudex verus calumnioſus in iudicando poteſt in expenſis condemnari, non ſic præſumptus. 134
Iudex ex officio in pluribus caſibus procedit, & per inquiſitionem deficiente accuſatore, dando vocem fiſcali, qui ſubintrat loco accuſatoris. 108
Iudex, etſi de facto poſſit in notoriis iubere intentionem deductam, ſed non ſupplere vltra naturam petitionis. 61
Index ex officio poteſt procedere etiam in delictis priuatis in quantum continent vindictam publicam. ibid.
Et imponere pœnam ordinariam. ibid.
Iudex malè inquirens ad damna, & expenſas tenetur, aut ſi malè iudicet, aut condemnet. 121
Iudex iudicans ſecundum cauſam deductam, & non probatam, dicitur iudicare, vltra petita. 290
Iudex non præcedente fama, & accuſatore, in nonnullis caſibus procedit. 112
Iudex quandonam procedat ſine accuſatore. 113
Iudex ex officio poteſt repellere familiarem accuſantem ſuum Epiſcopum. 22
Iudex non puniens inſtigatorem punitur. 128
Iudex in notoriis ex officio procedit de iure ciuili, & canonico, etiam nemine accuſante, facti, aut iuris. 61
Iudex ſuper euidentia patrati ſceleris procedit ſine accuſatore. 60
Iudex ex famoſo delicto valet ſine accuſatione procedere. 62
Iudicatus ſemel nequit iterum moleſtari ſuper iiſdem. 15
Iudicem parua munuſcula non dicuntur corrumpere. 182
Iudici dare ad redimendam vexationem, vt pro litigante ferat ſententiam, timente ab altera parte idem periculum, licitum eſt ex parte dantis, & iudicis. 267

Iudicium.

Iudicium non dicitur publicum ex eo quod pœna veniat applicanda fiſco. 11

Iuramenta.

Iuramenta illicita non ſunt obſeruanda. 244
Iuramenta de tacenda veritate, iniqua videntur. 124
Iuramentum ab Epiſcopis, ſub qua forma præſtetur de obediendo Papæ. 300
Iurans non accuſare obligatur. 92

Iuriſdictio.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt ſeparatæ, ſicut abſolutio lata in vna non pariat in alia exceptionem rei iudicatæ. 47. & 48
Iuriſdictiones externas emere, aut vendere eſt ſimonia, cum ſint Eccleſiaſticæ. 250
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, poteſtas, vna pertinet ad forum internum, alia ad externum. 233

Iuriſdi

Iuriſdictionis actos, etiam voluntariæ, ſine ſimonia vendi nequit. 350

Ius.

Ius acquiſitum non cenſetur, quod procedit ex ſcientia, & motibus oppoſitoris, ſed ex collatione. 260

Iuſtitia.

Iuſtitiam vendere aliud eſt, quam quod Prælatus officium iudicandi pecunia det, ſed vt ſimonia in vtroque adſit actu. 251

L

Laicus.

LAici pro oblationibus exoluendis Miniſtris Eccleſiæ, poſſunt trahi ad iudicium Eccleſiæ. 297

Laici negantes eſſe obligatos ad ſoluendas oblationes, quæ ab ipſis petuntur, num coram laico iudice debeant conueniri? 298

Laici clericos non accuſant, item inimici. 74

Laicus nequit cum Eccleſia componere, vt decimæ laicis ſoluantur, niſi ad tempus, & ex iuſta cauſa. 219

Lectoratus.

Lectoratus Præbendæ in qualibet Cathedrali. 352

Lectores.

Lectores in ſcholis, vt tutius faciant fructus ſuos, oportet habere licentiam Pontificiam, & approbationem à clauſtro. 371

Legalis ſcientia.

Legalis ſcientia non eſt reprobata, ſed laudata. 368

Legata.

Legata facta Magiſtro grammaticæ cum onere erudiendi pueros, poſſunt applicari ſeminario. 358

Legatum relictum pro funerali valet, & de aliis. 298

Legatum ſub conditione, vt conſtruatur Monaſterium valet. 196

Legentes.

Legentes in ſcholis fructus percipiunt, ſi ipſi non conſiſtant in diſtributionibus quotidianis omnino. 367

Legentes actu, etſi non graduati, gaudent exemptione tributorum. 241

Leges Canonicæ.

Leges Canonicæ ſpiritualium venditionem, ſeu appretiationem Diuinis legibus interdictos prohibuetuor. 186

Libellus.

Libellus accuſatorius antiquitus deſiderabat non tantum locum, tempus, & diem, imò, & quod exprimeretur nomen imperatoris hodie non ſic. 9

Libellus, & alia iuris ordinaria requiruntur, cum iudex ex officio procedit. 67

Libellus accuſatorius eſt concludendus, & in ſcriptis offerendus. 10

Libellus in ciuilibus requiritur ſuper notorio, non ſic in criminalibus, etſi non ſolemnis. 61

Liber.

Liber, ſeu alia ſupellex dari licet ſacerdoti pro pitantiis, & eleemoſynis quarundam miſſarum. 240

Licentiati.

Licentiati, graduati docentes in vniuerſitate, iudicantes, vel aduocati, gaudent exemptione tributorum. 342

Litigans.

Litigans nequit facere pactum vt ipſe retineat pingue beneficium, & tenue alteri colitiganti tradatur ſine ſuperiore. 229

Littera.

Litterarum cultores multis dicteriis annotantur. 340

Locari.

Locari poterant olim fructus Eccleſiarum ad ſeptennium, quid hodie. 336

Locus.

Locus, tempus, & dies commiſſi delicti tutius eſt, vt in omni delicto, ponatur. 117

Ludere.

Ludere preces pro Auemariis, ac papyro in praxi receptum eſt ſine ſimonia. 255

M

Macellarij.

MAcellarij, Tabernarij, pelles expurgantes, fullones, videtur verius vt non prohibeantur ordinari. 37

Magiſtratus.

Magiſtratus hodie, quo ordine ad inquirendum procedant? 112

Magiſter.

Magiſter militum poſt ætatem Conſtantini Magni, omne ius in milites habuerunt. 340

Magiſter ſi non conſtituatur in loco prouido, licet appellatione poſtpoſita ponere alium. 351

Magiſter appellatur à monendo, vel mi-
n ſt ando. 347
Magiſter dicitur ille, cui cura præcipua alicuius incumbit, prout ſunt magiſter militum, magiſter equitum,& alij. 340

Magiſtri Theologi.

Magiſtri Theologi; & Doctores Canoniſtæ legentes in ſcholis lucrantur fructus ſuarum Præbendarum. Quid in legentibus, & ſtudentibus ius ciuile? 367
Magiſtri, & Præceptores in populo Romano apud iudices de plano audirentur ſuper exoluendo ipſis ſalario debito. 345
Magiſtri debent eſſe probæ ætatis, vitæ integerrimæ, & eruditionis. 338
Magiſtri militum officium, non minus illuſtre quam Præfectorum. 340
Magiſtri docentes non eſt cur denario debito ſint priuandi. 363
Magiſtri dicebantur non ſolum qui puellam docerent, ſed qui comarent. 346
Magiſtri exempti ſunt à contributionibus, ſicut nobiles. 341
Magiſtri in fide Chriſtiana explananda iuuenibus. 343
Magiſtri milites, non ſunt Domini commendarum, ſed tantum adminiſtratores. 210
Magiſtri & ſtudentes pro tempore interpolato, an gaudeant priuilegio de percipiendis fructibus? 374
Magiſtri apud Hiſpanos poſt à Mauris deuaſtatam Hiſpaniam rari. 365
Magiſtri inepti ſunt expellendi & apti admittendi. 351
Magiſtrorum aſſignatio per quos oportet fieri. 363

Mala.

Mala, quæ ſunt de genere prohibitorum poſſunt excuſari in aliquo caſu. 102

Mandata.

Mandata correſpectiua ad inducendam ſimoniam, qualiter probentur? & quibus modis? 351

Manutenendus.

Manutenendus eſt ſemel in poſſeſſionem inductus vſque ad ſopitam litem in poſſeſſorio plenario, & proprietatis. 243

Maritus.

Maritus non accuſat vxorem, nec è contra niſi in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, aut humanæ. 18

Matrimonium.

Matrimonij cauſa datum ad compenſandam inæqualitatem nobilitatis non facit ſimoniam. 237
Matrimonij Clandeſtini delictum, quod eſt mixti fori, poteſt à iudice præueniente, Laico, aut Eccleſiaſtico, puniri, ſed Eccleſiaſticus valet inhibere laicum, cum agitur de valore talis matrimonij. 49
Matrimonialis contractus inter Chriſtianos, ſeparabilis non eſt à Sacramento. 237
Matrimonium miniſtrari pecunia data, an ſit ſimoniacum.
Matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis, gratiam conferens. 337

Mediator.

Mediator confidentialis ſimoniæ, etiam manet excommunicatus. 319
Mediator ſimoniæ, non ſolum eſt ſimoniacus, ſed excommunicatus, & ille, qui dat mediatori ſibi procuranti beneficium. 156
Mediatores ſimoniæ poſſunt eſſe teſtes in eo crimine. 186
Mediatores ſimoniæ incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam. 332
Tenetur ad reſtitutionem accepti ob beneficium ſuo interuentu, & etiam fructuum, quos ille, pro quo interceſſerunt ſuſcepit, ſi iſte reſtituere non poteſt, aut non vult. ibid.

Mercedes.

Mercedes pro docendis pueris ſolebant magiſtris puerorum exolui, idibus ſingulis. 346

Militia.

Militia equeſtrium ordinum eſt pretio æſtimabilis, quia eſt opus temporale. 201

Miniſter.

Miniſter Sacramenti ſi petat, vt detur pecunia in pretium illius, cum iuramento dantis an ſit ſimoniacus? 298

Minutum.

Minutum furando, qualiter peccent. 245

Moleſtans.

Moleſtans vt poſſit pecunia amoueri. 283
Moleſtatus ſuper adulterio abſoluto, non eſt amplius moleſtandus. 53

Monachus.

Monacho iniuriato, vel ſi eius pater occiſus ſit, ante profeſſionem competit filiis vindicatio; ſic vt non poſſit.
Monaſte

Monaſterium facere pacem, niſi deficientibus conſanguineis. Quid è contra de Abbate, aut Patre Monachi iniuriatu. 79
Monacho, qui iam accuſauit Abbatem, & ſi electo ad aliam dignitatem, pendente lite, debentur alimenta. 75
Monachus poterit agere pro defendendo Abbatem iniuſte incarceratum, & in aliis caſibus. 78
Monachus quandonam ſine licentia agere valet. ibid.
Monacbus fraterne poteſt quemquam denunciare ſine licentia Prælati, non tamen, vt iuridice puniatur, præterquam Abbatem. ibid.
Monachus in caſu ſuæ electionis poteſt agere ſine licentia Prælati in iudicio. ibid.
Monachus nequit alium de Monaſterio accuſare, præter Abbatem, niſi ex licentia Abbatis, & ob vtilitatem Monaſterij tunc, quia non ſit habiturus expenſas. ibid.
Monacbus valet accuſare Abbatem ſine neceſſitate veniæ. 75
Monachus degens in ſtudio poteſt habere vocem in electione rectoris. 78
Monacbus Epiſcopi Cubicularius, poteſt illum abſque licentia accuſare. ibid.
Monacbus iurans ſtare in obſequio obligatur. 92
Monachus ante factam profeſſionem poteſt accuſare, tranſigere, ac pacem facere, tam de iniuria ſibi illata, quam ſuis; ſecus ſi iam ſit profeſſus, niſi accuſaret pro beneficio Eccleſiæ, & de conſenſu Abbatis. 78
Monacbus accuſans Prælatum in his, quæ ad accuſationem ſpectant, non tenetur illi obedire: in reliquis ſic.ibid.
Monacbus quare ſine licentia Prælati poteſt illum accuſare de delicto. 77. & 78
Monacbus datus in obſidem poteſt agere contra Abbatem, vt eum redimat. ibid.
Monacbus ex propria cauſa non valet accuſare ſuum Abbatem. 75
Monacbo interfecto, quibus competat vindicatio? vbi cum diſtinctione. 78 & 79.
Monacho accuſanti Abbatem debentur tantum expenſæ neceſſariæ, non vtiles iuxta qualitatem perſonæ ex redditu Monaſterij, ſi fuerit in poſſeſſione Monachatus. 75

Monaſteria.

Monaſteria non mendicantium ſoluent pro ſeminario. 359
Monaſterij inſtitutio ſub ea conditione, vt talem monialem recipiant, an vitietur. 195
Monaſterium monialium valet compellere coram iudice patrem filiæ ſuæ monialis, ſi ei neget alimenta, & patre mortuo, petere partem hæreditatis, niſi ipſa, ante illam renunciaſſet. 193
Monaſterium poſt profeſſionem poteſt recipere aliquid à parentibus, vel conſanguineis. 195

Moniales.

Moniales non tenentur contribuere pro ſeminario. 357

Monitio.

Monitio non requiritur, vt puniatur notorius concubinarius, & caſus de telegato concubinario. 73

Mores.

Mores primò, mox ſapientiam diſce. 339

Mulier.

Mulier accuſatrix liberatur à præſumpta calumnia & quare. 138
Mulier ſecundo nubens non tenetur reſtituere filiis primi matrimonij quod accepit ex remiſſione pro primo marito occiſo. 54

Muſici.

Muſici, cantores, clerici, &c. poſſunt aliquid pacto, & conuentione petere. 288.

Mutuatarius.

Mutuatarius mentalis tenetur reſtituere. 315

N

Neceſſitas.

Neceſſitas grauis quando iudicatur. 266
Neceſſitas vbi eſt grauis excuſamur à vitanda occaſione ſcandali aliorum ex malitia. ibid.

Nobilitas.

Nobilitas triplex eſt. 341

Notarius.

Notarius dicitur delinquens ſi deprebendatur in flagranti delicto, ſed verius eſt, vt cum aliqua ſententia debeat puniri ſiue iudicis decreto. 69
Notarius, ſiue ſecretarius Epiſcopi ſuſtentationem recipiens ab Epiſcopo,

nihil poteſt accipere, alias ſecus pro inſtrumentis ordinum, niſi poſt ab ſponte afferentibus. 177
Et quid de Epiſcopo ſic accipiente. 177. & 178
Notarius qualem fidem faciet ad notorium de delicto commiſſo coram ſe, & iudice remiſſiue. 69
Notarius quomodo corrigere poteſt ſuum errorem, illo probato. 100. & 101

Notoria delicta.

Notoria delicta, quibus iudiciis puniri valeant? 290
Notorij nonnulli effectus aſſignantur. 72
Notorij materia procedit in delictis, & ciuilibus. 60
Notorium quid ſit? 72
Notorium omnibus, & parti, nec allegari neceſſum eſt, etiam iudici, aut ex conſuetudine. 64
Notorium, & manifeſtum ſæpè pro eodem ſumuntur, quid vtrumque publicum, aut indubitabile. 73. & 74
Notorium facti permanentis, non eget probatione; ſecus facti tranſeuntis, & momentanei, & interpolati. 63
Notorium non eſt diſputare, ſed diſputatum eſſe. ibid.
Notorium clarum, nec defenſiones rei admittit, ſi conſtat nullam ei competere. 64
Notorium de neceſſitate eſt proponendum, & poteſt allegari, cauſâ concluſa. 63
Notorium non eget alia probatione, quam euidentia; eo quod eſt probatio probata. ibid.
Notorium grauamen annullat ſententiam. 72
Notorium dicitur delictum perpetratum à reo coram iudice ſedente pro tribunali; ſicut illico iudex ſine vlla ſolemnitate poſſit illum punire. 69
Notorium offuſcatur per oppoſitionem partis; & de aliis remiſſiuè, & quod reſultat ex probationibus, teſtium inſtrumento, confeſſionis, & ſententiæ, & quod nequit celari, & facti euidentia. 60
Notorium reſultans ex ſententia, confeſſione, & probationibus, & extra locum iudicii, eget probatione, & cum agitur contra abſentem; & qualiter teſtes ſuper illo deponere debent concludenter. 64
Notorio negato, à reo, iudex procedit, ſeruato iuris ordine. 65
Notorius in vno loco excommunicatus, qualiter talis reputetur in aliis. 72

Noua.

Noua quotidie nobis accidunt, ob quæ variatio permittitur 100

Numerus.

Numerus Epiſcoporum non æque deſideratur contra Epiſcopum depoſitione dignum in aliis delictis minoribus. 29
Et quot Epiſcopi deſiderentur contra non conſecratum. ibid.

O

Oblationes.

Oblationes, quo titulo debeantur. 297
Oblationes, quæ aſſignantur ex teſtamento, legato, donatione debentur. 298
Oblationes reſpectu exequiarum pro labore, vel ſuſtentatione Miniſtri, non ſunt prohibitæ. 297
Oblationes reſpectu Parrochi debitæ, quando petantur, & coram quo? 298
Oblationum vſus eſt antiquiſſimus in Eccleſia. 297
Obligatio antetior ſoluendi aliquod ſalarium pro lectore, non videtur à Papa auferri ex aſſignatione, & aggregatione Præbendæ. 354

Obtinens beneficium.

Obtinens beneficium, per pecuniam, illo ignorante obtentum, ad quid teneatur? 327
Obtinens beneficium cum promiſſione dandi, etſi promiſſio non impleatur an ſimoniæ pœnas incurrat? 157

Occaſio.

Occaſio quid ſibi velit? & quod aliquando in aliam partem ſumitur. 96

Offerens.

Offerens ſua bona, vt recipiatur in Canonicum. 294

Officia.

Officia alia Eccleſiaſtica ad ſimoniam. 230
Officia temporalia Eccleſiæ ſine graui peccato vendi non poſſunt. 251
Officia Eccleſiaſtica habentia ad minus connexam ſpiritualitatem, vendi, aut emi non poſſunt abſque ſimoniæ labe, & quæ iſta ſint? 248
Officia merè temporalia Eccleſiæ vendita, aut empta, non pariunt ſimoniam. 248

Officium

Officium vicarij domus, aut Subprioris alicuius religionis, non eſt materia ſimoniæ. 230
Officium viſitatoris, & Vicarij Epiſcopi ſunt materia ſimoniæ, ſi vendantur. 249

Omiſſio.

Omiſſio actus iuriſdictionis ſpiritualis debitæ exerceri, eſt materia ſimoniæ, vt exemplificatur in ſacramento pœnitentiæ: 252

Onus.

Onus temporale poſitum beneficio vacanti an inuoluat ſimoniam. 303
Onus Præbendæ pro fabrica, pauperibus, aut alio opere pio in admiſſione noui canonici ſuſtinetur. 305

Ops.

Opem præſtans in ſepeliendo interfectum, de homicidio, & occiſione tenetur. 41

Oratio.

Orationem ludere pro præmio temporali, non vult neceſſario æquiparare orationes illi præmio. 255

Ordinans.

Ordinans quæ nequeat, aut valeat recipere ab ordinato? 165
Quid de litteris dimiſſoriis, aut aliis. ibid.
Ordinans ſimoniacè ſuſpenditur, & à quibus Bullis Pontificum. 167
Et quid de ordinando. ibid.
Vbi de interdicto ab ingreſſu. ibid.
Ordinans prima tonſura ſimoniacè etiam punitur. ibid.
Ordinans recipiens aliquid punitur ex Trid. non æque donans. 166

Ordinandus.

Ordinandus paciſcens cum dante illi titulum Patrimonij ad ordines, quod nihil petet, aut reddet acceptum, ſuſpenſus eſt. 177
Ordinandus offerens à Patrono, & præſentante nihil petere, eſt ſuſpenſus, etiam ad alios ordines aſcendere, etſi ex ignorantia. 136

Ordinati.

Ordinari ſimoniacè incurrunt ſuſpenſionem, certo in ordinibus maioribus. Quid in minoribus. 169. & 170
Ordinati, & ordinantes ſimoniaci, incurrunt ſuſpenſionem. Quid in mediatores? & à quibus ordinibus? 321
Ordinatus per ſimoniam prohibetur celebrare Miſſarum ſolemnia, donec veritas cognoſcatur. 189
Ordinatus ſimoniacè, in quibus ordinibus, valeat miniſtrare? 294
Ordinatus ſimoniacè, etiam dicitur irregularis, ſi miniſtret tunc, non alias. 172
Ordinatus ſimoniace, vltra excommunicationem, punitur carcere, & ſuſpenſione decennali. 175
Ordinatus ſimoniacè potius videtur ab omnibus ordinibus ſuſpenſus: ibid.
Quid in ordinato ante legitimam ætatem. ibid.
Ordinatus, data pecunia per tertium, ſi ſciens, aut non, qualiter puniatur. 171

Ordines.

Ordines minores non eſſe ſacramentum, præſtantiſſimi Theologi dixerunt, ſed tantum ſacramentalia, aliter videtur ex Tridentino. 170

Ordo.

Ordo in iudicialibus eſt obſeruandus. 95
Ordo procedendi per accuſationem, & inquiſitionem à Pontifice inſinuatur. 108

Ornamenta.

Ornamenta Eccleſiæ, & Calices, qualiter ſine ſimonia vendantur? 243

P

Paciſci.

PAciſci non licet ſine ſimonia, aliquid accipi temporale pro labore comitante ipſam actionem ſacramentalem. 233
Paciſci poteſt de beneficio, ſi ex ſola gratitudine quis dat ante, vel poſt. 154. & 155
Paciſci cum aliquo, vt non concurrat in hac electione, & quod tu non concurres in alia ſimoniacum potius dicitur. 265

Pactio.

Pactio de ſoluenda penſione, quando inducat ſimoniam. 216
Pactio, quæ interuenit facit rem non gratam. 218
Pactio gratitudinalis, aut recompenſationis laboris difficulter ſeparatur, ac diſtinguitur in materia, quæ poteſt parere ſimoniam. 156
Pactiones factæ à muto ſignis declaratæ, dicuntur expreſſæ. 221
Pactiones expreſſæ ſunt, quæ prohibentur beneficialibus, non vero tacitæ. 222

Pactiones expreſſæ requiruntur ad ſimoniam, in prohibitis iure poſitiuo. 221. & 222.

Pactiones plures ſunt in ſpiritualibus, quæ veram ſimoniam non cauſant, & quæ iſtæ ſunt? 220

Pactiones tacitæ ſimoniacæ dicuntur ſuper prohibitis iure Diuino. 221

Pactiones illicitæ generaliter prohibentur, non honeſtæ, vbi exemplificantur. ibid.

Pactum.

Pactum in quibus caſibus fieri valeat à clerico cum laicis ſuper ſtipendio taxato, & permiſſo pro ſua ſuſtentatione, & labore. 242

Pactum non immutat rerum naturam. 202

Pactum facit ſimoniacum, quod alias ſine illo non præſumeretur, vt in inuitato ad Baptiſmum, & Religionem. 203

Pactum, vel iuramentum de non accuſando num valeat. 12

Papa.

Papa cum mandat alicui Prælato Monacho, vt diſpenſet cum ſubditis, qui data pecunia intrarunt religionem, valet idem prælatus ſecum diſpenſare. 309

Papa, etſi ſibi non accipiat pro diſpenſando, tamen non prohibet dari aliquid Miniſtris pro labore, & ſuſtentatione. 309

Papa ſaltem quoad pœnas iuris vendendo alicui beneficium, cenſetur cum illo diſpenſaſſe: explicatur. 161

Papa quibus in caſibus contrahit ſimoniam. 159

Papa, etſi non cenſeatur ex patientia, aliquoties diſpenſaſſe, aut abſtuliſſe culpam ſimoniæ in eam committente: tamen eius patientia excuſat à pœnis iuris propter id impoſitis. 161 & 162.

Parrochus.

Parrochus ſimoniam committit, ſi pro danda licentia aſſiſtendi matrimonio aliquid accipiat: 284

Parrochi, & alij clerici ad tumulandum concurrentes, ſi iuſta ſtipendia, non eis ſoluantur, poſſunt officio iudicis inſtare, vt conſuetudo obſeruetur. 287

Parrochi an poſſint percipere fructus ſuorum beneficiorum abſentes cauſa ſtudiorum. 370

Parrochi ex officio tenentur iuuenibus rudimenta fidei docere. 343

Parua res.

Parua res data ſolet excuſare à ſimonia, dum non detur pro pretio rei ſpiritualis. 182

Parua materia quoad peccatum. 245

Paſtor bonus.

Paſtor bonus debet corrigere exceſſus ſubditorum, ne illi imputentur. 290

Patronatus.

Patronatus ius in beneficialibus eſt materia ſimoniæ. 281

Patronatus ius acquirens, vt valeat filium præſentare debet ab illo priuari 282

Patronatus, ſi per ſe vendatur, eſt materia ſimoniæ, ſecus ſi vna cum fundo, cui adhæret. 281. & 282

Patronatus ius cedere nequit vnus ex hæredibus data ſibi maiori parte hæreditatis, nec illud in feudum dare, nec ponere in contractu oneroſo. 282

Patroni plures præſentantes, vt vnum collegium, infirmatur præſentatio ſi vnus eorum ſimoniam commiſerit 281

Patroni non incurrunt pœnas Bullæ Pii V. ex eo quod ad beneficium præſentent conſanguineos. ibid.

Patronus à præſentato abſque labe ſimoniæ aliquid temporale exigere non valet, niſi quod in ipſa fundatione conſtat impoſitum. 282

Patronus nequit promittere præſentationem antequam vacet Eccleſia, nec ante id tempus poteſtatem præſentandi concedere. ibid

Pax.

Pax ſtante ſtatuto, à quo concedatur? quid in minore? 54

Peccator.

Peccator omnis Miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum. 191

Peccata.

Peccata diſtinguuntur ſecundum obiecta, aut finem. 103

Peccatum duplex vna pœna puniri valet. 183

Peccatum patratum occaſione paupertatis leuius iudicatur. 196

Peculatus.

Peculatus crimen tranſacto quinquennio deduci non valet. 15

Pecunia.

Pecunia in beneficialibus propter quid detur? 208

Pecunia dari licet impedienti iniuſte, vt inueſtitura, ſeu poſſeſſio non adipiſ-

catur

catur ab eo, qui habet ius ad beneficium. 306
Pecunia dari poteſt ad impetranda orationis ſuffragia. 142
Pecunia non poteſt dari, vt miniſtretur Baptiſmus adulto in extrema neceſſitate nolenti illud libere miniſtrare: 234. & 235
Pecunia poteſt allici voluntas iniqui miniſtri, vt mihi velit conferre ſacramentum. 266
Pecuniam dantes, vt Baptiſmus, ſeu confirmatio miniſtretur egenti, videntur excuſati à ſimonia, & in adulto. 235
Pecuniam dans, vt beneficiarius verbi gratia derelinquat beneficium non eſt ſimoniacus, niſi ſciat quòd illud beneficium poſtea danti ſit conferendum, aut conſanguineo, ſiue amico. 253
Pecuniam poſſum offerre Iudici, qui à meo aduerſario recepit, vt mihi opituletur ſi mea offerendi ratio eſſet ſuperior. 267
Pecuniam dare adminiſtranti Sacramentum Baptiſmi, vt extrema neceſſitate occurrente, illud adminiſtret, eſt peccatum ſcandali, & ſimonia. 266
Pecuniam dare non licet, vt electus remoueat vexationem ſecundum aliquos, ſed verius, vt etiam nondum accepta poſſeſſione, alij eſſe dicunt. 263
Pecuniam tradens ante pro conſecutione ordinis, vel beneficij excommunicationem extrauag. 2. non incurrit, nec ratam habentes ſimoniam. 321

Penſio.

Penſio mere temporalis nunquam cum beneficio valet permutari abſque ſimoniæ vitio. 225
Penſio, etſi renunciati valeat ſine ſimonia, non tamen redimi. 214
Penſio rigoroſè beneficium non eſt, niſi detur in titulum beneficij, vt quando certa portio extrahitur ab illo, quod eſt pingue. ibid.
Penſio etſi hodie ex Pio V. ſit ſpiritualis, tamen ex iure antiquo erat temporale ius. 229

Penſionarij.

Penſionarij ſi exempti ſunt non ſoluunt pro ſeminario. 358
Penſionarius quomodo poteſt abſque labe ſimoniæ alteri vendere, vel donare fructus ſuæ penſionis, etiam ad totam vitam. 216
Penſionarius, accepto pretio, nequit penſionem transferre, nec illam extinguere, anticipatis ſolutionibus, priuata authoritate, niſi in remiſſione libera. 215

Penſiones.

Penſiones ſunt laicæ, Eccleſiaſticæ, aut mediæ, vbi quæ vnaquæque, & quibus dentur? 214
Penſiones de iure antiquo, omnes temporales, hodie vero ex conſtit. Pii V. quæ conferuntur clericis aliter. 215
Penſiones imponere ſuper beneficiis pertinet ad Papam. 229
Penſiones laicæ poſſunt vendi, aut redimi abſque ſimonia, aliud ſi venderentur Eccleſiaſticæ. 214
Penſiones temporales per matrimonium non extinguuntur, Eccleſiaſticæ vacant, & per promotionem ad Epiſcopatum niſi diſpenſetur. 214
Penſiones, & penſionarii tenentur iuxta ratam penſionum contribuere pro ſeminario, ſicut pro ſubſidio. 358
Penſionis reſeruatio, quænam cenſeatur. 276

Periurus.

Periurus, & homicida, eſt incapax beneficii obtinendi, etſi obtento non priuetur, niſi per ſententiam. 107

Permutandi tractatus.

Permutandi tractatus à parte fieri poteſt in ordine ad conſenſum Prælati. 223
Permutari nequit commenda eò quare contra Adrianum, nec Notariatus. 224. & 225
Permutari nequeunt beneficia aliis vnita, ſicut nec ſuppreſſa, niſi ex narratiua facta, Papa eam permitteret nihilominus. 222. & 223
Permutari beneficia quælibet etiam inæqualia valent. 219
Permutantes beneficia ſine authoritate ſuperioris, quas pœnas incurrant? 319

Permutatio.

Permutatio non habet locum, quando vnus ex permanentibus non habet ius in beneficio, aut lis in vno pendet. 218
Permutatio nequit fieri cum pacto, vt vnus ſoluat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas, niſi coram Papa eo expreſſo. 225
Permutatio beneficiorum ex cauſa honeſta poteſt fieri; item & tranſactio

ſuper beneficio, ſi libere fiat. 219
Permutatio beneficiorum ſecundum aliquos, ſolum valet fieri per modum tranſlationis. 218
Permutatio vnius beneficii pro alio, continet quid temporale, cuius ratione, vt ſimoniaca prohibeatur. ibid.
Permutatio beneficiorum propriè ſumpta permittitur in iure, ſi fiat auctoritate Prælati, non ſola propria auctoritate. ibid.
Permutatio beneficii cum penſione ſimoniaca eſt facta ſine auctoritate Papæ. 224
Permutatio beneficiorum, vt rectè fiat, quæ cauſæ debeant interuenire? 218
Permutatio beneficiorum, vt valeat, exigit conſenſum eorum, ad quos pertinet. 217
Permutatio rei ſpiritualis pro alia ſine authoritate Prælati licet, ſecus cum interuenit temporale. 219. & 220
Permutatio beneficiorum ſimoniaca eſt, ſi fiat abſque auctoritate Eccleſiaſtici iudicis. 217. & 218
Permutatio fieri nequit ſine authoritate ſuperioris de beneficiis quoad titulum. 224
Permutationis deformitas facta ſine auctoritate Prælati, in quo conſiſtat oſtenditur. 218

Pij V. Conſtit.

Pii V. Conſtit. verba referuntur; & explanantur. 271

Pontifex.

Pontifex beneficia, & officia Eccleſiaſtica vendens multis, iuſtis titulis an valeat excuſari à peccato ſimoniæ. 160
Pontifex vendens beneficia, aut officia Eccleſiaſtica ſine legitima cauſa, aut vtilitate, peccat peccato ſimoniæ. 159
Pontifex in foro pœnitentiali ſubiectatur Confeſſario. 47
Pontifex ſolus cognoſcit de cauſis Epiſcoporum criminalibus. 21
Pontifex etſi obligetur peccato ſimoniæ, non tamen eſt obnoxius pœnis ſimoniæ. 160
Pontificis obligatio circa obſeruandam legem ſuam, vnde oritur. 159

Pœna Talionis.

Pœna Talionis. 290

Pœna.

Pœna ordinaria imponi valet à iudice cognoſcente per inquiſitionem, ſi delictum ſit plenè probatum, aut notorium. 120
Pœna non impoſita, competens ex defectu iuriſdictionis per alium iudicem competentem valet ſuppleri. 49
Pœna aliqua remitti debet, cum per inquiſitionem proceditur in ſimoniacos. 293
Pœna, vt in ſimoniacos applicetur, quæ deſideretur probatio. 331
Pœna ordinaria non irrogatur, quando crimen incidenter per viam exceptionis opponitur. 44
Pœna, vbi non eſt expreſſa arbitrium iudicis, locum habet. 93
Pœna legis ordinaria poteſt imponi, ſi delictum plenè per inquiſitionem probetur de iure Ciuili. 67
Sed non ſic de iure Canonico, niſi quando delictum probatur per confeſſionem, aut ſi eſt notorium. ibid.
Pœnæ omnes, quæ per ſimoniam imponuntur, & ſi in iure ſint expreſſæ, vel augeri, vel minui ex cauſa poſſunt. 293
Pœnæ in ſimoniacos nullæ impoſitæ de iure, niſi in ingreſſu religionis, beneficialibus, & ordine. 323
Pœnæ inſcriptio ad Talionem in accuſatore inſinuatur, non in denunciatore. 109
Pœnæ ſimoniacæ. 151
Pœnam à lege impoſitam poteſt iudex moderare, etiam ſtatutariam, & conſuetudinariam, & impoſitam ipſo iure, & ſi iuraſſet ſeruare ſtatuta. 68
Pœnam legis poteſt iudex augere. ibid.

Pœnitens.

Pœnitens publicè propter aliquod delictum ſit irregularis, ſi ſolemnem pœnitentiam agat ei impoſitam. 35
Secus ſi publicam tantum. ibid.
Et quæ talis ſit? ibid. & 36

Pœnitentia.

Pœnitentia & pœna tendunt ad diuerſos effectus. 47
Pœnitentia publica ſolemnis iam non eſt in vſu reſpectu clericorum. 36
Quid de profanis. ibid.
Pœnitentiæ ſacramentum, etſi ſit mortuorum pecunia data, miniſtrari non valet, & quæ differentia cum Baptiſmo? 136

Populus.

Populus cogi poteſt ad obſeruandam lauda

laudabilem conſuetudinem, quod aliquid detur, pro ſepulturis, exequiis benedictionibus, &c. & è contra Clerici. 241

Poſſeſſio.

Poſſeſſio capta nomine ſeminarij non erecti, dicitur nulla. 361

Poſſeſſio ex primo decreto: 243

Prandium.

Prandii exactio in receptione noui canonici eſt prohibita. 303

Præbenda.

Præbendarum permutatio, etiam ſub eadem Eccleſia, ac fructuum æqualium, fieri nequit ſine conſenſu Prælati contra aliquos. 224

Præceptores.

Præceptores, & commendatarij ſancti ioannis non ſunt verè beneficiati, ſed tantum adminiſtratores. 200

Prædicatio.

Prædicationis officium, eſt verbum Dei. 243

Prædicator.

Prædicatoribus aliquid pro labore prædicandi dari ſolitum, non eſt ſimoniacum ad eorum ſuſtentationem. Aliud eſſet ſi daretur pro ipſa prædicatione. 242

Præfatio.

Præfatio legis dat intellectum toti legi. 326

Præfectura.

Præfectura fuit ſecunda dignitas poſt Imperium. 340

Prælati.

Prælati Regulares ſuos ſubditos abſoluere à ſimonia num poſſint? 311

Prælati regulares nequeunt abſoluere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob ſimoniam. 203

Prælatus habet poteſtatem corrigendi exceſſus, fama præcedente, & à bonis teſtibus dimanante. 108

Prælatorum cauſæ debent tractari coram ſuis propriis iudicibus. 29

Præſentatio.

Præſentatio ſimoniaca non eſt facta cum onere defendendi iura beneficij. 282

Præſentatio facta ſub conditione, ſeu onere celebrandi miſſas, an ſit ſimoniaca. 282

Præſentatio ſimoniaca eſt, quando aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, ſeu præſentationibus Patronorum. 282

Præſentatio actiua nequit permutari pro ipſo beneficio, nec paſſiua præſentatio. 229

Præſtimonia.

Præſtimonia in ſuo principio fuerunt inſtituta ab alendos ſtudentes. 212

Præſtimonia connumerantur inter beneficia Eccleſiaſtica, & quæ ſint? 211

Præſtimonia, ſiue cappellaniæ perpetuæ, ſunt materia ſimoniæ iuris poſitiui, ſi habeant, vel non adminiſtrationem. 211

Præſtimonia vendere nemo audet. 212

Preces.

Preces, quæ recitantur à militibus ordinum militarium oriuntur potius ex obligatione profeſſionis, quam ex titulo fructuum. 201

Preces factæ ab aliquo, vt gratiam Principis acquirat pro alio licent ſine ſimonia abſque pacto. 255

Pretia.

Pretia tria in ſimonia poſſunt inueniri, & qualia ſint. 144

Pretium qualiter reſtituatur ratione ſimoniæ? 247

Pretium acceptum pro ſacramentorum collatione, videtur non eſſe reſtitutioni obnoxium. 323

Primas.

Primas actuabat contra Epiſcopos criminoſos, & poſt remittebat proceſſum ad Papam. 21

Princeps.

Princeps bona rei poteſt condemnare tertio, quando crimen eſt notorium rei, ſic, vt donatarius ſemper ſit tutus. 65

Principes, & alij recipientes pecuniam, vt tanquam Patroni in electione conſentiant, ſeu vt eam ratam habeant, ſunt ſimoniaci. 282

Principes litteras amantes ſunt nimis laudandi. 339

Priuilegia.

Priuilegia Religioſorum qua clauſula Pontificia videantur etiam reuocata antea confirmari. 203

Probari.

Probari valent quæ conſiſtunt in animo per coniecturas, & præſumptiones; & ſic ſimonia, etſi ſit confidentialis. 187

Probationes.

Probationes ſuperuenientes poſſunt in cauſa hæreſis coniungi cum præcedentibus in fidei fauorem ad vnam conſtituendam probationem. 39. & 40.

Proceſſus.

Proceſſus ſuſtinetur, ſi non ſit oppoſitum contra procuratorem in criminalibus, & ante litem conteſtatam. 91

Proceſſus aduerſus regulares, in quo differat ab aliis. 291

Procurator.

Procurator admittitur pro reo, quando pœna eſt pecuniaria. 91

Quid ſi illa ſit relegationis. ibid.

Procurator, aut defenſor non admittitur pro abſente, ſi abſentia eſt calumnioſa, quæ talis præſumitur contingens poſt delictum. ibid.

Procurator admittitur pro reo criminoſo ad appellandum? quid ad allegandum nullitatem. 90

Procurator in criminalibus non admittitur, ſi pars contraria opponat. 89

Procurator non admittitur in his, quæ conſiſtunt in ſtatu perſonali, vt emancipatio, adoptio, ſtatus impetratio. 91

Procurator non admittitur, cum reus venit puniendus pœna corporali, nec in relegatione perpetua; ſecus in temporali, quomodo componuntur diuerſi. 92

Procurator in criminali obiecto per exceptionem admittitur. 95

Profeſſio.

Profeſſio ſimoniacè facta in Monaſterio, quare ſit valida, & ingreſſus improbetur? 193

Promouentes.

Promouentes per ſimoniam realem, tenentur acceptum pretium reſtituere. 330.

Propinæ.

Propinæ, quæ dantur monialibus in ingreſſu filiæ, ſolent non computari: 247

Proreges.

Proreges ſine proceſſu non poſſunt procedere, vbi deficit notorium, cum nec regibus liceat. 73

Proreges in quibus caſibus ſine proceſſu poterunt condemnare publicos, ſeu manifeſtos latrones, & occidere reum clanculo. 73

Proſequens.

Proſequens ſuam, vel ſuorum iniuriam ignorans præuaricationem poteſt, accuſare iam abſolutum; & qualiter ignorantia ſeu illius ſcientia probetur. 16

Proteſtatio.

Proteſtatio neceſſaria non eſt in notorio impedimento. 73

Proteſtationis forma, quam facit clericus reaccuſans in pœna ſanguinis, vt effugiat irregularitatem. 94

Prouiſio.

Prouiſio ſimoniacè facta, ignorante prouiſo, eſt nulla ipſo iure. 6

Prouiſio ſimoniacè facta ignorante prouiſo eſt nulla ipſo iure. 269

Publica.

Publica delicta nonnulla, vt adulterium, partus ſuppoſitus, non permittuntur accuſari à quolibet de populo. 5

Publicum Iudicium.

Publicum Iudicium non deſinit, licet accuſatio omnibus non detur de publico delicto. 55

Puella.

Puellæ apud Romanos ſolebant viris Præceptoribus commendari, vt docerentur. 340

Pueri.

Pueri ad ſeminarium cathedralium vnde ſunt eligendi. 356

Pueri à prima pueritiæ ætate incipiunt inſtitui. 344

Pueri eligendi pro ſeminario, cuius ætatis debent eſſe & conditionis. 356

Puerorum educatio etiam apud ethnicos reperitur commendata. 344

Puniri.

Punitur ab vno Iudice, ſi non ſufficienter valet ab alio in legis pœnam puniri. 47. & 48

Punitur coram Eccleſiaſtico, ſi non condigne poteſt ad exceſſum puniri coram Laico, aut è contra in crimine mixti fori; ſic vt pœna inſufficiens computatur cum ſecunda. 48

Q

Qualitas.

Qualitas omiſſa in prima accuſatione poteſt à iudice admitti ante litem conteſtatam, & ante ſententiam, ſecus poſt illam in ſecunda accuſatione. 51

Quid ſi prima ſit executa? ibid.

Qualitas delicti omiſſa, quando valeat per accuſatorem proponi in eodem iudicio. 51. & 52

Qualitas delicti diuerſa, admittit ſecundam delicti accuſationem, ſi non augeat delictum. 52

Qualitas, quæ aggrauat delictum, an poſſit poni, iam litè pendente ſuper illo. 118

Qualitas omiſſa, quæ auget pœnam, ſi non

non eſt diuerſa non facit, vt ſemel punitus mitius, poſtea grauius puniatur. 52

Quantitas.

Quantitas parua reputatur data à diuite pauperi. 318
Et quid de circunſtantia conſanguinitatis, & amicitiæ ad excuſandam ſimoniam. ibid.

Quatuor.

Quatuor de capitulo deputatos debet Epiſcopus adhibere pro conſilio, quos ſequi non tenetur in adminiſtratione ſeminarij. 306

Quinquatrus.

Quinquatrus erat dies feſtus, qui poſt diem quintam idium in honorem Mineruæ celebrabatur. 346

R

Reaccuſare.

Reaccuſare quando valeat accuſatorem accuſatus. 15

Receptiones.

Receptiones aliquæ licitæ ſunt pro ſuſtentandis miniſtris Eccleſiaſticis. 24

Recuſari.

Recuſari iudex non poteſt, qui procedit ex notorio, ſi pœna determinata eſt pro eo delicto, ſecus ſi arbitraria, & quando notorium ſit facti. 68

Recuſatio.

Recuſatio ob ſuſpicionem in criminalibus inſinuatur. 109

Recuſatus.

Recuſatus iudex ex cauſa notoria, & friuola, poteſt contemnere recuſationem, & ad vlteriora procedere. 68

Regimen.

Regimen Eccleſiarum ſub annuo ſenſu non poteſt ſacerdotibus committi. 336

Regul. 13. Cancellariæ.

Regul. 13. Cancellariæ reuocatoria vnionum ceſſat in ſeminariis. 162

Regulares.

Regulares quo iudicij ordine plectantur? 109

Religio.

Religio equitum in Hiſpania fuit creata ad profligandos fidei inimicos præcipuè Mauros. 199

Religiones equeſtrium, etſi recitare teneantur horas, ſed illarum finis primus eſt temporalis militia. 201

Religioſi.

Religioſi ſimoniam committunt, ſi dent aliquid muneris, linguæ, aut obſequij, pro conſequendis dignitatibus religionis, aut pro licentia audiendi confeſſiones, prædicandi. 197
Religioſus ingreſſus per ignorantiam, data pecunia; debet renunciare, ſed poteſt iterum recipi. 192

Remedium.

Remedium applicandum incontinenti ſimoniæ. 190

Remuneratio.

Remuneratio merè gratuita ſaluat à ſimonia. 156

Renunciare.

Renunciare valet quilibet beneficiarius cum acceſſu, regreſſu, aut penſione ſuum beneficium in fauorem, aut ſub qualibet conditione coram Pontifice. 272

Renunciatio.

Renunciatio libera in manibus Epiſcopi ſemper fuit permiſſa, conditionalis dicitur à iure reprobata, fallit in Pontifice. 272
Renunciationes conditionales, Epiſcopus, Legatus Papæ, Nuntius, aut alius inferior Prælatus admittere nequeunt, tanquam ſimoniacas. 273
Renunciatio quando eſt ſimoniaca. 270
Renunciatio debet eſſe libera, & ſpontanea, vt à ſimonia liberetur. 276

Repulſa.

Repulſæ contra teſtes. 95

Res.

Res inter alios acta ratione connexitatis, aliis nocet. 289
Res Eccleſiaſticæ, quoad ſimoniam ſunt in duplici differentia. 240
Res ſacræ, ſiue Religioſæ iure Cæſareo diſtrahi prohibentur & cur? 142
Res temporalis pro ſpirituali queit dari duobus modis, tanquam cauſa principalis, aut impulſiua. 143
Res temporalis data ante traditiones rei ſpiritualis, vel poſt quoad ſimoniam inducendam, non eſt idem. 182

Reſignans.

Reſignans apponens partem, vt ſibi reſtituatur fructus, non videtur confidentia

dentialis ſimoniacus, etſi ſimoniam arguat. 271
Reſignans potius eſt, vt non amittat ius ſui beneficij, donec litteræ fuerint executæ, & beneficium reſignatatio acquiſitum. 277
Reſignans, etſi deputetur ab ordinario, vt tanquam œconomus beneficium adminiſtraſſet, non inde illud amiſit. 278
Reſignans libere ſine pacto, ſignificans tantum collatori, vt alij det, non improbatur, relinquendo libertatem in collatore, vt cui velit, conferat. ibid.
Reſignans beneficium, reſeruans ſibi penſionem, ſine licentia Papæ, committit ſimoniam. 271
Reſignans, vt lucretur fructus pro rata temporis, poteſt in pactum deduci. 305

Reſignare.

Reſignare beneficium ſpe aliquid aſſequendi ab ipſo collatore, etſi tacite potius eſt vt intelligatur ſimonia. 156
Reſignati ſimoniaco nequit beneficium, vbi quid ſi alter in eius gratiam emit. 274

Reſignatio.

Reſignatio de iure antiquo poterat fieri in fauorem tertij, cum clauſula *non aliter*, *nec alias*, in manibus Epiſcopi, quid hodie. 272
Reſignatio facta cum pacto, an ſimoniaca? 276
Reſignatio conditionalis, an admitti valeat ab Epiſcopo. 273
Reſignatio ſola beneficij cum acceſſu, regreſſu, & ingreſſu, videtur non prohiberi ſub ſimonia in conſtitutionibus Pianis. 275

Reſponſor.

Reſponſor caſuum conſcientiæ, an ſit ſimoniacus, ſi data pecunia, ad illos reſpondeat. 349

Reſtituere.

Reſtituere non tenetur ante ſententiam acceptum ſimoniacè, excepta re beneficiali ordinis, & ingreſſus Religionis. 330
Reſtituere pecuniam num teneatur ille aduerſus quem litem mouet. 283
Reſtituitur qui dat ad beneficium, ſi permutatio facta ſit ſine authoritate Papæ, eaque fuerit impleta ex vna, & non ex alia. 316

Reſtitutio.

Reſtitutio turpiter accepti datur in materia ſimoniæ. 246. & 247

Retractari.

Retractari ſententia quandonam poteſt ab eodem iudice. 97

Reuelans.

Reuelans delictum gerit curam reipublicæ. 111

Reus.

Reus metu accuſationis fugiens qualiter antiquo iure requirebatur, & puniebatur. 14
Reus in criminali cauſa defenſionibus nequit renunciare, & in quibus? 104

Rex.

Rex peccat condemnans hunc, vel illum ſubditum, parte inaudita, aut denegata poteſtate ſe tuendi, aut defendendi. 73

Rigor.

Rigor, aut æquitas, an in iudiciis practicanda? 291

S

Sacerdos.

Sacerdos poteſt locare operas ſuas, ſi ei ſumptus deſint. 284
Sacerdos rem ſactam agens amore Dei non peccat, quam non faceret, ſi ei ſtipendium non daretur pro eleemoſyna Miſſæ. 201
Sacerdotes diuina donantes, ac ſacramentorum miniſteriis inſeruientes ali debent à ſuſcipientibus ea. 241
Sacerdoti iniuſtè abſolutionem deneganti, licitè valet dari pecunia, vt abſoluat, non ſic in iudicio contentioſo. 268

Sacramenta.

Sacramenta alia præter Baptiſmum extra neceſſitatem extremam, vt miniſtrentur, pecunia dari non poteſt abſque ſimonia. 234
Quid ſi ad redimendam iniuſtam vexationem. ibid.
Sacramenta requirentia examen, vt iudicium, patiunt adminiſtrata pro temporali ante perceptionem, ſimoniam. 179
Vbi aliter poſtea data in aliis ſacramentis non ſic. 180
Sacramenta ſunt propriiſſima materia ſimoniæ iure naturali contrariæ, & quare? 232
Sacramentalia pretio miniſtrari non licet abſque ſimonia; & quæ illa ſint? 239. & 240

Sacra res.

Sacræ res vendi poſſunt abſque labe ſimoniæ, dum non pluris æſtimentur, quam valent in ſe abſque ſpiritualitate. 146.& 148

Sacrum.

Sacrum dicere poteſt quis ſe obligare pro intentione illius, cum quo ludit & quomodo intelligatur poſſe fieri ſine ſimonia. 255

Sacrilegium.

Sacrilegium, quod eſt mixti fori poteſt coram Eccleſiaſtico, aut laico tractari, cum diſtinctione. 47
Vbi fallentiæ duæ. 48

Salarium.

Salarium, quod ab antiquo de menſa Prælati pro vno lectore ſoluitur non ceſſat, ſubrogata poſtea Præbenda in Cathedrali pro Magiſtro. 354
Salarium pro Magiſtro ſeminarij, & ſeruitoribus eius, pendet ab arbitrio iuxta neceſſitatem. 357
Salaria pro Magiſtris in vniuerſitatibus ad quem finem conſtituta. 349
Salarium, quod erat voluntarium, ne lector à diſcipulis exigeret, ceſſat ex noua aſſignatione Præbendæ. 355
Salarium pro conſtitutione lectoris, & Magiſtri videtur ceſſare, ſubrogata poſtea Præbenda ad id munus exercendum. 354.& 355

Salamantina vniuerſitas.

Salamantinæ vniuerſitatis decretum, de fructus Præbendarum perceptione. 366

Sapientia.

Sapientia, ſcientia, prudentia, & alia virtus intellectualis, & naturalis, modo naturali quæſita non eſt res ſpiritualis, in qua poſſit ſimonia committi, 349

Scandalum.

Scandali materia. 291

Scholares.

Scholares ſtudentes intra Eccleſiam non gaudent priuilegio de percipiendis fructibus, ſicut ſi ſtuderent in ſcholis publicis. 367

Scientia.

Scientia laudabilis eſt, quam vita non maculat impudica. 339
Scientiam vendere intendens an committat ſimoniam. 350
Scientiam legalem vendere non eſt ſimonia. 349
Scientiæ naturales, & acquiſitæ differunt. 348
Scientiæ pretio non valent æſtimari, ſed quoad vſus humanos illæ æſtimantur. ibid.

Sedes.

Sedem honoratiorem emens, in qua ſedeat in Eccleſia, non committit ſimoniam. 389

Seminaria.

Seminaria pro bono publico in eruditione puerorum mandata ſunt conſtrui. 356
Seminarij contributio à quibus fit? 357
Seminarij deputati, dum ſunt occupati pro adminiſtratione percipiunt diſtributiones quotidianas. 360
Seminarij clerici præcedunt alios in proceſſionibus, non Curas, non Canonicos collegiatæ. ibid.
Seminario non vniuntur beneficia litigioſè. 362
Seminario vniri non poſſunt beneficia iuriſpatronatus, nec Papæ reſeruata, aut vacantia in eius menſe, nec obtenta ab Epiſcopo ordinario. 361
Seminario vniri poſſunt quælibet beneficia ſimplicia ſine præiudicio obtinentium, etiam affecta. ibid.

Seminariſta.

Seminariſta an ex hoc titulo valeat ordinari in ſacris. 360
Seminarium non eſt membrum Cathedralis Eccleſiæ. ibid.
Seminarium puerorum ſub qua forma in qualibet Cathedrali pro grammatica, & cantu. 355
Seminarium, ſi non erigatur ab Epiſcopo, Archiepiſcopus poterit id facere. 356
Seminarium erectum, quando dicatur? & quæ requirantur pro tali præparatione. 361

Senſus moralis.

Senſus moralis non facit argumentum efficax, ad probandum aliquid eſſe de iure diuino. 209

Sententia.

Sententia debet eſſe conformis libello, & vt valeat. 290
Sententia lata non requiſita parte offenſa, ipſi non præiudicat, & quod iudex tenetur in ſyndicatu ſi abſoluit delinquentem. 86
Sententia facit ius, quoad omnes; tranſactio, non niſi quoad tranſigentem, quæ

quæ nec facta cum fiſco nocet iudici, vt ex officio procedat. 53
Sententia interlocutoria queit reuocati, & quando diffinitina, de exemplis interlocutoriæ, & qualiter id fiat. 97
Sententia redigitur in ſcriptis in nototio hæreſis; & videtur quod fiſcus bona teneatur reſtituere ſibi applicata ante illam. 65
Sententia lata ſoper ſtupro probato, quando ſolum adulterium propoſitum fuit, an valeat. 114
Sententia lata contra delinquentem non retractatur, etſi poſt illam coſtet de innocentia rei. 52
Sententia ſolemnis non eſt neceſſaria in notorio. 65
Secus aliquis. ibid.
Sententiæ dum fit mentio, ſimpliciter intelligitur de diffinitiua. 97
Sententia ex capite notoriæ in iuſtitia reuocatur. 72
Sententia iuxta formam iudicij applicatur. 109

Sepulchra.

Sepulchra nom ſine ſimonia vendi valeant. 285
Sepulchrorum, ſine ſepeliendi vſus acquiſibilis eſt. 285
Sepulchrum emptum, vel propriis ſumptibus ædificatum, quandonam non eſt materia ſimoniæ. 289
Sepulchrum dicitur religioſum & quod in nullius bonis ſit. 285
Sepulchri hæreditatij vſus, eſt pretio æſtimabilis, qui & vendi poteſt pro debitis defuncti. 286

Sepultura.

Sepulturæ ſimonia quomodo committitur. 285
Sepulturæ pretium ratione ſitus, vel honorationis, licet. 288
Sepulturam vendere in quo caſu ſit ſimonia. 285

Seruus.

Seruus offenſus in ſua perſona valet vindicari iudicis officio. 5

Simon Magus.

Simon Magus fuit reprehenſus à D. Petro, non vt tranſgreſſor legis poſitiuæ, ſed quia voluit donum Dei pecunia poſſidere. 148

Simonia.

Simonia non eſt petere à monialibus dotem. 193
Simonia per quatuor alios modos extra poſitos in iure, valet probari quoad forum externum. 17
Simonia committitur, & confidentia per promiſſionem factam à Titio de ſoluendo ex ſuo penſionem conſtitutam ſuper beneficio Ioannis ad fauorem Meuij reſignantis reſeruata ſibi certa penſione & quare. 215
Simonia oritur etiam ex parua materia, ſi committatur in dono gratiæ ſupernaturalis, & in ſacramentis. 246
Simonia commiſſa cum vno ex electoribus, vel præſentatoribus, inſcio electo, ſiue præſentato, an inualidet actum necne. 258
Vbi de collatione, & aliis. ibid.
Et quid in ſimonia conuentionali, aut ſemiteali? 259
Simonia non committitur, quando initur pactum merè gratuitum, nec rigoroſum, pro obtinendo beneficio modo dicto. 156
Simonia præſumitur in ordine, chriſmate, & aliis etiam ex coniecturis, cum non adeſt liberalitas, cum illa ſoleat crebro ſimulate committi. 165
Simonia iudicatur, quoties pro re ſpirituali, temporalis intercedit, niſi aliquo titulo, claro, nec dubio excuſetur. 164
Simonia, vt in donis datis concipiatur, aut non, tria conſiderantur. 165
Simonia vocatur peculiare flagitium. 190
Simonia vera dicitur quæ ſolo iure Canonico prohibetur. 173
Simonia non probatur ex datis familiaribus Prælatorum, vt aditum ad illum patefaciant, à qua etiam excuſantur alij preces fundendo pro amicitia. 169
Simonia confidentialis quibus conſtitutionibus Pontificiis prohibeatur, & circa quæ beneficia, & reſignationes, & ſequentibus. 149
Simonia dicitur tripliciter committi. 169
Simonia eſt dare alicui pecuniam, vt ſacramenta frequentet, vel vt operetur actum vtilem ipſi. 238
Simonia an ſit ſi confeſſarius cogat pœnitentem pœnitentiam acceptare, in qua illi imponit onus miſſarum, pro quibus dicendis ipſimet, pœnitens eleemoſynam det pecuniæ. 268
Simonia dicitur ſacrilegium contra virtutem Religionis. 142
In quo conſiſtat? ibid. & 143
Simonia eſt dare, vel promittere temporale

rale ſub pacto, vt alter obligatus maneat ad opus ſpirituale. 239
Simonia improptiè dicitur quæ tantum importat turpem actionem occaſione rei ſpiritualis præſtitam. 256
Simonia, & vſura mentalis, in quo differant quoad obligationem reſtituendi, vel non acceptum. 315
Simonia non eſt poſt adminiſtratum ſpirituale exigere, implorato iudicis officio, quod pro ea cauſa ſolitum eſt dari. 241.
Simonia non eſt datio pecuniæ ex liberalitate, ſeu ratione eleemoſynæ, nec quando beneficium datur ratione ſanguinis, amicitiæ, ſiue timore. 144
Simonia non eſt dare pecuniam ad removendum impedimentum nolentis miniſtrare. 233
Simonia in occulto inter paciſcentes ſolet celebrari. 185
Simonia communiter diuiditur in mentalem, conuentionalem, & realem. 144
Simonia poteſt committi in beneficiis ad nutum amobilibus. 213
Simonia non eſt dare pecuniam alteri, vt peccatum euitet, vel vt quid ſpirituale faciat in ſolius operantis vtilitatem. 203
Simonia quomodo non introducitur ex promiſſione alicuius, qui rogatus ſe offert conſequi gratiam beneficij. 153
Simonia excludit actus indeliberatos. ibid.
Simonia dicitur cum datur temporale pro ſpirituali, non ſi ſpirituale pro ſpirituali. 144
Simonia committitur ſi pecunia tradatur pro actione conſecrandi calices, templum, altari, &c. 104
Simonia in beneficiis conferendis propter quid ſolum inuenitur de iure poſitiuo prohibita. 20
Simonia in dubio ſumitur de illa, quæ tantum proprie, & ſtricte talis eſt. 271
Simonia non ſolum procedit ab auaritia, ſed etiam ab aliis motiuis. 146
Simonia eſt grauiſſimum peccatum à Simone Mago originem trahens, & à Gieſio famulo Eliſæi. 142
Simonia eſt omnis vendirio rei Eccleſiaſticæ, execrabilis propter auaritiam, & cupiditatem pecuniæ. 145. & 146
Simonià prohibita rei Eccleſiaſticæ qua de cauſa ſit inſtituta? 211
Simonia eſt commutationem facere in actionibus pertinentibus ad prouiſiones beneficiorum. 280
Simonia, quando contrahetur in rebus ſpiritualibus annexis. 146
Simonia vocatur peſtis alia crimina, ſua magnitudine vincens. 143
Simonia probatur ex partis confeſſione, & ex notorietate. 205
Simonia ex obſequio. 245
Simonia qualiter dicatur hæreſis? 143
Simonia num ſint ea omnia, quæ pertinent ad poteſtatem ordinis. 224
Simonia quomodo poteſt eſſe peccatum veniale tantum. 143
Simonia eſt permutare beneficium pro iure, quaſi in collato ad aliud. 229
Simonia præſumitur in foro exteriori, cum ex formalitatibus inuoluitur intentio. 155
Simonia confidentialis ex mutuo pacto. 276
Simonia non eſt accipi aliquid à Monaſterio paupere in ingreſſu pro alimonia, quid ſi reducatur ad pactum alimonia? 192
Simonia ad effectum probationis quaſi ſcientia probetur. 188
Simonia circa ſacramenta & de ſacramentalibus ſedet hic & indicatur ex aliis capitibus. 231
Simonia eſt promittere aliquid ſub conditione; ſic vt alter obligatus maneat ad rem ſpiritualem. 202
Simonia peſtis appellatur. 190
Simonia quæ contrahitur pretio à lingua, munere, aut obſequio in ingreſſu religionis. 191
Simonia in beneficialibus, an de iure Diuino, an de iure poſitiuo. 207
Simonia etiam quoad pœnas, videtur comprehendere maiores, & minores; imò, & tonſuram. 324
Simonia non eſt recipere aliquid temporale pro ſuſtentatione miniſtri tam pro ſepultura quam officio tumulandi. 285
Simonia reprehenditur vt proueniens à cupiditatis radice quod peccatum ſit graue. 351
Simonia in quo ſenſu dicitur hæreſis. 190
Simonia qualibet non inducit pœnas excommunicationis, ſuſpenſionis, & inhabilitatis. 322
Simonia numquid ſit dare pecuniam pro beneficio vacaturo? 316

Simonia vera erit, ſi pro exequiis temporalia exigantur, aliasnon ſi e. 186
Simonia realis completa, ſubiacet reſtitutioni, & pœnis ſimoniæ. 315
Simonia duplex dicitur prohibita. 147
Simonia non eſt deſideratum haberi pro vita ſuſtentanda tantum Miniſtri Eccleſiaſtici. 240
Simonia, vt plurimum prohibetur iure humano. 147
Simoniæ probatio ſit per quoſlibet Catholicos, etiam laicos aduerſus clericum, & fœminam. 185
Etiam ſerui in Dominos,& Meretrices, & criminoſi, vt n.4. admittuntur. ibid.
Simoniæ peccato an comprehendantur infideles, & Iudæi in prohibitis vendi iure Diuino, & naturali. 162
Simoniæ probatio per quas perſonas? 184
Simoniæ vitium ab auaritia procedit. 144
Simoniæ vitium duo continet mala. 145
Simoniæ grauitas vnde dignoſcitur. 142
Simoniæ diffinitio quæ. 143
Simoniæ reus non eſt vendens Doctoratum,vel Magiſtratum Theologiæ. 351
Simoniæ actio non completur, niſi ea ſit realis. 316
Simoniæ pœnis videtur non teneri qui promiſit, potius fallendi animo. ibid.
Simoniam non committit, qui adimplens ſuum officium propter amorem Dei ad id impellitur ab aliquo lucro temporali minus principaliter. 144
Simoniam quæ cauſæ excuſant. 181
Simoniam quis committit recipiendo pecuniam, vt aliquem de Eccleſia ordinatum ab ea deponat. 183
Et quod pluribus pœnis valet puniri. ibid.
Simoniam non committit Monaſterium monialium, etſi ſit diues recipiendo dotem pro moniali, niſi pecunia extra victum, pro aliis cauſis recipiatur. 193
Vbi quid ſi plus, quia puella recipienda ſit vilis. ibid.
Simoniam non incurrit contrahens cum Papa in prohibitis iure poſitiuo, ſecus ſi contrahat in prohibitis iure naturæ, aut diuino. 160
Simoniam non parit in re dubia mali, aut boni datio pecuniæ circa adminiſtranda ſacramenta, vbi de ratione. 234
Simoniace ordinatus ignoranter, excuſatur à pœnis. 257
Simoniaca quæ dicatur narratiua. 273

Simoniaci.

Simoniaci dici poſſunt deteſtabiliores omni peccatore. 143
Simoniaci ſunt infames. Et an requiratur ſententia, ad incurſionem pœnarum? 244.& 245
Simoniaci in beneficio, aut ordine incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam. 321
Simoniaci ciuiliter, aut criminaliter valent puniri, exemplificatur. 292
Simoniaci quomodo deponantur? 293
Simoniaci mentales tantum, non incurrunt excommunicationem extrauag. 2. ſed reales. 312
Simoniaci mentales in ſimonia, quia prohibita, nec reſignare, nec reſtituere tenentur acceptum. 312
Simoniaci regulares pactus, & iocalia exigentes, ſeu dantes, incurrunt excommunicationem. 324
Simoniaci pœnæ variæ. 321
Simoniacum in quibus caſibus non dicitur acceptum, etiam à clerico diuite in adminiſtratione ſacramentorum. 313
Simoniacum non cenſetur datum à Religioſis in officio conſtitutis,ſi vſus dandi ſit in religione. 197
Simoniacum eſt aliquid recipere pro ingreſſu Religionis, niſi aliquid reciperetur à Monaſterio pro alimentis. 192
Simoniacum eſt recipere pro labore interno actionum ſpiritualium, niſi ſaluetur ratione laboris, qui reducitur ad externum. 256
Simoniacum eſt ceſſare ad adminiſtratione vſus rerum ſpiritualium ſecundum aliquos. 261
Simoniacum eſt date pecuniam alicui,vt metum incutiat competitori, vt à prætenſione beneficij deſiſtat. 266
Simoniacum eſt date aliquid alicui ex oppoſirotibus, ne mihi opponat in electione exceptionem, quam iure poteſt opponere. 265
Simoniacus in collatione penſionis, non ſubiicitur pœnis. 324
Simoniacus realis completus tenetur ſic acceptum beneficium reſignare, fructuſque reſtituere. 320
Simoniacus non eſt qui dicit amicis ſuis, adiuuate me in occaſione ſuffragio veſtro, nam ego alia vice adiuuabo. 280

Simoniacus realis tantum fictitius, qui nullam intentionem dandi habet pro re ſpirituali, non incurrit pœnas. 310
Simoniacus non eſt qui dat pecuniam alicui, vt apud alium acquirat bonam opinionem. 158
Simoniacus dicitur clericus, qui pergit ad matutinum, & horas pricipaliter propter diſtributiones; ſecus ſi ſecundario. 144
Simoniacus ſciens ſolum diſpenſatur à Papa, ignorans, valet ab Epiſcopo diſpenſari. 308
Simoniacus ſolet pœna deſpoſitionis puniri. 150
Simoniacus notorius deponi poteſt. 205
Simoniacus non eſt, ſperans intra ſe aliquam gratitudinem ab illo, quem præſentauit ad beneficium. 149
Simoniacus potius eſt, vt cenſeatur promittens pecuniæ ſummam pro obtinendo beneficio, etſi proteſtetur illam gratitudinaliter daturus, & non ex titulo iuſtitiæ, & quare. 155
Simoniacus non dicitur adminiſtrans res ſprituales bono fine. 144
Simoniacus non eſt qui alteri pretium promittit, vt conſequatur beneficium, ſi nec illud det, nec habuiſſet animum implendi. 144
Simoniacus in beneficio non incurrit ſuſpenſionem, ſicut in ordine. 321
Simoniacus mentalis, non eſt obligatus reſtituere quod accepit. 313
Simoniacus realis in foro conſcientiæ tenetur reſtituere fructus, etiam conſumptos. 326
Simoniacus in beneficio, acta pœnitentia, & abſolutus ab excommunicatione, poteſt celebrare. 325
Simoniacus mentalis quomodo punitur. 310

Sixtus V.

Sixtus V. in conſtit. contra male promotos, reuocans priuilegia emendatur ex Clem. VIII. & Paul.

Socius.

Socius criminis valet accuſare ſocium in criminibus læſæ Maiſtatis Diuinæ & humanæ, item & ſimoniæ. 18
Socij criminis ſimoniæ teſtes eſſe non poſſunt etſi nihil receperint, ſi eis fuiſſet promiſſum etſi etiam ciuiliter ageretur. 187
Socius criminis ciuiliter intentati admittitur vt teſtis. 188
Socius cum agitur de re communi, nequit eſſe teſtis. 186
Socius criminis etiam in aliis criminibus grauiſſimis exceptuatis admittitur teſtis. 188
Socius poteſt eſſe teſtis in crimine ſimoniæ, & de ratione. 186

Spes.

Spes differt à pacto. 180

Spiritualia.

Spiritualia ſunt alia purè talia, vt functiones ſacræ alia mixta vt vaſa ſacra. 220
Spirituales res, vt non poſſint vendi, ipſum ius naturæ dictat. 147
Spirituales actus vtiles ſoli operanti num ſint materia ſimoniæ? 190
Spiritualis res duplici modo dicitur. 146

Spiritus familiaris.

Spiritum familiarem vendere, non eſt ſimonia. 146

Spoliari.

Spoliari valet de facto, & abſque citatione ille, qui de facto, & ab Eccleſia expellit per Epiſcopum, ſi notoriè conſtat de ſpolio. 184
Spoliatus non reſtituitur, vbi ininſte eſſe illum poſſeſſorem, notorium eſt. 73
Spoliatus de facto, de facto eſt reſtituendus. 184

Spurius.

Spurius eſt capax accuſatiouis, & remiſſionis. 54

Stalli ius.

Stalli ius, qualiter vendi poſſit? 307

Status.

Status clericorum honoratior eſt ſtatu Monachali, & quare, ſed non perfectior. 109

Stipendia.

Stipendia quæ dantur Eccleſiaſticis ratione maioris laboris, accidentalis, non ſunt ſimoniaca, vbi exemplificatur. 157
Stipendium qualiter taxatur pro Miniſtro Eccleſiaſtico, ſiue vicario Parochiam adminiſtranti. 240

Stipendium taxatum pro Miniſtro Eccleſiaſtico laborati, valet in pactum licite deduci. 241

Studenti priuilegium.

Studeoti priuilegiom extenditur vltra duos Canonicos, ſi ſtatus Eccleſiæ id patiatur. 374

Studentes.

Studentes, vt valeant percipere fructus debent habere licentiam ſuorum Prælatorum. 369

Studium generale.

Studium generale, quale dicitur. 366

Succeſſor.

Succeſſor Prælati debet ſtare locationi factæ nomine digoitatis. 337

Sumptus.

Sumptus à patre facti cauſa matrimonij, profeſſioois, aut Sacerdotij filij cantantis primam Miſſam, non computantur in collatiooe. 247

Suſpenſio.

Suſpenſionis pœnam incurrit ſimaniacè recipiens beneficium. 325

Suſpenſio extrauag. 2. de ſimonia, poteſt abſolui ab Epiſcopo, non ſic excommunicato. 311

Suſpenſus.

Suſpenſus propter ſimoniam in religione, à quo priuetur? quid de Monaſteriō, ſiue capitulo. 325

Suſtentationis.

Suſtentationis nomine quid veniat? 240

Suſtentationis titulo pro qualibet puella licet recipere à moniali aliquid. 194

Syndicatus.

Syndicatus poteſt aſſigoari termiois poſt finitum officium ſyodicandi volentibus contra eum petere. 86

Syndicatus materia indicatur contra officiales, famâ non præcedente. 108

T

Talionis pœna.

Talionis pœna, etſi iam non ſit in vſu reſpectu pœnæ corporalis, eſt tamen quoad alias pœnas mitiores. 130

Talionis pœna in denunciatore non habet locum, quid in accuſatore hodie? 93

Talionis pœna ex Bulla Pij V. durare videtur. 131

Talionis pœna inuenta fuit per antiquos contra accuſatorem calumnioſum vt ſi deficeret in probatione delicti, ſimilitudine ſupplicij puniretur. 7

Taxationes.

Taxationes non ſunt facieodæ in his, quæ per liberalem donationem conferri poſſunt. 288

Taxa.

Taxæ panis fractio, quando, & qualiter puniri valeat à laico, & ab Eccleſiaſtico iudice? 49

Tenuta.

Tenuta ſine iuſto titulo, aut cognitione iudicis eſt repellenda. 184

Terminus.

Terminum poteſt iudex ex legitima cauſa aſſignare prætendenti aliquod ius, vt illud proponat, & deducat in iodicio, & quod alias imponatur ſilentium. 85

Terminus ad petitionem à loco receſſuro poteſt aſſigoari contra eum, de quo timet aliquid petiturum tempore receſſus. 86

Teſtamentum.

Teſtamenti faciendi commiſſarius, poſt illud confectum, non remanet in poteſtate declarandi etiamſi ſibi eam reſeruauit. 99

Teſtes.

Teſtes duo ordinariè plenè probant; ſunt tamen caſus, in quibus plures deſiderantur, vt in teſtamentis, & ad condemnandos Epiſcopos. 25

Teſtes, vt faciant fidem, quæ requiratur? 291

Teſtes

Teſtes contra Epiſcopum debent eſſe bonæ famæ. 26
Teſtes laici non admittantur contra Monachos, & clericos ad probandum obiecta in illos. 93
Teſtes inimici non admittendi. 291
Teſtis non valeat errorem ſuum corrigere? 101

Theologia.

Theologia naturalis iuribus comparatur, quæ ad exemplum eorum docetur. 350
Theologiæ ſcientia, etſi ſit ſupernaturalis, modus eam docendi eſt naturalis. 350
Theologiæ actus prædicandi, ſi venderentur, an eſſet ſimoniacum. 350
Theologiæ principia & concluſiones qualia? 350

Titularis.

Titularis pro ſeminario non poteſt detrahere de penſione vltra portionem pro ſeminario ad rationem, qua ipſe ſoluit. 358

Titulus beneficij.

Titulus beneficij ex parte prouiſi eſt inualidus per ſimoniam obtenti, etiam data probabili ignorantia, ex parte prouiſi. 258
Titulus ad ordines ſacros recipiendos, qui. 295

Tonſuratus.

Tonſuratus fit beneficij capax. 173

Torqueri.

Torqueri non debet reus plenè conuictus & cur. 120

Tortura.

Tortura per ſolam famam an intelligatur, vel probet confeſſio ſic extorta. ibid.
Tortura inuenta eſt in ſubſidium defectus probationum. ibid.

Tortus.

Tortus in iudicio ex indiciis poterit de nouo per alia puniri, ſi abſolutus non fuerit ſimpliciter, vbi de cautela, vt à carceribus relaxandus ſit reus. 42
Tortus ex iudiciis, ſi illa integre non purgauit, punitur aliqua pœna. ibid.

Tractatus.

Tractatus in ordine ad reſignationem valet. 223
Tractatus de permutando, ſi partes non ſe obligarunt efficaciter valet, etſi adhuc ab obligatione diſcedere nequeant. 223. & 224

Tranſactio.

Tranſactio in beneficialibus ſpeciali prouidentia, non fit ſine auctoritate Prælati. 228
Tranſactio extra beneficium litigioſum, valet fieri ſuper alia etiam qualibet re litigioſa ſpirituali. ibid.
Tranſactio dicitur pactio non grauita, dubia, & ſub incerta lite conſtituta, quæ differt à compoſitione. 226
Tranſactio de delicto, facta, confeſſionem non inducit. 54
Tranſactio liberat à pœna ſanguinis, etſi ſecundo delinquens accuſetur. 53
Tranſactio non in omnibus delictis permittitur, in homicidio, aut alio, in quo imponitur pœna ſanguinis, pro pretio licet. 54
Tranſactio, in qua interuenit pro ſpirituali aliquod temporale, eſt mala, vel ſi aliquid retinetur, aut remittitur. 227.
Tranſactio vera ſuper beneficio dubio, tria requirit. ibid.
Tranſactio, vt ſimoniaca ſit, debet eſſe aliquo modo ſpiritualis. ibid.
Tranſactio ſine auctoritate ſuperioris, non valet, etiam facta rei ſpiritualis pro ſpirituali. 227
Tranſactio facta ſuper iuriſdictione ſpirituali cum alia tali, non eſt ſimoniaca. 228
Tranſactio, vel permutatio vbi non licet. 229

Tranſlationes.

Tranſlationes ad Epiſcopatus pinguiores, qua ratione fieri debeant, vt liberentur à ſimonia, vel ambitione. 162

Triennalis poſſeſſio.

Triennalis poſſeſſio iuuat obtinentem beneficium bona fide ignorantem ſimoniam ab alio commiſſam. 259

Turpes conditiones.

Turpes conditionales, à matrimonio carnali repelluntur, quid à ſpirituali? 273

V

Vendens.

Vendens ius patronatus & ſi incurrat pœnas ſimoniaci non vero excommunicationem. 323
Vendentes iuſtitiam, etſi male agant, ſimoniam non committunt. 250

Venditio.

Venditio iniuſta dicitur, non ſimoniaca facta vltra iuſtum pretium. 146

Venditio illicita rerum Eccleſiæ eſt ſimoniaca. 145

Verba.

Verba nutrientium, aut lac erunt, ſi bona, venenum ſi mala. 339

Verbera.

Verberum, & exilij pœna in calumniatores, etiam in vſu erat. 135

Verberum pœna in clerico calumniatore pio modo ſumitur. 135

Et quid hodie. ibid.

Veritas.

Veritatem occultans, crimen committit. 102.

Vexatio.

Vexationem, num liceat pretio redimere, cum dubium eſt ius ad poſſeſſionem. 266

Vexationem redimere in beneficio iam acquiſito pecunia, non eſt ſimonia, ſecus in acquirendo. 260

Vexatio verius eſt, vt in iure quæſito in re, vel ad rem pecunia redimi valeat. 264

Vexatio iniuſta, vt auferatur in ferendis cenſuris, aut abſolutione, licet dare pecuniam. 268

Vexatio iuſta verius videtur, vt pecunia redimi nequeat ab eo, qui non habet obligationem opponendi. 260

Vexatio in ſpiritualibus, quæ redimi, ac remoueri poteſt licitè pecunia, quandonam detur? 263

Vexationem dando pecuniam, quandonam poteſt quis redimere. 263

Vexatio redimi poteſt pecunia illius electoris, qui vult eligere minus dignum, ſi non recipit illam à magis digno. 262

Vexatio poteſt redimi pecunia poſt collationem beneficij quietam, etiamſi adhuc poſſeſſio adepta non ſit. 261

Vexatio, vt redimatur, poſſum dare pecuniam, non ſolum tertiæ perſonæ, ſed vni ex electoribus, ne ſubornet alios. 263

Vexator.

Vexator iniuſtus, qui pecuniam accepit, vt deſiſteret à vexatione, in quo caſu reſtituere cogendus eſt. 264

Vicariatus.

Vicariatus vulgo *teniente de cura*, ſi pecunia detur, eſt ſimonia. Et quare etiam, ſi ſit ad nutum. 248. & 249

Vicariatum, ſeu aliam adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum per pecuniam obtinere eſt ſimoniacum. 251

Vicariatus officium ſimoniace recepti, non debet reſignari, nec officia Eccleſiaſtica, quæ beneficia non ſunt. 325

Vicaria.

Vicaria ad nutum vendi nequit, quæ adiacet officio ſpirituali. 249

Vicariæ permutatio cum beneficio, eſt ſimoniaca, quia includitur ſub eadem malitia. 249

Vicarius.

Vicarij duo nominati ab Epiſcopo, vel capitulo, ſi inter ſe paciſcantur, vt non graduatus, nec exercens recipiat partem emolumentorum vulgo *del Poyo*, ſimonia committitur. 335

Vicarius emens ab Epiſcopo ſuum officium, & Epiſcopus vendens ſunt ſimoniaci. 334

Vicarius capituli ſede vacante, conueniens ſuper diuidendis emolumentis cum aliis eſt ſimoniacus; non vero incurrit pœnas. 323

Vicarius recipiens ab Epiſcopo ſalarium, pro exercendo ſuo officio, non eſt ſimoniacus. 334

Vicarius ſine ſimonia poteſt paciſci ſuper ſtipendio ſibi aſſignando pro ſeruitio, quod proueoit, licere ex contractu *do, vt des*, ratione laboris, & ſuſtentationis. 249

Victus.

Victus ab ingredientibus Monaſterium exigi laudabile eſt, cum Monaſterium nequit ſuſtentare maiorem numerum monialium, ſi in fraudem, non fiat. 196

Vir.

Viri vt boni euadant noſtræ poteſtatis eſt. 356

Virtus.

Virtus præcipue quærenda eſt in Magiſtro. 338

Viſitatio.

Viſitationis cauſa datum, quare ſimoniacum non ſit. 240

Vltio.

Vltionem volens ſumere peccat, non ſic qui ſolam ſatisfactionem. 11

Voluntaria iuriſdictio.

Voluntariæ iuriſdictionis actus, quoad effectum ſpiritualem vendi non poſſunt. 333

Vnio.

Vniones factæ ſeminario abſque conſilio, quos iubet conſilium, ſunt nullæ, & quare. 361
Vnio facta ſeminario nondum erecto, ceſſante fraude videtur valere. ibid.
Vniones beneficiorum pro ſeminario non fiunt, niſi prius illud ſit erectum. 361
Vniones ſemel factas ſi fructus ſuperſint, alias ſeminario ſub dubio eſt, an Epiſcopus valeat diſſoluere. 162
Vnio ſeminario facta, non impeditur ex eo quod vnitum impetratum ſit à Papa. ibid.

Vniri.

Vniri ſeminario non poſſunt beneficia regularia, ſiue dentur in titulum, ſiue in commendam; ſecus ſi ſtatum mutauerint. ibid.
Vniri non poſſunt quæ ſunt reſeruata Papæ, ratione obtinentium ea. 361

Vſura.

Vſura non committitur, quando ex gratitudine aliquid datur, in quo non æquiparatur benè ſimonia. 155
Vſura ſoluta adhuc vſurarius reſtituit ſic acceptum. 351

Vſurarius.

Vſuratius mentalis ad effectum reſtitutionis. 314

Vſus.

Vſus non habet diſtinctum valorem in rebus, quæ conſiſtunt in nnmeto, libra, & menſura, quam habet eadem res. 315

FINIS.

Digitized by Google